SOCIETY OF WRITERS TO THE SIGNET

I : ee : 5 .
×

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Illinois Urbana-Champaign

http://www.archive.org/details/athanasiikircher00kirc


UIUC

R. Collin Chalcogr. Reg. fecit Bruxelle 1680

OBELISCVS
PAMPHILIVS
Sapientia Ægypti
Mathem.ca Pythag.
Philolog.a Græcor.
Astrolog.a Chald.
Ia. Ang. Caninius Rom. inventor et del.
C. Bloemaert sculp.


UIUC

ATHANASII KIRCHERI
E SOC. IESV
OBELISCVS PAMPHILIVS,
HOC EST,
INTERPRETATIO
Noua & hucusque intentata
OBELISCI HIEROGLYPHICI
Quem non ita pridem ex Veteri Hippodromo Antonini Caracallæ Cæsaris, in Agonale Forum transtulit, integritati restituit, & in Vrbis Æternæ ornamentum erexit
INNOCENTIVS X. PONT. MAX.
In quo post varia Ægyptiacæ, Chaldaicæ, Hebraicæ, Græcanicæ Antiquitatis, doctrinæque quà Sacræ, quà Profanæ monumenta, Veterum tandem Theologia, hieroglyphicis inuoluta symbolis, detecta è tenebris in lucem asseritur.

ROMÆ, Typis Ludouici Grignani. Anno Iubilei MDCL.

SVPERIORVM PERMISSV.

INNOCENTIO X · PONT · OPT · MAX ·
Lilia, palmam, oleamq; Columba reuincit in unum,
Florida Victricis secula pacis amat.
Romæ Anno Jubilæi MDCL.

INNOCENTIO X.
PONTIFICI
OPT. MAX.

VITAM ET FELICITATEM.

OBELISCVM myſticis illuſtrem Sphyngibus, quem in Agonali Foro magnificentia Veterum æmulata, non ita pridem TVA erexit BEATITVDO, vti vnum ex Antiquitatum mundo ſuperſtitum maximis, ita ignotis, quibus inuoluebatur arcanis euolutum Sacratiſſimis pedibus TVIS ſiſto Oedipus nouus, vt poſteris conſtet, ignota hucuſque priſcæ ſapientiæ ſacramenta poſt tot ſeculorum curricula, eo potiſſimum tempore detecta Orbi illuxiſſe, quo ei præeſſet ΠΑΜΦΙΛΟΣ. Et quamuis onus ſanè Aetna grauius, Herculeiſque formidandum humeris mihi impoſitum agnoſcam; ea tamen fuit Imperij TVI vis & efficacia, vt quæ humani ingenij limites excedere videbantur, ſolo nutu extorſeris. Prodijt hic eo ipſo tempore, quo in tanta Chriſtianæ Reip. perturbatione TV BEATISSIME PATER, vt Mundo naufrago ſubuenires, in ſupremum Nauarchum, non ſine admirabili diuinæ prouidentiæ conſilio electus, Naui D. PETRI præeſſes; eo, inquam, tempore, quo INNOCENTIVS ad nocentium ex-

tirpationem ; huius nominis DECIMVS, ad Mundi integritatem ; PAMPHILIVS, id eſt, Amor omnium, ad mutui Amoris concordiam, fauſto non ſine omine à DEO datus eſt; quo & Columba viridi oliuæ ramo conſpicua ad irati Numinis placationem, paciſquè tranquillitatem exoritur; quo LILIA in Mundi iucunditatem vernant; Principes Orbis & Vrbis Baſilicæ ad Religionis incrementum inſtaurantur, ad perfectam denique iuſtitiæ adminiſtrationem Arx Capitolina priſtino ſplendori reſtituitur, ne quid ſiuè inſignibus TVIS, ſiuè glorioſis actionibus adeſſet, non boni ominis plenum argumentis, non felicibus plenum præſagijs. Sub hoc itaque Sacratiſſimo Nominis TVI Auſpicio Opus hoc Hieroglyphicum in lucem prodit: quod iuſſiſti, pro ingenij mei tenuitate, DEO dante, præſtiti. Quod ſi BEATITVDINIS TVAE oculis minimè indignum comperero, calcar addes alaſque ad reliquos Vrbis ſuperſtites Obeliſcos pari auſu explicandos. Interim DEVM OPT. MAX. cuius vices in terris geris, quiq; tot TE ſignis in Mundi felicitatem præſignauit, exoro, vt Vitam quoquè eos TIBI in annos proroget, quibus omnia, quæ gentilitijs TVIS notis indicantur, impleta cũ gaudio videamus. VALE BASIS ET FVLCIMENTVM ORBIS, & Religioſum Ordinem meum, tot TIBI titulis addictum, meque vnà ſub PAMPHILIAE COLVMBAE alarum Vmbra paternè fouere non graueris.

Romæ 4. Octob. 1650.

BEATITVDINIS TVÆ

Sacratiſsimis pedibus aduolutus,

Humillimus & Obſequentiſsimus Seruus

Athanaſius Kircherius Soc: IESV.

EXPLI-

EXPLICATIO VESTIBVLI

OBELISCI PAMPHILII;

Per quod ingreditur ad meritas laudes

ADM. R. P. ATHANASII KIRCHERI;

EIVS LIBRI AVTHORIS,

IACOBVS ALBANVS GIBBESIVS,

Med. Doct.

SCAZON.

ENTEM volùcrem, fronte quam vides primà
Kircheriani codicis, cędro digni,
Docti, expoliti, noſce, quid velit, Lector.
Saturnus. Ille, ille meſſor turrium, vorax ille
Gurges, nec vnquàm ſeculi ſatur damno,
Obliuionis rebus inſtitor magnis,
AEternitatis macra poſthumæ blatta,
En, quid ſtruat *Saturnus*, immò proſternat.
Libratus altè Pharia cum ioco ſæuo
Tropæa vertit, quæ Seſoſtris, & Lagus
Fixére non ſic, æmulum decus cælo,
Clarumquè mundo nomen vt perennarent.
Sed ſtulta regum vota rex premit maior:
Æquale ſuperis nil ſinit Deus naſci;
Durare certè. Rebus is dabit finem.
Sic nec ſuperba Pyramis, Coloſſuſuè
(Eſto illa marmor, hunc Corinthus excudat)
Fama. Neceſſitatem vitet. O breuis *Fama*!
Vndè apta pennis, attamèn catenata,
Nequit vagari, aut expedire clangorem
Virgo per vrbes buccinà, Croni iuſſu.
Obliteratas triſtis ob notas Copti,
Notas ſagaces, inuolucra naturæ,
Diuûm magiam, fronte lachrymabundà
Comparet, alas, vt tubam, gerens pronas,
Quòd ſacra circùm ferre non licet ſigna.
Tralucet olim, nubibus nigris, Titan;
Et fluctuanti ſæpè ſubdidit vortex
Tutamen ipſe. Sempèr eſt ſpei rima.
Quis credidiſſet, vincta dùm truci præda
Staret draconi non ſuum expiatura
Cepheì puella facinus, à Iouis nato
Manicis ſolutam vindici fore vxorem;
Pòſt & coruſcum paritèr ætheri ſidus?

Ita

Ità quis putàſſet, gloriæ laborantí
Ægyptiorum, vixque iàm leui famæ
Obeſùm relictę, proximos ſibi quondàm
Author, Quos metuit axis, Teutonum grauem terrà
Enaſciturum pugilem, adeſa qui ſciret
Proferre in æuum, pyrgus vt ruat, monſtra?
ATHANASIVS hic eſt, nomen aggerans factis,
KIRCHERVS. Hinc iàm, grata turba doctorum,
Aſſurgite viro, voſquè ſorte gaudete
ſiuè, Veſtrâ, Minores, anguis annulum nacti.
Pædore fœdam, & cæca clauſtra perpeſſam
Inſtat nitori reddere, ac viæ cæli
Famam patentis tamdiù retardatæ.
Oris figuram percipe, & manus ambas,
Pedemquè luſtra, terga cum modo toto
Philoma- Hominis, Amice. Fœminæ notat vultus
thia. Cupidinem diſcendi (Achiuus orator
Philomathiam vocàrit) infatigatam.
Plumæ per humeros arduam indicant Spartam
Huic excolendam: detinet ſty'us dextram,
Læuam tabellæ, quò ſacrata victuris
Arcana prodat Memphios catæ libris.
Centum recumbit artibus magiſtrorum.
Cubus. Subſtratus imo dat *Cubus* pedi fundum,
Obſcurà vt in re, perditiſquè fragmentis
Vis innuatur conſilj, labor duri
Crocodilus Tenaxquè cæpti. Quis timet *feram Nili*,
Quamuis doloſam, & corda nube ſolertem
Opplere craſsà, nè ſcientias captent;
Mercurius Si lapſus aſtris influit potens veri
Hermes, ſupremi fidus orbis interpres,
Mens ipſe ſuperùm? Cernis, è palimpſeſto
Vt doceat, vt demonſtret, vt nihil celet
Sublimiorum rituum, ac vetuſtorum?
Hac luce, noſter intimos ſinus mundi
Scrutatur Author: more fert Sibyllino
Reſponſa; facili Gordium manu extricat;
Ad Sphinga prorsùs Oedipus. Vide quantum
Nunc ſpecimen edat: PAMPHILVS *Pater* iuſſit
Committi Acum, *Berninus* architectatur,
Facit loqui *Ille*. Quale, dic, viris inſtar!
Facit loqui ille Cereris orgijs digna,
Quæ ſunt Anubis adyta, non foràs danda.
Sigalion. Procùl, profani; eſte procùl; en monet preſſis
Digito labellis *Horus*; at fauetote
Vos pura linguis capita, vos Agonales.
Gentem volùcrem, noſce, quid velit, Lector,
Kircheriani codicis, cedro digni.

EPISTOLA
PARÆNETICA
AD RECONDITÆ LITERATVRÆ
PERITOS LECTORES.

In qua quadripartito paragraphorum contextu, totius instituti operis ratio modus, diuisio, stylus; methodus: præterea, quâ Author in hieroglyphicę literaturę instauratione processerit, vnà cum Authorum quà Impressorum, quà MM. SS. Bibliothecarum, Ergasteriorum, Musæorum, eorumque omnium, qui nonnihil tùm ad huius præsentis Operis, tùm Oëdipi expeditionem promouendam subsidij contulerunt, catalogo, exponitur; ac tandem præsentis Obelisci interpretationem eo rigore ad veterum mentem peractam esse concluditur; vt dictæ interpretationis contextum, nihil aliud, quàm quod in ea exposuit Author, significare posse; singulari specimine demonstratum exhibeatur.

§. I.

Occasio huius Operis.

QVatuor lustra iam propè aguntur, Lector Beneuole, quo VRBANO VIII. *Pontificatum gerente, Romam, vt in Obeliscis Romanis specimen quoddam exhiberem hieroglyphicæ interpretationis, è Gallia vocor; cuius literaturæ hucusque incognitæ ex peruetusto Manuscripto Arabico Codice instaurationem me moliri fama ferebatur: negotium Magno illo Literatorum Mecænate Nicolao Pereiscio Parlamenti Aquensis in Gallia Narbonensi Senatore ardenter perurgente; in hoc hieroglyphico puluere dùm desudo, dici vix potest, quanta fuerit successus tam insolentis moliminis omnium penè Literatorum exspectatio, quanta in explorando modo & ratione curiositas; Et quemadmodum res humano eorum æstimatione ingenio imperuias moliri videbar, ita non defuerunt diuersa Momorum iudicia, quibusdam susceptı negotij curam approbantibus, nonnullis eam ridentibus, atque illud mihi (parturiunt montes) occinentibus, aliquibus etiam, vt in huiusmodi arduæ negotiationis moliminibus vsu venit, ἀδυναμίαν obtrudentibus; alijs denique alia oblatrantibus, quibuscum maiori forsan, quàm cum ipsis hieroglyphicis monstris decertandum erat; imò eò res deuenerant, vt in defensionem mei, ad præferuida Aduersariorum iudicia obtundenda, specimine publico opus fuerit. Prodromum itaque Coptum, in que instituti mei rationem methodumque, quam in hieroglyphicorum interpretatione tenerem, ad totius Europæ Literatos præmittendum duxi, cuius vi & efficacia conuicti, paulò mitius de suscepto negotio iudicarent. Et sanè ad votum res euenit. Hic enim vbilibet locorum cum eo applausu, quam literæ maximorum huius temporis Literatorum*

torum ad me datæ teſtãtur, exceptus, præter ſpem meam tantũ potuit, vt quos primò Obtrectatores, hos iam Sollicitatores, imò ſuſcepti negotij Promotores inuenerim: Dùm exiguo Prodromi ſpecimine allect., clauem me ad huiuſmodi reconditam literaturam non literis tantùm, quas ſuo tempore oportunius luci dabimus, ſed & libellis impreſſis, me inueniſſe palam teſtati ſunt. Ego verò horum ſollicitatione animatus, calamum audaciùs torquens, primò linguæ antiquæ Pharaonicæ & heſaurum Arabico-Latino-Aegyptiacum, vnà cum ſupplemento in Prodromum, publici iuris feci; vt ſic antiquæ Aegyptiorum linguæ, hucuſque poſt tot ſecula incognitæ inſtaurationem, doctrinalis eorundem ſymbolicæ linguæ oppoſitè exciperet; nè quicquam ad ardua noſtra molimina neceſſarium omiſiſſe videremur. Oedipum itaque Aegyptiacum, in quo ab ipſis fundamentis hieroglyphicæ literaturæ originem, progreſſum, interitum, & inſtaurationẽ, tripartito trium tomorum opere demonſtrarem, ex omnigena Veterum Orientalium Sapientia, & Doctrina condidi; Verùm cùm Italiâ, repentino bellorum turbine concuſſâ, Mecœnas tanti Operis deeſſet, virique authoritate & potentia inſignes, ob varias diuturnaſque Orbis calamitates, obſtetricantes manus ſumptuoſiſſimo Operi admouere minimè poſſent; hinc factum eſt, vt Opus bellorum incommodis veluti attonitũ, in hunc vſque diem ſuſpenſum hæſerit. Accidit tandem ſingulari DEI *prouidentia, vt* INNOCENTIVS X. PONTIF. MAX. *Mundo ortus, poſt inſignia quâ Sacræ, quâ Profanæ magnificentiæ monumenta, felicis recordationis* SIXTI V. PONT. MAX. *glorioſa veſtigia ſecutus, Heroicum quoque Animum ſuum ad Obeliſcum in Vrbis ornamentum erigendum adijceret; Sed cùm ad vltimum Operis complementum, aliud nihil, quàm ſymbolorum in eo contentorum notitia deſideraretur; atque eam ob rem huiuſmodi myſteriorum Hieromantes inquireretur & interpres; placuit tandem* Suæ Beatitudini *mea tenui opera vti, in literaturæ omnium ignotiſſimæ & ſubtiliſſimæ expoſitione. Magnæ itaq; Animæ imperia, id eſt, Obeliſci mihi commiſſi interpretationem magno animo aggreſſus ſum, quam & hoc præſenti Opere Reipublicæ Literariæ exhibeo, alterum Oedipi ſpecimen; qua porrò dexteritate interpretis functus ſim officio, Literatorum, qui hoc Opus legere dignabuntur, ſit iudicium. Certè quicquid boni in publicum emerſerit indè, totum id primò* Suæ Beatitudini, *cuius felicibus Auſpicijs prodit, Lector acceptum referat velim.*

Huic ſubiungo Auguſtiſſimum Imperatorem, *qui iam à multis annis inſignem ſe exhibuit, tùm huius, tùm reliquorum de Aegyptiaca literatura voluminum promotorem; hic cùm intellexiſſet, ſolâ characterum peregrinorum penuriâ, dicta Opera remoram pati Reip. Lit. forſan pernitioſam, pro ſua ingenti & innata munificentia mox tantùm expenſarum, quantum abundè ad neceſſarios Orientalium linguarum typos conficiendos, & reliqua incepta opera perficienda ſufficeret, vnà cum annuo ſubſidio; largiter ſanè & munificè adminiſtrauit. Quæ hìc adiungo, vt Lector intelligat incomparabiles huius Cæſarei & verè inuicti animi virtutes, qui immenſa bellorum hoſtiumque vndique irruentium ſæuitie quodammodò obrutus, ita tamen Marti ſtudeat, vt à limine ſuo Palladem, raro Principibus propoſito exemplo, neutiquam excludat. Quantæ autem indignæ meæ Perſonæ, vti & ſtudiorum cæptorum proſecutio Cæſareæ benignitati curæ fuerit; Epiſtolâ proprio motu ad me tranſmiſſâ teſtatum voluit; quam & hìc ad poſteritatis memoriam, adiungendam duxi.*

EPI-

EPISTOLA
FERDINANDI III.
IMPERATORIS
AD AVTHOREM.

REuerende in Christo Pater, Audiui non sine magna mea voluptate, quàm laudabili non solùm cœpto, sed & felici progressu Reuerentia Tua aliquot iam annorum labores in eruendis, cum alijs vetustatis monumentis, tùm præcipuè in Orientalium linguarum explicandis notis ac characteribus impendat. Quandò igitur non ad publicam modò vtilitatem, sed ad laudem & cõmendationem Germanicæ Nationis pertinere intelligo, quæ præclarè, cœpisti, perfici; Rectè faciet Reuerentia Tua, si instituto suo insiterit, operamque dederit, vt eius laboris fructus, quam primùm in publicum prodeat. Quâ in re habet me, & habebit non modò boni operis fautorem, & hortatorem, sed & protectorem. De quo eidem hisce constare volui, cęteroquin etiam gratiam meam Cæsaream tibi quàm benignissimè offerens. Ratisbonæ 3. Oct. 1640. *Ferdinandus.*

Cùm verò Opera Aegyptiaca, maiores solito moras traherent, solamque characterum arabicorum penuriam tantæ tarditatis causam S. Cæs. M. intellexisset; ad Magnum Hetruriæ Ducem alias dedit, (vtpotè quem cognouerat probatæ notæ Arabicos characteres ex Typographio Mediceo superstites possidere,) quibus Serenitatem suam de concedendis huiusmodi characteribus, ad operum editionem sollicitat; quarũ tenorem pariter hoc loco oportunè subiungendam duxi, vt quid in literarum negotio promouendo Primates deceat, Cæsare præeunte, discant.

EPISTOLA EIVSDEM.
FERDINANDI III. IMP.
AD MAGNVM
HETRVRIÆ DVCEM.

CLare Dilect. V. nolo, P. Athanasium Kircherum Soc. IESV Sacerdotem, natione Germanum, iam pridem hortatu meo illustrandis Orientalium linguarum ac antiquitatum arcanis insudare. Quandò igitur is mihi significauit, habere Dil. V. Matrices characterum Arabicorũ melioris, & sæpiùs probatæ notæ, quæ sibi ad adornandũ opus suũ haud exiguo esse possint adiumento, amanter Dil. V. requirere volui, vt dicto P. Athanasio dictarum Matricum suarum haud grauatim facere velit copiam. Erit id non solùm mihi pergratum, sed & Dil. V ad memoriam posteritatis honorificum, cui amantissimi Consobrini affectum offerens, omnia ex animi sententia euenire opto. Ratisbonæ 12. Febr. Ann. 1641.

§. II.

Methodus, & distributio Operis.

PORRÒ *Methodus, quam in totius Operis dispositione seruandam duximus, ea est, quæ sequitur.*

Opus hoc præsens; quod Obeliscum Pamphilium à glorioſa Pamphiliorum *familia, è qua* INNOCENTIVS X. P. M. *ad Supremum humanarum rerum fastigium ascendit, nuncupauimus; primùm in quinque libros, & hos ſe singulos in decades, id est, quinquaginta capita Iubilæi ſecuturi ſacrum vti ſymbolum, ita felix auſpicium partiti ſumus; Et quoniam fabrica altiſſima, fundamenta profundiſſima ſuo veluti iure requirebat;* Primum librũ *à primæua literarum Origine ordiri viſum eſt, & quoniam primi illi literarum inuentores longæuæ vitæ homines, ſcientias traditione acceptas, non chartis aut flexibilis materiæ codicillis, ſed ſaxis, contra omnes temporum iniurias probè munitas committebant; hinc Obeliſcorum Originem, erectionemque à primordijs rerum vſque ad Cambyſis literaturæ priſcæ deſtructoris tempora, ſecundùm ſeculorum ſucceſſum contexuimus; vt quid circa ſingulorum Obeliſcorum, tùm hic Romæ, tùm & alibi ſuperſtitum erectionem memoratu dignum contigerit, Curioſum Lectorem minimè lateret. Quoniam verò Obeliſcorum erectorum hiſtoria fruſtranea videbatur eſſe, niſi Literaturæ in ipſis inſculptæ ratio, & Methodus conſtaret; hinc de ſymbolorum hieroglyphicorum prima inſtitutione, & progreſſu, de ſacrarum literarum fabrica, & propagatione, de priſcis omnium ſeculorum Scriptoribus argumentum ampliſſimum, quod* Secundus liber *exhibet, adnectere viſum eſt; in quo doctrinam ſacram iniurijs temporum propè abolitam in varijs veterum monumentis ſinceram quidem, at non niſi in minimas veluti particulas quaſdam, pro cuiuſque Authoris notitia, quam obtinere poterat, variè diſpertitam, ad incudem reuocamus, ex omnibus ſuperſtitum monumentorum penetralibus ſelectam, inſtauratamque ſuæ integritati reſtituimus; quam incredibili labore, quanto animi corporiſque niſu, eum ſolum latere non poſſe arbitror, qui Opus hoc mente voluerit, pariq; auſu inacceſſam huiuſmodi vetuſtatis caliginem ingreſſus, à nemine hucuſque penetratos literaturæ abſtruſiſſimæ receſſus aperire attentauerit.*

Cùm præterea veterũ Aegyptiorum Simiæ Græci, pleraque compilata, variiſq; modis, & nominibus doctrinam Aegyptiorum transformatam, ſui iuris fecerint; Myſtagogiam Græco-Aegyptiacam exhibere viſum eſt, in qua parallela quadam comparatione fabulas Græcorum ad Aegyptias, ritus item, & ceremonias in ſacrificijs obſeruatas ſub varijs allegorijs relatas, amplè proſecuti ſumus, quam Tertius liber *exhibet.*

Hoc peracto, ſupererat Obeliſci noſtri præſentis interpretatio, quam vt ſine confuſione ob oculos curioſi Lectoris exponeremus, ſingulos maioris momenti Hierogrãmatiſmos ſeorſim exponendos duximus, vt in ſymbolorum excogitandorũ architectura ingenium, ſolertia, ratio, & Methodus veluti in idea quadam eluceſceret; hoc enim præſtito futurũ ſperabamus, vt Lector in actuali interpretatione ſine confuſione

proce-

procedens, quæcumque circa Hierogrammatismi alicuius intimam notitiam desiderari poterant, congestam doctrinam, atque ex omnibus veterum Authorum monumentis comprobatam stabilitamque reperiret: quam ideam nobis Quartus Liber *exhibet; Præmissis itaque dictis hieroglyphicæ disciplinæ apparatibus, veluti ad institutum nostrum solidè comprobandum apprimè necessarijs, tandem ad actualem Obelisci interpretationem procedimus; quam* Quintus Liber *exhibet. In qua, Deo Patre luminum assistente, ea ingenuitate, & candore, quæ fidelem interpretem decet, versabimur, non meris purisque coniecturis, vt multi perperàm arbitrantur, insistentes; sed nodos solutos ex omni probatissimorum Authorum monumentis Latinis, Græcis, Hebræis, Chaldæis, Syris, Arabicis, Aegyptijs, Persicis, Aethiopicis, aliorumque Orientalium doctrina ita stabiliemus, vt de rei veritate nemini inposterum amplius dubitandi locus reliquus esse possit. Imò & omnes æqui rerum æstimatores sibi persuadeant velim, tantum nos in hoc Opere præstituros, quantum authoritates adductæ probauerint.*

§. III.

Quo ratio, Methodus, modusq; qui in interpretatione huius Obelisci l. 5. propositâ seruatur, exponitur; Bibliothecæ Ergasteria antiquitatũ, virorũq; doctorũ, quorũ cõsilio auxilioq; fulcitus fuit author, subsidia allegantur; atq; adeò hanc nostram in vltimo libro propositam Obelisci interpretationem, ita ad mentem veterum peractam esse, vt, quam quod ibidem exposuimus, aliud nihil significare possit, per varia specimina demonstratur.

CVm negotium arduum, & ad hæc vsque tempora intentatum non sine temeritatis nota aggressi videri possimus, ideò non defuturos præuideo, qui canino dente instimulati, hanc interpretationem Quinto libro propositam à nobis proprio ingenio confictam esse, obiecturi sint, ex hoc maximè capite, quod figuris symbolicis ita comparatum sit, vt in quælibet sensum à quouis facilè trahi, & detorqueri possint; quod vti de omnibus alijs symbolis, ita & de hieroglyphicis quoque sentiendum sit. Ac proindè neminem adhuc de factæ huiusmodi expositionis veritate securum esse posse; vt iniustam eorundem expostulationem esse ostenderem, statim in huius libri vestibulo ad obtrectantium dicas compescendas, hanc nostram expositionem ad mentem veterum sapientum, positis ponendis, ita quadrare, vt nihil aliud, præterquam quod dictum est, per dicta symbola eos significare voluisse, constaret; hoc loco oportunè demonstrandum duximus; quod vt quam optimè fieret, ob quo rem ordiri visum fuit.

Triplex demonstrationis genus, vnanimi philosophorum consensu, in scientiarum acquisitione nullo non tempore adhibitum fuisse constat: mathematicum, physicum, morale. Mathematica demonstratio, *vti per principia lumine naturæ notæ & æternę veritatis, omnis fallacię expertia, affectiones, & proprietates vtriusque quantitatis inuestigat, ita certam quoque & propriè dictam scientiam, omni dubitationis scrupulo submoto, parit.* Physica demonstratio, *cùm per experimenta rerũ in abditam causarum notitiam deueniat, scientiam quidem parit, sed ob experi-*

mentum, quod ſicuti pleramque ſenſuum phantaſmatis expoſitum, ita deceptione non caret, ad prioris certitudinem non pertingit; veræ tamen ſcientiæ, Ariſtotele teſte, titulo triumphat. Moralis *denique* demonſtratio, *cùm ab humanarum actionum experimento dependeat, ſcientiam quidem parit, ſed talem, qualem moralium rerum conditio permittit, quæ & fides humana dicitur, & ſic hoc loco eam accipio, & vt plurimum Authoritati dicentis innititur; ſimilem ob cauſam Authoritas reuelantis Dei fidem parit, omni ſcientia certiorem; ſoli, vt dixi, Authoritati reuelantis Dei, vt potè qui cum infinitè ſapiens, & bonus ſit, nec falli nec fallere poſſit, innixam; Eſt huius imitatrix quædam Authoritas humana, cui inſiſtendum eſt, niſi omnium præteritarum rerum hiſtorias irritare, & annihilare velimus. Habet autem ſuam hæc certitudinem, omnium vnanimi Doctorum calculo teſtimonioque comprobatam, & hucuſque receptam; omneſque prophanæ Eccleſiaſticæq; hiſtoriæ, vti & Authorum veterum paſsim receptorum monumenta, poſteris relicta continet; quæ cũ à multis ſeculis ab omnibus ad hæc vſque tempora recepta ſint, neceſſariam quoque fidem merentur; ſine qua meritò omnium humanarum rerum, vt dixi, actiones labaſcerent, nihil certi aut ſcribi, aut dici poſſet, omnia dubijs perplexa ſqualerent. Nõ loquor hìc de Authoribus hiſtorijsquè ſuſpectæ fidei, ſed de ijs, qui authoritatem ſibi à multis ſeculis cum præcellenti fama præſcripſerunt. Atque huic veterum probatorumque ſcriptorum Authoritati, quam demonſtrationem moralem, ſiue Authoritatiuam dicimus, nos inſiſtentes, rerum in hoc præſenti Obeliſco contentarum interpretationem, ita, ni fallor demonſtrauimus; vt, ſtante dicta Authoritate, quiuis ſenſatus fateri cogatur, hanc expoſitionem & iuſtam eſſe, & aliud præterquam quod dictũ eſt, exhibere minimè poſſe; loquendo ſemper de eſſentiali rerum ſignificatione; in mutioribus enim rebus, aliam quoque, & aliam ſignificationem eos habere potuiſſe non diffiteor; eã tamen dico fuiſſe talem, quæ minimè ab eſſentiali rerum ſignificatione abluderet, in quibus tamen omnibus nolim Lectorem ad meam interpretationem ita conſtringere, vt ei liberam iudicãdi voluntatem adimam; ſed æquo Lectori, rationes tantum, quæ veritatem propoſitam conuincere poſſent, adducere volui. His igitur propoſitis, iam demonſtrationem noſtram cum bono Deo aggrediamur. In confeſſo eſt apud omnes, & tanquam certum ex primo libro probatis ſuppono; primos poſt Cataclyſmum mortalium, de altiſſimis, tùm naturæ, tùm diuinitatis myſterijs diſſeruiſſe Aegyptios; quæ quidem philoſophandi ratio, tantæ famæ & celebritatis fuit, vt nemo veterum Sapientum magnum ſibi quidpiam in ſcientiarum acquiſitione nactus videretur, niſi Aegyptiorum ſapientia aliquo modo fuiſſet imbutus; qua & Moſen præter reliquas ſcientias potiſſimùm inſtructum ſacer textus docet Actorum 7. his verbis:* Et eruditus eſt Moſes omni ſapientiâ Aegyptiorum; *de qua ſapientia habetur quoque l. 3. Reg. c. 4.* Et præcedebat ſapientia Salomonis, ſapientiam omnium Aegyptiorum. *Supponitur igitur, vel ex ipſis Sacris literis, Aegyptijs fuiſſe quandam philoſophandi rationem, quam ſapientiam dixerunt; Cùm itaque ſapientia ſit rerum excellentium, & altiſſimarum cauſarum notitia, quæritur primò, quid illa fuerit? Certè omnium Authorum conſenſu illa nihil aliud fuit, niſi de Deo, de Angelis, dæmonibuſue, de diuinis in Mundo adminiſtris, de Mundorum*

diuerſi-

diuerſitate, & ordine, quo in eos influunt, de attractu Deorum, Geniorumque in dictorum Mundorum indiuidua, deſcenſu; de aſtrologicis electionibus, de ritibus, & ceremonijs, quibus ſinguli per congruam rerum ſacrificijs conuenientium applicationem, boni quidem attrahendi, mali autem fugandi ſint. Quomodò denique per diuinarum huiuſmodi operationum notitiam, vltra omnem fortunæ rotã elati deiformes, bonorumque omnium participes fieri poſſint, qui finis, totiuſque ſapientiæ Aegyptiacæ complementum eſt; De quibus omnibus, cum vbique paſſim in hoc Opere diſſeruerimus, ſuperuacancum eſſe ratus ſum, hic eadem cũ tedio repetere; Lector conſulat totũ librum ſecundum, & libri tertij capita 6.7.8.9, vti, & pleraque in reliquis libris ſparſim tradita, vbi Aegyptiorum dogmata omnium ſeculorum Authoribus ita comprobamus, vt nemo amplius de rei veritate dubitare iure poſſit.

Suppono ſecundò ex paulò ante citatis Authoribus, Sapientiam illam nihil aliud fuiſſe, quàm ſacram & ſymbolicam dictarum rerum ſcientiam, Obeliſcis incisã, vti toto hoc Opere paſſim demonſtratum eſt, quod adeò verum eſt, vt ſi quis huic contradicere auſus fuerit, is eadem temeritate omnium ſeculorum Authoribus ſe contraeuenturum eſſe nouerit, qui hanc memoratam ſapientiam non alia de cauſa hieroglyphicam, hoc eſt, ſacram ſculpturam dixerunt, niſi quod eam veluti ſacram, & diuinam ſcientiam, vti ſolis Sacerdotibus cognitam, ita plebæis ſolo intuitu venerandam, æſtimarent, & ceu perpetuò duraturam ſaxis obeliſciſque inſculptam, tanquam vnicum patriæ munimentum, monumentumque propoſitum relinquerent; Triſmegiſtus futuram horum Obeliſcorum, religioniſque auitæ ruinam, neſcio quo inſtinctu præuidens, ita exclamabat. O Aegypte, Aegypte, religionum tuarum ſolæ ſupererunt fabulæ, & æquè incredibiles poſteris ſuis, ſolaque ſupererunt verba lapidibus inciſa, tua piè facta narrantibus, & inhabitabunt Aegyptum Phœnix aut Indus, aut aliquis talis, diuinitas enim repetet cœlum, deſerti homines toti morientur, atque ita Aegyptus Deo, & hominibus viduata deſeretur; *hoc eſt, doctrina ab antiquis Patribus de Deo accepta, ſola lapidibus, id eſt, Obeliſcis ſub tropicis veluti inuolucris abſcondita, inciſa ſuperent; Hominibus verò ſuperſtitionum vitiorumque labe diffluentibus, Aegyptus, diuina ope deſtituta, in vltimam tandem ruinam fatiſcens corruet, quibus verbis fuſius diſſerentem vide S. Auguſtinum lib. 17. de ciuitate Dei. Saxis itaque doctrinam ſuam ſacram inciſam, vel ex ipſo Mercurio teſtatum habemus. Verùm hanc veritatem præ cæteris omnibus admodum graphicè deſcribit Iamblichus, in initio ſtatim ſuæ de Aegyptiorum myſterijs philoſophiæ.* Aegyptij ſcriptores putantes omnia inuenta eſſe à Mercurio, ſuos libros Mercurio inſcribebant; Mercurius præeſt ſapientiæ, & eloquio. Pythagoras, Plato, Democritus, Eudoxus, & multi alij ad Sacerdotes Aegyptios acceſſerunt, dogmata huius libri ſunt Aſſyriorum, & Aegyptiorum. Pythagoras, & Plato didicerunt philoſophiam ex columnis Mercurij in Aegypto; columnæ Mercurij plenæ doctrinis. *Sed vide quæ de hiſce fusè libro 1. cap. 2. & 3. item libro 2, cap. 1. 2. 3. 4. &c. tradidimus.*

Patet itaque Authorum conſenſu, hanc ſapientiam hieroglyphicam, ceu ſacram

quandam

quandam ęternitate dignam doctrinam, ſaxis, id eſt, Obeliſcis, Sphyngibus, Abacis ſimulacrisq; inciſam fuiſſe; quod quidem demonſtratione non indiget, cùm id & Obeliſci, & innumerorum ſimulacrorum fragmenta, ex Aegypto ab Imperatoribus Romam traducta, in hoc Mundi theatro, nullo non loco literatorum virorum oculis obuia, vti ex libro 2. patuit, inter quæ, & noſter hic Obeliſcus Pamphilius, cuius interpretationē hoc Opere exhibuimus, vnus eſt, ſat ſuperq; teſtentur.

Habemus itaque ex ſuppoſitis, Aegyptios reconditam de altiſſimis diuinitatis & naturę myſterijs habuiſſe ſcientiam; habemus etiam, hanc eandem ſcientiam ab Aegyptijs, Obeliſcis cæteriſque monumentis inſculptam fuiſſe: pręterea habemus pleroſque Grecię philoſophos, totiuſque adeò ſapientię Grecanicę Anteſignanos, ex huiuſmodi ſaxis ſuam deriuaſſe ſapientiam; Cùm itaque & doctrina ab Authoribus tradita in hunc vſque diem ſuperſit, ſuperſint & ipſa Obeliſcorum ſaxa, ab omni temporum iniuria in hunc vſque diem immunia, hieroglyphicorumq; ſplendore, poſt tot ſecula conſpicua, & admiranda, quę ſub abditis variorum ſymbolorum inuolucris, doctrinam traditam arcanè contineant; Cùm, inquam, hęc omnia, vt toto hoc Opere traditum fuit, ſuperſint, nihil quoque aliud deſiderari potuit, niſi vt doctrina dicta, tùm Obeliſco noſtro, tum cęteris inſculpta aptè combinaretur, & tandē ex mutua vtriuſque comparatione, ſingulari induſtria peracta, reconditę veritatis enuclearetur ſacramentum; quod cùm ante nos nemo, quod ſciam, tentauerit, nemo quoque mirari debet, doctrinam hieroglyphicam omnium opinione abolitam hucuſque fuiſſe exiſtimatam. Donec nos tandem, Deo duce, Authorum ſenſus figuris adaptantes, reconditam veritatem in eam lucem, quam hoc Opere, equi Lectoris iudicio, expoſuimus, traduxerimus. Ne autem vltra modeſtię limites ſapere, aut plùs quàm oportet, mihimetipſi tribuere videar, quomodo primò in huius rei cogitationem deuenerim; & quomodo tandem, quibuſue medijs intentum Opus in executionem vrſerim, hic ea, quà decet, ingenuitate & ſinceritate, candido Lectori aperiendum duxi.

Cùm ab ineunte ętate ſemper incredibile mihi fuerit, in reconditarum rerum notitiam deſiderium, atque in linguarum peregrinarum ſtudium, animus accenſiſſimus; contigit, vt abſolutis Philoſophię & Theologię ſtudijs, quodam tempore in Obeliſcorum à Sixto V. erectorum volumen, figuris exoticis conſpicuum inciderem, quarum intuitu ſtupefactus; dùm ex lectione intelligo, hoſce Obeliſcos eſſe hieroglyphicos veterum ſapientiâ inſignitos, tametſi à nemine hucuſque penetratos, explicatosque, ſummo veritatis indagandæ deſiderio incenſus, ita mecum ratiocinabar: Characteres ſuperſunt, & quidem à tot ſeculis ſinceri, & incorrupti; doctrina quoq; quam ſignificant, haud dubiè alicubi latebit; Si non in Latinorum Grecorumque, ſaltem in Orientalium abditis monumentis eius adhuc ſupererunt nonnulla veſtigia. His itaque occultis, & vehementibus ſtimulis agitatus, prius inſtituto, quod moliebar, Deo per preces & orationes aſſiduas, ex vna parte cōmendato, cuius ope haud dubiè aliquid me effecturum, neſcio qua abdita preſenſione cognoſcebam; ex altera parte, ſine linguarum Orientalium notitia, quarum iam aliquam mihi notitiam compararam, in vanum me laboraturum apertè videbam; vnde vtriusq; armatus ſubſidio, totis viribus, & intenſiſſimo ſtudio vigiliſſq, vti in hieroglyphicę literaturę, ita & in idiomatū ſtudium

incum-

incubui. Contigit interim, vt eo ipſo tempore, bellorum tumultibus Germania extorris, dum varias nationes peragro, hoc vnicum intenderim, vt vbicunque liceret, de rebus Aegyptiacis, Authoribuſque meum inſtitutum reſpicientibus, minutam acciperem informationem; nec defuit votis meis diuina bonitas, dùm in libros, & ſubſidia varia, inexpectato caſu, vero diuinæ voluntatis me incitantis ſymbolo, incidi. Multorum itaque annorum labore, tùm viſis luſtratiſque præcipuis Germaniæ, Galliæ, & Italiæ Bibliothecis, tùm hic Romæ potiſsimùm omnes eos Authores ſiuè manuſcriptos, ſiuè impreſſos, Latinos, Græcos, Hebræos, Arabicos, Chaldæos, Aegyptiacos, Syriacos, Armenos, Aethiopicos, aliiſque ſub linguis Europæ vſitatis editos, in Bibliothecis, Vaticana, Angelica, Barberina, Sfortiana, Collegiorum Soc. Ieſu, aliorumque priuatis Muſæis latentes, qui aliquam rerum Aegyptiacarum mentionem faciebant, perlectos trutinando, loca ſingulorum intenſo ſtudio, & pertinaci ſpeculatione in certas quaſdam ſeries rerum, non ſine ſumptibus excerpenda curaui; ita vt quæcunque de hieroglyphicis animalibus, plantis, inſtrumentis, ſacrificijs, ritibus, lapidibus, coronis, ſtellis, cæteriſque figuris ſacræ doctrinæ ſeruientibus reperirem, in claſſes, vt dixi, ſingula ſeorſim ſepoſuerim; deindè ex omnibus, quæ nanciſci licuit Aegyptiacis monumentis characteres hieroglyphicos, ſecundùm claſſes pariter deprompſerim; Quo pacto analyticæ artis ſubſidio, per artificioſam combinationem figuras ſingulas cum textibus Authorum, figuris correſpondentibus, multorum annorum labore inceſsabili, & operatione paucis nota tentataque contuli. Qua quidem ſingulari induſtria factum eſt, vt paulatim in abditam rerum notitiam peruenirem, contextuſque hieroglyphici rationem apertè cognoſcerem. Atque hiſce fundamentis feliciter iactis, eò tandem profeci, vt iam nullam prorſus in communiorum hieroglyphicorum ſignificatis difficultatem reperirem. Verùm cùm multa hinc indè occurrerent ſymbola abſtruſa ſanè, & quaſi imperuia, quorum figura, nec hominem, nec animal, nec plantam, nec certam figuram ex ijs, quæ notæ nobis eſſe poterant, haberent; ſed incognita nobis vaſa, variaque in ſacris vſitata ſuppellectilia referrent, nec libri eſſent, qui eorundem vel vmbratilem notitiam innuerent; Hinc idola & ſimulacra, lapidum fragmenta, gemmæ, amuleta, periapta, Camæa Teliſmata Gnoſticorum, ex omnibus Gazophylacijs Antiquitatũ tùm Romæ, tùm alibi ſuperſtitibus cõſulendaquè excerpenda fuerũt; ex quorum continua, & incredibilis laboris combinatione, dùm figuras cum figuris, apices cum apicibus, inſtrumenta cum inſtrumentis ſtudioſè confero, Dei gratia, id, de quo dubitabam, perfectè cognoui; Quæcunque enim in Obeliſcis hinc indè confuſè, obſcurè, & imperfectè inciſa fuerant, ea ita clarè expreſsè, & perfectè in dictis vel ſtatuarum, vel abacorum, camæorumque monumentis reperi, vt de veritate ſignificatorũ amplius dubitare non liceret; quæ & noua tandem cum Authorum locis, & textibus combinatione conferendo, tandem veritatem rerum, Dei luminum patris gratia, adeptus ſim.

His itaque laboribus, hiſce ſubſidijs, vti Obeliſci huius præſentis, ita omnium cæterorum interpretationem aggreſſus, tandem perfeci. Ex quo luculenter quoque mihi patuit, Aegyptiacam literaturam nunquam interijſſe, ſed ſemper in Authorum Veterum monumentis hinc inde ſparſim latuiſſe, ſolùm defuiſſe hucuſque vnum, qui

ſparſam

ſparſam doctrinam ex abſtruſis monumentis erutam, cum ipſis hieroglyphicis figuris apte conferret; quod cum hucuſque ante me à nemine factum ſit, mirum non eſt, hanc hieroglyphicam doctrinam omnium ferè opinione prorſus abolitam, vt dixi fuiſſe exiſtimatam. Secundò patuit quoque, quod, quæcunque in Hermetis, Platonis, Pythagoræ, eorumque ſectatorum monumentis arcana habentur & abdita, ea ex huiuſmodi doctrina hieroglyphica profluxiſſe; differentia nulla alia intercedente, niſi quod eam doctrinam, quam Aegyptij abſtruſiorum ſymbolorum cortice inuolutam, paucis & non niſi ſacerdotalis ordinis viris ſapientia conſpicuis, aperirent; illam veluti expanſam, inuolucriſque euolutam ſuæ ſectæ hominibus traderent Hermetici, Pythagorici, & Platonici ſectatores; de quibus paſſim toto hoc libro.

Habemus igitur modum, induſtriam, & rationem, quâ in hieroglyphicæ literaturæ inſtauratione proceſſimus; quæ cum ex omnium Authorum probatiſſimorum conſenſu conſtet, & ab intentione Aegyptiorum nè in minimo declinet, nemo de factæ interpretationis veritate, niſi incredulus forſan, & pertinacioris cerebri ambiget. Sed obiicient mihi hoc loco certorum quorundam Authorum allegationem, qui cum ſuſpectæ fidei videantur, intepretationem quoq; dubiam facere poſſint; quorũ obiectioni, vt abundantius reſpondeam, quem Authorum ſelectum habuerim, oſtendere viſum fuit: Primò itaque præter Hermeticorum, Platonicorum, & Pythagoræorum volumina, quæ ſumma diligentia, & intenſo ſtudio identidem peruolui; totum Plotinum quoque, Philonem, F. Ioſephum, Porphyrium, Iamblichum, Numenium, Syneſium, Plutarchum, Apuleium, alioſque Pythagoricæ Platonicæque ſcientiæ alumnos, ſummo ſtudio, eos cum figuris conferendo, trutinaui. Poſtea SS. Patrum monumenta, Dionyſij, Tertulliani, Origenis, Iuſtini Martyris, Clementis Alexandrini, Arnobij, Lactantij Firmiani, Euſebij, Cyrilli, Athanaſij, Auguſtini, aliorumque, quos in Secundo Libro citauimus volumina, quæ de Aegyptijs rebus in ijs traderent, conſului; loca quoq; quæ ex Sanchuniathone Zoroaſtre, ſibillinisque oraculis, Orpheo, Biti, Artephio, Hecatæo, Pherecide, Beroſo, Manethone, Ario, Caloſyri aliiſque, quorum opera hoc tempore deſiderantur, ſeorſim ex ijſdem excerpſi: quibus in centonem confarcinatis, quantum profecerim, liber oſtendet. Poſt hæc Hiſtoricos, Oratores, Poëtas, Lexicographos, & Grammaticos adortus ſum, Herodotum Steſichorum, Heſiodum, Homerum, Demetriũ Phalerçum, Pauſaniam, Athenæum, Diodorum, Suidam, Harpocrationem, Photium, Iul. Pollucem, Ciceronem, Martianum Capellam, Apuleium, Virgilium, Ouidium, Plinium, Lucianum, Lucanum, Lucretium, Iuuenalem, Perſium, Statium, alioſque innumeros circa Aegyptiacas res adij, ſingula loca ſtudioſè notando. Ex Hebræis verò & Chaldæis, libros Zohar, Authore R. Simeone Ben Iochai, librum Iezira, Micra haggedolàh eiuſque commentatores Rabbinos, Abenezra, Raſſi, Radak, Balbag, Baal Hatturim, R. Manaſſe, opus cuius titulus Schilte gibborim, Ramhā demiq; doctorem perplexorũ. Ex Chaldæis Thargum Babyloniũ, & Hieroſolymitanũ, Thalmudica opera, præſertim, quæ intitulantur gnabadah zarà, id eſt, ſeruitus aliena ſiuè idololatria; Iochaidis Zohar, opus Pardes nuncupatũ, cum reliquis Cabaliſticis Auctorum monumentis, vbi complures Rabbinos haud contemnendos allegatos reperiet Lector; quos cum pleraque argumento noſtro minimè abſona tradere comperiſſem,

ſem, dignos, qui in probatorum Authorum album reciperentur, exiſtimaui; cum & inter quiſquilias ſubindè pretioſæ margaritæ contingat inuentio. Ex Arabibus quos paſſim citamus, ſunt Gelaldinus, Salamas, Aben Candathi, Algazel, Abenregel, Albuchaſem, Geographia Nubiana, & ea quam Abulfeida prodidit; cum alijs innumeris, quos paſſim allegamus, quos inter principem ſanè locum obtinet Abenuaſchia de cultu & religione veterum Aegyptiorum, quem citatum reperies apud Rambam in more Nebuchim; Alter eſt Abenephi, qui præ ceteris curioſus antiquitatis Aegyptiacæ ſcrutator extitit, cuius ſanè fundamenta veterū lucernā olent, Aegyptiaciq; idiomatis quod Coptū dicimus, haud imperitus, vti ex allegatione nominum patet; hic præ ceteris lampada mihi ad Aegyptiaca adyta tradidit. Cuius codicem cum olim Pereiſcio monſtraſſem, ingentì is cōtinuò gaudio perfuſus, ab eo tempore nullum non lapidem mouit, ad hieroglyphicæ inſtaurationis negotium promouendū; quæ ita eſſe, confirmat Gaſſendus in vita dicti Pereiſcij fol. 265. his verbis: Aderam interea, dum accerſitum quoq; voluit Athanaſium Kircherum Germanum, Virum è Soc. IESV, Auenione tum commorantem. Is perhibebatur eximiè callere hieroglyphicorum myſteria, quam ob rem ipſi adiutando, tum varios libros tranſmiſerat, tum Iſiacæ menſæ ſuperius deſcriptæ exemplum. Et quoniam eidem præ manibus erat inſignis codex MS. hoc eſt Author Arabicus Rabbi Barachias Nephi, (*lege Abenephius*) à quo dicebatur tradi ratio hieroglyphicorū; idcirco illū exorauit, vt ad ſe accedens, tum codicē ipſum, tum ſpecimen quoddā interpretationis notarū q; ſuarum adferret; cum feciſſet, dici non poteſt, quā ardenter illū animauerit, vt Coptū opus perficeret, editionem q; maturaret. Fuit Vir deinceps Romā vocatus; ſaregit autem Peireſcius nō modò apud Mutium Vitelleſcum Soc. IESV Generalem; ſed etiam apud Cardinalem Barberinum, vt ei ſtimulos adderent, & ſatis otij facerent, quò id opus breui prodiret. Hæc Gaſſendus. *Quæ hic adiungere volui, vt omnia legitima authēticatione cōſtarent. Porrò ex Syris valde profuit S. Ephrem, & Mor Iſaac, qui vnus fuit ex Patribus Concilij Niceni, Epiſcopus Meſopotamiæ, cuius philoſophia ex Bibliotheca Maronitarū extracta penes me eſt; cum alijs in ſacram Scripturam Cōmentarijs Syriacis. Ex Aethiopicis, variæ epiſtolæ ex Aethiopia de informatione rerum Aethiopicarum Romam tranſmiſſæ, & in Vaticano conditæ. Ex Copticis ſubſidio fuerunt varia Ritualium fragmenta, tum in Bibliotheca Vaticana, tum apud Petrum de Valle Equitem recondita, tum ex Aegypto ad me translata, denique opus intitulatum lingua Aegyptiaca inſtaurata, à nobis Superioribus annis hìc Romæ editum, vti & opus, quæ dicitur Scala magna. Ex quibus ſingulis aptas inſtituto noſtro materias deprompſimus. Antiquariorum Gazophylacia & Ergaſteria fuerunt, primum Viri æterna memoria digni Nicolai Pereiſcij Aquis Sextijs in Prouincia Narbonenſi Senatoris ampliſſimi, hic pro zelo, quo in huiuſmodi ſtudia promouenda ferebatur, quicquid fuit in antiquitatum gazophylacijs rerum Aegyptiacarum rarum, id deſcriptum ad me Romam in hieroglyphicæ inſtaurationis ſubſidia tranſmiſit.*

Secundum fuit Franciſci Card. Barberini, cuius præſes Leonardus Senenſis; deindè Claudij Menedrij, quod tamen poſt mortem eius diſſipatū, in diuerſorum manus peruenit. Tertium fuit Franciſci Angelomi ad portam Pincianam, viri ſcriptis nō

mimus, quam antiquarum rerum notitia comprimis clari, cuius præses, Petrus Bellorius nepos. Quartum fuit Franciſci Qualdi Equitis S. Stephani, Aegyptiacis rebus inſtructiſſimum, in Campo Carleo; quod hoc anno Regi Chriſtianiſſimo donatione, ſub cura PP. Minimorum in Monte Pincio ceſſit; Succedit huic Ioan. Baptiſtæ Caſalij ad radicis Montis Auentini, tùm Aegyptiacâ ſupellectile, tùm omni genere rerum cõprimis ſpectabile. Deindè M. Mileſij Iuris-Conſulti Romani, quod poſt mortem ceſſit Patribus Theatinis in monte Quirinali, Ioannis Bapt. Romani ex Auguſtiniana familia, quod eo fatis functo, ſubhaſtatum, alieno iuri ceſſit; quorum omnium, ne quis me ſuſpecta fide in hoc opere verſatum eſſe dicere poſſit, ab ipſiſmet factam authenticationem Operi præpoſuimus. Fuerunt & priuata Muſæa Petri Stephanonij, Hyppoliti Vitelleſchi, & Petri de Valle Equitum; Patauij, Io. Rhodij viri ingenio & moribus perpoliti; præreliquis verò Illuſt. Caſsiani à Puteo Equitis, qui vti cõmunis omnium literatorum Patronus, & Mecænas, ſic nunquam etiam ceſſat, quà cõſilio quà auxilio bonum commune Reip. Literariæ promouere. Hiſce omittere nequiui quin ſubiungerem Ergaſterion M. Ducis Hetruriæ totius Italiæ rebus omnibus, quæ deſiderari poſſunt, inſtruktiſſimum, quam vulgò Galleriam vocant, ex quo ingentem hieroglyphicorum ſupellectilem extractam, meis vſibus cõceſſit Eccellentiſſimus Modicus. o. Nardius. Idem præſtiterunt olim Ferdinandus Imperatus, Neapoli, Panormi Illuſtriſsimus Carolus à Vintimillia, Melitæ D. Abela Vicecancellarius rerũ rariſsimarum poſſeſſores; venio ad exteros, apud quos primo loco occurrit Gazophylacium Cæſareum, deindè Sereniſsimis Ducis Bauariæ S. R. I. Electoris Monachij, ex quibus tùm à Marco Marci Medico clariſsimo, & amico ſingulari, tùm à diuerſis Societatis noſtræ Patribus varia ſuppeditata fuerunt, vt ſuo tempore, Deo volente patebit.

Acceſſerunt hiſce doctiſsima clarorum virorum monumenta, Lucæ Holſtenij & Leonis Allatij, horum ille, ſi vllus, certè inſtructiſsimum Platonicorũ Pythagoræorũq; voluminum manuſcriptorum, muſæum poſsidet, quorum quidem copiam non inuitus, ſed ſumma & profuſa liberalitate, & zelo, quo promotionem literarum vrget, conceſſit: Porrò Pariſijs præ ceteris, varijs ſuppeditatis non parum profuit, inſignis ille Naudæus librorum literarumque Helluo indefeſſus. Profuerunt & doctiſsimi Petauij varia doctrina referta volumina; apud Anglos Seldeni, & Grauij; apud Batauos opera clariſsimorum luminum Scaligeri, Salmaſij, Heinſij, Voſſij, Buxhornij; apud Danos verò Bangij, Beringi, Bartholini, in mittendis inſtituto meo oportunis ſubſidijs literalitas; quibus demum ſubiungo P. Iacobum Viuam Soc. Noſtræ, ſtudiorum meorum coadiutorem fideliſsimum amantiſsimũq; virum laboribus indefeſſum, quibus tandem fractus, dum Lauretum petit, ibidem fatis functus meliorem vitam auſpicatus eſt, vir longiori vita dignus; agmen tandè claudit P. Leo Santius Collegij Romani Soc. Ieſu Superiorũ ſtudiorũ præfectus, vir ingenio ſublimis, & omnigena eruditione inſtructus, qui nunquam ad operis incepti proſecutionem me inſtimulari oportuniſque conſilijs incitato ſubuenire deſtitit, quibus quidam omnibus, & ſingulis gratitudinem debitam, hiſce poteſteritati conteſtatam eſſe voluimus. His itaque literarum ex vniuerſa pene Europa ad me tranſmiſsis ſubſidijs, dum omnia, &

ſingula

ſingula aptè inter ſe combino, incredibilem ſanè in ſecretioribus Sphyngibus enodandis lucem hauſi; Verum duo mihi opponere poterunt huius temporis Critici, Hermetica videliret opera, & philoſophiam myſticam Ariſtotelis, deindè Arabes Authores, quos paſſim allego. Atque de Hermeticis lib. 1. fol. 36. abundè diſſeruimus, vbi tamen notandum, non deeſſe quoſdam, qui eos Gnoſticis aſcribant; quibus quidem nō omninò contradixerim; nam, dato non conceſſo, eos à Gnoſticis editos, non tamen inde ſequitur, eos Hermetis genuinam doctrinam non continuiſſe; Cum enim Gnoſtici Aegyptij prę reliquis inſignem habuerint rerum Aegyptiacarum notitiam, vti ex ſuperſtitibus eorum taliſmatis in varijs lapidibus pretioſis inciſis patet; imò hoc vnicū intenderint, vt Aegyptia dogmata ſuperſtitioneſque ab inferis reſuſcitarent; fieri certè non potuit, quin libros veterum ſummo ſtudio & zelo, ex quibus aliquod ſuæ proſeminandæ ſectæ ſubſidium habere poterant, inquiſiuerint, atque ex bibliothecis Aegypti eruios deſcripſerint ediderintq; inter quos etiam eſſe potuerunt, quos dixi, libri Hermetici, & proindè minimè inferendum, hoſce ab ijdem confictos, aut veluti ſuppoſititium quendam partum Mundo obtruſos; cum maiorem altioremque doctrinam quam nefarijs huiuſmodi hominibus fuiſſe putemus, contineant. Sed audiamus de his Iamblichum, quem ſolà ſua, qua pollet authoritate obtrectantium ora concluſurum confido, ita enim de myſterijs, inquit fol 353. edit. Baſ. His itaq; diſcretis facilè ſoluuntur dubia, que in libris Aegyptijs, quos legiſti, concepiſſe dicis. Qui enim Mercurij titulo circumferuntur, opiniones Mercuriales continent, et ſi ſæpè philoſophorum Græcorum ſtylo loquantur, ſunt enim ex lingua Aegyptia in Græcam translati à viris philoſophiæ nō imperitis. *Accedo ad philoſophiam illam myſticam Ariſtotelis iuxta Aegyptiorum mentem conſcriptam, de quibus non minor eſt inter modernos Criticos controuerſia. Hanc Abenama Arabs teſte, Franciſco Roſio, in præfatione, primùm, & olim detectam ex Græco in Arabicam linguam transtulerat, quam deindè diuini Numinis prouidentia in Bibliotheca Damaſcena vulgò Schàm, inuentam, per Moſem Rouaſium Medicum Italicæ, & Arabicę haud imperitum tunc temporis in Cypro degentem verbotenus in Italicam linguam transferri curauit Nicolaus Ruſius Rauennas; quam & in Italiam ſecum delatam opera vſus Petri Nicolai Caſtellani, Philoſophi & Medici Fauentini, tempore Leonis X. Pontificis, Latini iuris fecit, quę quidem philoſophia talis eſt, vt non immerito hieroglyphicæ literaturæ exemplar eſſe poſſit. Et ſi non deſint, qui eam Numenio adſcribant, nonnulli etiam Ammonio Sacco, cuius ope primùm Platonicæ Scholæ reflorere cœperunt; qui & hunc inter cætera Platonica opera, veluti arcanum & non reuelandum theſaurum ſecum abdidiſſe haud inueriſimile eſt; Ariſtotelis autem hanc fuiſſe, & non alterius, ex ore Platonis decerptam, eiuſdem philoſophiæ lib. 1. p. 3. edit. Romanę, his verbis adſtruit.* Plato itaque olim animæ dedit plura attributa, quorum nos auriti teſtes ſumus, ſed non ſcripſit illum, alioquin enim Lector mentem eius deprehendiſſet; *& in multis alijs locis Metaphyſicam ſuam, ſicuti & libros de anima, de mundo, de ortu & interitu allegat. Vndè liquet, Ariſtotelem hanc philoſophiam in ſenectute, & vltimis vitę ſuę temporibus, & poſt mortem Platonis, nè*

forſan Platone viuente plagij conuinceretur, edidiſſe. Quem theſaurum paucis notum, deinde Ammonius Saccus, aut alius quiſpiam ex familia Platonicorum multo poſt tempore nactus, ſui iuris fecit. Hunc autem minime Numenio aut Sacco adſcribi poſſe; ſed Ariſtotelis Platonicum partum eſſe, indè conuincitur, quod tantà ingenij ſubtilitate conſcripta ſit, vt nulli operum Ariſtotelicorum, ſiuè materię ſublimitatem, ſiuè diuinarum, ſublimiſſimarumque rerum notitiam ſpectes, cedere videatur. Simplicis itaque, ne dicam abiecti animi foret, qui tam altum, & ſublime opus, quo vel ſolo immortalitatem nominis ſibi comparare poterat, aut Numenius, aut Ammonius Saccus, hanc gloriam alteri ſuppreſſo proprio nomine conferret. Quod verò nonnulli obijciant, neſcio quos acroniſmos, in eodem occurrentes, id eſt, diſcurſus quoſdam inueniant, qui ſequentibus poſt obitũ Philoſophi ſeculis librũ conſcriptum arguant; ea Criticorum huius temporis ſunt perſuaſiones; dato enim non conceſſo, acroniſmum quendam in dicto libro occurrere; minimè tamen indè hunc librum Ariſtotelis non eſſe, concludi poſſe aſſero. Cum huiuſmodi acroniſmi ſubindè à poſteris interpretibus, quemadmodum in multis hodierna die monumentis videre eſt, vel ad obſcuritatem contextus tollendam, vel propria phantaſię ſtimulatione adijciãtur. Hinc quoq; in codices, qui primò ab authoribus priſcis cõtinuato cõtextu perſcripti erant, in libros & capitula à poſteris peracta profluxit diſtinctio: Vndè patet acroniſmos, ſi quando in peruetuſtis monumentis occurrunt; non Authori, ſed Authoris Scholiaſtæ & interpreti adſcribendos eſſe. Hanc itaque myſticam philoſophiam veram veterum Aegyptiorum doctrinam continere, quam ab ijs hauſtam Plato ſuis diſcipulis oretenus deindè tradiderit; traditam poſt mortem Platonis, Ariſtoteles primum ſcriptis comprehenſam vulgarit, ex ſequentibus patebit, ſiquidem adeò præcisè hieroglyphicã doctrinam attingit, vt ea expanſa eiuſdem interpretatio dici poſſit. Nam exactè combinando huius dictæ philoſophiæ contextum, cum Obeliſcorum doctrina eundem prorſus eſſe, reperi; Quod vt Lector ἀποδεικτικῶς comperiat, ſpecimen huius in quatuor primis Obeliſci noſtri Schematiſmis (quorum interpretationem à fol. 398. vſque ad fol. 355. huius Operis exhibuimus) Lectori curioſo proponam; vt vel ex hoc ipſo, quid de dicto Opere ſentiendum ſit, colligere poſſit. Verum vt veritas per partes patefiat, rem exemplo comprobabimus, Quid aliud in præfatione lib. 1. cap. 1 huius dictę philoſophię facit, niſi vt oſtendat, ſe hieroglyphicam doctrinam profundiſſimam, & non niſi rarioribus ſublimioribusque ingenijs peruiam, dicto opere æmulari; imò vt hoc diſtinctius præſtet, rerum in toto opere dicendarum veluti quandam anatomiam, & totius operis epigraphem præmittit, quæ adeo congruit primis Obeliſci noſtri Schematiſmis (quas epigraphas veluti quaſdam etiã nos rerum in toto Obeliſco contentarum appellauimus) vt viua eorundem interpretatio dici poſſit. Sed cũ hęc minimè, ſine textùs, cum figuris hieroglyphicis exacta collatione percipi poſſint. prius verba ipſa Ariſtotelis (vbi in principio, & ſuam Metaphyſicam & libros de anima citat) deindè eadem primis noſtri Obeliſci Schematiſmis applicabimus; vt ſic veritas per partes innoteſcat. Ita autem loquitur Ariſtoteles l. 1. c. 1. linea 11. editionis primę Romanę. Et nos quidem in Methaphyſica iam perfecimus ſermonem explicantem cauſàs huiuſmodi, & probauimus eas in ſermonibus

de

de anima, & natura, operationibuſque vtriuſque, vbi per rationem perfectam & neceſſariam declaramus, quod impoſſibile eſt, ſubſtantias eſſe abſque fine, ſic etiamſi finis à ſapiente non præfigatur, ceſſabit eius inquiſitio, ſiquidem huius præſuppoſitio in ſcientia, adiuuat multum conſiderantem. Cui tamen ſollicitudo,& induſtria ſunt neceſſariæ ad progrediendum. Igitur nobis quoque in hoc Opere, quod eſt compendium philoſophiæ,intentio conſtitui debet; quæ eſt contemplari vniuerſum ſecundùm mentem eorum, qui docuerunt per notas figurarum adeò occultas; quod non alius poteſt ad ſecreta huiuſmodi ſcientiæ peruenire citra difficultatem, quamuis ſit ingenij ſubtilis & recti, nec vtatur negligentia. Proponemus autem cuncta theoremata Operis, deindè ſingula tractabimus; primaria igitur intentio noſtra in hoc Opere eſt contemplari Deum, quomodò differt ab alijs, quodque Mundus & tempus exiſtunt ſub eo; amplius quod Deus eſt author cauſarũ, quodq; creauit ſingula pro ratione ſingulorum. Et quod is illuminat intelligentias, per eas autem medias intellectum, per intellectum verò medium animam vniuerſalem cœleſtemque; & per animam mediam illuſtrat naturam generabilium corruptibiliumque. Et quòd opus ſit ab eo ſine motu, & quod motus rerum omniũ eſt ab eo,& ad eũ. Siquidẽ omnia mouẽtur motu eſſentiali & naturali ab eo,in eo, & ad eum. Poſtea verò conſiderabimus mũdum intellectiuum referentem bonitatem eius,formaſque diuinas inexiſtentes, & quod ab eo profluit bonitas in ſingula. Si quidem quatenus ſunt bona, aſſimilantur ei, ſed propter cortices expreſſionem veram eorũ non attingimus. Præterea enarrabimus naturam vniuerſalem cœli,qualiter ineſt potentia illi ab intellectu, enarrabimus etiam ſiderum dignitatem & lucem. Item conſiderabimus naturam ſublunarem, quomodò virtus immittitur illi, quæ manifeſtatur in rebus ſenſibilibus materialibus alterabilibus & corruptibilibus. Deindè deſcribemus & reddemus diſpoſitionem animarum rationalium in deſcenſu & aſcenſu, & reddemus cauſam vnionis earum ad corpora, dicemus etiam de anima honorabili, quæ habet mores intellectiuos; nec ſubmergitur deſiderijs mundanis & ſordibus corporis. Similiter narrabimus animam turpem coinquinatamque, & deindè ſpeculabimur diſpoſitionem animæ ſenſualis & vegetatiuæ, nec non qualitatem animæ terræ,& ignis & aquæ aliorũq;elementorum,atque hæc latentia ſicuti præfati ſumus, declarabimus per figuras propoſito ſufficientes *hactenus Ariſtoteles. Quid porrò aliud hęc deſcriptio eſt, niſi viua quædam, & expreſſa primorum Obeliſci noſtri Schematiſmorum interpretatio, & epitome quædam rerum in Obeliſco noſtro contentarum? atque in primo quidem quando* Deum Cauſarum authorem dicit creantem ſingula pro ratione ſingulorum, *quid aliud innuit, niſi archetypum Mundum, in quo præexiſtunt rerum omnium creandarum exemplaria, & quod is differat ab alijs, & ſine motu moueat omnia, niſi in vnitatis ſuę ſolitariæ centro conſideratum, æternum, immenſum, & omnia animantem? an non trinum dixit, quandò dixit,* in eo,ab eo,

per

per eum omnia moueri desiderio essentiali & naturali, *An non sub particula* in eo Νίβεν, *hoc est, causa causarum, primum rerum principium, prima diuinitatis forma, vt Aegyptij loquuntur. In* Ab Eo, *secunda diuinitatis forma, mens secunda rerum in primo intellectu conceptarum dispositrix & adaptatrix, per seipsum verò, seu ad ipsum, vt aliquot exẽplaria habent, spiritus pantamorphus, tertia diuinitatis forma, rerum conceptarum dispositarũq; executrix, ceu dextræ Dei digitus appositè denotatur? adeòque hæc tria, triformi Dei naturę, id est Mundo archetypo, quẽ per globum serpentiferum alatum aptè indicabant, perfectè congruunt? Secundò, quid aliud per Mundum intellectualem, nisi Mundum Angelicum, qui cùm sit figura & exemplar bonitatis eius proximum, aptè Aegyptij per figuras humanas proximè post Mundum Archetypum positas, vt ex primis Schematismis patet, locauerunt? quid per symbolorum, quibus instruuntur, varietatem aliud indicant, nisi formarum diuinarum ijs inexistentium varietatem, qua in inferiora continuò influunt? quæ & consentiunt verbis Aristotelis.* Posteà mentem veterum secuti, considerabimus mundum intellectiuum, referentem bonitatem eius, formasque diuinas inexistentes, & quod ab eo, scilicet Mundo intellectiuo bonitas in singula &c. *Tertiò cùm dicit:* præterea enarrabimus naturam vniuersalem cœli, qualiter inest ipsi vis ab intellectu, siderum quoq; dignitatem & lucem. *Quid aliud indicat, nisi Mundum Siderium, cui præsunt intelligentiæ, cuius velut anima, moderatrix omnium est Osiris sub forma accipitris, qui lucis, & vitæ symbolum est, alijsque eius proprietatibus indicata, vt & globo serpentifero, qua vita & fæcunditas, quam Mundo Siderio continuò influit, signabatur. Iterum cùm dicit:* Enarrabimus etiam naturam sublunarem, quomodo virtus Cœli immittitur illi, quæ manifestatur in rebus sensibilibus, materialibus, alterabilibus & corruptibilibus. *Quid aliud indigitat nisi quartum hierogrammatismum Schematismi primi, hoc est Mundum hylæum seu Elemẽtarem per angulosas figuras, triangula quadrata, pyramides aptè indicatum, vti fusè suo loco ostendimus. Denique quid per* animas honorabiles, mores habentes intellectiuos mundanis materijs non immersas, *& per* animas turpes coinquinatasque, *nisi Geniorum tùm bonorum tùm malorum, (nam hi passim ab Aegyptijs cum anima confunduntur) operationes innuit, qui elementis, aëri, aquæ, igni, terræ, cęterisq; mixtis, sensuali, & vegetabili naturæ vti præsunt, ita omnia administrant, ordinant, disponunt in bonum vel malum finem; in bonum, vt Agathodæmones; in malum, vt eorum* ἀντίτεχνοι; *quo quidem Aristoteles ad particularia reliqua Obelisci Schemata, & indiuidua, vti & nos respexisse videtur. Hæc autem Aristotelem non ex se dixisse, sed ex mente veterum Aegyptiorum, & iuxta eorundem hieroglyphicam doctrinam reconditam, & quasi inaccessam, expressè dicit his verbis:* intentio nostra est contemplari Mundum, secundùm mentem eorum, qui docuerunt per notas figurarum adeo occultas, quod non alius potest ad secreta huiusmodi scientiæ peruenire citra difficultatem, quamuis sit ingenij subtilis, & recti, nec vtatur negligentia; *& in fine præfationis:* atque hæc omnia latentia, sicuti præfati sumus, declarabimus per figuras,

(non

(*non alias nisi hieroglyphicas*) proposito nostro sufficientes. *Quę Iamblichus quoque de mysterijs fol. 352. his verbis attestatur:* (*Atque ita Aegyptiorum tractatus de principijs desuper ad postrema progrediens, ab vno descendit in multitudinem, ab vno videlicet gubernatam Deo, vbique indefinita natura sub quodam termino definito imperiosè comprehensa, præcipuè verò ab excelsa omnium causa vnitate.*)

Vides igitur quam admirabili connexione nostra hęc interpretatio cum verbis Aristotelis paulò ante citatis concordet. Sed dicet aliquis hoc loco; si hieroglyphica doctrina Platonis, & Aristotelis temporibus iam cognoscebatur: ergò falsum est, vt alibi diximus, ante Alexandri tempora iam fuisse perditam. Respondeo, dupliciter doctrinam hieroglyphicam hoc loco considerari posse; primò abstractam, & sine vlla reflexione ad sculpturas sacras factà. Secundò, prout ipsis hieroglyphicis in Columnis, seu Obeliscis incisa spectatur; si eam primo modo consideremus, certum est, memoratam doctrinam nullo vnquam tempore fuisse abolitam, sed in Hermeticorum, Pythagoręorum, Platonicorum, aliorumque Authorum monumentis, etsi sparsim traditam conseruatamqae fuisse, vt sępè probatum est. Alteram verò hieroglyphicam, qua veluti cortice, & inuolucro quodam arcanè condebatur, fuisse perditam, cùm nullus à Cambysis temporibus quicquam in enodatione eius prestare ausus sit: quod & ipsum Aristoteles in dicta illa sua Theologia mystica l. 14. c. 14. his verbis testatur:

Sapientes Babylonij, & Aegyptij acumine mentis introspexerunt intellectualis Mundi speciem complexi scientiâ aliundè traditâ, vel ex seipsis inuenta, quam etiam professionem ipsi sibi vendicarunt, siquidem enarraturi aliquid vtebantur doctrina intellectuaria, non autem humanaria, vt nonnulli alij, qui consulentes eos, adhuc non sibi visi sunt satis firmiter discere ex sententijs locutione redditis, conceptus animorum acceptos scribebant; vti oculata fide legimus, in lapides per figuras, idem in omnibus scientijs artibusque facientes, quos locabant in templis tanquam paginas perlegendas, talesque aderant libri eorum vtensiles, quod fecerunt, vt indicarent etiam, quod intellectus agens immaterialis creauit omnia, secundùm propriâ essentiæ cuiuslibet rationem, similitudinemque, quale optimum fuit, pulcherrimumque documentum, per quod vtinam etiam indicarent, qua ratione attingerent formas illas mirandas & absconditas, sic enim illorum Sacramentum esset laude digniùs, qualis conditio paucis viris contingit. *Ex quibus apertè colligitur, Aristotelem, Platone traduce, fuisse imbutum doctrina hieroglyphica, eamque summè approbasse, non tamen characteres cognouisse; vndè aliquem, qui eàs interpretaretur, optasse videtur; eorumque sensum reconditum, tam sublimem esse, vt paucis, aut vix vllis ad tantum donum pertingere datū, tandem fatetur. Et tales fuisse Pythagoram, & Platonem, quos cum ex columnis Mercurij doctrinam suam hausisse Iamblichus asserat, non est dubium, quin aliquam, & si non vniuersalem horum characterum notitiam hauserit.*

Patet quoque; quod semper in precedentibus inculcauimus, characteres hosce minimè à sapientibus institutos, vt ijs veluti ex alphabeto, verba componerent; sed

esse

esse hosce characteres intellectuales siue ideales, sub quibus multa paucis comprehendebant, vt proindè Aristoteles plurimum hanc scribendi rationem, veluti Angelicis mentibus vicinam probauerit; efficientiam præterea eos, ex rebus similitudinem quandam ad Numina habentibus, obtinere, queis vnà cum analogis cerimonijs & ritibus, vti & intellectuali contemplatione, ea ad fauores prestandos se sistere posse arbitrabantur. Quod Iamblichus in aureo illo de Aegyptiorū mysterijs libro ostendit his verbis: Imitantes Aegyptij ipsàm vniuersi naturam fabricamque Deorū, ipsi quoque mysticarum reconditarumque notionum imagines quasdam in symbolis conficiendis ostendunt, quemadmodum & natura rationes occultas in apparentibus formis, quasi symbolis exprimit, & Dij veritatem idearum per manifestas imagines exprimunt.

Cùmergo perspiciant, superiora omnia, inferiorum similitudine delectari, atque insuper optent, à superioribus bonitate repleri, quatenus pro viribus imitentur, meritò & ipsi conuenientem Superis modum agendi pro viribus offerunt, quando occulta mysteria rerum abditarū, symbolis inferunt manifestis, in quibus interpretandis dimitte voces, accipe sensus. *Et fol.* 354. *(Iam verò hæc non oratione rationeque nuda speculari solent; sed admonent insuper atque docent, ad excelsiora communioraque & superiora fato, naturam nostram progredi ad ipsum Deum, Opificemque Mundi; quatenus neque materiam ferat secum, neque aliud quicquam præter opportuni temporis obseruantiam, idque sacrorum opera nos consequi docent, atque simul efficiunt. Tradidit hanc quoque viam nobis ipse Mercurius, sed interpretatus est eam Propheta Bitis Ammoni regi inuentam in adytis templi, in vrbe Sain Aegypti; literisque sacris, id est, hieroglyphicis insculptam, præbuit quoque nobis nomen DEI discurrens per vniuersum) qui nihil aliud est, quàm character ille Tauticus, toties hoc Opere descriptus, & celebratus, quæ adeò clara sunt, vt totum institutum nostrum exposuisse videantur.*

Ex his igitur omnibus luculenter patet, nos sensus reconditos Authorum, tanquam ad filum Ariadnæ secutos, analyticę seu combinatoriæ artis subsidio, multorum annorū labore, & speculatione, tandem Deo duce, & doctore, in arcana & hieroglyphica sacramenta penetrasse. Et quamuis innumera Theologiæ mysteria præsens hic noster Obeliscus contineat, explicatu dignissima, ea tamen omnia Oedipo reseruauimus, in quo, dùm Authorum memoratorum sensus arcanos & mysticos cum mysticis Obeliscorum figuris aptè conferimus, sub paucis figuris integrorum veterum voluminum doctrinam contineri, docemus. Deindè quinam hi characteres in magia naturali, aut theurgica vsum habeant, quam in medicina, quam in diuinatorijs artibus, quam in politia rectè beateque administranda, quam in chymia cæterisque reconditioribus facultatibus, Deo dante, demonstrauimus. Lector eum, si quandoque publicæ lucis fuerit, adire poterit, vbi & perfectam omnium hieroglyphicorum hoc tępore reperibilium combinationem per tabulas artificiosè digestas reperiet, ita vt quęcunque hoc Opere prodidimus, non nisi radius illius doctrinæ, quam in Oedipo exhibituri, Deo dante, sumus, videri possit, sed de hisce satis.

§. IV.

§. IV.

De Aequiuocatione nominum, & Stylo tùm ab Authore tum ab alijs Scriptoribus vſurpato.

ÆQuiuocatio nominum & Numinum paſſim, vbique toto hoc Opere occurrit maxima, quam haud dubie plùs æquo Criticus cauillari non verecundabitur: Sed hoc ipſo imperitiam ſuam continuò deteget, dùm veterum in Numinũ Deorumque denominatione confuſionẽ diuerſitatemq; quã tertio huius Operis libro exponimus, & definimus, minime ſe penetraſſe demonſtraturus eſt; Fuit enim Aegyptijs hoc proprium, à quibus illud ad ſe deriuarunt Græci; vnius Dei nomen varijs, aut Dijs, aut Genijs applicare; in quantum nimirùm vnum & idem Numen diuerſam denominationem ſortitur ex rebus, circa quas occupatur; ſi itaque ſubinde Oſirin cum Momphta, vel Hẽphta, aut Nephta, aut ſimilibus inter ſe cõfundimus, nolim eos me ſtatim præpoſteri, & confuſi iudicij, in rebus diſcernendis inſtabilis, condemnare; niſi enim totum Opus à fronte ad calcem peruoluerint, nũquam rectum de traditarum rerum doctrinà iudicium formaturos ſe nouerint, cùm enim in ipſa interpretatione non omnia in prioribus tradita libris repetere liceat; Lectoris prudentiæ erit, citata folia adire, & indè tandem de rei veritate, aut falſitate iudicare. Sed hæc de æquiuocatione ſufficiant.

Quod denique ad ſcribendi ſtylum in huius decurſu Operis vſitatum attinet, nec illum ex æquo placituram omnibus ſatis perſpicio, cùm in eo ſubinde mihi diſpliceam metipſi; nam dùm in ea vbertate materiæ, ſingula conor attingere, idque quam breuiſsimè, miſcens interdum profana ſacris, medica politicis, naturalia Metaphyſicis, hiſtorica Theologicis, Cabalica Magicis, Barbara barbaricis Mathematica Chimicis; eaque varia authoritate, vti Græca, Latina, Hebraica, Chaldaica, Syra, Arabica, Aethiopica, Perſica, Armenica, Copta, Samaritana, Aegyptia ſtabilire contendo, vix rerum chaos effugere licuit, præſertim, quando, quod vſu & ratione collegerim, oratione ſubtili, & preſſa, ad Actiorum aures teretes explicare non vſquequaque vacauerit. Sæpè & maioris prudentioriſque ingenij putem, loco ſuo & tempore potiſſimùm in materia abſtruſa, & intentata cultum negligere; & Enthuſiaſmo indulgere, quam nimis religioſè in omnibus obſeruare; imò vtilius tempeſtiue manum tabulæ ſubmouere, quam perficiendis tantoperè elimandiſque ſingulis immorari. Ergo nec Tullianam phraſin, nec numeros ſemper amplectimur; nec in alterius, vt dici ſolet, magiſtri verba iuramus; Sed quo ſit verborum rerumque conſonantia maior; polychromatico generi, veluti in muſicis, pro aſcenſus, deſcenſuſque varietate amplius indulgemus; vt etiam interdum, quod aiunt, Apolline pleni ab imis illis naturæ receſſibus, in poëticos campos diuertamur. Vnum id ſemel, & clarè teſtatum omnibus volumus, nullam nos linguam exoticam, hìc adducturos, cuius non mediocrem ſaltem, quæ eſt Dei gratia, cognitionem habeamus, neque Authores vllos, quos non in

fonte ipso sedulò, studiosè, & sæpius repetità lectione expenderimus; Quod verò in huiusmodi libris Orientalium allegationem minutam & præcisam non fecerimus, causam fuisse scias, confusam illam Orientalium scribēdi rationem, qua, plerique libros suos, sine nomine subindè, aut exordio librorum corroso, interdum sinè distinctione vlla, continuato passim stylo exarant. Accessit hisce alia difficultas in allegatione Authorum Hermetis, Iamblichi, Plutarchi, Eusebij, Herodoti similiumque innumerorum, quorum plerique diuersis locis & temporibus editi, diuersum emendatione Translatorum ordinem, & diuisionem sortiti sunt. Quo factum est, vt præcisam textus citationem non semper ponere licuerit; hinc ne ex disparilibrorum editione diuersitas, & ex hac malæ fidei suspicio oriri possit, foliū vnà cū loco, in quo editus esset Author, quo vtebamur, fere semper allegare coacti sumus, quod & in materijs continuato stylo conscriptis, cuiusmodi est Plutarchi de Osiride, & Iside historia, alijsque quibuscunq; à nobis præstitum est. Quæ cum ita sint, nihil aliud restat; nisi vt Opus felicissimis tanti Mecænatis Auspicijs, cum bono DEO ordiamur; in quo si quicquam laude dignum occurrerit, id bonorum omnium LARGITORI DEO, qui solus infantium linguas disertas facit, vnicè adscribas velim; sin minus in re tam ardua, difficili, & intricato molimine, conatum promptamq; Rei lit. promouendæ voluntatem ratam habere non grauaberis, memor illius. In rebus arduis etiam voluisse tantùm, sat esse, vale.

E Collegio Romano 19. Septembris anno Iubilæi, 1650. eo ipso die. Quo Illustrissimus, & Reuerendissimus D. CAMILLVS ASTALLVS studiorum meorum vti particeps, ita eorundem Fautor & Promotor vnicus, in Sacrum Purpuratorum patrum Senatū adscitus, S.R.E. Card. PAMPHILIVS ab INNOCENTIO X. dictus fuit, à cuius benignitate, doctrina, prudentia, atq; in literatos potissimùm viros propensione singulari, maxima non in Remp. duntaxat Literariam, sed & in totum Christianum Orbem emolumenta emanatura nihil dubito, cui proindè à DEO O. M. vitam longam, regimen felix, & tandem beatæ immortalitatis fruitionem vnicè exposco.

HISTORIA
OBELISCI PAMPHILII

A prima eiuſdem in Aegypto erectione, vſque ad vltimam eius erectionem factam

AB

INNOCENTIO X. P. O. M.

§. I.

De prima Erectione facta à Sothi Rege Aegypti.

AVDAX haud dubiè facinus commiſiſſe cenſebor; ſi quidpiam certi, circa primum huius Obeliſci Authorem Erectoremque in tanta tamque tenebricoſa vetuſtatis caligine adſtruere & determinare attentauero. Sedenim cùm ita mihi natura comparatum ſit, vt nil digniùs homine putem, quàm ingenium in abditis reconditiſque potiſſimùm rebus vti experiri; ita & aleam in hiſce iaciendam ducere, quod ſi me fefellerit, nihil ſupereſt, niſi vt in conatu laudem reponam. Certè vt ad quandam ſaltem eius notitiam peruenirem, nullum non moui lapidem; Chronologos non Latinos tantùm, ſed & Græcos, Hebræos, Arabeſque pertinaciſſimo ſtudio peruolui; apud quos, quid circa præsens hoc argumentum obſeruauerim, Lectori paucis aperio.

Anno ab Orbe Condito, iuxtà Hebræorum computum biſmilleſimo ſexcenteſimo octuageſimo quarto; à diluuio milleſimo vigeſimo octauo; ab exitu filiorum Iſraël, Moſe Duce, ex Aegypto ducenteſimo circiter: Aoth Iudice Iſraëlitico populum DEI moderante: ante Chriſtum 1366. ſurrexit in Aegypto Rex quidam excelſi pectoris Manuphta nomine, quem Euſebius Amenophin, Manethon ⲙⲉⲛⲱⲫⲑ *Menophti*, Africanus & Philo Ammenephten, hoc eſt, Memphis Dominum vocant; qui dùm potentiam Aegyptiorum partim DEO vindice per Moſen, partim per Primatûm Regni in mari rubro ſummerſionem, clade omnibus ſeculis memoranda, oppidò imminutam debilitatamque videret, conuocatis Sacerdotibus, Concilijſque vltrò citròque habitis, primò quidem ad religionem auitam patriumque Deorum cultum, deindè ad publica quoque monimenta in Deorum honorem à prædeceſſoribus erigi ſolita inſtauranda, animum adiecit, quibus egregijs moliminibus dùm diſtinetur, morte præuentus, Filio ſuo Sothis Hæredi Regni, quæ animo præclarè ſtatuerat, executioni mandanda reliquit. Hic Sothis animi generoſitate patri minimè diſpar, præcelſas parentum cogitationes morte ſuſpenſas ad incudem reuocatas, tùm tandè compleuit, cùm priſtino decori & magnificentiæ Aegyptum reſtituit.

Manuphta primus inſtitutor Obeliſcorum poſt Moyſen.

Sothis filius Manuphta intentionem Patris in executionem deduxit.

Hic inter alia memoranda, à Manethone recẽsita, tùm hieroglyphicæ tot Ægypti cladibus ferè abolitæ doctrinæ, tùm potissimũ Obeliscorũ instaurationẽ, consilio, & monitis sacerdotũ (penes quos, & sacra Hermetis de sũmis arduisque mysterijs volumina adhuc supererant, & haud exiguus, tùm characterum sacrorum vsus, tùm patriorum rituum, consuetudinum, legumque à prędecessoribus constitutarum, atque in adytis conseruatarum notitia vigebat) magno animo aggressus est.

Primò quidem, teste Plinio, quem lib. 1. fol. 65. allegamus, vnà cum filio Ramesse 8 Obeliscos in vrbe principe, quæ à cultu Solis Heliopolis dicta fuit, quorum, & historiam citato loco describimus, erexit: Ex quibus præsens hic noster Obeliscus Pamphilius vnus est, mysteriorum nõ minùs, quàm apicis sublimitate cum primis spectabilis; verum antiquæ sapientiæ symbolum, cuius & argumentum l. 5. c. 3. ob oculos ponimus curiosi Lectoris. Sothis itaque hisce agitatus consilijs, à supremo Numine molimina sua, veluti felici quodam auspicio inchoanda duxit; multos itaq; Obeliscos, quos omnes, partim Supremo Numini, partim patrijs Genijs dedicatos, ad Zelũ in auita religione instaurãda cõmonstrandum, erexit; nam & semper cum Sacerdotibus conuersabatur, & arcana diuinitatis præ cœteris tanto studio rimabatur, vt & ipse sacros libros vndique conquisitos studiosè peruolueret, aliosque componi curaret, indè amicus Deorum nuncupatus. Atq; hoc ita esse expressè docet Manethon apud Africanum in fragmento quodam Bibliothecæ Pereiscianæ; in quo ita habetur. Σοῦθις ἐβασίλευσεν ἔτη ξ̅ γ̅ ὃς ἔγειρε πολλὰς τὰς πυραμίδας; ἔτος τὸ ϛ̅ ὑπερόπτης εἰς Θεοὺς ἐγένετο, καὶ τὴν ἱερὰν ἐντείλατο γράφειν βίβλον ἣν ὡς μέγα χρῆμα ἐν Αἰγύπτῳ γενόμενος ἐκτησάμην, *Sothis 63. annis regnans, erexit multas pyramides (intellige Obeliscos) hic enim primus Deorum contemplator, siuè quod idem, de Dijs multa sapienter contemplabatur, & sacrum librum mandauit conscribi, quem veluti ingentis pretij rem in Aegypto existens, possidebam.* Quę paulò aliter habentur in Sozomenis Eusebij folio 15. in exemplari purè Græco. Ὧν τρίτος Σοῦφις, ὁ τὴν μεγίστην πυραμίδα ἐγείρας, ἣν φησὶν Ἡρόδοτος ὑπὸ χέοπος γεγονέναι. ὃς καὶ ὑπερόπτης εἰς Θεοὺς γέγονεν. ὡς μετανοήσαντα αὐτὸν τὴν ἱερὰν συγγράψαι βίβλον. ὡς μέγα χρῆμα Αἰγύπτιοι περὶ ἔπουσι. *Tertius Rex fuit Suphis (meliùs Sothis) qui maximam pyramidem erexit, quam Herodotus à Cheope dicit erectam, & factus est contemplator Deorum; & meditatus est sacrum librum conscribere, qui magni dicitur pretij & vsus apud Aegyptios.* Verùm hæc expressiùs adhuc describit Abenephius his verbis. في هذا الايام كان في مصر ملك صوطيس واقام كثيرين من للمسلات فرعون وكان ملك نسك ونقش فيهم الاسرار الاهوت وامر لكهن ان يكتبوا كل ما وجدوا من كتب للمقدسين وقالوه حبيب الهتهم ——— ✿ *Sauthis verò Rex Aegypti in diebus illis erexit multas acus Pharaonis*, id est, *Obeliscos, & fuit Rex religiosus, & incìdit in ijs mysteria diuinitatis, & præcepit Sacerdotibus, vt notarent quidquid inuenirent de libris sacris, & dictus est amicus Deorũ.* Et quamuis hæc adducta testimonia ad institutum nostrum stabiliendum in tanta vetustatis abysso abundè sufficere possent, nihilominùs præter ea

quo-

quoque, tria potissimùm nos hunc Obeliscum à Sothi erectum ad credendum inducunt; quorum prius est, Argumentum Obelisci, alterum mensura correspondens mensuræ à Plinio traditæ; Tertium ipsa est Obelisci Syngrapha siue inscriptio; Prius ita ostendo; cùm enim hic Obeliscus solus inter cæteros Romæ superstites supremę diuinitati Hemphta sit inscriptus, vt suo loco videbitur, & summa triformis Diuinitatis mysteria exhibeat; Sothis autem ex citatis Authoribus Obeliscos suos supremo quoque Numini dicauerit, & summa eiusdem in ijs mysteria insculpserit, certè magnum indè nobis argumentum suppeditatur, ad credendum, hunc Obeliscum à Sothi erectum esse. Quòd verò ad mensuræ congruentiam attinet, antequam illam ostendamus, primò verba Plinij adducēda sunt l. 36. c. 8. *Postea*, inquit, *& alij Regum in suprædicta vrbe scilicet Heliopolitana Sothis quatuor numero quadragenùm octonùm cubitorum longitudine erexit, Rameßes autem, quo Regnante Ilium captū est, quadragenùm*; itaq; Sothis vnà cū Ramasse filio coadiutore regni 8. Obeliscos, partim 48. cubitorū, partim 40 cubitorū, quorū illi in palmos resoluti 96. hi 80. ferè palmorū lōgitudinem adæquant; & totidē noster Obeliscus, si 4. indè demas, palmos cōtinet. Cùm itaq; nulli alij ex Rom. Obelisc. hanc mensurā obtineāt præter nostrum, asserere cogemur hūc Obeliscū eundem esse, quem olim Heliopoli erexerat Sothis; vide Lector fol. 66. vbi hæc omnia fusiùs prosecuti sumus. Sed procedamus ad hypographē Obelisci: Certè hunc Obeliscū à Sothi erectū innuit subscriptio Obelisci, qui in latere II. Meridion. inter vltimos characteres circa basin Obelisci figurā exhibet canis sedentis cum cruce ansata, quod hieroglyphicum canis Isidis, siuè Mercurij in cœlum trāslati symbolum est; & teste Horo, Sothis dicitur, Græcis ἰσροκύων, id est, caniculare sidus; cùm enim Sothis Rex ex Mercurij libris literas sacrasque disciplinas instaurauerit, imò Nomen sibi ex Mercurij nomine (quem in cælum translatum sub figura canis colentes Sothin, siuè quod idem est, ob sagacitatem in inueniendis rebus admirabilem, canē dicebant) assumpserit, in memoriam facti in fine Obelisci signum Sothis, siuè canis sedentis veluti syngraphā quādam, siuè subscriptionem posuit, vt & nomen suum, & sacræ disciplinæ Authorem, Genium suum occultè proprio suo nomine insinuaret, quasi diceret, Sothis Sothi inter cœlites, translato, fœcundo naturæ Genio tutelari erexit; Deorum enim nomina, Reges Aegyptios ex summa diuinitatis ambitione assumpsisse, varijs in locis probatum fuit, ijsdemq; sua dedicasse molimina, in reliquorum Obeliscorum interpretatione ostendetur. Vides igitur Lector non sine ratione nos adactos hæc asseruisse.

Alia argumēta hunc Obeliscū a Sothi erectum.

Sothis ante dictus.

Quòd si quispiam obijciat, ab alijs Regibus hunc Obeliscum erigi potuisse; huic obiectioni satisfaciam; vbi priùs aliqua ad rei maiorem dilucidationem præmisero.

Sciendum itaque est, Reges Aegypti potentia inclytos nonnisi ad maxima, insolita, & regia magnificentia digna monumenta, cuiusmodi pyramides

ramides & maiores Obeliſci ſunt, animum adieciſſe; minorum verò erigendorum curâ tùm Sacerdotibus, tùm priuatis hominibus relictâ; quos veriſimile eſt tantis diuitijs & potentia inſtructos minimè fuiſſe, vt tam vaſtas, & ſumptuoſas moles è montibus eruerent, erutas ſacris literis inſculperent, inſculptas erigerent; ſed hæc propria potentiæ, ambitionis, gloriæ immortalitatiſque apud poſteros conſequendæ, Regum ſuperbiſſimorum argumenta fuiſſe, ei ſoli conſtare poterit, qui excelſum horum Regum Aegypti in portentoſis barbararum molium fabricis, animum probè nouerit. Vndè & fabricas huiuſmodi inſolentes, Hiſtorici libris inſertas, veluti admirandum quid, & omnibus ſeculis memorandum poſteritati conſignare voluerunt. Priuatos autem amplioris fortunæ homines, minorum ſolummodò Obeliſcorum, vti & ſimulachrorum, idolorumque hieroglyphicorum, quorum ingens vbique locorum paſſim copia reperitur, operibus videlicet, potentiæ viribuſque eorum proportionatis, erectioni intendiſſe, quilibet prudens faciliùs coniecturare poterit, quàm ego vel multis verbis demonſtrauero.

Primati minores Obeliſcos erigunt.

Dubium itaque nullum eſt, huiuſmodi tam memorabilium operum fabricas nullo non tempore, tùm apud Aegyptios, tùm reliquas Mundi nationes in ſumma admiratione fuiſſe; Imò Imperatores Romanos, dùm maximorum omnium, quos in Aegypto reperire poterant, Obeliſcorum, ſecundam Romæ erectionem moliuntur; hoc præ cæteris ſummo quoque ſtudio curaſſe referunt Auctores, vt viris hiſtoriarum, antiquitatumque peritiâ claris in Aegyptum, Romano iam ſubiugatam imperio, amandatis, quantum fieri poſſet, exactam de Regibus tantarum molium primis Erectoribus, eorumq; geſtis, ſacrarumq; literarum ratione informationẽ, quem admodum de Cornelio Gallo Strabo refert, acceptam, poſteritati conſignarent; neque enim hæc abludunt à curioſi Auguſti ingenio, neque Plinium quadraginta annis poſt Auguſti tempora Mundo illuceſcentem ea latuerũt; Vt proindè iam non mirer, eum tàm in horum Regum deſcriptione curioſum fuiſſe; cùm enim indefeſſus ſimilium rerum indagator eſſet, tùm ab ijs, qui Aegyptum luſtrârant; & translato Obeliſco præſentes fuerant, tùm ex libris ipſis, qui fortè nobis ignoti tunc temporis exſtabant, ſingularum rerum exactam notitiam haurire potuit.

Fuerunt autem nouem Aegypti Reges, quantum ex omnium ſæculorum Hiſtoricis comperire licuit, eorum Obeliſcorum, quos Romana potentia Vrbi inuexit, erectione celebres; quorum Miſrã, Hermetẽ, & Meſramuthiſin minores erexiſſe, primo libro probatum fuit; Rameſſes verò omnium maximum, quem etiamnum miramur, in Lateranenſi Campo conſtitutum, erexit; Nuncorius quem & Momphencur appellamus, eum quem in Campo Vaticano à Sixto V. erectum noſtris temporibus ſuſpicimus. Pſammirtaus, quem Senneſertæum Plinius vocat, Flaminium; Campomartium, & Saluſtianũ, ſiue Ludouiſium Seſoſiris. Simarres verò &

Argumenta à Regibus aliorum Obeliſcorum erectoribus.

Ephies,

Ephies vel Aphrius duos raſos, quos Claudius Cæſar ante Mauſoleum Aui ſui Auguſti olim erexit; vno, modò ſubterraneo ad Sanctum Rocchum, altero à Sixto Quinto in Exquilino Colle erecto. Cùm itaque inter recenſitos erectores, Sothis non compareat, conſtet tamen, Sothin vnà cum Rameſſe filio ſuo 8 fuiſſe Obeliſcorum erectorem; certè patet Obeliſcos reliquos Pamphilium, & Barberinum, forſan etiam Saluſtianum, & Campomartium à nullo alio, quàm Sothi erectos fuiſſe, cùm aliorum præterquam memoratorum Regum nomina ab Authoribus non ponantur. Quinam verò in Aegypto ſuperſtitum Obeliſcorum erectores fuerint, ſuo loco dicetur; Hoc enim loco tantùm de Obeliſcis Romanis, quorum Erectores primos, ſummo ſtudio, & cura Cæſares per viros doctos inquiri curabant, diſceptamus. Ex hoc itaque diſcurſu, clarè, ni fallor patet, hunc Obeliſcum verè à Sothi erectum eſſe, vnumque fuiſſe ex 8. à Sothi & Rameſſe Heliopoli erectorum; quod & ex Africano, Abenephio & Plinio, iam patuit; patuit etiam, vel ex ipſius argumento, & epigraphâ hieroglyphicâ, quam baſis lateris meridionalis apertè docet in Canis ſedentis ſiue Sothis ſymbolo. Quæ cùm ita ſint, nihil aliud reſtat, niſi vt hiſtoriam ſequentem pari paſſu proſequamur.

§. II.

De ſecunda Erectione facta Romæ ab Antonino Caracalla Cæſare.

DVRAVIT prima Obeliſcorum in Aegypto facta erectio, vti & ſacrarum diſciplinarum vſus, vſque ad Cambyſem, qui, vti in primo libro narratum fuit, ſuſque deque vertens omnia, magnam fecit Obeliſcorum ſtragem, vt proindè non immeritò, teſte Plutarcho, Machera ſiuè gladius ab Aegyptijs dictus ſit; atque ab hoc tempore Sacerdotibus, partim exulibus, partim occiſis, Aegyptus monumentis ſacris viduata luxit ad tempora Imperatorum Romanorum, quorum primus Auguſtus Aegypto, in Romani populi poteſtatem redactâ; anno ante ſalutis aduentum vigeſimo octauo, pro Cæſareæ mentis amplitudine, ad nouam Obeliſcorum Erectionem animum intendit, miſſis viris rerum antiquarum vndequaque peritis, qui informationem de ſingulis acciperent, in Vrbem inſolito Cæſareæ magnificentiæ ſpecimine duos deferri curauit; cuius exemplo inſtimulati ſuccedentes ordine Imperatores, ſinguli ſimile quidpiam ad nominis immortalitatem conſequendam attentauerunt. Nam poſt Auguſtum Caius Caligula Nepos, Obeliſcum Nuncorij maximum ex Aegypto inuſitata nauis forma, quam infrà deſcripſimus, delatum, in Circo Vaticano nouiter â ſe erecto, conſtituit. Poſt hunc Claudius duos alios ex Aegypto delatos ante Mauſolæum Auguſti aui ſui, anno poſt Chriſtũ 57. erexit;

Caracalla Obeliſci Pamphilij ſecũdus erector.

erexit; Secutus hunc ducentis & duobus ferè post annis Antoninus Caracalla in nouo quem ad Prætoriana Castra struxerat, Circo, anno post Christum 249. hunc nostrum Obeliscum Pamphilium in Circi decus erexit.

Vtrum verò dictus Obeliscus à dicto Imperatore ex Aegypto translatus sit, vtrum iam ab alijs translatus eousque sine hoc apotheoseos honore inglorius permanserit, tametsi ex gestis Caracallæ deprehendi non possit, verisimile tamen est, eum ad prædecessorum exemplum, vnà cu alijs monumẽtis eo ipso tempore delatum esse. Fuit autem Circus Caracallæ omnium aliorum Circorum, quorum nonnulla Romæ adhuc supersunt vestigia, integerrimus, ad Castra Prętoriana in viâ Ardeatina, à mœnibus vrbis mille ferè passuum intercapedine dissitus. In hoc itaque erectus præsens Obeliscus, intra duas metas, velut in Mundo Sol quidam constitutus insigni maiestate fulgebat; verum successu temporis, siue à Barbaris, siue terræ motu in nostra vsque tempora prostratus, quantum stragis susceperit, multiplici sua fractura satostendit.

Locus Obelisci.

§. III.

De Tertia Erectione facta Romæ, ab INNOCENTIO X. Romano Pontifice.

ANNO itaque 1649. Sapientissimus Pontifex INNOCENTIVS X. Cum non ita pridem ex gloriosa *Pamphiliorum* familia, ad suprema Mundi Gubernacula ascendisset, præcelsas dignasque Pontifice cogitationes pectore voluens, prædecessoris SIXTI V. gloriosa vestigia secutus; vt vrbem iam diuersorum Pontificum publicis operibus fabricisq; splendidissimis eximiè nobilitatam, nouo cumularet ornamento, & ipse inter alia, quà sacra quà profana, quibus in Anni Iubilei splendorem erigendis occupabatur, monumenta, Obelisci quoque destinauit erectionem. Initis itaque vltrò citròque consilijs, præ cæteris tandem Romæ superstitibus, partim terra obrutis, partim fœdè deformatis, is tandem, quem olim in Circo suo Caracalla erexerat, quemque à dicta Pontificis familia *Pamphilium* intitulandum duximus, non sine diuina prouidentia, vtporè qui priscæ religionis cultusque diuini mysteria, orthodoxæ religioni haudquaquam absimilia contineret, secernitur. In totius itaque machinationis directorẽ deputatur Reuerendissimus & Illustrissimus *D. Lucas Torregianus* Archiepiscopus Rauennas, quivti est iudicio, & prudentia singulari, ita rebus huiusmodi in executionem deducendis vir sanè peridoneus; In Architectum verò seligitur *Laurentius Bernimus* Eques, perspicacitate ingenij singularis, quem Michaeli Angelo Bonarotę, siuè Sculptoriæ, siue Architectonicæ artis. excellentiam spectes, vti nobilissima eius, quibus Vrbem exornauit, opera satis demonstrant, pænè supparem censeo; cui fidelem manum adhibuit

Instauratio Obelisci.

Ludo-

Ludouicus Berninus frater, fraternæ gloriæ ſtrenuus æmulator: Locus denique erigendo Obeliſco oportunus deligitur olim Agonalis. Circi nomine inſignitus, hodiè forum Romanum in Vrbis medio illo ſitum, magnifico Pamphiliorum Pontificiæ familiæ Palatio illuſtre, præterea frequētia populi, nundiniſque celeberrimum.

Translatio Obelisci.

Rebus itaque hoc modo prudenter diſpoſitis; mox Obeliſcus in quinque diffractus partes è Circo Caracallæ ſummo labore erutus, chamulcis cylindriſque impoſitus, ergatarum aliarumque machinarum varia induſtria tractus, in conſtitutum locum transfertur; Et vti moles oppidò ponderoſa; ita alta quoque, quibus imponeretur, fundamenta veluti iure ſuo poſtulabat; quibus iaciendis dum ſtrenuè inſiſtitur, interim in Obeliſco tam fœdè deformato integritati ſuæ reſtituendo impigrè deſudatur. Difficultas non exigua oriebatur in ijs characteribus, qui in varie deformato deerant, fideliter reponendis; Nam hi vel ſupplendi erant proprio ingenio excogitati, vel relinquenda in Obeliſco ſpatia characteribus deſtituta; quorum prius vti difficile, nè dicam temerarium; ita poſterius Obeliſco, neſcio quam turpitudinem adferebat. Itaque ab Antiquitatum peritis viris ſuaſum fuit, vt cauea illa, ex qua Obeliſcus erutus fuerat, nouo ſcrutinio exploraretur, ſiquidem partes tam notabiles haud dubiè eodem loco adhuc alicubi terrâ obrutas latitare, neſcio quibus indicijs inducti credebāt; quod dum improbo ſanè labore tentatur, tandem omnia ad vnum fragmenta, non ſinè ſingulari Dei diſpoſitione inuenta ſunt; verùm cum hæc Obeliſci correſpondentibus faciebus ſine ſumma deformatione aptè coagmentari non poſſent, prudentia Architecti effectum eſt, vt in eorum loca fragmenta ex eodem lapide Pyrite ſingulari induſtriâ inſerta, Obeliſcum ſuæ integritati reſtituerent; Meum porrò erat ſingulis ſua hieroglyphica genuina ex antiquis fragmentis excerpta aſsignare, & deindè inſculpēda tradere; quod qua fide, cura, diligentia & ſinceritate per M. Antonium Caninium præſtitum ſit, authentica teſtimonia operi ſuffixa docebunt. Eluxit præterea in coagmentandis partibus ſingulare Architecti ingenium, dum partes partibus ſinè vllis ferreis retinaculis tam ſubtiliter connexit, vt ex vnico ſaxo eminus intuentibus confectus videretur. Interea fundamenti mole ex imo ad extimam vſque terræ ſuperficiem in tricēnum pedum altitudinem ſub ouali forma emergente, alia parerga ad reuerentiam & ornamentum moli conciliandum præparantur. Nam vt celeberrimus in vrbe locus inſignem haberet cum ſplendoris ornamento coniunctam vtilitatem, placuit *Beatitudini ſuæ* Obeliſcum ſuprà fontem in rupis formam excauatum exaltare. In rupis verò quadripartitis lateribus totidem inſeri voluit Coloſſos, vario ſymbolorum apparatu inſignitos, qui quadripartitam Mundi faciem ſymbolis ſuis graphicè exhiberent; E crateribus verò ſiue phialis, quas brachio ſtringunt, quadripartitus aquarum fluxus veluti per ſalebroſas rupis catadupas in ſubiectam rupi vaſtiſsimam concham iu-

Integratio Obelisci.

Obeliſcus Rupi imponitur ſculpturis inſigni.

cundò murmure ſtrepituquè precipitaretur. Cuius quidem inſignem ſymmetriam dum hæc edimus, vti necdum omnibus numeris abſolutam ſic neque apponere licuit. Supra hanc itaque rupem triplici baſiu m ſul cimēto Pyramidis (vti figura præcedēs oſtendit) ſubſtrato per partes quatuor Ergatarum ope Obeliſcus extollitur. Structura ſiue pegma huic operi deſtinatū fuit Architecti induſtriâ ſingulare, & ad maximi ponderis molem ſumma facilitate, & celeritate erigendam aptiſſimum. Numos verò quos INNOCENTIVS X. P. M. ad poſterorum memoriam excudi iuſſit, in citatâ figura contemplare, inſcriptiones quoque, quas Obeliſci abaco incidi voluit, hìc ad poſterorum memoriam apponendas duxi.

Ex parte Orientali Obeliſci, in intermedio Abaco; hæc poſita fuit inſcriptio.

INNOCENTIVS X. P. M.
OBELISCO ÆGYPTIO QVATERNIS FONTIBVS
EX AQVA VIRGINE DEDVCTIS IMPOSITO
NATALI DOMO PAMPHILIA MAIOREM IN
AMPLITVDINEM EXTRVCTA
AGONALE FORVM AMPLIFICATVM EXORNAVIT
VRBI ROMÆ MAIESTATEM ANTIQVÆ
PVLCHRITVDINIS ÆMVLAM
RESTITVIT.

Ex parte Meridionali Obeliſci, in Meridionali Abaci parte, hæc legitur inſcriptio.

HERMETICVM OBELISCVM
A SOTHI REGE HELIOPOLI ERECTVM
AB IMPERATORE CARACALLA ROMAM DELATVM
INTER CIRCI CASTRENSIS RVDERA
IACENTEM FRACTVMQVE
INNOCENTIVS X. P. M.
AD ORNANDVM ERVDITIS ÆGYPTIORVM
MYSTERIIS AQVÆ VIRGINIS FONTEM
TRANSTVLIT, INSTAVRAVIT, EREXIT.

In Abaci verò Obeliſci Occidentalis parte, hæc proponitur inſcriptio.

INNOCENTIVS X. P. M.

AMÆNAM SALVBRITATEM CVM MAGNIFICA
ERVDITIONE CONIVNGENS
LITERATVM HERMETICIS ÆNIGMATIS LAPIDEM
AQVÆ VIRGINIS FONTI IMPOSVIT
AD SEDANDAM CORPORVM
ET ACVENDAM INGENIORVM
SITIM.

Tandem in Septentrionali Abaci Obeliſci parte vltima, videtur inſcriptio in hunc ſenſum.

SVPER MONSTRA ÆGYPTIA AVREA
INSIDET COLVMBA
HOC EST SVPERSTITIOSAS SECTAS VERA
CALCAT RELIGIO
QVÆ PACIS OLEAM GESTANS
VIRTVTVM LILIIS REDIMITA
OBELISCVM PRO TROPHÆO SIBI STATVENS
ROMÆ TRIVMPHAT.

Atque hæ ſunt inſcriptiones; quæ quidem ob ſitum Fori, ad quem ſe Architectus accommodare debebat, in Obeliſco non perfectè reſpiciunt 4. Mundi plagas, ſed medio fere quadrante à genuinis plagis differunt; ita vt anguli Obeliſci 4. dictis plagis fere reſpondeant. Atq; prima quidem Inſcriptio lateris I. Orientalis, Turrianorum, Vrſinorumque reſpicit Palatia; Inſcriptio verò ſecunda, quæ in Latere 2. Auſtrali Obeliſci continetur, Fori Latus Pamphiliano Palatio conſpicuum reſpicit, reſpondetque inſcriptio, inſcriptioni, quam olim Sothis in hoc eodem Auſtrali Obeliſci Latere hieroglyphicâ peregerat. Tertia Inſcriptio reſpicit Plateam Altempſianis, & Collegij Germanici ædibus illuſtrem; Quarta demum Inſcriptio Latus Fori reſpicit, Eccleſiâ S. Iacobi Hiſpanicæ Nationis celebre; Fuerunt præterea & aliorum quorundam in tam nobile, & conſpicuum opus, ingeniorum Luſus, quorum hic nonnullos apponere placuit.

INNOCENTIVS X.

Cum anno inſtaurandæ iuſtitiæ ſacro ex vno Virginis Aquæ fonte, quatuor effudit fluuios, antiqui Paradiſi, hoc eſt, iuſtitiæ ſpecimen exhibet, & ſeculum renouat.

INNOCENTIVS X.

Quaternis Aquæ Virginis fontibus ad ornatum, & commoda Vrbis apertis, magnificentiam Pontificiam, ſuperinductis Regum Aegyptiorum arcanis, patefecit.

INNOCENTIVS X.

Marmoreo Aquæ Virginis monumento Aegyptiorum Obeliſcum imponens, meta m poſuit Romanæ Magnificentiæ.

Dum incunte expiationis anno Aegyptium Obeliſcum ſuis Fontibus
admouet Roma, vel ipſos Solis digitos luſtrare Aqua Virginis potuit.

Vbi certabatur olim in puluere, nunc in aquis luditur, ò gratas temporũ vices
Quò ſe ſublimius erigit hìc Memphis, eò ſubmiſsius Romam adorat.

Ænigma.

Virgo Romana dorſo candido Nigellum Aegyptium geſtat ad nundinas.

Atque hic eſt OBELISCVS PAMPHILIVS toti futurus poſteritati memorabilis, omnium eorũ, quæ Romæ ſunt monumentorum, & ornatiſſimũ, & ſplendidiſſimũ, cui quidem ad abſolutam perfectionem nihil deeſſe videbatur, niſi hieroglyphicę Literaturæ, quâ omniũ oculos, animoſq; feriebat, vera certa, & fidelis interpretatio; SVÆ BEATITVDINI id muneris meę placuit tenuitati committere; quo quidem munere, quomodo functus ſim, peritorum iudicium eſto. Iuſſa magnæ animæ vt potui, & vt intentatum hucuſque argumentum ferebat, exequi pro modulo meo conatus ſum; in quo, ſi quid mancum, mutilum & imperfectum repererit Lector, id ſolum meæ inſufficientiæ, omne vero bonum, & laude dignum vt ſuprà quoq; dixi, Soli bonorum omniũ Largitori DEO adſcribat velim.

CHRONOLOGIA

REGVM, CÆSARVM, PONTIFICVM

Qui Obeliſcorum erectione æternam ſibi apud poſteros famam, Nominiſque immortalitatem pepererunt, à Miſraim filio Cham, vſque ad INNOCENTIVM X. Pont. Opt. Max. extenſa.

TRIA Seculorum interualla cumprimis digna ſunt conſideratione, quibus tanquam in diuerſorum Theatrorum apparatu humani generis hiſtoriæ & res geſtæ fuerunt exhibitæ. Primum eſt ab Orbe condito vſque ad diluuium: Alterum à diluuio vſq; ad Olympiadum initium. Tertium ab Æleæorum Rege Iphito Olympiadum Authore ad ſequentium ſeculorum ſucceſsionem continuatum. Primum non immeritò ἄδηλον Cenſorinus vocat; vti ex Mundi immutatione imperuium, ita nullam quoque poſteris rerum à primæuis illis Mundi hominibus geſtarum notitiam, niſi quam Sacri nos codices docent, reliquit. Alterum μυθικὸν Deorum Dearumque fabulis ita confuſum, vt neq; in hoc quicquam ſit, quod ſibi perfectè & exactè reſpondeat, & non niſi analogica quædam lux ſcriptoribus veritatis rerum inueſtigandarum deſiderio accenſis affulgeat. Tertium verò optima ratione à Cenſorino vocatur ἱστορικὸν. Ad huius enim initium, temporum tam exacta deſcriptio, tam diſtincta rerum in orbe geſtarum notitia exhibetur, vt de rerum ab Hiſtoricis traditarum veritate nullus amplius dubitandi locus reliquus eſſet poſsit. Prius meliores huius temporis Chronographos Salianum & Torniellum ſecuti, 1656. annorum ſpatio; Alterum 1622. Tertium ad annum hunc noſtrum currentem annorum 2421. curriculo definimus. Tametſi verò ex Arabum monumentis aliquo modo oſtendere poſsimus, ante diluuium Obeliſcorum ſiue Pyramidum erectionē in vſu fuiſſe, veruntamen cum hoc negotium chronographicum præterea, quæ præſenti hoc opere, iam tradita ſunt, in Oedipo ex profeſſo diſcutiamus; ne Lectorem multiplici Authoritatum allegatione confunderemus, eum ad citatos tractatus conſultius remittere viſum fuit. Quarè Chronologiam noſtram bonis auibus

auſpi-

auſpicemur. Proteſtor autem in hoc præludio, me annos Regum Ægypti haudquaquam præcisè, vtpotè qui in tanta Hiſtoricorũ diuerſimodè opinantium confuſione exactè determinari minimè poſsint; Sed quantum ingenij vires,& variæ,ex mutua hiſtoricorum comparatione coniecturæ permiſerint, definire præter propter,& ad certas & indubitatas Æras adſtrictos,ad me contra Sciolorum quorundam peruicaciam præmuniendum, determinare voluiſſe. His itaque præmonitis.

	A Condito Mundo.	A Diluuio.	Ante Chriſtum.
Diluuij annus iuxta communem opinionem omnium ferè Chronologorũ incidit in annum ab Orbe condito.	1656		2394
Dominati ſunt Mundo Noëmus cum tribus filijs, Sem, Cham, Iaphet, Arphaxad, Canaam vſq; ad Turris ædificationem.			
Turris ædificatio peracta fuit, anno à Mundo condito.	1931	275	2119
Quo tempore celebres fuerunt Nẽbrod, Ninus ſiue Belus, Semiramis, Regni Aſsyriorum fundatores. Hos ſecuti ſunt Nachor, Sarus, Thare Pater Abraham, Cham Zoroaſter, cum octo filijs, & potiſsimùm Ægypti Dominus Miſraim, primi Aſtrologiæ cultores.			
Noë moritur anno ab orbe condito;	2006	350	2044
Ortus Abrahæ incidit in annum Mundi.	2039	383	2011
Poſt annos verò 174. vitæ ſuæ tranſactos moritur anno Mundi.	2213	557	1837
Floruerunt ab ortu ad mortem Abrahæ & vltra, Melchiſedech, Zoroaſter Miſraim, quem quidam Miſram, nonnulli Mithram, alij Oſirim vocãt, qui primus Ægypti Rex,& Pharao. Hermes, Tautus, ſiue Mercurius Triſmegiſtus, & filius Miſraim, Miſramuthiſis. Hi primi ad nominis gloriam immor-			

	A Condito Mundo.	A Diluuio	Ante Christum.
immortalitatemque consequendam, Authore Hermete, Obeliscos hieroglyphicorum doctrinà illustres Betsames, siue in Vrbe Solis erexerunt. Cuiusmodi iuxta nostram æstimationem sunt, Mahutæus, Mediceus, Monticelius, alijque similes infimæ classis Obelisci; contigitquè ferè sub finẽ vitæ Abrahæ, anno	2213	575	1837
Ortus Ioſephi Patriarchæ	2289	633	2761
Mors Ioſephi	2399	743	1651
A morte itaque Abrahæ vsque ad ortum Moysis 251; anni à morte verò Ioseph vsque ad ortum Mosis 175. anni prꝛterierunt, quo tempore Isaac, Iacob, cum reliquis duodecim filijs celebres Mundo fuerunt. In Ægypto, Misraimo, Hermete, Mesramuthisi defunctis, succesſerunt alij Reges, qui traditam à prædeceſſoribus doctrinam hieroglyphicam totis viribus promouerunt; Vndè Sacerdotum ordo, quorum Putiphar Heliopolis Sacerdos, cuius filiam Ascenez, Ioſephus, teſte ſacra Scriptura, in vxorẽ accepit, vnus fuit; Idololatria ſacrorumque animalium cultus, ſtudium quoque Theologiæ, & Philoſophiæ ſecretioris, vti & Mathematicarum, ſi vllo alio, hoc maximè temporum interuallo, viguit; vt alibi probabitur.			
Mosis ortus incidit in annum	2464	808	1586
Moses 20. annorum, teſte Philone in omni ſcientia Aegyptiorũ, & Chaldæorum eruditus fuit.	2484	828	1566
Moses 80. annorum, educit filios Iſrael ex Aegypto, cum maxima Regni clade.	2544	888	1506

Mori-

	A Condito Mundo.	A Diluuio.	Ante Christum.
Moritur Moſes. Poſt Moſen Regnum Ægypti vti exhauſtum, ita maximam quoque ſacrorum ſtudiorum iacturam fecit, vſque ad Manuphta Regem.	2584	908	1469
Manuphta Rex, hoc eſt Memphis Dominus, quem alij Amenophin, alij Amenophtin appellant, vti Regni, ita ſacræ doctrinæ, Obeliſcorumque primus inſtaurator fuit, anno poſt mortē Moſis 100. qui incidit in annum quem ſecutus eſt	2684	1028	1366
Sothis filius, ſucceſſor patris, qui animo conceptam à Manuphta Obeliſcorum erectionem magno animo executus eſt; Erexit autem octo obeliſcos Heliopoli vnà cum filio Rameſſe, quorum hic Obeliſcus noſter Pamphilius vnus eſt; cæteri verò quinam ſint, ſuo loco & tempore tradetur; contigit autem hæc Obeliſcorum erectio anno circiter.	2714	1058	1336
Rameſſes filius Sothis, Nepos Manuphtæ, præter illos, quos vnà cum patre conregnans erexit, poſt mortem patris Regni ſucceſſor, omnium qui vnquam facti ſunt, maximum Obeliſcum, Thebis erexit, videlicet Lateranenſem, anno	2753	1997	1297
Hoc eodem tempore famâ doctrinę Ægyptiorum refloreſcentis, ex Græcia in Ægyptum ſe contulerunt Orpheus, Linus, Muſæus, Amphion. Vixit hoc eodem tempore Sanchuniathon Phœniciarum hiſtoriarum peruetus Scriptor; & hieroglyphicæ doctrinæ commentator Bitis Propheta; Phœnix quoque & Cadmus Ægypti patrias literas, Phœnicibus & Græcis primi tradiderūt.			

Troiæ

	A Condito Mundo.	A Diluuio	Ante Christum.
Troiæ excidium incidit in annum, Rege Ægypti Proteo cum Alcandra vxore. Heli, Samuel, floret.	2871	1215	1179
Sesostris siue Sesosiris, id est, germen Osiridis, omnium qui vnquam Ægypto præfuerunt, Regum potentissimus, duos, Plinio teste, Obeliscos erexit; confundunt hunc quidam cum Sesach, perperam, vt in serie operis videbitur. Vixit hoc tempore Saul:	2893	1237	1157
Momphencur, id est, Memphis Dominator, filius Sesostris, quem Plinius corruptè Nuncorium vocat, ingentem Obeliscum, at rasum erexit; forsan morte præuentus eundem literis insignire non potuit; quem Caius Caligula Cæsar Romam delatum in Circo suo Vaticano erexit. Vixit autem anno.	2947	1292	1102
Simarres Rex Aegypti, quem ego eundem esse puto cum Simande, siue Smende, vel vt alij Simandio; significat autem. *Simendes* vt ex dictionario nostro patet in lingua Ægyptiaca idem, quod hircum sacrum; hic magni animi vir, & acerrimus hieroglyphicæ doctrinæ promotor, præter innumera fabricarum mirabilium monumenta, templa, labyrinthos, simulacra, Obeliscum quoque erexit, sed rasum; vixit tẽpore Dauidis. Homerus floret, & Herodotus.	2986	1331	1064
Initium Regni Salomonis incidit in annum.	3020	1365	1030
Lycurgus Floret.			
Marres & Aphres Reges Ægypti, quorum hunc alij Vaphres appellant, cuius literæ ad Salamonem extant; se-			

	A Cond. Mundo.	A Diluuio.	Post Christum.
cundum nonnullos erexerũt Obeliſcos raſos, quem Claudius ex Ægypto delatum erexit ante Mauſolæum. Videlicet in Dynaſtia Æthiopum vltima, vt paulò poſt ſequitur.	3022	1366	1028
Pſammirtao, quem Plinius Senneſertæum appellat; quem alij inter vltimos Reges Ægypti perperam collocãt; nos veriùs ex Manethone docti, eum in Dynaſtia XXVI. ponimus. Erexit hic Heliopoli vnum è maioribus Obeliſcis recõditæ eruditionis plenum, quem Auguſtus Romam conductum, in Circo Maximo erexit; viguit hoc ſeculo maximè doctrina hieroglyphica.	3243	1587	807
Olympiadum initium, quarũ inſtaurator Rex Ælæorum Iphitus, incidit in annum Mundi. Qui & *Ioathan* Regis Iſrael fuit I.	3278	1622	772
Roma condita Olympiade VII. Et hoc loco nos ponimus, Reges Marrem, Aphrem vel Vaphrium Obeliſcorum raſorũ erectores, vltima videlicet Dynaſtia Æthiopum.	3300	1644	750
Nectanabus, quem alij Nechaõ vocant, quidam cum Amaſi confundũt, Rex vltimus Ægypti, Obeliſcum prægrandem erexit Memphi, quem indè ablatum Rex Ptolomęus Philadelphus Alexandriæ in templo Arſinoes erexit: vixit hoc tempore Pythagoras, & ordine ſequentes.	3310	1654	740
Septem Græciæ ſapientes, Thales Mileſius, Steſichorus, Sappho, Pherecides, Epimenides, Anaximander, Simonides, Solon, Æſopus, Phocilides, Xenophanes, Anacreon, Epicharmus, Pindarus.			

Cam-

	A Condito Mundo.	A Diluuio	Ante Christum.
Cambyses Rex Perſarum Ægyptum anno 4. Regni ſui in poteſtatem ſuam redactam, Obeliſcis quà deiectis, quà combuſtis, deſtruxit Olympiade 63. anno ab Vrbe cõdita 227. Tarquinio Superbo Romæ dominante anno Florent à Cambyſe vſque ad Alexandrum Magnum Hecatæus hiſtoricus, Pythagoras, Æſchylus tragicus, Ariſtides, Archilaus phyſicus, Empedocles, Democritus, Hippocrates, Euripides, Sophocles, Heraclitus, Meliſsus, Thucydides, Meton, Protagoras, Socrates, Ariſtophanes, Xenophon, Cteſias. Architas Tarentinus, Plato, Demoſthenes, Diogenes, Cynicus, Ariſtoteles, Ariſtarchus, Philolaus alijque innumeri.	3528	1782	522
Alexander Macedo Olympiad. CXI Florent hoc tempore, Euclides, Xenocrates, Crates, Heraclides, deinde Theophraſtus, Megaſthenes, Demetrius phaleræus, Menander, Strabo Lãpſacenus, Theocritus, Aratus, Apollonius Rhodius, Epicurus, Zeno, Beroſus, Callimachus, Chryſippus, Polybius, Cenſorinus, Ennius, Panthus, Carneades, Terẽtius, Hipparchus, Lucretius poëta, Cicero, Ptolomæus, ab Alexandro vſque ad Auguſtum, ſpatio trecẽtorum & amplius annorum.	3719	1973	331
Auguſtus Cæſar pulſis Græcis, Ægyptum Romano connexuit Imperio. Atque hic primus fuit, qui animum adiecit ad ſecũdam Obeliſcorum erectionem, quã & Romæ perfecit; duos autem inſignes ex Ægypto delatos erexit, vnum in Circo maximo, olim à	4022	2276	28

	A Condito Mundo.	A Diluuio	Post Christum.
Pſammirtao erectum, quem modò Flaminium dicimus; alterum in Campo Martio horis monſtrandis deputatum. Florent ſub hoc Virgilius Horatius, M. Manilius Aſtronomus; Ex Hebræis Hillel, Schamai, Ionathan Vzielides, Simon Ben Iochai, Propertius, Tibullus, Catullus, Ouidius.			
CHRISTVS Saluator Mundi.	4049	2397	1
Caius Caligula Obeliſcum à Momphencure olim in Ægypto erectum Romam translatum reerexit in Circo Vaticano à ſe conſtructo. Floruit hoc tempore Philo Hebræus, Dionyſius Areopagita.	4090	2438	41
Claudius Cæſar; duos obeliſcos raſos erigit ante Mauſoleum Auguſti; quorũ primum Sixtus V. deinde in Colle Exquilino ante ædem Liberianam S. Mariæ Maioris erexit; altero in ruinis Mauſolei adhuc perſeuerãte. Floruerũt hoc tẽporis ſpatio fere 200. annorum, Plinius, Solinus, Fl. Ioſephus, Iuuenalis, Fauonius, Plutarchus A. Gellius, Lucianus, Appianus, Ælianus, Phlegon, Ptolomeus, Gnoſtici, Pauſanias, Diogenes Laertius, Athenæus, Apuleius, & ex SS. Patribus, Iuſtinus Martyr, Clemens Alexandrinus, Tertullianus, Origenes.	4106	2454	57
Antoninus Caracalla Cæſar erexit hunc noſtrũ Obeliſcum in Hippodromo ſui nominis, quo temporum iniuria proſtratum in Agonalem Circum trãſtulit, ibiq; erexit INNOCENTIVS X. PAMPHILIVS. Floruerunt hoc tempore, Minutius Felix, Iulius Africanus; Ammonius, Apollonius Thyanæus, Phi-	4299	2647	250

	A Condito Mundo.	A Diluuio	Post Christum.
Philostratus eiùs vitæ Scriptor, Alexãder Aphrodisæus, Herodianus, Plotinus, Censorinus, Ioannes Stobæus.			
Constantinus Magnus, Thebis Obeliscum omnium maximum transuexit Alexandriam, vt eum Constantinopoli erigeret; sed morte præuentus est. Floruerũt hoc tempore Arnobius, Lactantius, Athanasius, Porphyrius, Iamblichus, Eumenius.	4363	2716	313
Constantius filius Constantini Obeliscum Thebis à Patre Constantino Alexandriam deuectum, Romam transtulit, atque in Circo maximo constituit, quem inde ablatum SIXTVS V in Campo Lateranensi denuò erexit.	4392	2746	341
Theodosius Cæsar, alium erexit Cõstantinopoli.	4432	2786	381
Totila Romà Captà, omnia antiquitatum monumenta, vti & Obeliscos euertit.	4600	2954	550
SIXTVS V. Glorioſæ memorię, immensa animi magnitudine incitatus prostratorum Obeliscorum erectionẽ ex omnibus Pontificibus primus aggressus est, & primum quidem Obeliscum ingentem à *Nuncorio* olim in Ægypto, deinde à *Caio Caligula* Romæ erectum, reerexit in Campo Vaticano.	5636	3990	1586
Secundum Obeliscum ab *Smarre* olim in Ægypto erectum, à *Claudio* ante Mausolæum reerectum, reerexit in colle Exquilino ante ædem S. MARIÆ Maioris, anno	5637	3991	1587
Tertiũ Obeliscũ à *Rameſſe* olim Thebis erectum, à Cõstantino verò Imperatore indè auulsum, atque Alexandriam dela-			

	A Condito Mundo.	A Diluuio	Post Christum.
delatum, deindè Romam deuectum, & in Circo maximo à Constantio Imperatore Constantini Magni filio erectum, Sixtus V. reerexit in Campo Lateranensi; anno	5638	3985	1588
Quartum Obeliscũ à Psammirtao olim Heliopoli erectum, & ab Augusto in Circo maximo reerectum, Sixtus V. indè erutum reerexit ad portam Flaminiam; anno	5639	3986	1589
Hosce omnes secutus INNOCENTIVS X. PONTIF. OPT. MAX. Obeliscũ à Sothi olim Heliopoli erectum, & ab Antonino Caracalla in suo Circo reerectum, tandem ex Circi ruinis erutum in Circo Agonali, siuè foro Romano, (vulgò *la Piazza Nauona*) gloriosè erexit; anno	5699	4043	1649

Cuius Exemplo secuturos Pontifices incitandos, ad similia gloriosa magnificentiæ opera animum adiecturos, nihil dubito.

Summa annorum à prima erectione ad vltimam elapsorum.

ELapsi itaq; à prima Obelisci huius erectione à Sothi in Ægypto primùm factà, vsq; ad vltimam factam ab INNOCENTIO X. Pont. Opt. Max. Romæ, anno Christi 1649. anni 2985.

Nota Lector nos in hac Chronologia, vt plurimum in annis Christi ab alijs differre tribus annis; cuius rationem alibi insinuamus.

Flo-

Florentius de Montmorency Societatis IESV Vicarius Generalis.

CVm Librum P. Athanaſij Kircheri Noſtræ Societatis Sacerdotis de Obeliſco Pamphilio, aliquot eiuſdem Societatis Theologi recognouerint, & in lucem edi poſſe probauerint, facultatem facimus, vt typis mandetur, ſi ijs, quorum intereſt, ita videbitur, cuius rei gratia has literas manu noſtra ſubſcriptas, ſigilloque noſtro munitas damus.

Florentius de Montmorency.

Locus † Sigilli.

Io. Baptiſta Rinalduccius I. V. D.

OBeliſcum Pamphilium hieroglyphicis literis conſpicuum inter Hippodromi rudera latitantem, indè exemptum excelſus INNOCENTII X. P. M. Animus in ipſo Agonis Circo, veluti pacis quoddam publicæque magnificentiæ ſymbolum excitauit; & ne quicquam Pamphiliani principatus gloriæ & felicitatis deeſſet, vir quoque præſtò fuit, qui naturalis ingenij limites penè ſupergreſſus, ſpiritum adderet moli, antea ſaxo; non vt fabuloſus ille Prometheus, igne nouæ fraudis audaciâ ſupernis regionibus erepto; ſed tanquam veræ prudentiæ cultor, noua planè ſapientiæ inuentione cælitùs hauſtâ, ex qua mentium humanarum erroribus medela parari poſſet. Fuit is Athanaſius Kircherius è Soc IESV, operis huius Author, qui ſapientiam omnium Antiquorum exquirens, narrationeſque Virorum nõ duntaxat nominatorum, ſed & noſtris regionibus innominatorum conſeruans, in verſutias prouerbiorum, & parabolarum ſingulari ingenio, longo labore & ſtudio, variorum præterea idiomatum adiumento ſe inferens, ipſe palam fecit diſciplinam doctrinę ſuæ, in notis illius lapidis explanandis; & quod hucuſque nemo vel auſus, vel animo aſſecutus, hieroglyphicorum confuſas ambages, & pro cuiuſque ingenio vel genio diſtractas ſignificationes in vnum collectas, & ad ſinceræ interpretationis amuſſim reuocatas, omnium ſtupore & admiratione is tandem è tenebris in lucem eduxit. Collaudabunt igitur omnes ſapientiam eius, tantique muneris beneficium in ſeculum decantabunt, & quod tanti Viri pietati ac religioni debetur, laudẽ eius in hiſce quoq; ſcriptis enarrabit poſteritas. Hoc de libro ad typos relaxando, quem iuxta Reuerendiſs. S.P. M. mandatum diligenter examinaui, iudicium ac teſtimonium fero.

Io. Baptiſta Rinalduccius I.V. D.

Im-

Leo Santius Soc. IESV, Studiorum Sup. in Coll. Rom. Præfectus.

LEgi Librum, qui inſcribitur Obeliſcus Pamphilius Authore P. Athanaſio Kircherio Soc: IESV, eumque iudico publica luce digniſſimũ propter admirabilem abſtruſiſſimarum rerum eruditionem, linguarumq; peritiam, & erutam e ſepulcris ſecretiorem ſapientiam Aegyptiorum, Nouum ſeculi noſtri Repertum.

Leo Santius Soc: IESV, Studiorum Sup. in Coll. R. Præfect.

Imprimatur, Si videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sac. P. Apoſt.

A. Riualdus Viceſg.

Imprimatur,

Fr. Raymundus Capizuccus, Soc. Sac. Pal. Apoſt. Mag. Ord. Præd.

TESTIMONIA

Antiquariæ literaturæ Profeſſorum de præſenti Opere.

Nota ad Lectorem.

QVamuis probè mihi conſcius, tanta rerum Authenticatione non indiguerim, quia tamen in ea tempora incidimus, quibus ſi vnquam, certè ingeniorum æſtus in literario negotio maximè ſe exerit; atque adèo in rebus nouis arduis, intentatiſque, cuiuſmodi præſentis Operis argumentum ſpondet, in tanta quoque incognitarum vulgo, vti Antiquitatum, ita linguarum varietate, facilè fictionis alicuius & malæ fidei ſuſpicio in animis Criticorum oriri poſſit; ne me tam turpi malæ fidei crimine obnoxium temerè iudicarent; hinc præuiſis maledicorum iaculis, vti in hoc Orbis & Vrbis Theatro, in tanta Literatorũ frequentia, nouum Oedipum exponere placuit; ita ſumma quæque cautela & circumſpectione, contra Sphyngem mihi procedendum eſſe exiſtimaui. Quocirca in hunc finem Viros fide dignos, & longa rerum experientia inſtructos, qui de hoc opere perfectum iudicium formare poſſent, qui & ipſi in eadem arena contra obliuioſam temporum vetuſtatem decertarent, teſtes adſciſcere viſum fuit; qui quidè vti omnia mea prius exactè diſcuſſerunt, atque inter ſe ſingula contulerunt; ita quoq; huius meæ fidelis & ſinceræ Operæ apud poſteritatem teſtes eſſe voluerũt, vt ſequitur.

Fran-

I.

Franciſci Gualdi Ariminenſis Equitis S. Stephani.

VTi rerum antiquarum extiti ſemper ſtudioſiſſimus; ita memini, me pridem inter alia ſingulari cura in Obeliſcum (qui nuperrimè in Foro Agonali erectus fuit) dum adhuc in Hippodromo in plures partes confractus iaceret, indagaſſe, vtrum fruſta omnia, etiam minora, quæ characteres hieroglyphicos continebant, adhuc ſupereſſent; deprehendique ex ſingulari Numinis beneficio, etiamnum ſupereſſe; Quod adhuc ſtudioſius exactiuſque examinaui, dum nuper in reſtauratione eiuſdem Obeliſci characteres hieroglyphici inciderentur, in fruſtis lapideis de nouo eidem Obeliſco inſertis, vbi deprehendi omninò fideliter ac ſyncerè eaſdem penitus figuras ſeu characteres, qui in antiquis illis fruſtis extabant, in hiſce recenter ſubſtitutis fuiſſe inciſos Quæ prætereà Author ex meo Muſæo deprõpta allegat Ægyptiaca monumenta, ea fideliter & ſyncerè me præſente deſcripta eſſe aſſero; quod etiam, vt de huius rei veritate apud poſteritatem conſtaret, hac mea manu ac ſigillo teſtari non dubitaui. Ita teſtor.

Frãnciſcus Gualdus Ariminenſis Eques S. Stephani.

II.

Franciſci Angelomi.

HIeroglyphica, quæ ex Veteribus fragmentis, Obeliſci huius præſentis decerpta in noua fragmenta, quibus integritati ſuæ reſtitutus eſt Obeliſcus, cum multorum annorum indagatione & examine, dum adhuc in Hippodromi ruinis iaceret, probè mihi nota ſint; Ego infraſcriptus ſumma fide & ſinceritate, necnon diligentia extraordinaria Authoris deprompta inſculptaque genuinis locis ita reddita eſſe, vt vix vllum inter nouas & veteres figuras diſcrimen quis dignoſcere poſſit, hiſcè teſtari volui, prætereà quę Author in hoc opere allegat, ex meo Muſæo deprompta hieroglyphica monumenta, ea pariter ſyncerè & fideliter, vti germanum virum decet, iuxta archetypa delineata inciſaque eſſe, hiſce fidem facio, nè alicui dubiæ impoſterum fidei in tanti momenti argumento ſuſpicio ſubreperet; ita inquã teſtor. Romæ 14. Auguſti 1650.

Franciſcus Angelomus.
Cui & aſtipulor Io. Petrus Bellorius.

III.

Ioannes Baptiſta Caſalius Romanus.

EGo infraſcriptus hoc meo Chirographo apud Poſteritatem teſtatum volo, me characteres ſeù figuras in Obeliſco Pamphilio de nouo incilas diligenter ac ſtudiosè examinaſſe, ac contuliſſe cum figuris, quæ adhuc in antiquis fragmentis viſebantur, comperiſſeque nil de nouo additum, confictumque, aut mutilatum; ſed reſpondere omnia fideliter primis illis veterum fragmentorum characteribus, ac figuris, ſub directione huius Operis Authoris, quod idem teſtor de fragmentis Aegyptiacis ex meo Muſæo ab Authore depromptis. Kalend. Auguſti. Anno à Chriſto nato 1649. Ita teſtor.

Ioannes Baptiſta Caſalius Romanus.

IV.

Leonardi Auguſtini Senenſis Antiquarij.

OBeliſcus præſens, dum adhuc in Hippodromo, qui ad Caſtra Prætoriana, & ſepulchrum Cæcilię F. Metelli ſitus eſt, iaceret, vti multorum annorum inſpectione haud mihi incognitus fuit, ita vel maximè is in reſtauratione ſua hoc præterito anno factâ mihi innotuit, cuius quidem hieroglyphica, quæ in fragmentis continebantur, teſtor, in noua, quibus integratus fuit Obeliſcus, ea fide translata eſſe, vt nemini poſterorum de fuco aliquo ſuborto, vtpotè qui inciſori quotidiè ferè aſtiterim, ſuſpicio naſci debeat. Ea verò quæ ex Ergaſterio Franciſci Cardinalis Barberini, cui præſum, Authori conceſſa ſunt fragmenta Ægyptiaca, eo quoque candore excerpta eſſe, vt nemo de veritate rei dubitare poſſit, quæ & propria manu ſubſcribere volui.

Leonardus Auguſtinus Senenſis.

V.

R. P. Fr. Marci Lucenſis, Ord. S. Franciſci.

EGo Fr. Marcus Lucenſis Ordinis Minorum Obſ. Prouinciæ verò Romanæ reformatæ Theologus, linguæ Arabicæ profeſſor, Miſſionis Ægypti à Sacra Congregatione de Propaganda Fide Præfectus deputatus, vidi & examinaui antiquitates Aegyptiacas in hoc Opere contentas, eaſque fideliter

deliter citatas & allegatas inueni; vtpotè qui in eodem Aegypti Regno ad annos 12. in Propagandæ Fidei cura vixerim, vniuersumque Regum vna cum superstitibus monumentis perlustrárim, præsertim quæ de Obeliscis cæterisque monumentis hieroglyphicis, tum in veteri Memphi, tum Heliopoli, Thebarumque loco, quem hodie Hesne vocant, aliisq hinc indè locis supersunt, tum quæ de libris ad linguam Coptitarum (quibuscum conuixi) quæ antiqua Aegyptiorum lingua est, peculiaria enarrantur. Atque hæc ita se habere tanquam oculatus testis affirmo. Datum Romæ in Conuentu Sancti Francisci Transtyberini 13. Kal. Septemb. 1650.

Fr. Marcus Lucensis Ord. S. Fran.
qui supra manu propria.

V I.

Testimonium Authenticum circa fragmenta instaurati Obelisci Pamphilij datum, à P. Iacobo Viua è Societate IESV Authoris Socio.

NOn te Amice Lector, latere arbitror Obeliscum nuperrimè in Foro Agonali erectum, olim quidem, dum adhuc in Hippodromo iaceret, constitisse ex vno integro saxo; postea verò Barbarorum furore Humi afflictum prostratumque in plura trustra fuisse diffractum, quorum nonnulla in hoc casu tantum vitij accepêrunt, vt in Obelisci restauratione alicui vsui amplius esse nequierint; vnde oportuit in eorum locum substituere ex simili lapide (quem vulgò *Granito rosso* vocant) alia frusta, quæ priorum lacunas supplerent, quod eà Artificum industriâ factum, vt vix apparentibus commissuris in vnum denuò ac integrum saxum coaluisse videatur. Præterea (quod potissimum ad rem nostram facit) omnes ac singulæ Hieroglyphicorum imagines ac figurę, quæ desiderabantur, incisæ fuerunt in hisce nouiter adiunctis fragmentis & quidem eo penitùs modo, situ, ordine, ac loco, quem in integro olim Obelisco obtinebant, ita vt, Candidus Lector, nouerit nil omninò de nouo additum, mutatum, aut ex proprio sensu confictum (excepto in vnico exiguo spatio ob certâ rationem, cuius in Opere fit mentio) sed omnia ex antiquis fragmentis ingenti cura ac studio decerpta suis quæque locis fideliter fuisse insculpta ac translata &c. quod haud adeo difficulter fieri potuerit: siquidem singulari Numinis prouidentiâ factum, vt omnia prorsus prædicta antiqua fragmenta adhuc reperta fuerint eo ipso in loco, vbi humi prostrata iacebat moles, ex quibus, vt dixi, facilè præfatas Hieroglyphicorum figuras excerpere licuit: atque hæc fragmenta ad maiorem fidem faciendam & ne vllus fortè malcuolorum cauillationibus pateret

locus, ſingulari curà pro poſteritate adhuc aſſeruantur, vt cuilibet, qui id expetierit exhiberi deinceps valeant. certiuſque Orbi conſtet, Obeliſcum hunc nuper erectum per omnia omninò ſimilem illi, quem olim Antonin. Caracalla Imper. in Hippodromo collocauerat. Quod idem de reliquis antiquitatum monumentis ex varijs Ergaſterijs Rom. depromptis & ſcrupulosè ab Authore exhibitis iudicandum eſt.

Quæ omnia, prout hactenus commemoraui, ita ſe penitùs habere, ego Iacobus Viua è Societate IESV ſyncerâ fide teſtor ac affirmo, vtpotè oculatus horum omnium teſtis ac indiuiduus comes, ac Socius Authoris. Quod quidam eò promptiùs lubentiuſque præſto, quod operam meam collocari video in Opere præclariſſimo, ac inſtantiſſimis votis ab vniuersâ Eruditorum ſchola, iam pridem deſideratiſſimo; ac proindè ſpero omninò Candidum Lectorem prædicta amplius in dubium deinceps minimè reuocaturum. 10. Ianuarij 1650.

Iacobus Viua Soc: IESV.

Authenticatio Linguarum in hoc Opere adductarum.

I.

Io. Baptiſta Ionæ Galilæi Hebraicæ & Chaldaicæ linguæ in Sapientia Romana Profeſſoris.

VIdi Hebraicorum Chaldaicorumq; Authorum in hoc Opere mirabili allegatos textus, & vti in fontibus ipſos cognoui verè & fideliter citatos, ita quoque huius rei teſtimonium propria manu factum dare volui. Romæ 24. die Aug. 1650. Ita teſtor.

Ioan. Baptiſta Iona.

II.

R. P. Philippi Guadagnoli Theologi & Arabicæ linguæ in Athenæo Romano Profeſſoris Pontificij.

TExtus Arabicos in hoc Opere ex Arabum monumentis, quà MM. SS. quà impreſſis, quorum ego nonnullos Authori amico contuli, excerptos, ſumma fide & ſinceritate allegatos eſſe, hiſce teſtari volui. Romæ 14. Septemb. 1650.

Ego Philippus Guadagnolus Cler. Minor.
R. P.

III.

R. P. F. Antonius ab Aquila Ord. Min. Præd. Obſer.

EGregium Opus cui titulus eſt *Obeliſcus Pamphilius*, Authore R. P. Athanaſio Kircherio è Soc. IESV vidi ac perlegi, & in eo præter Arabicorum textuum ſinceram allegationem interpretationemque, multa præterea Antiquitatis præclara, recondita, ſcituque dignißima documenta ex Orientalium Authorum, potißimùm Arabum abditis penetralibus deprompta reperi; quæ & ſummum Reip. Lit. emolumentum conferre, & alijs ad aliquid in ſimili argumento audendum ſtimulos addere poſſint; Ita ſentio & teſtor. Romæ in Conuentu S. Petri in Monte Aureo, die 11. Septemb. Anno Iubilæi 1650.

Fr. Antonius ab Aquila Strict. Ord. Min. Obſer.
Theol. & Arabicæ linguæ Profeſſor.

IV.

Teſtimonium Maronitarum.

CVm Nos Infraſcripti Arabica & Syriaca in hoc Opere adducta teſtimonia cum ipſis Autopraphis Arabicis, Abulheſſan, Mahumed, Abnabdalla, Elheſſedi, Salamas, Abenephi, cæteriſque Authoribus Arabicis (quorum nonnulli ex noſtra Bibliotheca extracti ſunt) verbotenus contulerimus; neque vllam diſcrepantiam inuenerimus. In Syriacis verò Syriacorum locorum ex ipſis Authoribus nobis notis, ex quibus deprompta ſunt, Typothetæ extiterimus, omnia ſumma fide & integritate adducta eſſe repererimus; huius rei teſtimonium propria manu ſubſcriptum eſſe voluimus. Romæ 5. Septemb. 1650. Ita teſtamur nos infraſcripti.

Petrus Domitius Cheſruenenſis.
Petrus Tulenſis, Maronitæ è Monte Libano Colleg. Alumni.

INDEX

INDEX

PRAEFATIONVM,

Capitum, Paragraphorum, Problematum, Diſtinctionum, Digreſſionum, Hierogrammatiſmorum, & Explicationum.

OBELISCI PAMPHILII

LIBER I.

De Literarum, & Obeliſcorum Origine.

Præfatio. pag. 1.

Caput I. *De primæua literarum Origine, eorumdemque primis inuentoribus* 2

II. *De libris, & Scriptoribus primis poſt diluuium.* 8

§. 1. *De Zoroaſtro, & quiſnam is fuerit?* 11

III. *De Mercurio Triſmegiſto, & quiſnam proprie is fuerit, & de libris ab eo lingua Ægyptiaca conſcriptis.* 21

De libris Mercurij Triſmegiſti. 32

Digreſs. *Vtrum Pœmander & Aſclepius veri Hermetis Triſmegiſti; num ſuppoſitij parius ſint?* 35

IV. *De Obeliſcorum origine, & quis primus eorum fuerit Author?* 44

V. *De materia Obeliſcorum.* 49

VI. *De differentijs, & dimenſione Obeliſcorum, & de eorum ex Ægypto in Vrbem translatione.* 51

§. 2. *De differentia Obeliſcorum.* Ibid.

§. 3. *De proportione Obeliſcorum.* 52

§. 4. *De dimenſione Obeliſcorum.* 53

Proble-

Probl.I. *Altitudinem Obeliſci, ſi truncatus non fuiſſet, ſed lateribus continuo fluxu in vltimum punctum confluentibus, ad inſtar Pyramidis excurriſſet, reperire.* *Ibid.*
Prob.II. *Quantitatem ſuperficialem Obeliſcorum inueſtigare.* 54
Prob.III. *Soliditatem Obeliſcorum inueſtigare.* 56
Prob.IV. *Grauitatem ſiuè pondus Obeliſcorum inuenire.* 57
VII. *De multitudine, & varietate Obeliſcorum, tùm Romæ, tùm alibi ſuperſtitum & de eorum erectoribus.* *Ibid.*
VIII. *De Obeliſcorum erectoribus in particulari, & quinam Obeliſci à ſingulis Ægypti Regibus ſint erecti.* 62
§.1. *De Obeliſcis à Miſra, et Meſramuthſi erectis, primis Ægypti Regibus.* 63
§.2. *De Obeliſcis à Sothi, et Rameſſe filio eius erectis.* 65
§.3. *De Obeliſco Rameſſæo omnium, qui in Ægypto facti ſunt, maximo.* 67
§.4. *De Obeliſcis à Seſoſtri, & Momphencur filio erectis.* 68
§.5. *De Obeliſcis à Momphercur Pharaone erectis.* 70
§.6. *De Senniſerteo, ſiuè meliùs Pſammeo-Ammirteo, aut Pſammirtao, eiuſque Obeliſco.* 72
§.7. *De Obeliſcis à Simarre, Aphrie, & Nectabi erectis.* 74
IX. *De ſecunda Obeliſcorum, poſt ruinam à Cambyſe Aegypto illatam, erectione.* 76
§.1. *De Obeliſcis Auguſti, Romæ erectis.* *Ibid.*
Tabula quantitatis Vmbrarum, quas Obeliſcus Campo-Martius Sole in ♎ ♏ ♈ & ♑ conſtituto proïciebat, &c. 18
§.2. *De Obeliſcis Caïj Caligulæ Cæſaris.* 81
§.3. *De Obeliſco Claudij Imperatoris.* 82
§.4. *De Obeliſco Antonini Caracallæ Imperatoris, & aliis 44. Romam adductis.* 83
§.5. *De Obelisco Conſtantini Magni, & Conſtantij Imperatorum.* *Ibid.*
X. *De potentijs mechanicis, quibus Obelisci primo in Ægypto, deindè Romam translati, ibidem erecti sunt.* 46

OBE-

INDEX CAPITVM.
OBELISCI PAMPHILII
LIBER II.

Apparatus ad hieroglyphicam Explicationem.

Præfatio. 92

Cap.I. *De primo hieroglyphicorum inſtitutore, eorumque fabrica.* 93

II *De propagatione doctrinæ hieroglyphicæ, & de tempore quo illa durauit.* 99

III. *Vtrum ſuccedentibus ſeculis doctrina hieroglyphica prorsùs fuerit deleta, & an Orphæus, Linus, Pythagoras, Plato, alÿque Scriptores eiuſmodi doctr... notitiam habuerint?* 104

IV. *Quinam Authores ante, & poſt ruinam Ægypti à Cambyſe illatam, fuerint, qui de Ægyptiorum myſterijs tractarint; ex quibus patebit, hieroglyphicam doctrinam per libros continua ſucceſſione traditam minimè interÿſſe, ſed libris conſeruatam ad vltima tempora peruenisſe.* 106

V. *De ſymbolis & hieroglyphicis in genere.* 114

§. 1. *De literis, & Alphabeto Ægyptiorum.* 123

VI. *De Alphabeti myſtici ſtructura, & fabrica.* 124

VII. *De ſecundi, terÿ, quarti generis literis ſapientibus, vſitatis.* 133

VIII. *De lingua Copta, ſiuè Pharaonica.* 139

Digreſs. *Vtrum hieroglyphicis ſymbolis Ægyptii ſubindè inſeruerint Characteres, & nomina linguæ vulgaris, Ægyptiacis Characteribus ſcripta?* 146

IX. *Quid in interpretatione Obelisci Pſemmoſertao præſtiterit Hermapion, & vtrum attigerit verum Sacerdotum Ægyptiorum ſensum?* 147

X. *De Obelisci ſeù Pyramidis quadrilateræ hieroglyphicæ myſteriis in genere.* 156

Diſtinct.I. *Pyramidis ſeù Obelisci myſteria hieroglyphica.* 160

Diſtinct.II. *De Pyramidis & Obelisci myſteriis.* 168

Epilogiſmus. *De numeris myſticis ſub Obeliſcorum figuris contentis.* 178

OBE-

INDEX CAPITVM.
OBELISCI PAMPHILII
LIBER III.

Myſtagogia Aegyptiaca, qua non Aegyptiacæ duntaxat doctrinæ in ſacris ſculpturis ratio, ſed & Græcanicæ ſapientiæ ad normam Aegyptiacæ παραλλήλως inſtitutæ Methodus traditur demonſtraturque.

Præfatio. 184

Caput I. *De myſtica fabularum interpretatione.* 185

II. *De Deorum myſtica ſignificatione.* 187

III. *Apud Ægyptios Sacerdotes nihil non myſticum fuiſſe.* 191

IV. *De quadripartita Ægyptiorum Theologia ſuper hiſtoriam Oſiridis & Iſidis fundata.* 193

V. *De hiſtoria Oſiridis, Iſidis; Typhonis, & Hori.* 194

VI. *Hiſtoria Oſiridis, Iſidis, Hori, Typhonis ad Phyſicas ſignificationes traducta.* 197

VII. *De Sole, & Luna per Oſiridem, & Isidem ſignificatis.* 202

VIII. *De Tropologica ſignificatione, ſeù morali interpretatione Osiridis, Isis, Hori, Typhonis.* 104

IX. *De Hiſtoriæ Osiridis, Isidis, Hori, Typhonis interpretatione anagogica, ſeù de ſublimi Ægyptiorum ſapientia per hanc indicata.* 207

X. *De myſtica ſignificatione Deorum: Cœli, Saturni, Iouis, Iunonis, Neptuni, Plutonis.* 218

Myſtica ſignificatio Proſerpinæ. 224

Explicatio ſymbolorum fig. I. Schemat. III. quam ſequenti folio vide. 225

XI. *De myſtica ſignificatione Apollinis, Bacchi, Herculis, Mercurij.* 230

Explicatio ſymbolorum fig. II. Schematiſmi præcedentis, vide fol: 230

Alia explicatio symbolorum. 230

Explicatio symbolorum fig. IV. Schematiſmi III. quam vide folio 226. 235

Explicatio figuræ ſequentis. *Ibid.*
XII. *De Muſarum & Apollinis myſtica ſignificatione.* 239
XIII. *Deos omnes ad vnum Solem, ad Lunam omnes Deas reuocari.* 246
Explicatio figuræ siuè Schematismi ſequentis: 251

OBELISCI PAMPHILII
LIBER IV.

Ideæ Hierogrammaticæ, quotquot in OBELISCO PAMPHILIO continentur, ſeorſim expoſitæ & ex omnigena doctrinæ demonſtratę,

Præfatio. 255
Idea *siue* Hierogram.I. *De Boue eiusque hieroglyphica ſignificatione.* 256
Figura Apidis iuxta ſigna, quibus Veteres Scriptores eum deſcripſerunt. 261
Hierogram.II. *De Ariete, eiusque hieroglyphica ſignificatione.* 269
Schema hieroglyphicum ex Muſæo M. Mileſij I.C. Romani. 273
Explicatio Schematis hieroglyphici. *Ibid.*
Hierogram.III. *De Hirco, eiuſque hieroglyphica ſignificatione.* 274
Hierogram.IV. *De Leone, eiusque hieroglyphica ſignificatione.* 282
Expoſitio Iconismi Physica. 284
Hierogram.V. *De Cane, eiusque hieroglyphica ſignificatione.* 292
Expoſitio Schematiſmi Anubis. 295
Expoſitio figuræ Physica. *Ibid.*
Hierogram.VI. *De Cynocephalo, siuè Cercopitheco, eiuſque hieroglyphica ſignificatione.* 297
Hierogram.VII. *De Æluro, siue Felis myſtica & hieroglyphica ſignificatione.* 302
Hierogram.VIII. *De Amphibijs, siuè de Hippopotami hieroglyphica ſignificatione.* 204
Hierogram.IX. *Crocodilus, siuè de Crocodili hieroglyphica ſignificatione.* 396

Hierogram. X. *Accipiter, ſiuè de Accipitris hieroglyphica ſignificatione.* 308
Hierogram. XI. *Noctua, ſiuè de Noctuæ hieroglyphica ſignificatione.* 315
Explicatio figuræ. 310
Hierogram. XII. *Coturnicis, ſiuè de Coturnicis hieroglyphica ſignificatione.* 321
Hierogram. XIII. *Columba, ſiuè de Columbæ hieroglyphica ſignificatione.* 322
Hierogram. IV. *Ibis, ſiuè de Ibidis hieroglyphica ſignificatione.* 323
Hierogram. XV. *Vpupa, ſiuè de Vpupæ ſignificatione hieroglyphica.* 327.
Hierogram. XVI. *Scarabæus, ſiuè de Scaræbæi hieroglyphica ſignificatione.* 333
Eorum quæ dicta ſunt in Anacephalæoſi. 345
Hierogram. XVII. *Serpentis, Aſpidis, & Draconis.* 347
Hierogram. XVIII. *De humanæ figuræ varia transformatione expræ dictis animalibus facta,* 352
Hierogram. XIX. *De vegetabilium hieroglyphicis.* 353
§. 1. *De ferula, & iunco Nilotico, thyrſis, ſeù baculis ex ijs fieri ſolitis.* Ibid.
§. 2. *De thyrſo papyraceo, & iunceo.* 356
§. 3. *De Loto, eiuſque ſceptris, coronis, tutulis.* 357
§. 4. *De Perſea hieroglyphica, eiuſque thyrſis.* 306
§. 4. *Rami hieroglyphici.* 361
Hierogram. XX *De hieroglyphicis Geometricis inſtrumentalibus, & Kyriologicis.* 364
§. 1. *De charactere Tautico, ſiuè cruce anſata omnium hieroglyphicorum Principe.* Ibid.
Explicatio figuræ. 375
Explicatio figurarum Schematiſmo IV. exhibitæ. 378
§. 2. *De Sphæra & Circulo.* 379
§. 3 *De Circulo, & angularibus figuris.* 384
§. 4. *De Triangulo, Quadrato, &c.* 388
§. 5. *De hieroglyphicis inſtrumentalibus, & Kyriologicis.* 389

INDEX CAPITVM:
OBELISCI PAMPHILII LIBER II.

Actualem Obeliſci interpretationem continens.

Præfatio. 391
Cap.I. *Diarthrosis siuè Anatomia Obeliſci Pamphilÿ,* 392
II. *Obeliſci Pamphilÿ argumentum.* 394
III. *Obeliſci Pamphilÿ interpretationis partitio.* 397

Latus Orientale Schematiſmi I.

Hierogrammatiſmus I. 398

Schematiſmi I.

Hierogram.II. *Qui effluxum triformis Numinis in Genialem Mundum exhibet.* 409
Hierogram.III. *Influxum Triformis Numinis in Mundum Siderium exhibens.* 417
Hierogram.IV. *In Mundū Elemen. Numinis influxum exhibēs.* 441

Interpretatio Schematiſmi I. Lateris II. Meridionalis.

Qui Triformis Numinis, in Auſtri plagam, diffuſionem exhibet. 436
Schematiſmus I. Lateris III. Occidentalis. 445
Triformis Numinis in Occidentalem plagam influxum exhibens, Ib.

Schematiſmus I. Lateris IV. Borealis.

Triformis Numinis Borealem plagam influxum exhibens. 448
Anacephalæoſis erothematica cū nōnullis reflexionibus circa dicta 454

Interpretatio Schematiſmorum Lat.I. Orientalis. 466.

Schematiſ.I 467
Schematiſ.II. 469
Schematiſ.III. 476
Schematiſ.IV. 482
Schematiſ.V. 489
Schematiſ.VI. 499

Interpretatio Schematiſmorum Lat.II.Meridionalis. 500.

Schematiſ.I. 500
Schematiſ.II. Ibid.
Schematiſ.III. 507
Schematiſ.IV. 509
Schematiſ.V. 512
Schematiſ.VI. 516

Interpretatio Schematiſmorum Lat.III. Occident.

Schematiſ.I. 521
Schematiſ.II. Ibid.
Schematiſ.III. 525
Schematiſ.IV. 528
Schematiſ.V. 533
Schematiſ.VI. 537

Interpretatio Schematiſmorum Lateris IV. Septentr.

Schematiſ.I. 543
Schematiſ.II. Ibid.
Schematiſ.III. 547
Schematiſ.IV. 551
Schematiſ.V. 554
Schematiſm.VI. 558

NO-

Nomina Authorum, qui in hoc Opere citantur.

Ordine Alphabetico.

ABamo.
R. Abarbanel Hebr. e od. imp. Ven.
Abenephi Arabs, M.S. Arab.
Abenezra Hebræus, in Micrah Hagged.
Abenuaſchia Arabs, M. S. Arab.
Abn-Abdalla Arabs, M.S. Arab.
Abulheſſan Arabs, M. S. Arab.
R. Abraham Hebræus, cod. impr. Baſilcæ.
Acta Apoſtolorum.
Aelianus.
Africanus.
Agazaël Arabs, M. S. Arab.
Ammed Ben loſeph Altiphaſi, M. S. Ar.
R. Akiba Hebræus, cod. impr.
Albricus Philoſophus.
Alcmæon Crotoniates, apud Plut.
Alexander ab Alexandro.
Alkandi apud Gelaldinum, M. S.
Alphonſus de Spiria, apud Aldrouand.
Ammianus Marcellinus.
Anaxagoras.
Anebo, apud Euleb.
Annius Viterbienſis Pſeudo-Beroſus.
Antiphon.
Antiochus.
Antonius Auguſtinus, de medalijs.
Apion Alexandrinus.
Apollodorus.
Apollonius Rhodius.
Apuleius.
Aratus.
Arrianus.
Ariſtagoras.
Ariſtæus, apud Plut.
Ariſtoteles.
Arnobius.
Artephi Arabs, M. S.
S. Athanaſius.
Athenagoras.
Athenæus.
Auctor Copticæ Scalæ magnæ Aegyptiacę. M.S. Petri de Valle.
Auctor Hiſt. Scolaſt.
S. Auguſtinus.
Baal Hatturim, Hebræus. in Micràh haggedolàh.
Bartholomæus Marlianus de Topographia Vrbis.
Baſilides.
R. Becchai Cod. impreſſ. Ven.
Beniaminus Hebræus. Cod. impreſſ. Leydæ.
Bernardinus Gomeſius. Apud Aldrouandū
Beroſus, apud Euſeb. Clement. Philon.
Bitis Propheta Aegyptius.
Bocacius Poeta Italus.
Boiſardus de Diuinationibus.
Bulengerus de diuinat.
Cabala Hebræorum variorum Authorum
Cadmus ex Plutarcho.
Callimachus.
Callixenus Phænix. ex Plut.
Caloſiris apud Heliodorum.
Caſſiodorus.
Caſtaneda apud Euſ.
Caſtor Thaleſ. apud Clem.
Cauſinus.
Cęlius Rhodiginus.
Cheræmon. ex Plut.
Chronicon Alexandrinum.
R. Chype Hebræus M.S.
Cælius Calcagninus.
Cęſar Riuiera de Mundo magico.
Choulus Antiquarius.
Cicero.
Chriſippus de deuinat.
Ciccus Aſculanus.
Claudiamus.
Claudius Saturninus de coronis.
Clemens Alexandrinus l. ſtromat.
Codex Syriacus M.S. Bibl. Vat.
Columella.
Commentarius vetus Hebraicus M. S. Romæ in Biblioth. Neophyt.
Cornelius Gemma.
Cornelius Tacitus.

S. Cyril-

S. Cyrillus.
Damaſcius, apud Plotinum.
Damigeron.
Lib. Danielis Prophetæ.
Dardanus.
Dauid Rex.
Demetrius Phaleræus.
Democritus.
Deenus.
Demodotus.
Didymus Alexandrinus.
Diodorus Siculus.
Diogenianus, ex Nat. Comit.
Dionyſius Rhodius, de Somnis.
Dionyſius Areopagita.
Dionyſius Halicarnaſſæus.
Dioſcorides.
Dominicus Fontana.
Donatus.
Elheſſadi Arabs, M. S. Arab.
Elias Leuita, Askenaki cod. Impr.
R. Eliezer in Micrah haggedolah.
Elluchaſem Medicus Babyl. M. S. Arab.
Empedocles Agrigentinus.
Epies Sacerdos Aegyptius, apud Euſeb.
S. Ephrem Syrus.
Epimenides.
Epicharmus, de Somnijs.
Epiphanius.
Ericius Puteanus.
Eudoxus.
Euripides.
Euſebius.
Euximenes.
Lib. Exodi.
M. Fabius Caluus, de Reg. Vrb.
Franciſcus Patritius.
Fulgentius, Miytholog.
Galatinus.
Galenus.
Galaldinus Arabs, M. S. Arab.
Grezſerus.
Gennadius Maſſilienſis.
Gennebrardus.
Geographus Nubianus Arab. cod. Im.
Georgius Cedrenus Hiſtor.
Gorionides, ſiue Ioſeph Ben Gorion. Cod. Impreſſ.
Goropius Becanus hieroglyph.
S. Gregorius Nyſſenus.
S. Gregorius Thaumaturgus.
Gregorius Turonenſis.
R. Hakadoſch M. S.
R. Hannaſſe Cod. Impreſs.
R. Hau Geon M. S. Heb.
Hecatæus apud Plut. Euſeb. Clem.
Hellanicus ibid.
Heliodorus rerum Aethiop.
Heraclitus.
Hermodorus.
Hermippus Beirutenſis de Somnijs.
Hermateles de Ludis.
Hermolaus.
Herodotus.
Hervvartius.
Heraclitus.
Heſiodius.
D. Hieronymus.
Hieronymus Aleander in Tab. Heliac.
Hippocrates.
Homerus.
Horapollo Hieroglyphica.
Horus Niliacus Gram.
Hyginius.
Ialkuth Comment. Hebr.
Iamblichus de Myſt. Aegypt.
Iarricus.
Iezirah Cabaliſticus Cod. M. S.
Ioannes Baptiſta Porta Magia Nat.
Ioannes Caſsianus Collat. Vet. PP.
Ioannes Chryſoſtomus.
Ioannes Euſebius Nierenbergius de Lit. inuent.
Ioannes Opſopeus Oracula Sibyllina, & Zoroaſtrea.
Iob.
R. Ioſeph Ben Carnitol M. S. Heb.
Ioſeph Hebræus M. S. Heb.
Ipſicrates.
Irenęus.
Iſaias.
R. Iuda Ben Leui, Cod. Impr. Mant.
Ionathan Ben vziel, Thargum.
S. Iudas Apoſtolus.
Iulianus Apoſtata.
Iulius Firmicus.
S. Iuſtinus Martyr.
Iuuenalis.
Kaab Arabs M. S. Arab.
Kamus Dictionarium Arab.
Kaſadi Arabs M. S. Arab.
Kiranides.
Lactantius Firmianus.
Laertius de Vitis Phil.

Lau-

Laurentius Pignorius. Menſa Iſiaca.
Leo Aegyptius, de coronis.
D. Lipſius.
Lucanus, Pharſal.
Lucianus.
Lucretius, de Nat. rerum.
Ludouicus Carretus, Expoſit. Cabalic.
Lylius Giraldus, Synt. Deor.
Macrobius, Saturnal.
Maffeius, Hiſt. Ind.
Mahumed Arabs, M. S. Arab.
Malchus, Vita Pythag.
R. Manahem Hebræus, Cod. Impr.
R. Manaſſes, Schilte Gabborim Impr. Mant.
Manethon, apud Euſ. Afr. Clem. Ioſeph.
M. Manilius, Aſtronomicón.
Mantuanus Poëta.
Marcellinus, vide Ammianus Hiſtor.
Marſilius Ficinus, Theologia Platon.
Martianus Cappella, Philologia.
Maximus Tyrius.
R. Meir Hebræus, Impreſ.
Mercatus, Platonicus.
Mercurius, vide Triſmegiſt. varia in Pimadr. & Aſclep. Exemplaria.
Metaſthenes Perſa, apud Annium apocryphum.
Minutius Felix, in Octauio.
Mnaſeas, apud Plat.
Moſchus Phœnix, apud Euſeb.
Mor Iſaac Syrus, M. S. Syriaci.
R. Moſes Gerundenſis, Cod. Impreſ.
Nonnius.
Olaus Magnus Gothus, Hiſt. Sept.
Onkelus Chaldaicus, Paraphr. Geneſ.
Origenes.
Orpheus, apud Clem. Euſ. Arnob. Lact.
Oſthanes.
Ouidius, Metamorph.
S. Pachomius Abb. Alphabet. myſt.
Palladius.
Palæphatus.
Paraphraſtes Chaldæus, Ionathas Ben Vziel.
Pardes Hebræus, M. S. Heb. de Cab. Heb
Paruta.
S. Paulus.
Pauſanias.
Petronius Arbiter.
Petrus Comeſtor.
Petrus Crinitus.
Petrus Gylius Gallus, in Typ. Vr. Byza.
Pherecides Syrus, M. S. Fragmentum.
Pheſtus.
Philammon Muſicus.
Philo Hebræus, de Vita Moyſis, & Prouid.
Philochorus, M. S.
Philoſtrates.
Phornutus.
Picus Mirandulanus, Heptapl.
Pierius Valerianus, Hieroglyph.
Pigafetta.
Pineda.
Piſander Phyſicus, apud Cauſin.
Placiades, apud Rhodigin.
Plato.
Plethon, Comment. Oracul. Zoroaſt.
Plinius.
Plotinus.
Plutarchus, de Oſir. & Iſid.
Polæmon, apud Plut.
Pontanus.
Porphyrius, de Abſtin.
Procopius, Hiſtor.
Prodromus Coptus noſter.
Propertius.
Proclus.
Proſper Alpinus.
Prudentius.
Pſellus, Comment. Orac. Zoroaſt.
Ptolomæus Mendeſius, apud Euſeb.
Publius Victor.
Pythagoras, Aureum Carmen.
Rabboth, Comment. in Pentat. Impr.
Radak Hebræus, & idem quod R. Dauid Kimchi.
Rambam Hebræus, idem quod R. Moyſes filius Maimon.
Raphaël Aquilanus.
Raſſi Hebræus, idem quod R. Salamon Iarrhi.
Raſis.
Raze Galeia M. S.
Rodericus Toletanus.
Ruellius.
Ruffinus.
Saadias Hebræus, Comment. in Dan.
Salamas Ben Kādaathi Arabs, M. S. & Im.
Salmas Hebræus.
Salianus.
Sanchuniathon, Phœnix ex Euſeb. alijſq;
R. Schlomo, Cod. Impreſ.
Scholiaſtes Nicandri.
Seneca.

So-

Sophonias Monachus Gazenſis, M. S. Samaritanum.
Serenus Author Antiquus.
Seruius Honoratus.
Simeon Ben Iochai Zohar.
Sixtus Senenſis Biblioth.
Socrates.
Solinus Polyhyſtor.
Sonchus Memphites, Sacerdos Agypt. apud Plut. & Strab.
Sophocles Poëta.
Sozomenus Hiſtor.
Speuſippus Pret.
Strabo Geograph.
Stratus.
Suetonius.
Suidas.
Sylburgius.
Syluaticus.
Sybilla.
Syneſius, de Prouident.
R. Tanakus Bar-Haia M. S.
Tatianus.
Tartalion.
Tertullianus.
Tetzes Chiliad.
Thalmud, de Seruitute aliena.
Thargum Chaldaicum.
Thargum Hieroſolymitanum.
Thargum Samaritanum.
Theatrum Vitæ Humanæ.
Theocritus Idyll.
Theogenes.
Theophraſtus, de Plant.
Theſeus Ambroſius, de Orig. Ling.
Thomas Torquemade Hiſtor.
Timotheus Thamyris.
Triſmegiſtus, vide Mercurius.
Tyberianus Poëta.
Valerianus, vide Pierius.
M. Varro Terentius.
Valtrius.
Villalpandus.
Villanouanus.
Vincentius Cartarius.
Volaterranus.
Xanthus Lydius.
Xenocrates Chalcedonius.
Xenophon.
Zohar Auth. Iochaide.
Zoroaſtres.

OBE-

Latus I Orientale Latus II Australe Latus III Occidentale Latus IV Sep

OBELISCI PAMPHILII

LIBER I.

DE

Litterarum, & Obeliſcorum Origine.

PRAEFATIO.

NEgotium aggredimur tantò ſanè difficilius, quantò pauciora nobis reſtant in ſumma raritate Authorum ſubſidia, ita ut, quod dolendum, de priſcis ſæculorum revolutionibus, nihil nobis præter deſiderium, ad fugitivam antiquitatem inſtaurandam, relictum ſit. Nam quæ hodiè apud Orientales extant de primæuorum hominum geſtis, etſi multa egregia & cognitu digna contineant, minimè tamen diſſimulandum eſt, multa in ijs reperiri, quæ caſtigatioribus iudicijs non uſqueadeò ſatisfaciant. Argumento ſit omnium eorum, qui de Chronologicis rebus commentati ſunt, ſumma diverſitas, ut inter tot, duo eàdem de re vix conveniant. Maxima difficultas inſtituti. *Notatur & hæc literaria calamitas in Aegyptiacorum Scriptorum monumentis; apud quos tanta eſt, uti de Regum nominibus, ordine, ſerie, de tempore, quo quiſque Aegypto cum poteſtate præfuit; ita & de geſtis eorum operibuſque memorandis diſcrepantia, ut cui ſubſcribas, vix diſpicias. Cuius quidem rei rationem aliam non inveni, niſi maximam temporum, nominumque æquivocationem, quibus acceſſit linguarum imperitia, quà factum eſt, ut* Corruptio Nominum. *Hebraica Græci, Perſæ Chaldaica, Latini Græca, omnes denique cum Arabibus Aegyptiaca nomina ita fœdè corruperint, ut, quid de prima eorum Origine ſentiendum ſit, vix dignoſcatur.*

Hanc itaque Hiſtoricorum confuſionem, cùm mecum haud infrequenter perpendiſſem, oppidò perplexus hæſi; ſiquidem ex una parte difficillimum & plenum

aleæ opus, quod aggrediebar ad tot tricas enodandas mihi, non dicam formidinem, sed & penè desperationem incutiebat: Ex altera parte luculenta quædam latentis veritatis, quæ in tanta Auctorum Sylva, non obstantibus diversis diversorum placitis subolfaciebam indicia, ad audendum aliquid, calcaria addebant; vicit tandem formidinem, vicit difficultates omnes pertinax mentis constantia, & ingens in eruendis hujusmodi Aegyptiorum monumentis desiderium. Vnde spretâ omni difficultate & labore, magno animo post exactum primò temporum scrutinium, æquivocorumque examen, naturali Aegyptiorum Genio, dogmatumque ab ijs institutorum rationibus methodoque, linguæ ad hęc patriæ, à me non ita pridem in Thesauro linguæ Coptæ instauratæ, idiotismis unicè incumbendum duxi. Quarum tandem rerum notitiâ fretus, singulisque ritè inter se combinatis, in veritatum quarundam hucusque desideratarum notitiã, DEO duce, devenimus; quas in Oedipo fusè, hic verò pro Operis conditione breviùs curioso Lectori communicandas duximus.

Author quid in hoc opere præstiterit.

Cùm enim novum, & vix ab ullo, quod sciam, tentatum Interpretationis specimen exhibere nobis sit animus, attamen ad scopum intentum minimè sine firmo solidoq́ fundamento nos pertingere posse speremus; Hinc, ut fabrica nostra esset magis fundata; De Literarum Origine, *earundemque inuentoribus primò præludendum censuimus, ut sic interpretationis nostrę filum ordine naturę protensum, ansam curiosis Lectoribus, ad abdita antiquitatis penetralia penitiùs subeunda præberet; sed jam his ita pręmissis rem ipsam cum bono DEO ordiamur.*

CAPVT I.

De primæua Litterarum origine, earundemque primis inventoribus.

Ante diluviũ quis literarũ & scriptionis usus.

NOn post diluvium duntaxat, sed & ante illud Scripturę & Litterarum usum fuisse, ostendit primò unanimis omnium ferè Latinorum, Græcorum, Hebræorum, Chaldæorum, Arabum, Samaritanorum, Æthiopum, Ægyptiorum consensus; & ut in hoc opere majori sinceritate, ingenuitate, & candore procedamus, singulorum verba eà linguà & charactere, quo conscripta sunt, adducemus. Atque ut à Protoplasto incipiam; fuisse eum, uti litterarum inventorem, ita & librorũ Scriptorem apertissimè Suidas tradit his verbis: τούτου τέχναι καὶ γράμματα τούτου ἐπιστῆμαι λογικαὶ καὶ ἄλογοι. τούτου προφητεῖαι, ἱερουργίαι, καὶ καθ' ὁρμοὶ καὶ νόμοι γραπτοί τε καὶ ἄγραφοι; τούτου πάντα εὑρήματα. *Huius*, inquit, *sunt artes, & litterę, huius scientię rationales & non rationales, huius prophetię sacrorũq́ operationes, huius leges scriptę & non scriptæ; huius inuentiones &c.* cui Hebræi astipulantur qui in hunc locũ Genes: *liber generationum Adam* cõmentantes, pleriq; librũ Adamo à Deo dictatum interpretantur. Rabboth. ואמרו זל רבותינו שאדם אבינו זל מחבר את ספר כל מצות שמסרו אלהים בגן ערן *dicunt Rabbini nostri, quod Adam Pater noster benedictæ memorię com-*

Suidas. Adamus Author omniũ artium & Scientiarum.

Genesis. 5. 1

Rabboth Cõmentarius in Genesim.

po-

posuit librũ præceptorũ, quę Deus ipse dedit in horto Eden. Rabbi Tanakus Bar Haja, in Rabboth, dicit fuisse librũ, in quo omnia à principio mundi usq; ad consummationem eius explicarentur, & in virtute eius filios Adam, Seth & Henoch prædixisse diluvium, & in illo, uti Zohar quoque innuit, continebatur, quòd non venturus sit Rex Messias, donec omnia quæ in mente Creatoris conceptæ erant, crearentur animæ: Verba ejus sunt: אין מלך משיח בא עד שיבראו כל הנשמות שעלו במחשבה להבראות האלו הן הנשמות האמרות בספר של אדם זה ספר תלדות אדם *Non venturus est Rex Messias, donec creatę fuerint omnes animę, quę ascenderunt in cogitatione Dei, ut crearet eas, & hę sunt animę in libris Adam insinuatę hisce verbis. Et hic est liber generationum Adam;* Quòd si de secundo Messiæ adventu intelligatur, tolerari potest; ultimum tamen à Rabbinis in gratiam plebis Iudaicæ appositum, affictumque facilè eluceſcit. Vide R. Abarbanel, Rambam, Akiba, Ialkuth in hunc locum.

R Tanakus, Bar Haia, in Rabboth.

Quis liber fuerit ab Adamo scriptus, & quid continuerit.

Ben Iochai in Zohar.

R. Abarbanel, Akiba, in libro intitulato Ialkuth. hoc est pera pastoralis.

Chaldaicum Thargum Vzielidis hoc loco quoq; habet, הדה ספרא דכרונא בני אדם *hic est liber memorię gestorum à filijs hominum.* Mor Isaac in Philosophia sua Syriaca idem affirmat, ut paulò post videbitur. Huic astipulatur traditio Arabum, ita Abulhessan, Mahumed, Abn-Abdalla Elhessadi in Historia Saracenica:

Thargum Chaldaicum Ionathan.

Mor Isaac in Philosophia sua Syriaca M. S.

ثم انزل الله عليه احدى وعشرين صحيفة كان فيها سوره متقطعة الاحرف وهو اول كتاب انزله الله وهو اول لغة فيه من الفرايض والشرايع والسنن وتفسير الحروف والوعد والوعيد واخبار الدنيا وكان الله تعالى قد بين في ذلك اهل كل زمان وصورهم وسيرهم مع ملوكهم وما يحدثون في الارض حتي المأكول والمشروب قال فلما نظر ادم عم الى ذلك كله عرف ما يكون في اولاده فبكا بكا شديدا رحمه لهم ثم امره الله ان يكتبها بالقلم واخذ جلودا ضان ودبغها حتي صارت بيضا وكتب فيها تسعا وعشرين حرفا

Arabes Abulhessan, Mahumed, Abn abdalla, Elhessadi in M. S. Histor. rum, ab orbe gestarum.

id est, *deindè tradidit ipsi Deus 21. paginas suis exaratas, & incisas literis, fuit hic primus liber, & prima lingua conscriptus; continebat autem præcepta, & traditiones in generationes secuturas; & interpretationem literarum, pacta, statuta, & promissiones, & historias mundi totius exhibebat, & repræsentavit Deus excelsus in hisce generationes hominum singulas, & figuras eorum, & directiones eorum cum Regibus eorum, cum omnibus, & singulis, quæ in terra gererentur usque ad cibos, & potiones. Deindè cùm Adam vidisset in hisce ea, quæ filijs suis debebant accidere, flevit planctu magno. Tunc præcepit illi Deus, ut scriberet ea calamo, & accepit pelles ex pecoribus, & præparavit ipsas usque dum fierent albæ, & scripsit in eis 29. literis, &c.* Porrò ab Adamo literarum, scriptionisque inventum ad Sethum devolutum est, cujus libri etsi inter apocryphos numerentur, ingens tamen horum librorum fama per omnia Authorum monumenta volans, illum aliqua jussu patris scripta reipsà tradidisse verisimile est. Scripsisse autem illum libros septem, in primo Panarij recitat Epiphanius, atque à

Quid continuerint libri Adami ex opinione Arabum.

Libri 7. Seth attribut.

Gnoſticis Sethianis Archonticis falsò ſuppoſitos eſſe probat; Occaſionem autem hujus figmenti accepiſſe videntur ex eo, quòd, ut refert Ioſephus lib. 1. Antiq. filij Seth ſideralem ſcientiam ad cœleſtium rerum cognitionem excogitarunt; & cùm ſcirent prædixiſſe Adamum duos univerſales rerum interitus; alterum incendio, alterum diluvio; veriti, nè inventa ſua priùs perirent, quàm pernoſcerentur, excitatis duabus Columnis, utrique ſuæ inventa inſcripſerunt: ut ſi lateritiam diluvio deleri contingeret, lapideæ ſuperſtes hominibus diſcendi copiam faceret, & illa, quæ ex lapide fuerat extructa, per ignem pereunte, lateritia reſtaret. Has refert Ioſephus, ſuis adhuc temporibus in Aſia extitiſſe. Author operis imperfecti in Matthæum exponens illud; *vidimus Stellam ejus in Oriente*, meminit cujuſdam Scripturæ Seth de Stella apparitura in ortu Meſſiæ his verbis: *Audivi aliquos referentes de quadam Scriptura gentis cujuſdam ſitæ in ipſo principio Orientis juxta Oceanum, apud quos ferebatur Scriptura quædam inſcripta nomine Seth de Stella apparitura in ortu Meſſiæ, quæ per generationes ſuas illorum hominum, patribus referentibus filijs ſuis, habebatur deducta.* Caſſianus verò Collatione 8. cap. 21. introducit Serenum Abbatem Authorem antiquiſſimum, dicentem: *Scientiam omnium naturarum per ſucceſſiones generationum, ſemen Seth ex paterna uſque ab ipſo Adamo traditione ſuſcipiens, donec diviſum à ſacrilega propagine Cham, perduravit, quemadmodum ſanctè præceperat, ita etiam vel ad utilitatem vitæ communis exercuit. Cùm verò fuiſſet impiæ generationi permiſtum, ad res prophanas, & noxias, quæ piè didicerat, inſtinctu quodam dæmonum deriuavit, curioſaſque ex ea maleficiorum artes, atque præſtigias, magicaſq; ſuperſtitiones audacter inſtituit, docens poſteros ſuos, ut ſacrâ illâ culturâ divini nominis derelictâ, vel elementa hæc, vel ignem, vel aëreos Dæmones venerarentur, & colerent. Hæc igitur curioſarum rerum notitia quomodò diluvio non perierit, ac ſupervenientibus ſeculis innotuerit, perſtringendum breviter puto. Quantum itaque antiquæ traditiones ferunt, Cham filius Noë, qui ſuperſtitionibus illis, & ſacrilegis artibus infectus fuit, ſciens nullum ſe poſſe ſuper his librum in Arcam prorsùs inferre, in qua erat unà cum patre iuſto, ac ſanctis fratribus ingreſſurus, ſceleſtas artes, ac profana commenta diverſorum metallorum laminis, quæ ſcilicet aquarum non corrumperentur iniuriâ, & duriſſimis lapidibus inſculpſit, quę diluvio peracto, eadem, quà ille celaverat, curioſitate perquirens, ſacrilegiorum, & perpetuæ nequitiæ ſeminarium tranſmiſit in poſteros. Hac itaque ratione illa opinio vulgi, quà credunt, Angelos maleficia hominibus tradidiſſe, in veritate completa eſt.* hæc ille. Huic congruunt, quæ S. Auguſtinus lib. 18. de Civit. Dei. & Petrus Comeſtor recitat de quatuordecim Columnis, ſeptem æreis, & totidem lateritijs, artium, ſcientiarumque Canonibus inſignitis, à Chamo Noëmi filio erectis. Epiphanius in Panario ſuo mentionem quoque facit certi libri intitulati, *Revelatio Adæ*, quando Deus immiſit ſoporem in illum; & ut Auguſtinus contra Fauſtum meminit certi libri Genealogiæ filiorum Adæ, uti & pœnitentiæ Adam, qui tamen à Papa Gelaſio ſunt declarati tanquam apocryphi. Thomas Torque-

Ioſeph. lib. 1. antiquit.

Filij Seth columnis committunt ſideralem ſcientiam.

Scriptura Seth de Stella apparitura in ortu Meſſiæ.

Caſſianus.

Cham impius res piè traditas ad uſus profanum convertit.

Quomodo libri ante diluvium ad poſteros poſt diluvium traducti ſint.

D. Auguſt. l. 18. de Civ. Petrus Comeſtor. 14. Columnæ à Chamo erectæ, in quibus doctrinam traditam exhibuit *Epiph in Pan.* Liber intitulatus, *Revelatio Adæ.*

made

made in ſuo Hexamero S. Thomam Aquinatem libro de Ente & Eſſentia citat, alteriuſq; cujuſdã codicis meminit ab ipſo Adamo compoſiti, ſcriptique in lingua Hebraica de omnibus & ſingulis mundanarum rerum virtutibus; ſiquidem Protoplaſtus prælagus mundi per diluvium perituri, ne artes, & ſcientiæ unà cum humano genere perirent, laminis ſaxeis inciſas ciſtæ lateritiæ contra aquarum vim incluſiſſe, ut ea inventa, apertaque filij poſteri haberent, quo imbuerentur; Mercurium tandem Triſmegiſtum illum Codicem ſuis temporibus inveniſſe, indeque ſcientiam illam rerum omnium mirabilem, quam in operibus ejus etiamnum veluti ſcintillis relucentem videmus, hauſiſſe; imò S. Thomam hoſce libros vidiſſe, legiſſe, ejuſque libri uſu multa admiranda præſtitiſſe refert. Verùm cùm hæc omnia ſũmo ſtudio in Bibliotheca S. Thomę Neapoli, ubi dicebatur eſſe exemplar de Ente & Eſſentia, quòd de hiſce & ſimilibus tractaret, inquiſiverim, nec tamen quicquam indè invenire potuerim, meritò multis rationibus convictus, inania, & vana Aſtrologorum, ſuperſtitioſorumq; hominum commenta eſſe judicavi: Si enim S. Thomas illos legit, quæritur quà linguà? aut quo characterum genere ſcriptos legerit? Conſtat autem dictum Sanctum præter latinam, alterius doctrinalis linguæ vix ſingularem notitiam habuiſſe. Quicquid ſit, etſi citati libri paſſim apocryphi habeantur; veriſimile tamen eſt, hoſce primos Patres ſuarum inventionum monumenta, qualicunque in materia exarata, poſteris reliquiſſe, quæ tamen ſucceſſu temporum perdita, præter famam, traditionemque poſteris nihil reliquerint, loco autem eorum poſtea à curioſis Scriptoribus, rebus ſuis ex tam vetuſta ſcriptione authoritatẽ conciliare cupientibus, fictè hoſce, quos citavimus Apocryphos, ſubſtitutos eſſe; certè apud Arabes conſtans fama eſt librorum Seth filij Adam, & Iared, eorumque paſſim meminere, Gelaldin in hiſtoria ſua univerſali, Salmas Abulhaſſan, alijque, quos ordine ſuis locis allegabimus, Gelaldinus ita in principio hiſtoriæ ſuæ:

Thomas Torquemade in ſuo Hexamer.

Arabes libros filiorũ Seth ſæpè allegant.

ان ادم ع م وصي الابنه سيث وكان فيه وفي بنيه النبوة وانزل الله عليه تسعا وعشرين صحيفه واستخلف ابنه قينان وقينان استخلف ابنه مهلاييل ومهلاييل ابنه يرد ودفع الوصيه اليه وعلمه جميع العلوم واخبره بما يحدث العالم وفطر في نجوم في الكتاب الذي انزل عليه ادم ✡

Gelaldinus M. S. in principio hiſtoriæ.

Adam inſtruxit filium ſuum Seth, & fuit in illo, & in filijs ſuis prophetia, & deduxit Deus ſuper ipſum viginti novem paginas, & ſucceſſit ei filius eius Kainan, & Kainan Mahaliel, & Mahaliel filius eius Iared, & accepit inſtructionem ab eo, & docuit eum omnes ſcientias, & hiſtorias, quæ erant futuræ in mundo, & exercuit Aſtronomiam, quam & didicit ex libris, quos tradidit ipſi Adam pater eius, ſuper eum pax. Hos ſequuntur Samaritani, qui multa ex libris Seth, & Enoch ſe accepiſſe gloriantur; uti videre eſt in fragmento quodam pervetuſto Samaritano Vaticano Sephoniæ Monachi Gazenſis, in quo hæc habentur: 𐤀𐤃𐤌 𐤔𐤄 𐤁𐤍𐤄 𐤔𐤉𐤕 𐤅𐤀𐤕 𐤊𐤋 𐤄𐤓𐤀𐤔𐤅𐤍𐤄 𐤀𐤔𐤓 𐤔𐤋𐤇 𐤀𐤋𐤄𐤉𐤌 𐤏𐤋𐤉𐤅 𐤄𐤔𐤋𐤅𐤌

Liber Seth & Cainan.

Sephonias in M. S. Samaritano Bibl. Vat.

Adam

Adam inſtituit filium ſuum Seth, Seth mandata patris, inſtitutaque libris comprehendit, quos & filijs ſuis poſteris tradidit. Æthiopum quoque gens maximè gloriatur libris Seth & Enoch; de quibus vide Recentiores de rebus Abyſſinis Scriptores. Enoch verò ſcripſiſſe libros adeò probabile eſt, ut de eo dubitare, minimè præſumptuoſum ac temerarium eſſe putem. Cùm & hujus mentionem faciat S. Iudas in Epiſtola ſua Canonica, imò S. Auguſtinus lib. 15. de Civ. id palàm fateatur, verba ejus ſunt: *Scripſiſſe quidem nonnulla divina Enoch illum ſeptimum ab Adamo, negare non poßumus.* Et alibi: *Henoch ſeptimus ab Adam in Canonica Apoſtoli Iudæ prophetaße prædicatur; cuius ſcripta, ut apud Iudæos, & apud nos in authoritate non eſſent, nimia fecit antiquitas, propter quam videbantur eſſe ſuſpecta, nè proferrentur falſa pro veris: Nam & proferuntur quædam, quæ ipſorum eſſe dicuntur ab eis, qui pro ſuo ſenſu paſſim quod volunt, credunt; ſed caſtitas Canonis, non recepit, non quòd eorum hominum, qui Deo placuerunt, reprobetur authoritas, ſed quòd iſta eſſe non credantur ipſorum.* Hæc S. Auguſtinus. Tertullianus in libro de habitu mulierum, occurrens ijs, qui dicunt librum hunc, ſi ante diluvium fuit ſcriptus, conſervari non potuiſſe: *Scio*, inquit, *Scripturam Enoch, quæ nunc ordinem Angelis dedit, non recipi à quibuſdam. quia nec in armarium Iudaicum admittitur. Opinor, non putaverunt illam ante Cataclyſmum editam, poſt eum caſum orbis omnium rerum abolitorem, ſalvam eſſe potuiſſe; Si iſta ratio eſt, recordentur pronepotem ipſius Enoch fuiſſe ſuperſtitem Cataclyſmi Noë, qui utique domeſtico nomine, & hæreditariâ traditione audierat, & meminerat, de proavi ſui penes Deum gratia, & de omnibus prædicatis eius; cùm Enoch filio ſuo Matuſalæ nihil aliud mandaverit, quàm ut notitiam eorum poſteris ſuis traderet. Igitur ſine dubio potuit Noë in prædicationis delegatione ſucceſſiſſe, vel quia & aliàs non tacuiſſet, tam de DEI conſervatoris ſui diſpoſitione, quàm de ipſa domus ſuæ gloria. Hoc ſi non tam expeditè haberet, illud quoque aſſertionem Scripturæ illius tueretur: proindè potuit abolefactam eam violentia Cataclyſmi, in ſpiritu rurſus reformare, quemadmodum & Hieroſolymis Babylonicà expugnatione deletis, omne inſtrumentum Iudaicæ literaturæ per Eſdram conſtat reſtauratum. Sed cùm Enoch eadem Scriptura etiam de Domino prædicarit, à nobis quidem nihil omninò reticendum eſt, quod pertinet ad nos. Et legimus omnem Scripturam ædificationi habilem, divinitùs inſpirari, à Iudæis poſteà, iam videri reiectam, ſicuti & cætera ferè quæ Chriſtum ſonant. Neque utique mirum hoc, ſi Scripturas aliquas non receperunt de eo locutas, quem & ipſum coram loquentem non erant recepturi. Ideò accidit, quòd Enoch apud Iudam Apoſtolum teſtimonium poſſidet.* Ex quo quidem teſtimonio luculenter apparet, Iudæos hoſce non recipere ideò, quòd nimis apertè de Meſſia Chriſto videlicet, DEO & homine in carne venturo vaticinarentur, ſicuti eandem ob cauſam Rabbi Iakadoſch Sacroſanctam Triadem apertiùs confitentem reijciunt. Viſis igitur & recenſitis libris qui ante Cataclyſmum ſcripti à primis Patribus memorantur; jam videndum quoq; eſt, quid hi libri continuerint, & de qua materia tractarint. De libris Enoch, Origines & Procopius eos

Æthiopes Libros Seth & Enoch ſe habere gloriantur,

Quid S. Auguſtinus de libris Enoch ſentiat.

Tertullianus de libris Enoch judicii

Cur libros Enoch Hebræi non recipiant.

con-

continuisse ajunt multa vaticinia, videlicet de his, quæ eventura erant filijs ac nepotibus Patriarcharum, de futuris Hebræorum sceleribus & pœnis, de mundi Salvatore ab eis occidendo, de eorundem eversione, captivitate, & dispersione inter gentes perpetua. Annius in Commentarijs super Berosum Apocryphum ex Iosepho, scribit, in eodem Enoch volumine fuisse celebre vaticinium de geminis totius terræ cladibus, altera per inundationem, altera per incendium futuris. Origenes apud Sixtum Senensem in 28 hom. lib. Num. unà cum Tertulliano tradunt argumentum libri Enoch fuisse præter prophetias, de numero & nominibus Stellarum, & ipsarum secretis virtutibus, de descensu filiorum Dei ad filias hominum, de Gigantibus ex Angelorum coitu progenitis, de extremo judicio Dei erga impios; de quo præsens testimonium prolatum est. Verùm hæc omnia fusiùs in secundo tomo Oedipi, ubi aliquot ex libris Enoch Græca & Arabica fragmenta, quæ mira continent, producimus.

Quid libri Enoch continerent.

Annius Pseudo-Berosus.

Origenes.

Porrò non desunt, qui ex illo Geneseos loco, ubi Enos filius Seth primus nomen Dei invocare cœpisse dicitur, apertè Scripturam nominis Dei tunc viguisse velint; textus enim Hebræus ita habet: אז הוחל לקרא בשם יהוה *Tunc cœpit invocare nomen Dei Tetragrammaton sive quatuor literarum.* Aut ut in paraphrasi Chaldaica habetur: בבין שריאו בני אנשא לצלאה בשם ד׳׳׳ *Tunc inceperunt filij hominum orare in nomine Dei mysterioso:* vel ut luculentiùs adhuc paraphrasis Chaldaica Ionathan cui consentit alius Codex Syriacus in hunc locum: בבין שריאו בני אנשא לצלאה ולכתבה בשמא דיהוה *Tunc cœperunt homines legere, & scribere nomen Dei.* Quasi Enos primus divini cultus jecerit fundamenta, ritusque incœperit cœrimonijs colendi Deum per signa externa, sive per imagines quasdam aut characteres, per quos orationum devotio excitaretur; ac verisimile est, nomen illud ineffabile Dei, beneficiorum divinorum veluti mnemosynon quoddam à Sanctis Patriarchis portarum superliminaribus, alijsque locis sanctioribus fuisse inscriptum, incisumvè, ut benè docet citatus Codex; accedit hisce, quòd Iosephus lib. 2. Antiqu. c. 11. mentionem fecit Epistolæ cujusdam ab Alexandro magno ad Aristotelem præceptorem suum scriptæ de sepulchro Cainan filij Enos in civitate Persiaca invento, cujus Epitaphium literis Hebraicis scriptum fuisse de diluvio futuro Alexander testatur; sed hæc uti prorsus Apocrypha, ita ijs meritò reprobatis ad alia progrediamur. Atque ex hisce adductis testimonijs sat superque patet, litterarum scriptionisque inventum ante communem orbis cataclysmum in usu fuisse, à primævis patribus inventum, propagatumque. Cùm enim ab Adamo usque ad diluvium mundus in immensum amplificatus, & totus penè non secùs ac modò, Orientis angustijs tantam, tamque fœcundam humani generis propaginem minime continen-

Gen. 4. 26.

Onkelus in Targum.

Syr. M. S. in com. Genes.

Nomen Dei Tetragrammaton ante diluvium in magna veneratione.

Apocryphus Alexandri de [illegible]

tibus

tibus habitaretur; fieri certè non potuit, quin uti genus humanum, ita & artes vitæ humanæ necessarias maximè propagarent; maximum prætereà commercium, sine quo humana societas conservari minimè posset, vigeret; hoc verò sine literarum invento institui haudquaquam posset, rationi prorsus consentaneum est, credere, ante diluvium nullibi tam necessarium inventum defuisse. Iterum cùm potentium à seculo virorum, Gigantumque ambitio magna ubique locorum incrementa sumeret, verisimile quoque est, ad laudem, nominis famam, divinitatemque apud posteros adipiscendam, gesta sua, inventaque saxis & lapidibus, uti paulò ante ex Iosepho, ostendimus, incidisse. Imò Camum filium Noëmi centum circiter annos ante diluvium natum, cùm curiosissimus, & supra quam dici potest nominis gloriam apud posteros consequendi cupidissimus esset, normam & rationem, quam primævi isti homines, cùm in politica vivendi ratione, tùm in artium reconditarum usu tenerent, diligentissimè signatam, Arcæque illatam, ad alterius mundi posteros transfudisse, in sequentibus ostendetur. Patet igitur propositum.

CAPVT II.

De Libris, & Scriptoribus primis post diluvium.

LIteras, Scriptionisque inventum ante diluvium in usu fuisse, satis superque, ni fallor, in præcedentibus ostensum est; neque id aquis perijsse, credibile est; sed per Noëmum, eiusque filios utriusque mundi spectatores ad posteros propagatum, etiam post diluvium usque ad Mosen (quem multi nescio quibus frivolis rationibus adducti, Scripturæ primum inventorem perperam faciunt) nullo non tempore viguisse, cùm Sacræ, tùm profanæ eruditionis monumenta satis testantur. S. Clemens in libro Recognitionum apertè ait, Cham posteris reliquisse libros; cui astipulantur Hebræi, qui volunt Chamum scientias, artesque, quas ante diluvium à Kainitis didicerat, libris commendasse, & in Arca conservatos posteris tradidisse,

S. Clemens.

Libri Chami post diluviũ.

Pardes in Sephiroth

אמרו ר׳ כי הם בן נוח למד חכמת השמים ומדעת הטבע
מבני קין וכתבם בלוחות הנחש והביאם אל אחורוני מבול

Dicunt Rabbini nostri, quòd Cham filius Noë didicit artes, & scientias à filijs Kain, easque scripsit in tabulis æneis, tradiditque posteris post diluvium. Berosus Apocryphus lib. 5. docet: Anno quinto Nini literis, & legibus germanos formasse Tuisconem Gigantem, Sallam Samnites, & Celtiberos Tubalem. Nonnullos quoque Psalmos Davidis, diversis ante Mosen Patriarchis adscribunt, ita centesimum nonum compositum à Melchisedech volunt Hebræi, ab Abrahamo verò Psalmum octuagesimum octavum. In libro Iob cap. 8. Baldad Suites remittit Iobum ad generationem pristinam, & diligentem memoriæ Patrum investigationem; ubi Rabbi Meir expressè ait,

Berosus apud Eusebium l. 5.

Psalmi nonnulli quibus Patriarchis adscripti.

Iob 8.

R. Meir.

eum

eum ad Annales Patrum remiſſum; quaſi diceret Baldad Suites ad Iobum, תקרא ספרי ראשי אבות וזכרונות הקדמונים *Conſule libros primorum patrum, & memoriam ſive monumenta antiquorum*; Moyſes quoque Num: 21. libri bellorũ Domini meminit his verbis: עלכן יאמרב ספר מלחמות יהוה *Vndè dicitur in libro bellorum Domini.* vbi paraphraſtæ ita habent: בספרא קרבין דעבד יהוה *Ideò dicitur in libro bellorum, quæ fecit Dominus.* Quod clariſſimum teſtimonium eſt librorum ante Moſen ſcriptorum. Neque officiunt, quæ contra hæc obijcit Ioannes Euſebius Nierenbergius noſter; qui cum omnibus rationibus nitatur convincere ſcriptionis inventum ante Moyſen non fuiſſe; certè ſibiipſi in multis contrariari cogitur. Sufficiat hoc unicum argumentum demonſtrativum ad omnia ejus argumenta, & allegata innumera loca evertenda. Hieroglyphica literatura Ægyptiorum, ipſomet teſte ante Moſen jam à 400. annis fuit in uſu, ſed hyerogliphicis Ægyptiorum multa vocabula linguæ Ægyptiacæ vulgaris Coptæ, id eſt, Scripturæ intermiſta reperiuntur, imò Alphabetum ipſum literarum Ægyptiarum, quod in 3. libro producemus à Triſmegiſto conſtructum, ſatis, & luculenter oſtendit. Ergo Scriptura ante Moſen fuit in uſu. Minorem fuſiſſimè in ſequentibus demonſtrabimus, & aliquot ejus ſpecimina jam in Prodromo, & eius Supplemento, uti & in hoc præſenti opere, dedimus.

Literæ & Alphabetum literarum Aegyptiarũ fuerunt ante Moſen.

Porrò non ignoro varios libros circumferri, qui de futuris rerũ eventibus varia enuncient, quos alij primævis Patriarchis, alij alijs SS. Patribus, & Prophetis adſcribunt. Quos nos omnes ad tres Claſſes revocamus. Vt ſint aliqui verè revelante Deo à viris Sanctis ſcripti, & in terram defoſſi, ſuo tempore reperti. Ita invenimus libros ante devaſtationem Templi, & Vrbis Hieroſolymitanę in Sancto Sanctorum repertos, qui enunciabant excidium Vrbis, de quibus ita Gorionides in ſua de excidio Vrbis hiſtoria: בימים ההם נמצא מכתב כתוב על הצור חימים הראשנים ויקראו אותו וחנח כתוב בו לאמור בעת אשר ימלא בנין ההיכל ויהיה מרובע אז יחרס וכאשר נלכדה אנטוכיאה ויהרסוהו חיל הרומיים ויפרצו את פאת ההיכל וימחרו היהודיים לבות את פרצת פאת ההיכל ככלותם לבנות והנה ההיכל מרובע והם לא זכרו את דברי המכתב ההוא וגם נמצא כתוב בקיר בית קדש הקדשים לאמור כאשר יהיה הבנין מרובע אז ימלוך מלך על אישראל וימלך מולך ומושל בכל ארץ ישראל ועם הארץ מקצתם אמרו כי הוא מלך ישראל והכהנים אמרו כי הוא מלך הרומיים *In diebus illis inventum fuit ſcriptum juxta formam literarum antiquis ſeculis uſitatarum exaratum; legeruntque illud, & ecce ſenſus eius. Eo tempore, quo implebitur templum, & erit figura quadratum, tunc deſtruetur. Cùmque ea pars quæ Antiochia vocabatur, vi capta deſtrueretur à Romanis, dirueretorque angulus Templi, Iudæi ſubitò reparantes rupturam huius anguli Templi murum reædificarunt, completoque opere Templum evaſit quadratum, neque meminerant Iudæi verborum inuenti ſcripti. Inventumque eodem tempore in muro domus Sancti Sanctorum ſcriptum dicens,*

Gorionides ſive Ioſeph Ben Gorion.

cùm Templum fuerit quadratum, tunc regnabit Rex super Israël potens in tota terra Israël; populus autem interpretabatur de Rege Israël vero; Sacerdotes verò de Rege Romanorum. Sed de hisce fusissimè Oedipum tractantem consule. Alij ut plurimùm sunt ex illusione dœmonum substituti, inventique, cuiusmodi sunt, quæ in veteribus sepulchris subindè reperiuntur, huius farinæ est illa narratio ab Æliano tradita lib. 13. variæ historiæ. *Xerxes*, inquit, *effosso vetusto Beli monumento, vitream urnam reperit, ubi jacebat in oleo cadaver, non tamen plena fuit urna, vacuumque à summis labris ferè palmi spatium habuit. Adjacebat urnæ exigua columna, in qua scriptum continebatur, eum qui Sepulchrum aperuisset, neque repleuisset urnam, pessimè habiturum. Quo lecto Xerxes expavit, & oleum celerrimè iussit infundi; non tamen impletum est. Qui iterum infundi iussit; sed neque sic implere potuit, donec frustratus omni infundendi labore cessasset. clausoque monumento summâ cum mœstitia discederet. Neque verò falsum habuerunt, quorum prænuncia, significatrix extiterat columna. Nam quinquaginta Myriadum exercitu adversus Græcos conscripto, magnam cladem accepit, reversusque turpissima morte vitam finivit, noctu in strato à proprio filio interemptus.* Tertij generis sunt, qui vel ab hominibus argutis scripti, defossique in terram sub nomine alicuius Sancti viri deceptoriè, & per impostu ram exarati; vel ad Principum vitia carpenda, aut ad mundo bona ventura malauè enunciandа, loco, & tempore opportuno adinventi; cujusmodi sunt duo sequentia. Castaneda in historia Ind. Orient. lib. 1. c. 28. refert quædam carmina, quæ sub Emanuele Lusitaniæ Rege, Anno Domini M. D. V. eruta fuerunt in promontorio Lunę, quod vulgo appellatur *Rocca de Sintra*, inscripta in quadrata vetusti operis columna marmorea, quæ sic habebat:

Volventur saxa, literis ex ordine lectis,
Cùm videas Occidens Orientis opes.
Ganges, Indus, Tagus erit mirabile visu
Merces commutabit suas uterque tibi.

Quos versus Sybillinos esse prędicti Authores sibi persuaserunt, eisq; quasi ex Sybillæ antro profusis, fidem pręstiterunt. Cùm tamen postea compertum fictos, & impositos fuisse à quodam Hermo Charado Lusitano, qui illos marmori inscripserat, defoderatq; ut situ, humoreque terræ aliquantulùm deformati, vetustatis indicium exhiberent, rursumque per mercenarias operas refoderat, ut hoc tam nobili monumento Regis gratiam avidè in Orientis opes intenti, pecuniamque aucuparetur: Huius formę sunt, quę Antonius Augustinus narrat de libris Annij Viterbiensis: & Rodericus Toletanus narrat de arca, cùm pannis Toleti inuentis, Arabum irruptionem instantem his verbis enunciante: *Cùm contingent feras frangi, palatium atque arcam aperiri, & quæ nea sunt videri, tunc fato gentes eiusmodi Hispanias invasuras, suoque dominio submissuras;* Non absimile huic recitat Alphonsus de Spiria lib. 3. de fortalicio fidei. *Mirabile*, ait, *accidit in Regno Castellæ Civitate Toleti circa Annum Domini M. CC. XLIII. Friderico II. & Honorio Papa, regnante in prædicto Regno Ferdinando, tunc Iudeus quidam comminuendo*

unam

vnam rupem pro vinea amplianda, in medio lapidis inuenit concauitatem vnam, nullam penitùs dimensionem habentem, neque scissuram, & in concavitate illa reperit vnum librum, quasi folia lignea habentem, qui liber tribus linguis scriptus erat, videlicet Hebraicè, Græcè, & Latinè, & loquebatur de triplici mundo ab Adam usque ad Antichristum, proprietates hominum cuiusque mundi exprimendo; principium verò tertij mundi, posuit in Christo sic: In tertio mundo Filius Dei nascetur ex Virgine Maria, & pro salute hominum patietur; quod legens Iudæus statim baptizatus est, erat etiam scriptum, quòd tempore Ferdinandi Regis Castellæ liber debebat inueniri: Plena hujusmodi passim fucorum reperies pleraque historiarum monumenta, quæ tamen seipsis statim refutantur. Si enim Seth hujus libri author fuit, quomodo Latina, & Græca lingua hic intrârant, nondum natæ? aut quo characteris genere scriptus liber? Certè hujusmodi passim quoque reperias in libro intitulato, Lignum vitæ, in Cosmocritica Cornelij Gemmæ, in Theatro vitæ humanæ, alijsque operibus, quæ consule.

Non ignoro quoque multos passim Apocryphos libros circumferri, cujusmodi sunt Testamentum duodecim Prophetarum, vti & Pœnitentia Adam, apud S. Augustinum contra Faustum. Reuelatio Adæ, librique Seth à S. Epiphanio damnati, quos ad Authoritatem perfidiæ suæ conciliandam Sethiani hæretici falsò suppposuerunt, quibus, inquam, fidem haberi nolim, cùm quiuis judicio pollens, nescio quid adulterinum, & spurium sub ijs latere facilè deprehendere possit. Hinc tamen inferri quoque nolim, libros ante aut post diluuium immediatè scriptos non fuisse, cùm id constanti, ut dictum est, Authorum vetustissimorum traditioni repugnet. Verùm ut hanc rem solidiùs astruamus, jam alteram partem huius materiæ aggrediamur, in qua nobis incumbit demonstrare, à profanis quoque Authoribus libros ante ipsum Mosen exaratos, quod dùm facimus, primò quinam propriè fuerint celebres illi tot Authorum monumentis agitati Zoroaster, & Mercurius Trismegistus, quid, & quomodo scripserint, videamus; vt sic hieroglyphicæ litteraturæ primordia ab ipsis fundamentis, & secundùm ordinem seculorum faciliùs demonstrentur.

§ I.

De Zoroastro, & quisnam is fuerit.

TAnta est omnium penè Authorum de Zoroastro opinionum varietas, vt vix sit, qui cum altero concordet. Quare nos antequam ulterius progrediamur, totam hanc Controuersiam ex fundamentis examinandam duximus, vt quisnam tam celebris Author fuerit, certò constare possit. Arnobius quatuor Zoroastres ponit, primum Chaldæum, alterum Bactrianum; tertium Pamphylium, qui & Erus dictus, quartum Armenium Hostanis filium, ut & Clemens lib. 4. recognitionum. Suidas quintum Persomedum, sextum Proconnesium, de quo vide Plinium, Lactantium lib. 2. Quot, & quales fuerint Zoroastres.

c. 14. Manaſſem in politicis. Sixtus Senenſis duos fuiſſe Zoroaſtres refert. Alterum ex Diogene Laërtio Perſam Magorum Principem, Magię verum inventorem; Alterum Bactrianorum Regem, à Nino in bello victum, veræ Magię primum corruptorem, ita Iuſtinus. Hiſtertium adjungit Clemens Alexandrinus Zoroaſtrum Erum, qui de ſeipſo hoc ſcriptum reliquit: *Conſcripſi Zoroaſter Arimanius, genere Pamphilius, qui in bello mortuus ad inferos deſcendi, & à Dijs hæc didici.* Hunc Erum Plato refert lib. 15 de rep. c. 12. eo die, quo mortuus fuerat, ſupra pyram poſitum reuixiſſe. Alij nullum Zoroaſtrum vnquam fuiſſe volunt: ita Goropius Becanus, ſed hæc opinio cùm omnibus bonis Authoribus contraria ſit, meritò repudianda eſt.

Goropius Becanus.

Porrò Iuſtini ille Zoroaſter magnam Auctoribus induxit perplexitatem. Siquidem illum Bactrianorum Regem à Nino devictum, Diodorus Siculus non Zoroaſtrem, ſed Oxyartem appellat: ita in manuſcriptis Iuſtini Codicibus quoque ſe vidiſſe teſtatur Ligerius apud Franciſcum Patricium in Zoroaſtro. Nos relictâ hac Authorum altercatione, quis ille Zoroaſtres fuerit, tùm manifeſtabimus, vbi priùs de Ethymologia nominis quædam præmiſerimus.

Zoroaſter itaque nomen alij derivant à ζῶον & ἄστρον, quaſi diceres, vivens aſtrum. Quidam, ut Laërtius, eum Chaldaica voce, ἀστροθύτην dici vult ſacrificatorem aſtrorum; ſed cùm non videam, quomodò hæc vox Chaldaica eſſe poſſit, meritò eius originem reprobandam judicaui. Nonnulli ex vtraque lingua confuſum deriuant, à Chaldæo quidem צורא *tſura*, quod figuram, ſignum, imaginem interpretamur, & à Græca voce ἄστρον, quod ſidus ſignificat; quaſi diceres, figura, imago, ſignum aſtrorum; alij ab alijs nominibus, & linguis falſò deductis deriuarunt, de quibus vide Goropium. Nos dicimus Chaldaicum vocabulum eſſe, & deriuari à verbo צורא *tſura*, vel צייר *tſaiar*, quorum illud nomen, figuram; hoc verbum, figurare ſignificat, ex אש & סחר quod ignem abſconditum ſignificat, quaſi dicetetur זוראסחר. *Zairaſter*, formans idola ignis abſconditi; vel etiam זוראסחר *Tſhuraſter*, id eſt ſignum, figura, ſimulacrum rerum ſecretarum abſconditarumque, cui congruit etymon Perſicum زرسث; Quæ omnia quàm aptè quadrent Zoroaſtri, in ſequentibus patefiet. Fuit igitur hoc nomen commune omnibus ijs, qui abſtruſarum rerum ſcientiam, ac magiam exercebant, & non ſecùs ac Oſyris omnibus ijs, qui religionem, & politicam viuendi rationem primis temporibus in Ægypto introduxerunt, excolueruntque, commune fuit, vt poſteà dicetur. Vndè conſequenter ſicuti plures Oſirides, Saturni, Beli, (quæ cognomina fuerant eorum, qui præclarè & inſigniter de humano genere meruerunt) ita plures fuêre Zoroaſtres, id eſt omnes ij, qui magicarum artium, aliarumque ſecretiorum ſcientiarum inventores, cultoreſque primis ijs ſeculis fuerunt; vt Beroſus Euſebianus, & Xenophon quiſquis ille fuerit, in æquiuocis ſuis apprimè

Etymon Zoroaſtris.

Vera Zoroaſtris deriuatio ex Chaldaica lingua.

Zaraſt.

mè demonstrant, & nos fusè agemus de ijs in primo tomo Oedipi cap. de Osiride, & Iside. His igitur ita suppositis.

Dicimus primò Zoroastrem illum famosum Magiæ inuentorem alium non fuisse, nisi Cham filium Noë; fuisse autem ei hoc nomen impositum, ob admiranda, quæ vi magica operabatur; quod nomen alij postmodum simile professionis institutum sectantes tanquã magnificũ, & quod, nescio quid diuinum præseferret, affectarunt; sicuti in Ægypto occulta & abstrusa reuelantes ψοντοφανὴχ appellatos in Prodromo ostendimus. Vti & Osirides quoque dicti sunt, qui varijs inuentionibus rerum, religionisque cultu homines ad meliorem vitam reduxerunt, obque id diuinos honores meriti sunt. Atq; hæc ita esse Abenephi his verbis ostendit: وكان حم بن نوح وهو اول من الناس الذي اوري التعبدات الاصنام وادخل في الدنيا الطلسمات بعالم السحر وكان في مصر واسمه صوراستير هوادريس الثاني يعني نار سرمدي: *Fuit autem Cham filius Noë, & primus ostendit cultum idolorum, & in mundum primus introduxit Magicas artes, & nomen eius Zurastir, ipse Adris secundus, hoc est, Ignis perpetuus.*

Zoroaster Cham fuit, & cur ita dictus.

Abenephius lib. de sacra hist. Ægypt.

Cham primus Zoroaster.

Chamum igitur primum Zoroastrem fuisse ita probamus; Cham primò Chaldæus fuit natione, deindè primus post diluuium Magiæ introductor; ut fusè alibi docuimus; tertiò immediatè hic post diluuium vixit, quo omnes Authores Zoroastrem vixisse volunt. huic astipulatur Gregorius Turonensis lib. 1. hist. Franc. *Primogenitus*, inquit, *Chami filius Chus fuit, Cham autem fuit totius artis Magicæ imbuente Diabolo, & primus Idololatriæ repertor, primusque statuam adorandam statuit, stellas & ignem de cœlo labi magicis artibus, ei adscribunt, vocatusque est, cùm ad Persas transisset Zoroaster, quod Stellam viuentem interpretantur*, siue vt nos deriuamus, formans idolum ignis absconditi, siue signum, & figura rerum absconditarum. Huic fauet D. Clem. lib. 4. recognit: Ignis enim cultum Chamum Zoroastrem primùm docuisse homines, Agathias author est, de quo nos pluribus de pyrolatria Ægyptiorum. Boissardus in Apollonio Tyanæo, expressè hoc idem è varijs authoribus docet his verbis: *Audiuerat Nini tempore Zoroastrem Bactrianorum Regem, multa de magia docuisse, & scripsisse, quæ apud Babylonios seruabantur. Is autem fuit Cham filius Noë, qui ante Cataclysmum magicam artem didicerat, & postea exercuit, & alios docuit, statimque à diluuio patris ebrij virilia contrectans, fascino illum incantauit, nè posset imposterum gignere. Quidam Zoroastrem secundum fuisse volunt eum, qui in sacris literis vocatur Misrim, vel eius filium Chami nepotem, qui artem magicam mirabili efficacià exercuit. Astrorum enim peritiam nouerat perfectissimè, & ex ijs omnia humana, & inferiora corpora regi, & foueri censebat. Ex astris scintillas quasdam carmine magico elicere studens, à Dæmone succensus est, & interfectus; Cùmque hac violenta morte à Dæmone sublatus esset, nihilominùs eius discipuli illius disciplinæ pertinaciter adhæserunt, illumque Deorum amicum crediderunt, asserueruntque vehiculo fulminis in cœlum fuisse sublatum; corpus illius in Assyria conditum est; prædixerat enim Assyrijs, tamdiù eos Or-*

Gregorius Turonensis.

Zoroaster primus Magiæ, & Idololatriæ post diluuium inuentor.

Clemens lib. 4 recognit.

Boissardus

Chami impudentia.

bi

bi terrarum cum ſummo imperio imperaturos, quamdiù ſuos cineres, & reliquias integras, & inuiolatas conſeruarent. Quæ omnia congruunt ijs, quæ Plinius,

Beroſus. Suidas, alijque de Zoroaſtre ſcripſerunt. Beroſus hunc Zoroaſtrem eundem quoque facit cùm Cham, quem & Cameſes, id eſt impudicum vo-

Didymus Alexandrinus. vocat, Ægyptiorum Saturnum. Didymus Alexandrinus pari ratione τὸν Ζωροάστρην μηδένα ἄλλον ἢ τὸν χὰμ υἱὸν Νῶε ἄγει. *Zoroaſtrem nullum alium, quàm Cham filium Noë fuiſſe,* non ſemel fatetur, cui omnes ferè Rabbini conſo-

Rabbinorum de Chamo placita. *Raſſi.* nant. Raſſi in 9. Caput Gen. *Et vidit Cham pater Chanaan verenda patris ſui,* & ſentit, Chamum magicâ arte caſtraſſe patrem; & deindè concubuiſſe cum eo. וירא את ערות אביו יש אומרים סרסו ויש אומרים רבעו *Et vidit verenda patris ſui, dicuntq; quòd caſtrauerit ipſum, & concubuerit cum eo.* Et paulò poſt confirmat ex verbis Noë euigilantis maledicentiſq; impudicæ actioni Cham his verbis: אתה גמרת לי שלא אוליד בן רביעי אחד לשמשני ארור בנך רביעי *Tu cauſaſti mihi ſterilitatem, vt quartum filium mihi generare non potuerim, ſit igitur maledictus quartus filius tuus: &c.*

Abenezra in locum Geneſ. Abenezra verò in hunc eundem locum ex hoc facto totam poſteritatem Chami, DEO vindice Idololatriæ peccato inhæſiſſe putat; vbi hæc verba: עבד עבדים *ſeruus ſeruorum,* dicit ſignificare עבודה זרה *ſeruitutem alienam,* id eſt, idololatriam; vel idololatriæ

R. Hannaſſe in libro cui titulus Maghen haggiborim. inuentorem, והכושיים הם עבדים בעז בעבור שקלל נח את הם *& Cuſij cultores fuère Idolorum, eò quòd Noë Chamo maledixit.* In libro intitulato Maghen haggiborim, id eſt, Scutum fortium, expreſsè quoque Cham dicitur cultum ignis inueniſſe his verbis: וחם בן נח הראשון שמוצא את עזבים וחוא ראשון שחביא עבודה זרה בעולם ולמד אנשי שפחתו העבדת האש

Cham verò primus fuit, qui inuenit idola arte fabrefacta, & primus qui in mundum introduxit ſeruitutem alienam, & docuit homines familiæ ſuæ cultum ignis.

Hamanim ſimulachra Solis a Chamo. Idola quoq; Solis, quorum mentionem facit Iſaias 17. cap. n. 8. his verbis: ולא יראה אשרים וחמנים *Et non videbit ſaltus, ſeu lucos, & ſolaria, ſi e deuota.* vbi Radak expreſsè חמנים *Chamanim* à proprio nomine ſic dicta idola Solaria, inuentionem filiorum Cham fuiſſe docet. Quod & Beniaminus in ſuo Itinerario confirmat, vbi ait fuiſſe ſimulachrum ad ſimilitudinem Orbis Solaris factum ab ijs, qui Solem fontem ignis pro DEO colebant. Verùm cùm hoc vnicum teſtimonium omnia noſtra huculque allegata authenticare poſſit, hic deſcriptionem ejus verbotenùs adducam: ועם מבני כוש הם בעלי כוכבים ועבדי שמש עשו להם מזבחות בחוץ חעיר שנראה עד זמננו בזה מקום והם בבקריקומו ובאים אל חמנים נעשוים בכשוף בצלם כידור השמש ובמראה השמש חקידור נראה שהוא נשרף באש ובחמון הגדולח וכל אנשים הם עובדים עליו לשמים *Gens ex filijs Chus aſtrorum contemplatrix Solem pro DEO colit, aris frequentibus, & magnis extra vrbem, per omnia loca ad dimidium milliare exſtructis.*

Beniaminus in Itinerario ſuo deſcribit formam Chanam Idolorum.

Ritus & cærimoniæ Soli exhibitæ à Chami filijs. *Summo itaque manè vulgò excurritur, aditurque Sol, cui in cunctis aris ſimulacra ſunt ſacrata ad ſimilitudinem Orbis Solaris magicis artibus exſtructa. Exoriente autem Sole orbes illi incendi videntur, & magno ſtrepitu ſonant. Habent autem ſinguli ſingulas acerras in manibus, tàm fœminæ, quàm viri, omneſque pariter*

riſer Soli thura adolent. De quibus plura in Oedipo de Statua Memnonis.

Vndè ego arbitror hæc ſimulacra חמנים *Chamanim*, ab ipſo Chamo nomen, & etymon ſuum deriuaſſe. Eſt enim Cham idem Chaldæis quòd calor, ſiue etiam ipſe Sol חמא *Chamma*, hoc eſt, calor mundum vniuerſum, penetrando caleſaciens: Vndè ex hoc reor quoque nomen *Hammon*, quo Ægyptij fœcunditatem Solis ſymbolicè innuebant profluxiſſe. Cui aſtipulatur Macrob. lib. 2. c. 21. *Hammonem, quem Deum Occidentem Lybies exiſtimant, arietinis cornibus fingunt, quibus maximè id animal valet, ſicut Sol radijs.* Hammon vnde dicitur. Macrobius.

Verùm reliqua huc pertinentia vide in primo tomo Syntagm. 3 cap. de Ammone Ioue Ægyptio, & de Oraculo Hammonio, fonteque Solis in ſequentibus. Verùm cùm de Zoroaſtribus maxima ſit concertatio, nec facilè ſeſe Authores ex tanta perplexitate euoluere poſſint; Nos cum Latinis, Hebræis, Arabibus, Græciſque, Orientalium, comparantes Authorum monumenta, quid tandem de Zoroaſtre ſentiendum ſit, aut quiſnam fuerit primus ille Magiæ inuentor, intimiùs ſcrutari conabimur. Et ex probatis quidem probabile eſt, primum Zoroaſtrem Chamum fuiſſe; reliquos autem vel ipſi Synchronos, vel ſaltem non remotos ab hujus ætate fuiſſe. Inter cæteros autem celebris admodum habetur Zoroaſtres Perſomedes ſapiens apud eos, qui in Aſtronomia teſte Suida excelluit. Qui etiam primus nomen dedit ijs Magis, qui ciuilia tractârunt; de quo Authores mira referunt, teſte Plinio; Eum eodem die, quo natus eſt, riſiſſe; eidemque cerebrum ita palpitaſſe, ut impoſitam pelleret manum, futuræ præſagio Scientiæ; eundemque in deſerto caſeo vixiſſe annos 20, ita temperatè, vt vetuſtatem non ſentiret. Obijſſe autem cœleſti igne concrematum, ſicuti optauerat. ita Suidas: Ζωροάστρης περσομήδης σοφὸς τὰς ἐν τῇ ἀστρονομίᾳ ὃς καὶ πρῶτος ἤρξατο τῶν παρ' αὐτῷ πολιτευομένων ὀνόματος τῶν μάγων, ἐγένετο πρὸ τῶν τρωϊκῶν ἔτεσι φ'. Etſi porrò Suidas hoc loco Zoroaſtrum ſub Nino Rege igne concrematum, diuerſum à Perſomede videatur facere, examinatis tamen Chronologorum monumentis geſta reperi vtriuſq; prorſùs eadé, etſi non in idem prorſus tempus videantur coincidere. Nam & Epiphanius, eum Aſtrologiæ, doctrinæ prauæ, & magiæ inuentorem Nembrodi Gigantis ætate fuiſſe aſſerit. Fuit enim Ninus Nembrodi Nepos ex filio ejus Belo genitus. Nembrod autem fuit filius Chus, hic autem filius Chami fuit, qui etiam auus Nembrod, Atauus Beli. Euſebius affirmat eum ijſdem temporibus cum Semirami, & Abrahamo vixiſſe; Semiramin verò nemo ignorat Nini fuiſſe vxorem; qui Niniuen vrbem condiderit Anno à diluuio 291. & ſequenti 292. dicitur teſte Ioſepho Abraham natus; conſonant itaque tempora. Vndè luculenter patet Eudoxi, & Ariſtotelis error maximus. Quorum vterque teſte Plinio Zoroaſtrem 6000. annorum Platonis mortem præceſſiſſe opinatur. Hoc autem prorſùs erroneum, & Chronicis Authorum tàm Sacrorum, quàm profanorum monumentis rectâ contrarium, ita oſtendo. Plato juxtà Euſebium obijt Olympiade 108. ad quam à diluuio computantur anni Zoroaſter Perſomedes qualis, & mirè de natiuitate eius. Error Eudoxi & Ariſtotelis.

2058.

2058. quibus si demamus 300. circiter annos, quibus à diluvio Ninus, Semiramis, Zoroaster, & Abraham convixerant, relinquentur à Zoroastre ad Platonis obitum, anni circiter 1758. non autem 6000. anni, neque obstat, quòd hic nonnulli annos Lunares fingant; quibus ratio Chronologica nullâ ratione congruit.

Hermodorus, Plutarchus. Haud absimilis huic error deprehenditur apud Hermodorum Platonicum, & Plutarchum, qui Zoroastrem scripserunt Troianum excidium præcessisse 5000. annis, cùm tamen ex Chronica notitia Troia anno à diluvio 1124. eversa demonstretur, à quibus si dempseris 300. reliqui anni 824. temporis à Zoroastre ad Troiæ eversionem monstrabunt. In hunc errorem omnes illi, qui Plutarchi authoritatem secuti sunt, incidisse videntur, vt Themistius. Hinc erroris quoque arguitur Xanthus Lydius, qui tradit ἀφ' ὧν Ξέρξου διάβασιν ἀπὸ τοῦ Ζωροάστρου ἐξακόσια ἐπιγενέσθαι. *à Zoroastre ad Xerxis expeditionem 600. esse annorum interuallum.* Si enim ab annis diluvij ad Xerxem 1725. dempseris 300. remanebunt 1425. annorum à Xerxis expeditione ad tempora Zoroastris spacium. Hinc denique Suidas quoque falsitatis insimulatur, qui hoc interuallum tantùm quingentorum annorum asserit, cùm sit 824. annorum, vt ex subductione patet. Solam igitur difficultatem hujus controuersiæ ex temporum non rectè assignatorum ignorantia ortam, quis non videt? His igitur præmissis.

Compilatus Chronicus Zoroastris.

Xanthus Lydius.

Suidas.

Cham primus Zoroaster est. Dicimus Secundò. Verum illum, & primum Zoroastrem fuisse filium Noëmi Chamum, totius Magiæ, & Idololatriæ inuentorem, qui illicitas artes, & scientias, quas ab improba Kainitarum propagine ante cataclysmum didicerat, post eum posteris suis sollicitè traditas docuit, vt in præcedentibus varijs in locis ostensum fuit. Cùm enim mira à Mathusala cum quo ante diluuium pluribus conuixerat annis, de Patre suo Enoch translato audisset, artes quoque improbas Kainitarum sollicitè quæsisset, post diluuium diuinitatem, raptumque ex hoc mundo affectans, eorum opera talia præstitisse traditur, vt omnes eum tanquam Numen quoddam venerarentur. Ægypto igitur numerosa sobole repletâ, is relicto Regno filio suo Misraim, aliàs colonias quæsiturus in Chaldæam, Persiam, Medęam, ad Assyriæ populos se contulit; vbi Astrologiam, & magicas artes professus, istiusmodi nomen apud indigenas meruit, vt vbique Numinis loco habitus passim Zoroaster, hoc est, ignis arcani simulacrum audiret. Apud Persas quoque & Medos, Chaldęæ contiguas gentes, igniscultum docuit, qui & in hunc vsque diem permansit. Hinc factum est, vt Authores duos Zoroastres, vnum Chaldæum, alterum Persomedem fuisse passim arbitrentur, perperam tamen. Fuit enim vnus Cham, qui primò nominis sui famam magicis artibus, & Astrologicæ diuinationis peritiâ, longè latèque diffundens, substitutoque in locum suum filio suo Chus, ipse in vicinam Persidem novam propaginis suæ Coloniam introducturus migrauit, vbi eam nominis gloriam varijs suis præstigijs apud populum adeptus est, vt mortuus inter

Chami Colonia quænam?

Chaldæus, & Persomedus Zoroaster vnus & idem Cham fuit.

Nu-

Numina Perſidis relatus Μυθρὸς, hoc eſt, candefactus lapis, Zuraſter, viuum ſidus; Sol, ignis viuens, σοφὸς, Magus, id eſt, Sapiens vocaretur. Qui demùm prout Perſis prædixerat, cœleſti igne conſumptus in conſeruationem Regni, cineres ſuos conſeruari præcepit. In Bactriam quoque Perſidi contiguam, Coloniam introduxiſſe veriſimile eſt, vndè poſteà fama dimanârit Bactrianorum Regis magiæ inuentoris; quamuis faciliùs crediderim, hunc Regem Bactrianorum non Zoroaſtrem, ſed Oxyartem, vti ſuprà quoque ex Iuſtini Codice oſtenſum eſt, appellatum, vnumque è poſteris ejus Magia clarum fuiſſe, qui primi Zoroaſtris nomine, & artibus aſſumptis, Thaumaturgi famam apud poſteros mereri affectârit.

Μυθρὸς, quid apud Perſas?

Colonia Chami in Bactriam.

Secundus Zoroaſter fuit Chus filius Cham Chaldæus, diſciplinarum paternarum ſedulus inueſtigator, imò Hęres, qui & nomen Patris ſui Cham affectans, artes dœmonis ope partas docuit filium ſuum Nembrod Gygantem, qui primus ope earum Regnum Babyloniæ inuaſiſſe fertur, à quo, & per quem traduce manu propagatæ noxiæ diſciplinæ, totam Aſſyriam ſenſim repleuére; Chus autem Zoroaſtrem fuiſſe dictum, ſuprà ex Gregorio Turonenſi probatum eſt; Nembrodum autem Magum, & Idololatram fuiſſe, paulò poſt probabitur. Hinc poſtmodum omnes ij, qui magicâ arte admiranda patrarent, Zoroaſtres ſunt vocati. Quod, vt ſuprà diximus, idem ſonat in lingua Chaldaica, (quæ toti paſſim Aſſyriæ, ejuſque partibus Chaldææ, Mediæ, Perſiæ, vicinique regionibus vernacula erat) ac figura ignis arcani, ſiuè ſignum abſconditum; quod nomen, vt erat grande, & magnificum, ita non niſi rerum ſecretiſſimarum, ſiuè licitarum, ſiuè illicitarum inuentoribus indebatur, nomenquè ſolis in Chaldæa competebat Magis, non ſecùs ac in Ægypto Ψονθομφανήχ nomen de humano genere optimè, vti ſuprà diximus, meritis competebat viris, arcanorum reuelatoribus. Porrò in hac magica arte præſtantes Ninum filium Nembrod, Sarug, Nachor, imò Thare patrem Abrahami fuiſſe, omnes ferè Rabbini docent, qui ignis cultum, quem Cham pater eorum inſtituerat, vnà cum magia, & Aſtrologia tradita, inſigniter promouerunt. Vndè, & vrbem ignis cultui deputatam, *Vr*, id eſt, ab igne dictam omnes ferè interpretes ſentiunt; Abrahamum quoque juſſu DEI de *Vr Chaldæorum* eductum, nè impijs ſceleratiſſimorum hominum ſacrificijs pollueretur, præter S. Hieronymum, plerique alij in hunc locum commentatores aſſerunt. Verùm cùm hujuſmodi cultus nullibi ſcitiùs, quàm à Rabbinis deſcribatur, ad eos Lectorem remitto.

Secundus Zoroaſter Chus filius Cham.

Nembrod filius Chus propagator Idololatriæ.

Pſontomphanchi quales apud Ægyptios.

R. Becchai quoque eum hoc loco impium, & idolis deditum dicit, ideòque in voce נון Nun inuerſum eſſe, de quo varia Rabbinorum contentio eſt. Vide quæ de hoc fuſiùs ſcribunt Baal hatturim in mickra haggedolah in locum Ioſue c. vlt. R. Manahem hoc loco in fine Peraſchath. Tractatus Sopherim. Iochai in librum Zohar, alijque.

R Becchai in 8. Gen.

Baal Hatturim in mickrah haggedolah.

R. Manahem in vlt. Ioſue.

Iochai in lib. Zohar.

Ex quo tertiò patet, ignis cultum in Babylone, Meſopotamia, Perſide

Ignis cultus à quo institutus.

institutum, à nemine nisi à Chamo, Zoroastre illo famosissimo, & totius idololatricæ superstitionis inuentore, & propagatore originem habuisse, quem superstitē fuisse hoc tempore, in præcedentibus ostendimus, quemque à Nino demùm interfectum profanæ tradunt historiæ. Nonnulli cœlesti igne tactum perijsse volunt. Quicquid sit, cum hoc eodem tempore Chus alter Zoroaster, atque in arte magica singularis viueret, facilè vnius gesta cum alterius à Scriptoribus confundi potuerunt. Sufficit igitur, nos hic ostendisse Zoroastres omnes Chaldæos, & ex familia Chami descendentes fuisse. Quod verò quidam Zoroastrem ex familia Semi deducant, ijs non facilè assenserim. Cùm Zoroastres omnes castæ istius, ac diuinæ Religionis, quam Semi filij omni studio propagare solebant, corruptores fuerint, & exstirpatores.

Quis fuerit Zoroaster Pamphylius.

Quæ verò de risu in natiuitate, de dentium continuo ordine, de palpitatione cerebri, similibusque portentis, quæ in Zoroastre eluxerunt, Authores varij tradunt: non quidem de nostro hoc Zoroastre, sed de alio quopiam celebri mago Zoroastris sibi nomen assumente, siuè is Pamphylius fuerit, siuè Proconnesius, quos multò post tempore in Assyria floruisse constat, dicta crediderim. Et veritatem assertionis nostræ facilè videbit, qui multa Græcorum commenta in serie historiarum tradenda, corrupta nouerit. Assignato igitur vero illo Zoroastre, ac tempore eius, quo vixit, jam vtrum is libros quosdam scripserit, & ad posteritatem transmiserit, examinandum est.

Libri Chami siuè Zoroastris.

Dico igitur fieri non potuisse, vt Cham peritissimus Astrologiæ, ac vniuersæ naturę consultus, ad instantiam suorum filiorum Chus, & Misraim charissimorum pignorum non aliqua scripserit; cùm vt per regulas, & præcepta in magica arte operandi, labili filiorum memoriæ, tot in primævi mundi rebus addiscendis occupatæ consuleret; tùm vt ad nominis sui famam, & immortalitatem, cuius auidissimus erat, consequendam, posteros in admirationem raperet eorum, quæ in primo ante diluuium æuo, haud dubiè à primis Patribus miranda fieri viderat, didiceratque.

Suidas

Suidas hisce consentit, imò de quibus scripserit, his verbis refert: Ζοροάστρης περσομήδης σοφὸς παρὰ ἐν τῇ ἀστρονομίᾳ. ὃς καὶ πρῶτος ἤρξατο τοῦ παρ' αὐτοῖς πολιτευομένου ὀνόματος τῶν μάγων, φέρεταί τε αὐτοῦ περὶ φύσιος βιβλία δ'. περὶ λίθων τιμίων ἐν, καὶ ἀστροσκοπικὰ ἀποτελεσματικὰ βιβλία ε'. *Zoroastres Persomedes cæteros Astronomos Sapientia superans, qui etiam primus fuit Author magorum nominis apud ipsos recepti. Circumferuntur autem eius libri quatuor de natura, de lapidibus pretiosis, vnus, prædictionum ex inspectione stellarum libri quinque.* Neque interest, quòd Suidas eum vocet Persomedum, quem nos passim Chaldæum diximus. Siquidem Persomedus, & Chaldæus vnus & idem est, vt in præcedentibus diximus, neque etiam tunc temporis lingua Persica à Chaldæa distincta vsurpabatur; sed Regiones tantùm erant nomine distinctę, Persia quidem dicta ob equorum in ea prouenientium præstantiam; Chaldęa autem, siuè Regio Chasdim à primo Duce Chus, quasi diceres Chusdim, quæ vnà cum Mesopotamia

Libri Zoroastris ex Suida.

Persia dicta ab equorum præstantia, & Chasdim dicuntur à Chus, quasi diceres Chusdim.

tamia, Media sub vno nomine Assyriæ comprehendebantur, vti ex Chorographia nostra primo tomo Oedipi proposita patebit, Lingua igitur eum Chaldæa materna, quæ toti passim Assyriæ vulgaris erat, & vernacula, quæcunque scripsit, exarasse certum est. Consentitque meis rationibus Picus Mirandulanus in epistola quadam ad Marsilium Ficinum data, in qua se Chaldaicos quosdam libros adeptum gloriatur. Verba subjungo: *Chaldaici*, inquit, *hi libri sunt, si libri sunt & non thesauri. Audi inscriptiones Patris Ezræ, Zoroastris, & Melchiar Magorum Oracula. In quibus, & illa quoq; quæ apud Græcos mendosa, & mutila circumferuntur; leguntur integra, & absoluta. Tum est in illa, Chaldæorum Sapientum breuis quidem, & salebrosa, sed plena mysterijs interpretatio. Est itidem, & libellus de dogmatis Chaldaicæ Theologiæ. Tàm Persarum, Græcorum, & Chaldæorum in illam diuina & locupletissima enarratio.* Scripsisse quoquè, Plinio teste, de agricultura fertur. Hermippus ille, quem sæpè Athenæus citat, eum inter alia vicies centena millia versuũ (qui tamen manifestus error est, quem alibi refutamus) scripsisse tradit. Æthiopici Authores, hujus quoque dùm mentionem faciunt, libros ejus de magia, & dœmonibus citant, quos alibi allegamus.

Picus Mirandulanus de libris Zoroastris.

Hermippus apud Athenæum de 1.0000. versibus à Zoroastro compositis.

Gelaldin Arabs in historia sua de viris illustribus, sæpè meminit libri زرست hoc est, Zoroastri de somnijs, eorumque interpretatione. Armeni quoque hujus famosissimi Magi in suis historijs mentionem faciunt. Tempus me deficeret, si singula, quæ de hoc scripserunt, aut eius libros citaverunt Authores, hic adducenda forent.

Gelaldin Arabs de libris Zoroastris.

Porrò cùm, vt in præcedentibus dictum est, libri Zoroastris Chaldaicâ linguâ scripti sint, non immeritò hoc loco quæri potest; à quonam postmodum Græci facti fuerint? Certè inter alios antiquiores Scriptores Berosum horum vti indefessum scrutatorem, ita & accuratum eorundem interpretem egisse reperio, cui & Iosephus astipulari videtur. Quis porrò fuerit hic Berosus, & quì in Chaldæorum arcana penetrauerit, idem Iosephus tradit his verbis contra Apionem. Λέξω δὲ νῦν ἤδη τὰ παρὰ χαλδαίοις ἀναγεγραμμένα καὶ ἱστορουμένα περὶ ἡμῶν, ἅπερ ἔχει πολλὴν ὁμολογίαν καὶ περὶ τῶν ἄλλων τοῖς ἡμετέροις γράμμασι: μάρτυς τε τούτων Βηρωσσὸς, ἀνὴρ χαλδαῖος μὲν τὸ γένος, γνώριμος δὲ τοῖς περὶ τῶν χαλδαίων φιλοσοφουμένοις αὐτὸς εἰς τοὺς ἕλληνας ἐξήνεγκε τὰς συγγραφάς. Τοῦτος τοίνυν ὁ Βηρωσσὸς ταῖς ἀρχαιοτάτης ἀπακολουθῶν ἀναγραφαῖς περί τε τοῦ γενομένου κατακλυσμοῦ καὶ τῆς ἐν αὐτῷ φθορᾶς. τῶν ἀνθρώπων καθάπερ μωυσῆς οὕτως ἱστόρηκεν, καὶ περὶ τῆς λάρνακος ἐν ᾗ Νῶχος ὁ τοῦ γένους ἡμῶν ἀρχηγὸς διεσώθη; προσενεχθήσης αὐτῆς τῶν ἀκρωρείαις τῶν ἀρμενίων ὀρῶν. εἶτα τοὺς ἀπὸ Νῶχα καταλέγων καὶ τοὺς χρόνους αὐτοῖς προστιθεὶς. *Nunc itaque dicenda sunt ea, quæ apud Chaldæos noscuntur esse conscripta, & de nobis in historia sunt relata, quæ multam habent concordiam cum nostris voluminibus etiam de alijs rebus. Testis autem horum est Berosus, vir genere quidem Chaldæus, notus autem eis, qui doctrinæ, eruditionique congaudent, quoniam de Astronomia, & Chaldæorum Philosophia ipse Græcas conscriptiones edidit. Igitur Berosus, antiquissimas secutus historias de facto diluuio, & hominum in ea corruptione, sicuti Moyses, ita conscripsit; simul & de Arca, in qua generis nostri Princeps seruatus est, deuecta scilicet ea in summitatem montium*

Libri Zoroastris Chaldaicè scripti, à quonam in Græcam linguam translati.

Berosus quis proprie fuerit.

Iosephus.

Berosus quo tempore vixerit, & quid scripserit.

Armeniorum; deindè ſcribens eos, qui ex Noë progeniti ſunt, tempus eorum adjecit. Et paulò poſt: *Ipſam verò Chaldæorum conſcriptionem fide dignam exiſtimandum eſt, quandò cum Archiuis Phœnicum concordare videntur, quæ ex Beroſo conſcripta ſunt* Meminit Gorionides, alijque Rabbini in libris Milchamoth Adonai huius Beroſi. Inter cæteros autem liber Halichoth olàm, in quibus paſſim allegantur בר הושיע בספר זכרונות כסדיים Bar Hoſea in libris hiſtoriarum Chaldæorum.

Goronides.

Etymon Beroſi.

Arabes quoque eum vocant برا *Baraſa*, ita Abenephi, quem alibi citauimus. Fuiſſe autem Beroſum Chaldæum, ipſum nomen oſtendit; *Bar* enim Chaldaicè idem ſignificat, ac filium. חושע *Hoſe* autem nomen Patris eius eſt, quaſi diceres Barhoſea, filius Hoſeæ, ſicuti Abenſina Arabes vocant filium *Sina*: Fuit autē Sacerdos, quia (teſte Diodoro lib. 3. eundem gradum in ſua Repub. tenent Chaldæi, quem Sacerdotes in Ægypto; fuit etiam Scriba publicus, ſiuè Notarius, quia penes ſolos Sacerdotes erat publica fides annalium, temporum, geſtorum, Regum, vt Metaſthenes in libro de judicijs temporum; hunc ſolum, Metaſthene teſte, Perſæ in Monarchiæ Aſſyriorum temporibus ſequuti ſunt. Floruit autem multò ante Alexandrum magnum, quod indè conſtat, quòd Metaſthenes Perſa Sacerdos, qui frequentem facit Beroſi in ſuis libris mentionem, ſub ipſum initium Regni Græcorum floruerit, quique Plinio teſte, apud Athenienſes diſciplinas Chaldaicas Olymp. 46. profeſſus, ſtatuam aureâ linguâ in Gymnaſio publico conſtitutam, ob inſignem rerum, hiſtoriarumque antiquiſſimarum peritiam meruit, Græcoſque proindè æternum literarum vſum credere coëgit: Ab hoc, ni fallor, ſua habuit Iulianus Chaldæus Philoſophus, dictus Teurgus; de quo ita Suidas: Ιουλιανὸς χαλδαῖος φιλόσοφος πατὴρ τοῦ ἀληθέντος Θεουργοῦ Ιουλιανοῦ ἔγραψε περὶ δαιμόνων βιβλία δ', ἀνθ' ὧν ἐστὶ πλακτίκειον παρὰ ἑκάστου μόριον, ὁ πεῖται τὰ τελεσιουργικὰ χαλδαϊκά. *Scripſit de Dæmonibus libros quatuor, ſunt autem ad cuſtodiam cuiuſque hominum membri, qualia ſunt Chaldaica illa Sacra, quæ Teleſiurgica vocantur*; cujus & filius quædam theurgica verſibus ſcripſiſſe fertur, videlicet, initiatoria & oracula, & alia quæcunque hujus Scientiæ arcana, quæ Suidas vocat λόγια θεουργικά, ex quibus Proclum ſua quæque ſumpſiſſe ipſemet fatetur, dùm eius λόγια adducta explicat, vt ſuo tempore videbitur. Librum quoque de Zonis, quæ quid fuerint, ſuo loco in Theologia Chaldaica declarabitur. Adducuntur etiam à Porphyrio Symbolus, & Pallas quidam, qui res Magorum Græcè conſcripſerunt. Porrò Chaldæorum libros in Arabicam linguam conuerſos, Author eſt Auerroës. وفلسفة جزمان كلدايون هي اكماله من فلسفة التي جزمان ارسنطلس *Philoſophiam apud Chaldæos perfectiorem fuiſſe, eâ quæ apud Græcos tempore Ariſtotelis.* Sed hæc omnia Oracula, magicaque ſcripta, aliundè originem non habuerunt, niſi à Zoroaſtro è Chaldæo in Græcum, vel à Beroſo, vel Iuliano, aut quouis alio traducta; Non neſcio Beroſum ab Annio Viterbienſi prolatum ſuppoſititium partum, & nullius apud eruditos auctoritatis eſſe;

Metaſthenes Perſa.

Quo tempore floruerit Beroſus.

Iulianus Chaldæus Philoſophus.

vndè

vndè quandocunque de Beroſo loquimur, de vero illo Beroſo, non de Anniano nos loqui hoc loco proteſtamur. Certè hi libri Zoroaſtræi (teſte Clemente) in tanta fuêre veneratione, vt eos Chriſtianos, qui Prodici hæreſin ſequerentur, gloriari ſolitos, eius ſe arcanos libros poſſidere, referat. Et Porphyrius in Plotini vita narrat, Chriſtianos multos ex antiqua Philoſophia profectos, Adelphij & Acylini fuiſſe ſectatores, eoſque Alexandri Lybici, Philocomi, Demoſtrati Lydi, plurimos libros circumtuliſſe, & reuelationes quaſdam Zoroaſtris, Zoſtriani, Nicothei, Allogenis, Meſi, aliorumque huiuſmodi palàm oſtendentes, multos decipientes, & ipſi ante decepti. Qui aſſererent Platonem intelligibilis eſſentiæ profundum minimè penetraſſe. Eaque de cauſa Plotinum multas in ea argumentationes intuliſſe, atque contra eos librum ſcripſiſſe, qui contra Gnoſticos eſt. Amelium quoque Auditorem eius libros quadraginta compoſuiſſe contra librum Zoſtriani, ipſumque Porphyrium multis argumentis oſtendiſſe, librum Zoroaſtri ab illis inſcriptum adulterinum, nouumque eſſe, & ab illis confictum, qui ſtruebant hæreſin, vt eorum inſtitutiones eſſe Zoroaſtris veteris crederentur. Ex quo loco apparet manifeſtè, in tam magna Zoroaſtrum fuiſſe æſtimatione, vt multi, vel rationibus, vel authoritate, quâ eius eſſe crederentur, Platonis dogmata Theologica poſſe conuelli, & nouam in Theologia Chriſtiana hæreſin, vel conſtituere, vel conſtitutam confirmare, ſe poſſe, confiderent. Dubium igitur nullum eſt, de Zoroaſtræorum monumentorum veritate, cùm multis ante Chriſtum annis à diuerſis Authoribus in præcedentibus citatis non infrequens fiat mentio. Ex quorum officina poſtmodum innumera alia monumenta prodierunt; huius generis videntur eſſe Syriani oracula, quem Suidas decem libros in λόγια, hoc eſt, in Zoroaſtris oracula ſcripſiſſe refert; Iuliani quoque Chaldæi Philoſophi, in quem 28. libris commentatum Iamblichum eius auditorem Damaſcius bis recitat, ſub titulo perfectiſſimæ Theologiæ Chaldaicæ his verbis: ὡς ἐν τοῖς χαλδαικοῖς ὁμολογούμενος ὁ Ἰάμβλιχος, *ſicuti in Chaldaicis fatetur Iamblichus.* Huius Zoroaſtris Oracula fuſis commentarijs proſecuti ſunt Pſellus & Plethon, qui penes nos ſunt, & quos haud infrequenter citamus, ab Opſopæo Pariſijs primùm editos anno 1608. Verùm hæc de Zoroaſtre, eiuſque Origine, geſtis, libris ſcriptis ſufficiant. Nunc ad Triſmegiſtum declarandum nos conferamus.

Clemens in libris recognitionum.

Porphyrius in vita Plotini.

Libri Gnoſticorum Zoroaſtri inſcripti falſi ſunt.

Magna authoritas librorum Zoroaſtris apud veteres.

Syrianus in Zoroaſtris oracula.

Damaſcius, Iamblichus in eadem.

CAPVT III.

De Mercurio Triſmegiſto, & quiſnam propriè is fuerit, & de libris ab eo in lingua Ægyptiaca conſcriptis.

QVemadmodum variam ſucceſſu temporum ex æquiuocatione vocum circa Zoroaſtrem perplexitatem incurrerunt Authores, ita & circa Mer-

Mercurium, quem à rebus gestis, & dignitate, sapientiaque non immeritò Τρισμέγιστον appellarunt. Quoniam verò exacta huius Authoris discussio, plurimùm in hisce nostris moliminibus momenti habet, ita quoque summâ, quâ fieri potest, diligentiâ, & sollicitudine, illa hoc loco tractanda est, vt tandem ex multiplici Authorum combinatione, quis tam omni æuo memorabilis Author fuerit, quos libros quauè linguâ scripserit, innotescat; vt hoc veluti fundamento assertionum nostrarum posito, in hoc tam intricato Antiquitatis Labyrintho tutiùs, & sine errore procedamus.

Varij Mercurij.

Mercurios antiquitas tres numerauit. Primus Cœli & Himeræ, hoc est, diei filius habitus est. Secundus, Liberi patris & Proserpinæ. Tertius, Iouis & Maiæ, quibus alij addunt quartum, Ioue & Cyllene genitum. Quintus citatur à C. Cotta Pontifice, vt est apud Ciceronem; & hunc dicit Argum occidisse; Vndè & Ἀργοφόντης dicitur, propter cuius cædem Iouis iussu factam, vt ab Argi Actæonis filij custodia, Io Inachi filiam in vaccam mutatam liberaret, relicta Græcia cum Io fugere coactus est: Hanc fabulosam narrationem Macrobius interpretatur. *Argum*, inquit, *esse Stellarum fixarum Orbem, Mercurium Solem, cuius ortu interimatur Argos, id est, luce suâ intensâ euanescant reliquæ Stellæ.* Mercurius igitur Astronomiæ famâ vbique conspicuus in Ægyptum veniens ab omnibus honorificè, propter eruditionem, litterarumque cognitionem, & politicæ peritiam, exceptus est; Leges enim dedisse Ægyptijs, & modum vitæ tranquillæ, & ad conseruationem Societatis, vitæque humanæ accommodatæ præscripsisse; ritus item Sacrorum literis Ægyptiacis mandasse, Sacerdotum Collegia instituisse, quorum singuli peculiaribus cæremonijs Deos patrios colerent, ijsque pro anni temporibus Sacrificia facerent. Atq; ita Græcorum nobis referunt monumenta, apud Ciceron: Clementem, Arnobium, aliosque: Sanchoniaton, Berythius, qui paulò post Moysen vixit, Phœnicumque historiam scripsit, vt est apud Diodorum, eum qui apud Phœnices Thauthus diceretur; apud Ægyptios Thoth vocatum fuisse tradit, præterea eundem Saturni scribam fuisse, atque inter Deos relatum, litteras inuenisse; multa circa Deorum honores, Sacra, Astrologiam, Musicam, & naturam primum obseruasse; palestram, choream, & lyram reperisse, atque ob eloquentiam, quam docuit, à Græcis Ἑρμῆν, id est, Interpretem dictum. An verò Hermes ille, qui vt Diodorus ait, Osiridi & Isidi à consilijs fuit, is idem sit, qui Argum occiderit, etsi nullo antiquitatis, vel indicio, vel testimonio affirmare, aut negare possimus; si tamen Diodoro, alijsque fides habenda est, dicerem Orpheum primò, deindè alios Græcos, quæ Ægyptiorum erant, (quod & Strabo lib. 17. fatetur) ad suos transtulisse, ac proindè litterarum inuentionem non Mercurio Argi occisori, sed Theutho Ægyptio cum Platone sentio tribuendam, vt in sequentibus fusè demonstrabimus. An autem Theuthus hic, seu Hermes inuentor litterarum idem fuerit cum Mercurio Trismegisto, de quo disputamus, in dubium vocari potest. Certè Mercurium hunc Osiridis

Mercurius Ἀργοφόντης quis?

Mercurius Legislator, & litterarum inuentor.

Sanchuniathon Berythius vetustissimus Scriptor

Thautus quis?

Hermes siuè Thautus.

An Thautus & Trismegistus idem sit?

& Isi-

& Iſidis temporibus fuiſſe, Diodorus oſtendit hâc inſcriptione, Iſidis Sepulchro inciſa:

Ἐγὼ εἰμὶ ἡ βασίλισσα πάσης χώρας, ἣ παιδευθεῖσα ὑπὸ Ἑρμοῦ.

Ego Iſis ſum Regina totius regionis, edocta ab Hermete; Et in libro Sacro Hermetis, vbi colloquium eſt inter Iſidem, & Horum filium, multa fit de Hermete mentio; vbi eum ſæpè appellat mentem, fingitque aliquando Deum Vniuerſi Principem cum Hermete loquentem, eumque animæ ſuæ animam vocantem, atque ipſi hominum formationem aſſignantem:

Βελῆς δ' ὁ πατὴρ πάντων καὶ καθηγητὴς ὁ Τρισμέγιστος Ἑρμῆς.

Conſilij pater omnium, & Magiſter Triſmegiſtus Hermes. Ex quo luce clariùs videri poſſet, eum Hermetem, qui à Conſilijs Iſidi fuerat, eundem fuiſſe Triſmegiſtum; Cùm verò ipſe Triſmegiſtus ſuis in dialogis fateatur, alium fuiſſe ante ſe hujus nominis. Certè vnum & eundem dicere nequimus; ſed vt veritas per partes innoteſcat; quid Hebræi, Chaldæi, Syri, Arabes, Ægyptij, de primo & ſecundo Hermete ſenſerint, jam tandem aperiamus.

Eſt vetus quidam Commentarius hic Romæ in Collegio Neophytorum, cui nomen בית מלכיצדק *domus Melchiſedech*, qui, vbi tractat de vita, moribus, & origine Melchiſedech Regis Salem, mentionem quoq; frequentem Hermetis noſtri facit, quem & *Idaris* vel *Adaris* vocatum, multiplicem fuiſſe vult: ita vt primum Hermetem ſiuè Adris dicat Henochum, filium Iared, litterarum, rerumque omnium ad humanam vitam conſeruandam neceſſariarum fuiſſe inuentorem: Iuſtitiæ, & pietatis cultorem eximium; Veræ in DEVM fidei, cultuſque diuini primum Aſſertorem, qui ob virtutes, & DEO Opt. Max. beneplacita opera ante communem mortalium conditioni præfinitum tempus raptus ambulauerit cum DEO, perpetuâ admirandorum operum ab ipſo in terris geſtorum relictâ memoriâ, ita vt qui ex poſteris Noë mira viderentur facere, *Adris* dicerentur. Verùm verba ipſa allego: ויש לחנך שם אדריש ויהי אחר אדריש אחרו שמו בלעז הרמים כי הוא היה ראשון שחקקם המדרשות והוא מוצא האותיות וחכמות הלימודות הוא מוסר לאנשים התירות ומצות להיות בטוב והעבדת האלוהות לפיכך לקח אותו אלהים ויתהלך את האלהים כגן עדן וכלם שהם בקיאם והחכמים הגדולים אחורו הם נקראים בשם אדריש מפני שהם הדורשים בדברי הטבע ואלוהות id eſt, *Fuit autem Henoch nomen Adris, & poſt eum alius Adris, cui nomen in lingua barbara Hermes, quoniam is primus conſtituit Scholas, in quibus Scientias à Protoplaſto, eiuſque filio Seth ſibi traditas docuit; ipſe inuentor litterarum, & mathematicarum artium, is tradidit leges, & benè viuendi diſciplinam, cultumq; diuinum, ideò abſtulit eum Dominus, & ambulauit cum DEO in horto Eden, hinc factum eſt, vt omnes, qui ſcientijs, & ſecretiorum artium notitiâ ex poſterioribus in mundo clarerent, Adris, hoc eſt, rerum occultarum inueſtigatores dicerentur.* Putat autem talem Hermetem fuiſſe Melchiſedechum ex Chananæorum genere oriundum, qui ob ſummam Sapientiam, & rerum diuinarum notitiam publicus ſit factus diuinæ legis inſtructor, Sacrorumque Præſul. Verba ſubjungo: והיה מן אדרשין אחד מלכיצדק מבית כנען מלך שלם ויהי כוהן גדול לאל עליון ועל תרגים בבלית

Henoch Adaris vocatus ab Hebræis, ab Arabibus Idris

Ex Bibl. Neophytorum Vrb. M. S.

Et vnus ex huiusmodi Adrisin fuit Melchisedech בבלית משמש אל עילאה *Rex Salem ex domo Chanaan, erat enim Sacerdos Dei excelsi, & juxtà Thargum Babylonicum, Minister coram Domino Deo excelso.* Vel vt hoc loco pulchrè habet Syriacum exemplar: ܘܗܘ ܟܘܡܪܐ ܗܘܐ ܕܐܠܗܐ ܡܪܝܡܐ *Et fuit religiosus Sacerdos Dei excelsi.* Atque hucusque memoratus Commentarius; quæ omnia conueniunt Arabum traditionibus; nam & hi primum Hermetem Henoch fuisse volunt, quem & Idris vocant; Ita Ahmed Ben Ioseph Altiphasi apud Gelaldinum in historia rerũ Ægyptiacarũ his verbis: واستخلف مهليايل ابنه يرد ودفع الوصية اليه وعلمه جميع العلوم واجبره بما يحدث في العلم ونظر في النجوم في الكتاب الذي انزل على ادم وولد ليرد حنوح وهو هرميس وهو ادريس النبي عم وكان الملك في هذا وقت محويل بن حنوح ودفع الله ابوه وصيه جده وعلوم التي عنده وولد بمصر وخرج منها وطاف الارض كلها وكان نظر في علم النجوم والهندسه والهيه وكانت ملته الصبيه وهي توحيد الله والطهاره والصلاه والصوم وغير ذلك من رسوم التعبدات وكان اول من تكلم في هذا العلوم واخرجها من قوه الى الفعل ووضع فيها الكتاب ورسوم فيها تعليم ثم سار الى بلد الحبشه والنوبه ✡ id est, *Successit Mehaliel filius eius, & Irad, & dedit ei præcepta bona, & docuit eum omnes Scientias, & celebrauit ipsum, famosumque reddidit in peritia Scientiæ inspectionis astrorum, & in libris, quos deduxit super eum Adam, & genuit Irad Hanuch, ipse est Hermes, ipse Idris Propheta, super eum pax, & fuit Rex in diebus illis Mohhuel filius Hanuch, cui pater bonam instructionem dedit, & Scientias, quas apud se, ipsi tradidit, & genuit eum in Aegypto (ante diluuium) & egressus est indè, & peragrauit totam terram, fuit autem ei Sabæorum Regio, ipse adhæsit DEO, docuitque eum, purificationes, orationes, jeiunia, & alia huiusmodi cultus diuini signa, & fuit peritus in inspectione astrorum, & in Geometria, & diuinis Scientijs, fuitque primus, qui de hisce disseruit, easque de potentia in actum eduxit; scripsitque de ijs librum, in quo signauit doctrinam eorum, deindè profectus est in Aethiopiam & Nubiam &c.* Eadem refert Kaab apud Mahumed ebn abdalla, & Kasadi in libro Sectarum, narratione de Idris: وكان ادريس عم صورة سيت عم وهو اول من خط باقليم بعد النبي سيت وكان ادريس *Fuit autem Adris pax super eum, similis Seth, & primus qui exarauit calamo post Prophetam Seth, fuitque semper deditus cultui diuino, &c.* Vaab quoque Chronista Arabum apud Allezar ita de eo tradit: ان ادريس اول من اخذ السلاح وجهاد سبيل الله وقتال بني قافيل واول من لبس الثياب وكانوا اقبل ذلك يلبسون باجلود وهو اول من اتخذ الميزان والمكيال وعلم النجوم ✡ *Fuit autem Idris primus, qui fecit, bonumque apprehendit, & certauit in vijs Domini, occidendo filios Kain, primus quoque, qui vestium vsum, cùm priùs non nisi pellibus tecti incederent, docuit; primus quoque qui mensuras & pondera, atque Astronomiam docuit.* Clarissimè autem præ omnibus alijs, Alkandi apud Gelaldinum Author Arabs capite de Sapientibus Ægypti: بزمان ابرهيم كان بمصر هرميس وهو ادريس الثنيه عم وهو المثلث لانه نبي وملك وحكيم وهو الذي صب الرصاص ذهبا بصاصا وكان بها وله

Achmed ben Altiphasi apud Gelaldinum in hist. M. S.

Mahumed Abdalla lib. de Sectis M. S.

Vaab Chronista apud Ellazar M. S.

Alkandi apud Gelaldinum M. S.

من

من العلوم صنعة الكيميا والنجوم والسحر وعلم الروحانيون والطلسمات للبراذين
واسرار الطبيعة ومنه متعلمين فيثغورس وبندقلس وارسلاوس اصحاب الكهنة وسقراط
صاحب الكلم على الحكمة والفلطون صحاب السياسة والنموس والكلام على المدن
والمدن وارسطلس صحاب المنطق *Tempore Abrahæ fuit in Aegypto Hermes ipſe Idris ſecundus, & ipſe Triſmegiſtus, quia Propheta, & Rex, & Sapiens, ſeu Philoſophus, & is qui docuit Scientiam metallorum, Alchimiam practicam, & Aſtrologiam, Magiam, Scientiam ſpirituum, & Apoteleſmaticam, ſiuè Amuletariam, & Secreta naturæ, ex quo deindè Pythagoras, Empedocles, Archilaus Sacerdos, Socrates Orator, & Plato Philoſophus, & Politicus, & Ariſtoteles Metaphyſicus, reliqui denique Aſtrologi ſua deſumpſerunt.* Similia hiſce profert Salamas Arabs libro, quem hortum mirabilium mundi vocat, quem alibi fusè citabimus. Henoch itaque primus Adris fuit dictus; primus verò poſt diluuium Hermes ſiuè ſecundus ab Henoch, qui de Deo multa ſapienter pnunciauit. Mor Iſaac in Philoſophia ſua Syriaca M.S., quę penes me eſt, facit Hermetem, quẽ Iouanithun vocat, totius Aſtronomiæ Authorẽ, originẽq; eius his verbis deſcribit:

ومع اصحاب اسحاق حتى دهر وبوذه ملوكهم سنة الف
كذلك وجدوا ملوكها وجنودها وعدادها حتى وجدوا هذا
وبتجها وجدا وحي وملكي وملوكهم جنودها وعددها وجدوا
فسمى وجدوها اسمها اذا وحي وجدوا تجدها ملكها سنة الف
ومئتين وثلثين هجرية وجد من ملوكهم الذين ذكرنا
وبتجم سم

Et hoc pacto inuenerunt filij hominum, & comprehenderunt, cognouerunt que, & didicerunt exactè leges ſtellarum, & ordinem ſignorum Zodiaci, & naturam, ſumque cum reliquis notitijs ipſis conuenientibus in firmamento cælorum, & hoc, experientiâ longâ, & in inferiorum rerum profunditate. Hæc enim omnia ſunt pertinentia ad rationalem Scientiã, ſuntq; cognitiones ſinceræ, et certitudine laudabiles, exceptis ijs, quæ ad cultum aſtrorum pertinent. Et paulò poſt, originem, & inventionem Aſtronomiæ verbis ſanè elegantiſſimis proſequitur:

واهسوم اوقيا حتى اوصة وجدوا وجدوا اسمى وجدوا
خمنى صلا واوجا ما حتى والاولوم اسمة سنة الف
صلا ما وجدوا هتى وسنة وستجى ما اذا الاذا ومى وسنة
وجدوا ومى هذا خمنا صلا وسجى وسنة ومعة ومى خمنا
حسلا ما وقيا وخنوا ماى سصمر ما اذا هيى ومعة ومى هصما
حاصما صلا الحرى خمنى اذا ما اوصة اوجا ما وجدوا
يوحى ملوم ومى وم جم ولا اسهوم ومى حاصلاه وصما
صلا وجسة ولا صلا اسهوا هتى وسنة خمسا هصمى خمى سما
وجسة وم جم خما ذ ور جم ومع اصمى وصلوم وجمعا
خمسى هستجا وسنة هنه خمى صلا مى ومى ومصما
وصلوم ماوحتى ومصا خمسا صلا خى اصمى واوجا
اوجا سخمى خمى رصما ومعا وصلوم

Inuenerunt autem eam Aramæi Babylonij, vel Chaldæi, qui in Oriente verſus Auſtralem plagam habitantes, cùm terra, & omnia loca eorum vaſta eſſent, neque co-

gnoſcerent vias, & ſemitas arenis, & ſabulo obrutas ex loco in locum, & ex ciuitate in ciuitatem, & ex regione in regionem, præſertim flante vento, & arenas in aceruos coacernante; præterea cùm locus eſſet calidus vehementer, propter Solis ardorem de die, & locus ille, terra confuſionis eſſet, hinc ex loco in locum tranſmigrantes, cùm non eſſent ferendo vehementiæ Solis, neque viam cognoſcerent, noctu eam per ſtellas didicerunt, ponentes ſibi ſignum, & ſecundùm illud, quò volebant, progrediebantur; ex perpetuo ſtellarum ſcrutinio tandem deuenerunt in mutationes temporum, inceperuntque cognoſcere ex legibus aſcenſionis ſtellarum, motus earum. Et ſic paulatim per continuam inueſtigationem & ſtudium didicerunt omnes leges ſtellarum, & ſignorum Zodiaci. Tandem poſt rudem hanc Aſtrorum notitiam veniſſe Hermetem, quem & Iouahithon dicit, qui in deſertum ſe conferens, vt Aſtrorum leges exactè obſeruatas poſteris ſcriptis commendaret. Sed audiamus verba Authoris:

ولما هذا حالما هو هرمس ابها هي حتب وحتما وتمس هذا
ومنهم وما وهبها حبيطه هو ولحا كه حمهذا حمهلا ولالا حمهذ
كمولما حفيدنا حمما وهلا هذ هي هلا هكي مبهر هذ هي هلا
حمتكم وهبيلما هذ و وما حنهحا وهمما مهطحما وما حمهتحا
وحمهذا وحمهتهكم اتحما مهطحلا وما لاقوا وهوذا ومهفحب وما
حمنهم مهحمما مهطحهما وهحي حكمي مهحما حبي هكبه
وكمهوبلما مهحمكما وهي هلا هتحدا قهلا مهحيهما وحبي
حمهبلما وهي هلا هحهنز مهحمما حكه وهي هلا هنتبع
حبي ابحمما هربلما وحمهلحا مهطحمكما وحمهقحا ابحمحا
كه لمحما وبيحا وحلا وكه نهمها حمحتا وهنحما وهمالحا

Fuit autem in Regione iſta Orientali homo ex filijs filiorum Noë, qui vocabatur Iunithon, ſiuè Hermes, hic Scientiâ inclytus, elegit ſibi locum ab omni hominum conſortio, & familiaritate remotum, & abijt in deſertum vaſtum & immane à vocibus, & oculis hominum immune, aſſiduò intentus in firmamentum cælorum, explorauit ſtellas, & luminaria, & conſuetudinem temporum, & maximè in luminaria majora, laudans horum Creatorem ſapientiſſimum, et ſic per quietem, et ſolitudinem, et continentiam ſuam, à tumultibus, et ſtrepitibus hominum liber, in cordis perpetuâ intentione, ſtellarumque contemplatione, data eſt ipſi gratia cognitionis ſtellarum, et Zodiaci. Quæ omnia confirmantur ab Authoribus ſuprà citatis; neque enim tantæ doctrinæ ordinatio, ſine magnâ curâ, & ſollicitudine, perfici poterat, niſi ab homine ab omni hominum conſuetudine ſubducto; Hunc iterum Sermone 2. c. 2. وهذا هو الحكيم مرمس حكما مرتين وهذا
Hermes verò ſapiens in omnibus, Triſmegiſtus meritò, quod per illa verba aptè inſinuat: وهذا الحكيم *Thalithi rabuotho,* hoc eſt, *tripliciter magnus.* Atq; hęc ſunt, quę apud Arabes, Syroſq; de Hermete comperi; vbi vox *Idris* non exigua mihi perplexitatis cauſa fuit; inueni tamen apud Abenephi, hanc vocē eandem eſſe cum Oſiri; mutato ſcilicet S, in D, vel T more Chaldæis, & Perſis ſolito; hoc enim pacto, quem Ægyptij, & Hebræi Miſraim, Chaldæi & Perſæ Mithram dicunt. Eſt igitur Idris idem, acſi diceres Iſiris; cui

pau-

paulò ante citatus Commentarius proximè quadrat, qui Henochum Hermetem, siuè Adris quoque vocat, quasi diceres Asiris. Apud Persas quoq; inuenio Osirim dictũ ادراس *Adras*. Vt proindè ex omnium Orientalium monumentis, Osiris constet notitiâ. Certè, quæcunque hoc loco ex Arabum monumentis deduximus, Diodori traditionibus maximè quadrant, vt in primo tomo Oedipi declarabitur, & doctè omnia in commentario in Tarich Regum Persiæ, à Ioanne Svvicardo confirmantur.

His igitur ita ritè præmissis, dico primò, ab Enocho ante diluuium omnem Sapientiam Ægyptiorum principium habuisse, erat enim is, qui præ omnibus alijs ante diluuium à Protoplasto ipso instructus, veram rerum diuinarum notitiam hauserat, Posterisque suis tradiderat, tantique fuisse non solùm ob admirabilem Sapientiam, rerumque humano generi necessariarum inuentionem, sed etiam ob impenetrabilem ex hoc mundo raptum nominis, vt multi ex posteris eum tanquam Numen quoddam colendum proponerent. Vndè verisimile est, quod Arabes tradunt, Chamum rerum exoticarum, curiosissimarumque ante diluuium, non tantùm improbas artes à Kanaitis (vt suprà quoque probatum est) didicisse; sed & Scientias de DEO & Angelis, de arcanis denique naturæ ab ipso Mathusala filio Henoch paternarum traditionum hærede accepisse, artiumque licitarum cum illicitis commixtione à paterna traditione prorsùs degenerem legem condidisse. Quam deindè Trismegistus quidam ex Chananæa stirpe Chami descendens, separatis ab illicitis licitis, in meliorem, & Religioni diuinæ conformiorem, quantum Ethnico Philosopho solo naturæ lumine fulto, in tanta rerum deprauatione, licuit, redegerit; quem quidem verum illum, & tantopere ab Authoribus celebratum secundum Hermetem Trismegistum fuisse, infrà probabitur; Hermetem autem Trismegistum dictum fuisse ob similitudinem, & Analogiam quandam operum primi Hermetis Trismegisti verisimile est, quem *Idris* Arabes, Hebræi *Hanoch* dicunt; quem & Trismegistum dicunt citati Arabes ob tres insignes prærogatiuas. Primò, quòd Sacerdos Dei esset, & primus vias Domini justas peruersis monstraret mortalibus, deindè ob summam rerum naturalium peritiam, quâ rerum humanarum necessitati omnibus modis suis inuentionibus succurrere studebat: cùm nullâ Rempublicâ sine legibus, & ordinationibus consistere diù posse nosset. Tertiò, Maximum quoque dictum ob civilis vitæ cultum, legumque conditionem, quæ sunt veluti Sal quidam humanæ societati conseruandæ necessarius. Præterea Henochum, siuè primum illum Hermetem, primum post filios Seth Astronomiam excoluisse, temporis, annorumque rationem docuisse, ex cujus monumentis postero mundo relictis, secundus Adris siuè Hermes noster sua de diuisione temporum principia deduxerit, atque ad posteros transtulerit, Ægyptij cum Arabibus volunt. Habent enim Ægyptiorum arcaniores Astrologi, pro certo, Annum ciuilem Ægyptiorum fuisse diuisum in tot dies, quot primus

Cham Mathusalæ filij Henoch discipulus, doctrinam sacram post diluuium propagauit.

Trismegistus Hermes & Adras secundus à Chamo multa hauit.

Hanoch cur Trismegistus sit dictus.

Adris inter homines vixerit. Nam Sacra Scriptura eum expressè trecentos sexaginta quinque annos, quot videlicet annus ciuilis Ægyptiorum dies habet, vixisse: sic enim 23. versus cap. 5. Gen habet: וַיִּהְיוּ כָּל יְמֵי חֲנוֹךְ

Tot annos vixit Henoch quot dies in anno.

חֲמֵשׁ וְשִׁשִּׁים שָׁנָה וּשְׁלֹשׁ מֵאוֹת שָׁנָה καὶ ἐγένοντο πᾶσαι αἱ ἡμέραι Ενὼχ ἔτη τριακόσια ἑξήκοντα πέντε;

Et facti sunt omnes dies Enoch trecenti sexaginta quinque anni, &c. Cùm verò Adris secundùm hanc eandem partitionis anni rationem docuerit posteros Ægyptios, vt in Astronomia Ægyptiorum fusè ostendimus, verisimile est eum hæc habuisse ex prioris Hermetis monumentis per Chamum postero mundo communicatis; Cùm itaque hosce Adris vitæ annos mysterio vacare minimè cognoscerent, hinc arcanum illud Ægyptiorum hieromanticum de mundi reuolutione prodijsse probabile est, videlicet cœlestes Deos stationes suas in Arce magna singulis centenis annis mutare, & post peractum circuitum 36500. annorum omnia in pristinum statum restitui. Quod & Platonem subolfecisse certum est, dùm circulum παλιγγενεσίας quem & in hunc usque diem Platonicum appellamus annum, dictorum ferè annorum numero definit: cùm enim firmamentum singulis fere centenis annis vnum in circulo magno, hoc est, Zodiaco, minutum conficere obseruarent, 100. in 360. ductâ, dabunt 36000, quibus si 5. dies ἐπαγομένας in 100. annos ductos adjeceris, habebis 36500. annorum numerum; rerum omnium complementum, Iubilæi magni numerum; & monadis in multitudinem abeuntis, in monadem reditus; id est in pristinum rerum omnium statum, vt Plato ita ab Ægyptijs edoctus, opinatus est, hi ex mystico annorum vitæ numero Idris, speculati sunt. Quem & nonnulli ex recentioribus secuti sunt in firmamenti reuolutione, sed vide, quæ de hisce curiosa quęuis in Astronomia nostra hierogl yphica tradidimus. Cùm igitur talis, tantusque fuerit Henoch, verisimile est posteros eius exemplo excitatos operum magnitudine famam aucupantes Osires seù Id ister maximos, id est, summorum Sapientum nomen ambijsse ac inter cæteros Chamum præ omnibus Noëmi filijs ambitionis labe infectum, tàm speciosi nominis titulo triumphasse: certè non desunt luculentissima huius assertionis vestigia. Vt proindè intrepidè inferre audeā, primū omniū, antiquissimumque Trismegistum fuisse Henochum, vti Arabes sentiunt. Chamum verò, quem & cum Zoroastre confudimus, vtroque nomine jactabundum, ambitiosum illum Adris titulum sibi per superbiam, vel insolentiam summam vendicasse. At Tautum è Chami progenie prodeuntem, verum scilicet Mercurium illum Trismegistum, de quo tractamus, communi omnium suffragio secundum Hermetem, siuè Adris existimatum, Chamo ambitioso tantum huius nominis titulo triumphante insolescēteq; verùm ne quicquam proprij ingenij conjectura asseruisse videar, assertionis meæ rationes, ex ipsis probatis Authoribus comprobandas duxi. Primò, Diodorus lib. 1. Biblioth. expresse narrat fuisse Mercurium Scribam, Notarium

Posteri quoque Hermetis Nomen Osiris & Adris ambierunt.

Secundus Adris Hermes Trismegistus fuit.

Diodorus.

Sa-

Sacrorum, seù Consiliarium Osiridis: καὶ τοὺς ἕλληνας διδάξαι τοῦτον τὰ περὶ τὴν Ερμηνείαν ὑπὲρ ὧν Ερμὴν αὐτὸν ὠνομάσθαι. Καθόλου τε τοὺς περὶ τὸν Οσίριν τοῦτον ἔχοντας ἱερογραμματέα ἅπαντ' αὐτῷ προσκοινωνοῦσθαι, καὶ μάλιστα χρῆσθαι τῇ τούτου συμβουλίᾳ. *Vnde Hermes, id est, interpres, & enunciator vocatur; Osiridis denique Notarius erat Sacrorum, cum quo is omnia communicabat, & cuius maximè consilio utebatur.* Quæ omnia confirmantur ex Sacro Sermone Hermetis, & ex Sanchoniatone, qui eum dicit Saturni Scribam fuisse; Saturnus autem fuit pater Idris, siuè Osiridis, fuitq; vt in præcedentibus ex varia Chronologia ostensum est Chamasenus seù Chami filius Misraim, vt posteà ostendemus, qui dictus est Saturnus Iunior, ideòque in Isidis Epitaphio scriptum est: Εγώ εἰμι ἡ τοῦ νεοτάτου κρόνου Θεοῦ Θυγάτηρ πρεσβυτάτη. *Ego sum Iunioris Saturni Dei filia natu maxima.* Imò ipsum nomen Camephes, quo in Sacro Sermone vtitur Hermes, idipsum penè demonstrare videtur, ita autem ait: πρόσεχε τέκνον ὦρε. κρόπτης γὰρ ἐπακούης Θεωρίας, ἧς ὁ μὲν καμήφης ἔτυχεν ἐπακούσας παρὰ Ερμοῦ τοῦ πάντων ἔργων ὑπομνηματογράφου, παρὰ τοῦ πάντων προγενήτορος καμήφεως. *Mentem adhibe ò Hore fili; occultam enim audis contemplationem, quam Auus Camephes audijt ab Hermete, qui omnium rerum commentaria scripsit ab omnium progenitore Camephe.* Iam examinemus singulas huius contextus partes, vt tandem assertionis nostræ veritas elucescat. Notum est ex præcedentibus, Horum esse Osiridis filium; Osirin siuè Misraim Chami, id est Camephes filium esse. Vbi nota hanc vocem *Camephes* corruptam, & pro ea, quemadmodum tùm alibi, tùm in Ægyptiacæ linguæ restitutæ supplemento, fusiùs ostendimus. *Camephta* Copticè ⲭⲁⲙⲉⲫϯ ponendam, quasi diceret, *Cham Deus* Hanc enim eandem ob rationem Coptitæ Veteres eam vrbem, quam Græci ἑρμοπολιν appellarunt ⲭⲉⲙⲛⲟⲩϯ id est, *Cham Deus noster* (de quo vide nostrum Supplementum ad Prodromum) vocarunt. Chamus igitur Hori proauus fuit, Chamephes autem, siuè Misraim progenitor Hori; Noëmus igitur, aut Chamus (confundunt enim Authores hoc nomen) erit Saturnus Senior, à quo Chamepht, siuè Misraim, id est, Chami filius, Saturnus Iunior, Sermones, Scientias, artesque à primo illo termaximo Idris Enocho per Mathusalem traditas, cum quo 8. annos ferè vixit, accepit. Ab hoc autem alium quempiam ex Chami stirpe ꝓgnatũ magni ingenij virũ eas participasse, filioq; suo *Tat* siuè *Thoyth*, doctrinam veram à spuria separando, tradidisse, probabile est. Sed & hæc omnia ex citato Sacro Sermone innotescunt. Ἀλλ' ἦν αὐτῷ διάδοχος ὁ Τατ υἱὸς ὁμοῦ καὶ παραλήπτωρ τῶν μαθημάτων τούτων οὐκ εἰς μακρὰν δὲ καὶ ὁ Ασκλήπιος ὁ Ιμούθης σπάνιος καὶ ἡφαιστόβουλος ἄλλοί τε. *Erat autem ei successor Tat, scilicet Thoth, filius simul & discipulus horum dogmatum.* Et non multò post: *Asclepius Imuthes, rarus, Hiphestobulus, & alij.* Et deindè: Βουλῆς δ' ὁ πατὴρ πάντων καὶ κατηγητὴς ὁ Τρισμέγιστος Ερμῆς. Ιατρικῆς δ' ὁ Ασκληπίος ὁ Ηφαίστου· ἴσχυος τε καὶ ῥώμης πάλιν Οσίρις, μεθ' ὧν ὦ τέκνον; αὐτὸς σὺ. Φιλοσοφίας τε Αρνεβασκῆνις. ποιητικῆς τε πάλιν ὁ Ημοῦθις. id est, *Consilij quidem pater omnium, ac Magister Termaximus Hermes. Medicinæ verè Asclepius Vulcani filius. Virium verò, & roboris rursus Osiris. Post quos tu fili mi;*

Mercurius Trismegistus Scriba Saturni.

Trismegistus in Pimandro & Asclepio.

Phi-

Philoſophiæ verò Arnebaſcenis. Poëtices autem rurſus Aſclepius Imuthes. Hos ſub iiſdem ferè terminis recitat Mor Iſaac in Philoſophia ſua Syriaca, ſerm. 1. c. 2. de veritate, his verbis: ... *Sapientes*, inquit, *Veteres ex domo Nembrod, diſcipuli eius Ioanithon ſubtilis ingenij, & multæ Scientiæ, & Philoſophi antiqui ex Agathodæmone, Aſclepiades (id eſt Aſclepij filius) & Hermes ſapiens in omnibus fuit Triſmegiſtus.* Vbi, nomina dicta paſſim confuſa vides.

Ex quibus quidem omnibus ritè collatis luculenter apparet; Iſin, Hermetem, & Aſclepium Synchronos fuiſſe, vita functos tempore Aſclepij, & Hermetis Iuniorum. Quòd ſi hi nomina Auorum tulerunt, quid mirum Hermetis prioris filium, nomine fuiſſe Tatum? & filium etiam ſecundi Hermetis, qui prioris nepos ex Tato fuit, Tatum fuiſſe nominatum? quandoquidem in eadem familia, & apud Romanos, & Græcos, aliaſque nationes, noſtro quoque tempore iiſdem nominibus, & filij patrum, & nepotes auorum, & proauorum nominentur? Non igitur mirum eſt, ſi apud priſcos Ægyptios in eadem proſapiæ linea, idem contigerit. Quid verò Thoth propriè in lingua Ægyptiaca ſignificet, alibi in hoc opere declarabimus.

Quando vixerit Hermes Triſmegiſtus

Porrò quo tempore poſt diluuium vixerit noſter ille Mercurius, dubiè tradunt Authores: Recentiores quidá teſtantur eum floruiſſe annis 21. ante legem Moyſi datam in deſerto, ita, qui Hermetem Synchronũ Moyſis, fuiſſe perperam putant: nam apud antiquos receptũ eſt, Mercurium hunc ideò ter maximum dici, quòd juxtà vetuſtos Ægyptiorum mores à maximo Philoſopho in Sacerdotium vocatus, à maximo deindè Sacerdote in Regem accitus eſſet, ac proindè in Ægyptios imperium obtinuiſſe, & apud eos litterarum ſeù Scripturæ primordia comperiſſe conſtat. Litterarũ verò Author eſſe non poterat, qui Moyſis tẽpora præcederet. Moyſen namq; ab incunabulis omni Ægyptiorũ doctrinâ, ſcripturâ teſte imbutũ, quod abſq; litteris fuiſſe difficilè creditur. Nec inſuper Ægyptiorũ imperiũ conſequi: cùm hic vixerit propriè ſub dynaſtiâ Deorum, quæ dynaſtiam Pharaonum & Paſtorũ longe præceſſit, vt paulò poſt dicetur. Præterea cùm ante & poſt Moyſen alij Ægyptijs imperantes in hiſtorijs enumerati ſint, Triſmegiſtum antea Regnum tenuiſſe neceſſarium apparet. Non enim aliàs eſſet Mercurius, vti ſuprà probatum eſt, Saturni filius & Scriba, qualem ſe cap. 10. profitetur. Dicendum igitur eſt tempore Abraham ipſum floruiſſe; nam ante Pharaonem ipſum vixiſſe Suidas tradit. Pharaonem autem illum fuiſſe Ægypti Regem, qui ſequentibus nomen indidit, idem memorat Suidas: neq; is vnus ex Pharaonibus eſſe potuit, omnibus penè Scriptorum monumentis contradicentibus, neque poſt eos, niſi eum Moyſe Iuniorem aſſerere velimus, quod etiam communi traditioni repugnat. Manet ergò, eum

Act. 7.

Triſmegiſtus floruit tempore Abrahæ

ante

ante Pharaones fuiſſe, atque conſequenter tempore Abrahæ, quo prima Pharaonici imperij fundamenta jacta ſunt, vt fuſiùs in noſtra Chronologia in Oedipo oſtendemus. Huic noſtræ opinioni fauent Orientalium traditiones, qui ipſum cum Miſraim filio Cham paſſim confundunt, ita tradunt tùm Arabes, quos ſuprà citauimus, tùm Alkandi & Altiphaſi apud Gelaldinum his verbis: ادريس هو مصر بن ميطر بن حم بن نوح *Idris ipſe Miſraim filius Beither, filius Cham, filius Noë.* Et ſuprà idem Author clariùs rem exponit: *Tempore Abraham fuit* جزمان ابراهيم ع م كان بمصر هرميس وهو ادريس الثانية *in Aegypto Hermes, ipſe Adris ſecundus,* & reliqua quæ ſequuntur, quæ confuſio nata eſt ex eo, quòd ſinguli Chami poſteri, hujuſmodi ambitioſos titulos ſibi aſſumerent. Si qui verò eum paulò ante Moyſen vixiſſe cum Euſebio ponunt, non equidem facilè magnæ authoritatis viro contradixero, potuit enim fieri, vt hoc tempore fuerit alius quidam hujus nominis Hermes, vel vt Hebræi in Zohar innuunt, Iethro gener Moyſis, vir Sapientiâ illuſtris, quem tamen verum iſtum Triſmegiſtum primum Scientiæ Ægyptiacæ fundatorem fuiſſe, vt credam, induci vix poſſum: Cùm hanc ſcientiam multò ante Moyſis tempora in Ægypto viguiſſe alibi fusè oſtendamus. Noſter igitur ille Hermes primus Ægyptiacæ Sapientiæ fundator alio vixiſſe non potuit, niſi eo, quo oſtendimus, tempore. Hoc enim eodem tempore veriſimile eſt, Chamum, Chuſium, Chanaanum, Miſraim, cæteramque Zoroaſtris progeniem, quorum omnium nepos, pronepos, abnepos Hermes noſter erat (videlicet tempore regni Deorum, quorum ipſe vnus numerabatur) viguiſſe, præ omnibus alijs ſententijs tanquam veriorem, hiſtorijſque omnibus magis concordem amplectimur. Eundemque eſſe in Ægypto Thoth, Theutum, Adris, Hermetem, quem in Chaldæa, Babylonia, Perſia Zoroaſtrem dictum oſtendimus. Sic vnus & idem Chamus & Miſraim in Ægypto & Phœnicia Thoth, Adris, Saturnus; in Babylonia & Chaldæa Zoroaſtres dicti ſunt, à quo omnes poſtmodum rerum cœleſtium notitiâ clari, inuentionumque gloriâ celebres, in Chaldæa Zoroaſtres, in Ægypto & Phœnicia Thoth, Adris, Saturni, Mercurij appellati ſint. Atq; hæc vnica æquiuocorum nominum varietas, & multitudo vnica fuit tantarum apud Hiſtoricos & Chronologos controuerſiarum cauſa. De annis, quibus Hermes noſter vixit, non minorem apud Authores controuerſiam reperio, ſunt qui illum cum Noë velint conuerſatum, & eodem Duce in Italiam veniſſe autument; ita Chronicum Alexandrinum, quod in ſequentibus adducemus; huic ſententiæ ſubſcribunt omnes ij, qui Noëmum abortu Abrahæ anno quinquageſimo mortuum volunt; tametſi nos meliores Chronologos ſecuti mortem Noëmi triginta annis Abrahæ ortum anteuertamus; vtraque ſententia cum ijs, quæ de Triſmegiſto diximus, ſuam tueri poteſt authoritatem. Suppono itaque primos illos Patriarchas Noëmicas, Sem, Cham, & Iapher, eorumque progeniem, longiſſimæ vitæ fuiſſe, adeo, vt nonnullos ex ſacris litteris, ad ipſa vſque tempora

Hermes nepos, pronepos, abnepos Chanaan, Chami.

ra peruenisse, demonstrari possit; Quod seculum & Hermetem nostrum propè accessisse, ex gestis eius luculenter ostenditur. Quem nonnulli 180. annos vixisse putant, ita Rosselius in Trismegistū cōmentator; At eum 190. annis vixisse, in suo Mercurio Trismegisto opinatur Boissardus. Quidam Trismegistum cum Zoroastre confundentes, eum 100. annis in deserto contemplationi rerum vacantem vixisse, & tandem humano generi erudiendo superfuisse, ita Xanthus Lydius. Alij eum tot annos vixisse existimant, quot prior ille ante diluuium Hermes, quem Enoch diximus, videlicet 365. diebus, ita Abenuaschia de agricultura Ægyptiorum:

وكان جميعا الايام عرميس عو ادريس الثنيه ثلثمايه وخمس وستين سنه وهو دزمان الحياته يتساوي الزمان والسنه جنوح عوان ريس اول

Et fuerunt anni dies Hermis, ipse est Adris secundus, trecenti sexaginta quinque anni, quibus æquant annos & tempus Henoch, ipse Adris primus. Hanc sententiam vtpotè mysticis rationibus turgentem, ideò libentiùs receperunt Aegyptij, quòd animam prioris Hermetis, id est Hanuch, in hunc nostrum Hermetem κατὰ μετεμψύχωσιν, transuolutum superstitiosiùs opinarentur: Nos eorum sententiæ adstipulamur, qui Hermetem 190. annos attigisse memorant; huic enim innixi, siuè eum ante, siuè post Abraham ortum dicamus, semper tamen, eorum quæ de ipso retulimus, gestorum insignem cum temporibus assignatis consonantiam exhibebimus. Noë mortuus est 350 annis post diluuium Abraham ortus est 383. post diluuium secundùm nos; secundùm alios 292. annis; atque sic Noë mortuus fuisset 58. annis post natiuitatem Abrahæ; siuè quod idem est, Abraham vixisset cum Noëmo superstite 58. annis. Secundùm nostram verò sententiam, vti ex Chronologia nostra patet, Noëmi mors Abrahæ ortum anteuertisset 33. annos. Quidquid sit, quamcumque sententiam tenebimus, semper ætatem 190. annorum Mercurij nostri vsque ad Isaacidis tempora, filiorumque propaginem deducemus, quæ omnia, cùm ex Chronologia nostra huic operi præfixa, luculenter pateant, eo Lectorem remittimus. Discusso igitur tempore, & qualitate Mercurij Trismegisti, jam tempus postulat, vt de libris eius etiam aliquid pari passu dicamus, né tam diuini Authoris monumenta consultò prætermisse videamur.

De Libris Mercurij Trismegisti.

IAmblichus in libro de mysterijs Aegyptiorum refert Mercurium hunc Trismegistum, non tantùm Philosophiæ, sed & totius Aegyptiacæ Sapientiæ, quam & lingua Aegyptiaca tradiderit, fuisse Authorem & Principem, producitque testimonium Seleuci & Manethi veterum Authorum asserentium, scripsisse eum de vniuersa Aegyptiorum Sapientia in lingua Aegyptiaca, libros triginta sex millia & quingentos viginti nouem: quorū in particulari recensentur de Dijs Empyreis libri centum: de dijs æthereis libri centum: de Dijs cœlestibus libri mille, quorum plerique ex lingua Aegy-

Libri Mercurij Trismegisti ex *Seleuco & Manetho* apud Iamblichum.

Ægyptiaca in Græcam translati sunt à viris Philosophiæ non imperitis: Clemens 6. Stromat: scribit, ætate suâ apud Ægyptios extitisse infrascriptos libros, hoc est, de vniuersa Ægyptiorum Philosophia libros triginta sex. De Medicina, libros sex. De Sacerdotalibus, decem; De Astrologia, libros quatuor. Nolim tamen quenquam hoc loco existimare, Trismegistum integra volumina triginta sex millia scripsisse: sed per hujusmodi libros intelligi propriè in lingua Ægyptiaca ΝΙΧΟΜ, hoc est, certa quædam Systemata hieroglyphica, quibus varias artes, & scientias indigitabat, vt in decursu Operis ostendetur, vel etiam ΝΙΧΟΜ subindè sumuntur pro certis Conclusionibus scientificis; seù scientijs, ac gnomis de qualibet materia propositis, atque ita sumenda sunt isti triginta sex mille libri, quos Authores referunt. Quorum deindè ex selectioribus propositionibus, seù thesibus aliquæ fusiorem dederint separatim tractandi materiam, qui commentariorum loco fuerint.

Clemens Alexandrinus

Libros Hermetis sua ætate superstites.

36000. Libri ab Hermete conscripti quomodo accipiendi.

Hinc falsum quoque esse patet, imò temerarium dicere, Ægyptios ante Moysen præter hieroglyphicas, nullas alias litteras habuisse; Nam vti ostendimus, vnanimis omnium Orientalium opinio, imò traditio fuit, Trismegistum eos libros, quos citauimus, in papyro vulgari linguâ, hoc est, Ægyptiacâ scripsisse, & secretiora Columnis quoq; inscripsisse; Cùm verò Trismegistum ante Moysen vixisse demonstrauerimus, imò Moysen vniuersâ Ægyptiorum sapientiâ ab eodem Trismegisto tradita, imbutum constet; certè ipsum & scripsisse, saxisque inscripsisse adeò certum est, vt de eo ampliùs dubitari nemo debeat. Imò ipsemet id testatur in libro sacro, vbi Auus Hermes ita inducitur, loquens: Οὗτοι τὰ κρυπτά, φησιν Ερμης, τῶν ἐμῶν ἐπιγνώσονται γραμμάτων πάντων, καὶ διακρινοῦσι καὶ τινα μὲν αὐτοὶ κατεσχοῦσιν. ἃ δὲ καὶ πρὸς εὐεργεσίας Θνητῶν φθάνει, στήλαις καὶ ὀβελίσκοις χαράξουσιν. *Isti arcana, ait Hermes, meorum Scriptorum omnium agnoscent, & discernent, & aliqua ipsi continebunt. Quæ verò ad mortalium beneficium tendunt, (hoc est, quæ ad euitanda mala, & acquirenda bona Geniorum ope sapienter instituta sunt) Columnis, & Obeliscis insculpent.* Et in eodem citato libro ita de suis libris loquitur: Ὦ ἱεραὶ βίβλοι τῶν ἀφθάρτων, αἳ τετεύχατε ἀπὸ μοῦ χείρονας τῆς ἀφθαρσίας φαρμάκω χορηγίας, ἐπικρατῶ ἀσαπεῖς διὰ παντὸς αἰῶνος καὶ ἄφθαρτοι διαμείνατε χρόνους καὶ ἀθεώρητοι ἀνερεύνητοι γινόμεναι. παντὶ τῷ ταύτῃ παροδεύειν μέλλοντι παιδείᾳ: *O libri sacri rerum incorruptibilium, qui sortiti estis à me deteriora dona, quàm incorruptionis pharmacum, immarcescibiles toto tempore, & incorruptibiles permanete inconspicui, atque incomperti ab omni, qui hanc disciplinam transgressus fuerit.* Quibus verbis materiem, de quibus libri tractant, adeò sublimem esse innuit, vt nemo eam ingenio assequi possit, nisi viuendi præcepta in sacro sermone tradita ad amussim seruauerit. Ex quibus abundè patet, linguam Aegyptiacam post confusionem statim secundas partes in linguarum primatu tenuisse, fuisseque post Hebraicam doctrinalem, quâ omnium artium atque scientiarum monumenta consignarentur, primam; quæ partim ex prioribus, partim ex sequentibus luculentiùs patefient: Imò ex vtroque librorum genere Græcos Philosophos ea de causa

Litterarum qualium inventum Mercurij, & ante Moysen viguit

Qualis doctrina Lapidibus incisa fuerit.

in Aegyptum profectos scientiam hausisse, idem Iamblichus docet. Porrò vtrum hodiernâ die priscorum adhuc Codices veteri linguâ Aegyptiacâ hoc tempore supersint, meritò quis dubitare posset. Certè tempore Clementis eos superfuisse paulò ante vidimus: de modernis itaque temporibus quæstio est. Certè vti nulla res me tam dubium, perplexumque tenuit, quam hoc ipsum, ita nihil majori quoque cura, diligentiâque inquisisse me memini, quo id consecutus videor, vt jam certi aliquid me in medium proferre posse confidam. Nam cum Aegyptijs litteratis vltro citroque instituto commercio; intellexi tandem, hujusmodi Codices veteri linguâ scriptos aliquos adhuc superesse: verùm eorundem Catalogum à Michaële Schaia Coptita ad me transmissum, & in Supplemento ad Prodromum Coptum impressum, hic repetendum duxi.

Vtrum libri Trismegisti adhuc supersint.

SYNOPSIS

Librorum veterum Aegyptiorum Aegyptiacà linguà conscriptorum, quæ in diuersis Aegypti Bibliothecis præsertim in illa Cayri Madrase dicta, adhuc supersunt.

I. ϧⲉⲛⲡⲓⲕⲟⲥⲙⲟⲥ ⲉⲧⲥⲁⲡϣⲱⲓ ⲛⲉⲙⲧⲉⲧⲁ̀ϩⲓⲥ ⁘

Id est, De Mundo superiore, ejusque ordine.

II. ϧⲉⲛⲫϯ ⲛⲉⲙⲛⲓⲁ̀ⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲛⲉⲙⲡⲟⲩⲫⲩⲥⲓⲥ ⁘

Id est, De DEO, & Angelis, eorumque natura.

III. ϧⲉⲛⲑⲣⲉⲥⲕⲓⲁ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓⲡⲁⲗⲉⲟⲥ ⲅⲩⲡⲧⲓⲟⲥ ⁘

Id est, De Religione veterum Aegyptiorum.

IV. ϧⲉⲛⲛⲓⲇⲉⲙⲟⲛⲟⲥ ⲛ̀ⲉⲙⲡⲟⲩⲧⲁⲅⲙⲁ ⲉⲃⲟⲗⲡⲓⲕⲟⲥⲙⲟⲥ ⁘

Id est, De Dœmonibus, eorumque ordine, & officio in mundo.

V. ϧⲉⲛϯⲫⲩⲥⲓⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓⲕⲉⲱⲛ ⁘

Id est, De natura Fluminis Nili.

VI. ϧⲉⲛⲛⲓⲧⲁⲃⲓⲣ ⲛ̀ⲭⲏⲙⲓ ⁘

Id est, De Nomis Aegypti.

VII. ϧⲉⲛⲡⲓⲥⲧⲉⲣⲉⲱⲙⲁ ⲛⲉⲙⲛⲉϥⲡⲁ̀ⲣⲅⲟⲥ ⲛⲉⲙⲛⲉϥⲑⲱⲃϣ ⁘

Id est, De 12. signis Zodiaci, & de Influentijs eorum.

VIII. ϧⲉⲛⲛⲓⲙⲟⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉϯⲙⲉⲧⲓⲟϩ ⁘

Id est, De mansionibus Lunæ.

IX. ϧⲉⲛⲡⲓⲣⲉϥϣⲓ ⲛⲉⲙⲛⲓⲣⲉϥⲟⲩⲱⲧ ϩⲉⲃⲟⲗϩⲉⲛϯⲡⲁⲗⲉⲁ ⲛⲉⲙϯⲅⲉⲛⲛⲏ ⁘

Id est, De Pôderibus, & Mensuris, tàm nouis, quàm antiquis.

X. ϯⲓⲥⲧⲟⲣⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲭⲏⲙⲓ ⲛⲉⲙⲛⲉⲥⲁ̀ⲃⲉⲩ ⲛⲉⲙⲛⲟⲩⲣⲟ ⁘

Id est, Historia Aegypti, & Regum eius, & Sapientum eius.

XI.

XI. ϯⲓⲥⲧⲟⲣⲓⲁ ⲡⲓⲉⲣⲫⲙⲉⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲑⲏⲣⲓⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉⲭⲏⲙⲓ ⸗

Id est, Historia Animalium Aegypti.

XII. ϧⲉⲛⲛⲓⲁⲃⲟⲧ ⲛ̀ⲧⲉⲅⲩⲡⲧⲓⲟⲥ ⸗

Id est, De Mensibus Aegyptiorum.

XIII. ⲡⲓⲉⲣⲫⲙⲉⲩⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓϣϣⲏⲛ ⲛⲉⲙⲡⲓⲕⲁⲣⲡⲟⲥ ⲛⲉⲙⲛⲓϩⲣⲏⲣⲓ ⸗

Id est, De Plantis, Floribus, Fructibus, eorumque vsibus in sacris.

XIV. ϧⲉⲛⲛⲓⲝⲩⲣⲟⲥ ⲛⲉⲙⲛⲓⲥⲑⲟⲓⲛⲟⲩϥⲓ ⲛⲉⲙⲛⲓⲧⲣⲁⲭⲟⲥ ⸗

Id est, De omni genere seminum, granorum, lapidum, aromatum, eorumque vsibus in Sacris.

Atque hi sunt librorum tituli, qui in Aegypto adhuc superesse dicuntur; vtrum verò hi Mercurij sint, vel alterius cujusdam Authoris, non habeo quod dicam; cùm omnes sine Authoris nomine ad me transmissi sint; Certè quinque priores nescio quid Hermeticum olent. Quicquid sit, ex hoc exiguo specimine clarè patet, & libros veteri linguâ identidem transcriptos adhuc conseruari. Verùm de hisce vide, quæ fusiùs tractauimus in Prodromo Copto, ejusque Supplemento thesauro linguæ Aegyptiacæ restitutæ annexo. Verùm antequam hoc Caput concluderẽ, omittere non potui, quin quorundam de veritate librorum Hermeticorum, tanquam supposititiorum, injustam censuram hoc loco examini subderem, vt veritate cognitâ, quid verè tandem sentiendum sit, pateret.

DIGRESSIO.

Vtrum Pœmander & Asclepius veri Hermetis Trismegisti? num supposititij partus sint?

ITa quibusdam ingenijs à natura comparatum est, vt ijs potissimum rebus, quæ longo seculorum ordine à quibusuis doctissimis Authoribus in pretio & æstimatione fuerunt, suamque Authoritatem solidissima doctrina hucusque sine violentia sustinuerunt, expungendis, infringendis, penitusque abolendis operam impendant; quo quidem nihil aliud pro scopo habere videntur, nisi vt doctrinam tot insignium, grauiumque virorum æstimatione partam prorsùs aboleant, aliosque hoc pacto omnium præteritorum temporum Scriptores cœcos fuisse, se verò solos Aristarchos illud ἀντὶ ἔφα sollicitiùs ambientes, insolenti sanè & intolerabili ostentatione, mundo venditent Quæ sanè molimina præterquam quòd limites modestiæ excedant, ingeniumque arrogans & temerarium arguant, mirum quoque dictu est, quam graue Reipublicæ Literariæ detrimentum inferant, cùm hoc pacto nihil propè sit, siuè sacra, siuè profana monumenta spectes, quod cum maxima animorum confusione & perplexitate inextricabi-

Omnia in dubiũ reuocantes.

Reip. Lit. pernitiosi.

cabili in dubium vocari non possit; quodque diuellere, & è medio tollere non liceat; Vndè ego eam semper firmam firmissimam esse ratus sum, quæ multo tempore, diuturno Veterum studio, pertinaci doctissimorum hominum labore, sedula sapientissimorum Patrum inuestigatione trita fuit, quos si quis cæcos fuisse, aut ijs rerum vetustarum Scientia antreponere sese audacius præsumpserit; eum ego ijs appoluero, quibus similes Plutarchus in dialogis, his verbis:

Τίνα νομίζεις γλαφυρὸν παντοκρατίην ἔφορε. ἐφ.
Μηδόσοφον Βάτιον

Quemadmodum igitur præposterum hoc judicium, & vehemens contradicendi pruritus, in varijs passim & magni momenti argumentis, hoc critico seculo aduertitur; ita vel maximè in celeberrimis libris Pœmandro & Asciepio, genuinis Mercurij Trismegisti doctissimorum omnium ferè seculorum hominum calculo approbatis in dubium reuocandis eluescit; Quàm verò dictos libros suppositituj partus falsò, quàm iniustè & imperitè similes Philologastri, arguant; mearum partium esse ratus sum, hoc loco ostendere.

Obiectiones Aduersariorum.

Contradictionis cardo in hisce potissimùm versatur, quòd multa passim in memoratis voluminibus occurrant, quæ posteriorum sæculorum doctrinam sapiant; quòd nimis aperte de Sacra Triade, de Verbo diuino, disputet, quòd in ijs de fidei nostræ mysterijs clariùs, quàm ab Ethnico Philosopho præstari possit, ratiocinetur. Quòd denique Græcorum, qui tunc temporis, quô Mercurius hæc scribebat, necdum esse poterant, mentionem faciant. Vt itaque lis optima methodo decidatur:

Suppono Primò ex præcedentibus fusè allatis, Mercurium Trismegistum Abrahæ temporibus floruisse, eundemque maximè diuinitatis arcanorum studio, & inuestigationi deditum fuisse. Secundò eum non Græcâ sed Ægyptiacâ linguâ suâ posteris monumenta consignasse. Tertiò, eum à primæuis mundi Patriarchis, quorum cum nepotibus conuersatus fuerat, multa de natura DEI, de beneficijs in humanum genus collatis, & conferendis accepisse; vt proinde mirum non sit, tam eum propè Orthodoxæ Theologiæ Sacramenta attigisse; quibus suppositis

Hermeticos libros legitimos ex Authoritatibus SS. PP. ostenditur.

Dico Primò, hosce libros proprios & genuinos Hermetis Trismegisti partus esse; cuius testis est S. Iustinus Martyr, & omnium Orthodoxorum Philosophorum vetustissimus, qui paulò post mortem S. Ignatii mundo natus, anno verò, ipso testante, post Christum 150. Apologiam contra Gentes scripsit, hic in calce parænetici sui hęc habet de Trismegisti voluminibus; postquã enim eas ad Sybillina, Prophetarũq; monumenta studiosè peruoluenda exhortatus esset his verbis tandẽ suam concludit parænesin:

S. Iustinus Martyr & Philosophus,

ἐὰν δέ τι ὅμοιον τοῖς παρ' ἡμῖν παρὰ ταῖς ὀνομαζομέναις φιλοσόφοις, καὶ τοῖς τοῦ Θεοῦ μεμαθηκόσι λόγοις, Ακμῶνος τε καὶ Ερμοῦ ἀκούσητε. Ακμῶνος μὲν ὃν τῆς τοῦ αὐτοῦ λόγοις πάγκρυσον τὸν Θεὸν ὀνομάζοντος. Ερμοῦ τε σαφῶς καὶ φανερῶς λέγοντος Θεὸν νοῦσαι μὲν ὃν ἔστι χαλεπὸν φράσαι τε ἀδύνατον. ὃν καὶ νοῆσαι δυνατὸν παντὶ χθὲν πίνων ἀδίνατα περισπᾶσθαι. ὅτι ἀδαμῶς ἐπέρχεσθαι Θεοῦ

ἢ τῆς

ἡ τῆς ὀρθῆ, Θεοσεβείας μανθάνειν. ὅιον τε ἢ παρὰ τῶν προφητῶν μόνον τῆς διὰ τῆς Θείας ἐπινοίας διδασκόντων ὑμᾶς. hoc est: *Quòd si quis mauult ab antiquissimis Philosophis de suo discere Acmonem,* (lege Ammonem) *& Mercurium audiat; Ammonem, qui in sermonibus suis Deum nominat occultissimum. Mercurium verò disertè dicentem Deum intelligere esse difficile, eloqui verò impossibile etiam ei, qui potest intelligere. Certò igitur persuasum esse oportet, haud aliundè rectum Dei cultum posse percipi, quàm à solis Prophetis, ex authoritate diuini Spiritus nos docentibus.* Quæ omnia prout S. Iustinus citat, inueniuntur Capite 8. Pœmandri, & in Asclepio varijs in locis. Cùm itaque Iustinus Mercurium vocet antiquissimum, & Pœmandrum, Asclepiumque ad diuinæ naturæ vnitatem contra Gentes concludendam adducat; Certum est, eos post Christum, quemadmodum Aduersarij contendunt, nequaquam scriptos esse potuisse, multò minùs ab Hæreticis eô tempore vigentibus. Nouimus autem Iustini temporibus primo post Christum seculo præter Simonem Magum, Hermogenem, Cerinthum, Ebionem, Marcionem, Basilidem, Carpocratem, & Gnosticos, alios Hæreticos non fuisse, qui tantô ingeniô pollerent, vt paris sublimitatis & doctrinæ libros concinnate potuerint; accedit quòd dicti Hærætici potiùs eorum, quæ de Patre, de Verbo, & Spiritu Opifice, Mercurius sapienter in scriptis suis, & quantùm lumen naturæ permisit, rectè dixit, sensitque, destructores potiùs, quàm assertores fuerint; Iustino successit Origenes, qui & ipse adducens memorata Mercurij Scripta, sic contra Gentes concludit: *Philosophia enim neque in omnibus legi Dei contraria est, neque omnibus consona; multi enim Philosophorum veterum, id est Mercurius & Plato, vnum esse Deum, qui cuncta crearit, dixerunt, atque in hoc consentiunt legi, aliquanti autem hoc adijciunt, quòd Deus cuncta per Verbum suum fecerit & regat, & Verbum Dei sit, quo cuncta moderentur; in hoc non solùm legi, sed & Euangelijs quoque consona scribunt.*

Libri Hermetici post Christum nô potuerunt supponi.

Origines hom. XIII. in 26. cap. Gen.

Non dicam hic de Tertulliano, Clemente, alijsq; quos suo loco oportunius citabimus; certè Lactantius Firmianus hisce vno circiter seculo posterior, tam apertè de Mercurij memoratis operibus loquitur, vt sola eius authoritas ad notam ijs illatam abstergendam sufficiens esse possit, sic enim loquitur l. 1. c. 6. *Nunc ad diuina testimonia transeamus, sed priùs vnum proferam, quod est simile diuino, & ob nimiam vetustatem, & quod is, quem nominamus ex hominibus inter Deos relatus est; Apud Ciceronē C. Cotta Pontifex disputans contra Stoicos de Religionibus & de varietate opinionum, quæ solent esse de ijs, vt more Academicorum omnia faceret incerta, quinque fuisse Mercurios ait, & enumeratis per ordinem quatuor, quintum fuisse eum, à quo Argos occisus sit, ob eamque causam in Aegyptum profugisse, atque Aegyptijs leges ac litteras tradidisse; Hunc Aegyptij Thoth appellant, à quo apud eos primus anni sui Mensis, scilicet September, nomen accepit, idem oppidum condidit, quod etiam nunc* Ερμόπολις *vocatur, & Saitæ seruant, & colunt eum religiosè, qui tametsi homo fuerit antiquissimus, tamen & instructissimus omni genere doctrinæ, adeò vt ei multarum rerum & artium scientia Trismegisto cognomen imponerent. Hic scripsit libros & quidem multos*

Lactantius Firmianus de vera Rel.

tos ad cognitionem diuinarum rerum pertinentes, in quibus maiestatem summi ac singularis Dei asserit, ijsdemque nominibus appellat, quibus nos Deum & Patrem, ac nè quis nomen eius requireret, ἀνώνυμον, scilicet sine nomine esse dixit, eò quòd nominis proprietate non egeat, ob ipsam scilicet vnitatem. Verba eius sunt: ὁ δὲ Θεὸς εἷς, ὁ δὲ εἷς ὀνόματος οὐ προσδέεται, ἐστὶ γὰρ ἓν ἀνώνυμος; *& paulò post; quia quod Mercurius ille Ter maximus, cuius suprà mentionem feci, Deum non modò* ἀμήτορα *sed &* ἀπάτορα *appellauit.* Verba quæ citat hic ex Trismegisto, sunt deprompta ex Asclepio; vt proindè nemini sensatiori Philosopho, de fuco suborto suspicio esse possit, aut debeat; Hunc eundem librum Asclepium fusè citat S. Augustinus, lib. 8. de Ciuitate Dei, cap. 23. 25 & 26. quæ cùm fusiora sint, quàm vt pro temporis breuitate exscribi potuerint, ad eos Lectorem remitto.

S. Augustinus lib. 8. de Ciu. Dei.

Patet itaque in summa semper æstimatione fuisse hosce duos Mercurij libros Pœmandrum & Asclepiũ; non apud prophanos tantùm Authores, sed & sanctos Patres, qui horum authoritate fulti tanquam antiquissimorum, suam de Deo trino & vno sententiam omnibus modis contrà eas stabilire contenderunt; hoc autem tanto studio non præstitissent, si non sciuissent, eos & antiquissimos, & veros & genuinos Hermetis partus esse, & apud omnes istius temporis Philosophos summo in pretio fuisse, imò sufficientes ad gentes suæ πολυθείας conuincendas. Atque hic est Theutus ille celebris inuentor litterarum, cuius librorum, studiorumque Plato in Phædro meminit, eumq; ex persona Thamuz Regis Ægypti, nunc Θεῦθ τεχνικώτατον, *Theuth artificem maximum,* πατέρα τῶν γραμμάτων, *litterarum Parentem* vocat, aitque eum libros suos, litteris nouis â se inuentis exaratos Thamuzo subtiliorum rerum, quę in eo cõtinebantur, ignaro ostendisse, ab eodem reprehensum, quòd suis inuentis Characteribus oblivionem potiùs, quàm earum rerum, quæ priuata & oretenus tradita instructione meliùs animis hominum inseruntur, perceptionem intellectionemq; induceret. Sed audiamus verba Platonis: ἤκουσα τοίνυν περὶ Ναύκρατον τῆς Αἰγυπτίων γένεσθαι τῶν ἐκεῖ παλαιῶν τινα Θεῶν, οὗ καὶ τὸ ὄρνεον τὸ ἱερὸν, ὃ δὴ καλοῦσιν ἶβιν. αὐτῷ τε ὄνομα τῷ δαίμονι εἶναι Θεῦθ. Τοῦτον τὸν πρῶτον ἀριθμόν τε καὶ λογισμὸν εὑρεῖν, καὶ γεωμετρίαν, καὶ ἀστρονομίαν, ἔτι δὲ πεττίας τὴν καὶ κυβείας, καὶ δὴ καὶ γράμματα. Βασιλέως δ' ἂν τότε ὄντος Αἰγύπτου ὅλης Θαμοῦ περὶ τὴν μεγάλην πόλιν τοῦ ἄνω τόπου, ὃν καὶ Ἕλληνες Αἰγυπτίας Θήβας καλοῦσι, καὶ τὸν Θεὸν Ἀμμωνα. παρὰ τοῦτον ἐλθὼν τὰς τέχνας ἐπέδειξε, καὶ ἔφη δεῖν διαδοθῆναι τοῖς ἄλλοις Αἰγυπτίοις. *Audiui equidem circa Naucratin Aegypti priscorum quendam indigetum Deorum extitisse, cui dicata sit auis, quam Ibin vocant. Dæmoni autem ipsi nomen esse Theuth; hunc primum, & numerum, & numeri computationem inuenisse, & Geometriam, & Astronomiam, talorum lusus, & aleæ ludos, & litteras; Erat tunc totius Rex Aegypti Thamuz (siuè Osiris, sic enim Hebræi & Chaldæi Osirin & Adonim vocant) & in amplissima Ciuitate, quam Græci Aegyptias Thebas vocant, habitasse; Deumq; Vrbis illius custodem, Ammonem. Ad hunc Regem Theuth profectus, artes suas demonstrauit, edixitq; oportere illas deinceps Aegyptijs cæteris distribui.*

Plato in Phædro.

Pa-

Patet igitur. Pœmandrum & Aſclepium Hermeticos libros minimè ſuppoſititios habendos, neq; â quopiam Hæreticorum primò poſt Chriſtum ſeculo florentium ſupponi potuiſſe; Cum iam tunc ij ob ſummam vetuſtatem in ſumma apud omnes exiſtimatione fuerint; neq; vllum quoque, quantum quidem ſedula inueſtigatione colligere licuit, iſtorũ temporum hæreſæos veſtigiũ ſub ijs deprehendatur, quin potius cum de Deo, de Mente opifice, de eius in mundum corporeum influxu; de Deo Genijſque attrahendis per caſtam & ſanctis operationibus fœcundam vitam tractent, ratiocinioque ſecundùm lumen naturæ inſtituta contineant, turpiſſimis primi ſæculi, atque occulta Dœmonum operatione contaminatis ſectis, tantùm abeſt vt conſona ſint, vt potiùs plurimum diſſona ijs cenſeri debeant, tametſi non negem, multa in ijs Orthodoxæ Religioni contraria, ſed hoc Ethnico Philoſopho lumine ſupernaturali fidei deſtituto condonendum eſt.

A nullo Hæretico ſuppoſiti ſunt.

Multis itaque annis ante Chriſtum ex Ægyptiaca lingua in Græcam conuerſi ſunt, quiſquis tandem tranſlator eorum fuerit, certè S. Cyrillus meminit, quindecim librorum Hermetis de Dei natura tractantium, quos ab Athenienſe quodam tranſlatos in Græcũ aſſerit. Quæ ſi vera ſunt, haud vero abſimile eſt, inter eoſdem fuiſſe Pœmandrũ quoq; & Aſclepium; quorum hunc tandem Apuleius, qui Iuſtino ferè Synchronus fuit, latini iuris fecit. Plato adeò ſibi in Zoroaſtræis & Hermeticis operibus ſui iuris faciendis complacuit, vt qui diligenter horum ſcripta inter ſe contulerit, eadem ferè, ſiuè phraſin, modumque dicendi, ſiuè myſticas rationes ſpectes, deprehendat; quæ omnia fuſiſſimè in Oedipo deducimus. Imò Pſellus & Plethon in Zoroaſtræa oracula commentantes, poſtquam multa de DEO & Intelligentijs, de Ideis in mente diuina exiſtentibus, de Geniorum & Dœmonum choris, & varijs claſſibus in dictis oraculis contentis, diſceptarunt, tandem totum diſcurſum his verbis claudunt: τέτον δὲ δογμάτων τὰ πλείω καὶ Ἀριστοτέλης καὶ πλάτων ἐδέξαντο. οἱ δὲ ἀπὸ Πλωτίνου καὶ Ἰαμβλίχου, Πρόκλου τε καὶ τῶν ἀπ' ἐκείνου πάντα κατηκολούθησαν, καὶ ἀπὸ Θείας φωνὰς ἀσυλλογίστως ταῦτα ἐδέξαντο. *Atque Plato quidem & Ariſtoteles plures ex enumeratis opiniones receperunt. Plotinus verò, Iamblichus, & Proclus, eorumque diſcipuli omnes in vniuerſum approbarunt, & non ſecùs, ac diuinas voces abſque vllo diſcrimine, & examine admiſerunt.* Hos ſecutus eſt Rabbi Simeon Ben Iochai, qui in Zohar, dùm de diuinis attributis altiſſimè diſputat, mentionem facit haud infrequentem librorum Hermeticorum his verbis: כמו שנקרא בספרי חרמים שבלעז מרקלים *Quemadmodum legimus in libris Hermis, quem Barbari dicunt Marcolis*, id eſt Mercurij. Huic aſtipulatur Akiba, Saadias, alijque ex Mecubalim haud infimæ notæ, quos ſuo loco allegabimus. Quid Arabes de Hermete, eiuſque libris cenſuerint, in præcedentibus ſuſe allegatum inuenies. Quòd verò Aduerſarij hic obijciant, eos, quod apertiùs de Sacra Triade, & Verbo diuino loquantur, imò Euangelicas quaſdam veritates propè verũ attingant, ideò difficile

Quis tranſlator Hermeticorum fuerit.

Pſellus in Oracula Zoroaſtris.

Ben Iochai in Zohar.

Marcolis quid ſit apud Arabes, videre

videri ab vllo ante Christum Philosopho fuisse compositos; his respondemus: Hanc eandem ob causam Platonem, & Philonem reprobandos, cùm vterque tam subindè propè veritates quasdam Euangelicas attingant, vt Christiani Doctores videri possint, imò nonnulli ex posterioribus Centones Euangelicos ex ipsis Platonicis libris concinnare ausi sunt; & de Platonicis quidem cum Christianorum dogmatum consonantia fusè in V. libro huius Operis. De Philone Iudaeo aliqua hoc loco adducenda duxi, qui in Hexamero τὸν Θεὸν γενικώτατον καὶ δεύτερον τοῦ Θεοῦ λόγον, *Deum fœcundissimum, secundum Verbum Dei* vocat, quæ omnia Hermetis verbis in Pœmandro consonant; *Deus vtriusque sexus fœcunditate plenissimus, alteram mentem Opificem genuit.* Philo ἥλιον λόγον Θεῖον, *Solem Verbum diuinum* dicit; dicit & hoc Pœmander ἥλιον νοῦν τοῦ Θεοῦ, & in Euangelio ipsa Veritas: *Ego sum lux Mundi*; & Ecclesia: *Sol iustitiæ Christus Deus noster.*

Plato & Phi. Christiani scripserunt.

Philo.

Prætereà vocat Philo ex Platone Verbum Θεοῦ εἰκόνα καὶ ἄγγελον αὐτοῦ λόγου, λόγον προτόγονον ἠόν. *Figuram Dei, & Angelum Verbi ipsius, & primogenitũ filium*, vocat & ijsdem nominibus S. Paulus Christum, *Splendorem Patris, & figuram Substantiæ eius, primogenitũ filiũ Patris, & magni Consilij Angelũ.* Sacrę literę in alio loco; & nè quis tropicè illos locutos dicere possit, audiat quę Philo in lib. de Insom. de hoc Verbo dicat: ἔχει γὰρ ἄρχοντα ἐπὶ κείμενον τὸν δημιουργικὸν λόγον τοῦ πάντος δεσπότην μετ' ἐκεῖνον πρώτη δύναμις ἀγέννητος, ἀπέραντος, ἐξ ἐκείνου προκεῖσθαι, καὶ ἐπίκειται καὶ ἄρχει τῶν δι' αὐτοῦ δημιουργηθέντων ἐστὶ δὲ τοῦ παντελείου πρόγονος, καὶ τελειοῦ καὶ γονίμος γνήσιος ἠός. *Habet enim subiectus inferior mundus principẽ Opifex Verbum omniũ Dominũ, qui post ipsum est prima Virtus increata, infinita, ex ipso promanans, incumbit autem et imperat his, quæ ab ipso facta sunt, est autem perfectissimi primogenitus et perfectus & fœcundus filius.* Quæ omnia adeò Euangelio D. Ioannis consona sunt, vt â Christiano posterioris sæculi confecta videri possint. Futile igitur argumentum est eorum, qui Mercurij citatos libros ideò supposititios putant, quod fidei nostræ mysteria nimis apertè attingant. Nouerint ipsi Deum Opt. Max. vti olim per Asinam Baal, ita quoque subindè per sublimioris ingenij Philosophos locutum, ineffabili quadam ratione eorundem se intellectibus operationibusque commiscuisse; vt quemadmodum nihil humano intellectu dignius est, quam ea nosse, quæ ad diuinam naturam & beneficia in genus humanum collata pertinent; quorumque causa ipse adeò mundus & quæ in mundo sunt, condita essent, ita altissima quoq; omnium mysteria, in medio infidelitatis & gentilitiorum errorum tenebris veluti scintillas quasdam nullo non tempore ad diuitias glorię bonitatisque suæ demonstrandas, elucescere voluerit. Quid quæso Clemens, Origines, Arnobius, Lacttantius, Augustinus & Eusebius toto Euangelicæ demonstrationis suæ libro aliud cõtendunt, nisi vt fidei nostræ mysteria ex Pytagoræorum, Platonicorũ, cæterorumque Græciæ Philosophorum monumentis contrà gentiles concludant? Sicuti enim Deus per Sybillinos libros & oracula locutus, multa de Verbo Dei incarnato, de Sacramentis ab

Philo de Insumnijs.

Deus supernaturali quadam ratione naturalibus operationibus hominis se miscet.

eo

eo inſtitutis, de morte & paſſione Chriſti, de vltimo iudicio prænunciauit, ita & veterum Philoſophorum contemplationibus naturalibus, ſupernaturalia quædam diuinorum myſteriorum ſemina (quæ eſt ipſius infinita bonitas) inſpergens, in vberrimi fructus ſegetem educere tandem ſibi complacuit. Quæ dum dico, nemo exiſtimet, me aut ſentire aut aſſerere, Pythagoram, Platonem, cæteroſq; eius ſectatores, diuina quæ eructarunt myſteria, reuelatione quadam aut ſupernaturali fidei actu â Deo hauſiſſe; ſed dico, Platonem pleraq; de Deo & Verbo opifice ea fide dixiſſe, quam ſumma vetuſtiſſimorum Ægypti ſcriptorum, potiſſimùm Mercurij Triſmegiſti, ſcriptorumque eiuſdem authoritas in animo eius generare poterant; Cùm enim multorum annorum Secnuphidis Ægyptij Sacerdotis diſcipulus, reconditiora quæuis ex Mercurij libris proferri aduerteret, (habebant enim omnes Ægyptij Sacerdotes Hermetis libros, teſte Clemente, eo prorſus loco, quo iam Sacerdotes Orthodoxi ſacrarũ paginarũ tenent monumenta) ea tamquam aptiſſimam ingenij ſui materiam amplexus, poſteritati, multis inſuper ex proprio ingenio additis, conſignauit. Quæ omnia ex Strabone, Clemente, Euſebio, Plutarcho, alijſque his verbis oſtendit Franciſcus Patritius in libro, qui Plato & Ariſtoteles myſticus intitulatur: *diuinorum ſcientiam tametſi Hierophantæ illi, quibus ſolis commendabatur & aſſeruabatur in arcanis, tamen obſequijs ac tempore deuicti peregrinis etiam communicabant, vti ante ſecula multa Orpheo ſunt cõmunicata ab Ethimune Sacerdote, Aglaophemo ab Ochlapho, Soloni à Sonche, & à Pſenophe. Pythagoræ verò à Perenite, & Platoni tandem à Sachoniato & à Secnuphide. Quæ partim Clemens, partim Plutarchus tradidere. Obtinuit ergò Plato à præceptoribus hiſce, vt non ſolùm viua voce myſtica illorum dogmata ſibi reuelarentur, ſed etiam Hermetis libri oſtenderentur, a quibus, vt apparet, ea dogmata deſumpſit, ſed & in arcanis habere, ſicuti Hierophantæ illa in arcanis aſſeruabant, didicit, idque in more poſteà habuit, vt ea vel non ſcriberet, vel ſcriberet in ænigmate.* Eſſe autem ea de quibus Plato ſcripſit, dogmata Ægyptiorum, ita verum eſt, vt vel ipſe id fateatur in præfatione myſticæ Theologiæ ſecundùm mentem Ægyptiorum ab Ariſtotele edita, vbi apertè ſic dicit; *Se velle contemplari mundum ſecundùm mentem eorũ, qui docuerunt per notas figurarũ,* (intelligit hieroglyphica) *adeò occultas, vt nullus alius poſſit ad ſecreta huiuſmodi ſcientiæ peruenire.* Sed dicent Nomen Triſmegiſti temporibus Platonis, non dicam in vſu, ſed nè ab vllo quidem citatum fuiſſe, & conſequenter à poſterioribus confictum nomen videri. Reſpondeo, aliud eſſe in vſu, aliud non citatum eſſe, ſiquidem fieri potuit, vt tametſi apud Græcos, cæteraſque gentes illud in vſu eſſet, Græci tamen Sapientiâ florentes hoc eum nomine non allegarint, nè gloriam ſuam, quam maximè ambibant, extero Philoſopho tam ſpecioſo titulo obſcurare viderentur, eaque ab extero didiciſſe hoc ipſo confiterentur, quorum ſe inuentores apud poſteros haberi maluiſſent; vti enim Græcorum ingenium erat ambitioſum, & gloriæ, ſupra quam dici poteſt auidum, ita certum eſt, eos

Quinã in Aegypto fuerint Græcorum Philoſophorum Magiſtri.

Græci cur nominis Triſmegiſti non meminerint

complura, imò pleraque ab Ægyptiis, & Chaldæis accepta, ſuppreſſo eorum, à quibus hauſerant, nomine, ſui iuris, inuentioniſque feciſſe. Quæ adeò clara ſunt, vt nemo, niſi Platonicæ Theologiæ imperitus, ea negare poſſit, imò apertè id in ſuo de Ethnicæ Philoſophiæ examine demonſtrat oculatiſſimus Picus Mirandulanus, & nos eorum facta in Oedipo fuſè, Deo dante, mundo ſuo tempore pandemus. Mirum itaq; non eſt, Pithagoram, Platonem, Ariſtotelem tàm parcè eorum, à quibus omnia ſua hauſerunt, magiſtrorum nomina allegare. Qui prępoſterus agendi modus etiam hoc tempore liuidos tumidoſq; quorundam animos ita obſedit, vt ægrè ad eos Authores, à quibus in litterarij argumenti concurſu multa, dum deſcripſerunt, non dicam honorificè appellandos, ſed ne nomine quidem tenùs citandos inducantur; non alia de cauſa, niſi ne gloriam ex pulchro argumento partam, alteri honorifica nominis appellatione concedere videantur. Quam tamen ſummam iniuſtitiam eſſe & plagiarium crimen ſinceris & ingenuis mentibus prorſus exoſum, nemo non videt. Tametſi itaque Græci nonnulli non ſibi vſurpandũ putarint id nomen, certum tamen eſt, Chaldæos, Hebræos, Arabes, & priores quoſdam vti & poſteriores Græcos eò vt plurimum vſos eſſe, vti ex præcedentibus Chaldæis, Syris, Arabicis, Græcis allegationibus æquus Lector iudicare poterit; Seuleucus antiquiſſimus Author eum primus, vt eſt apud Patricium, vocat Ερμὴν Τρισμέγιστον; Suidas eum quoq; dictum refert, quod tres in Deo vno virtutes aſſeruerit primus; vt alibi citabimus: Arabes eum ob tria officia Regis, Sacerdotis & Sapientis vocant Triſmegiſtũ ادريس مثلث hoc eſt, *Idris trinum*, Syri quoq; & Chaldæ eum ideò vocant ܬܠܬܝ ܪܘܒܘܬܐ *Thlithi Robuothi*, ter magnum, vt alibi oſtendimus; Aegyptij verò ob tria munia trinũ ſemper exiſtimarunt, vndè Hermopoli ſtatuam eius tricipitem adorandam poſuerunt. Nomen igitur *Triſmegiſtus* à principio vſque ad vltima hæc tempora per ominum ſeculorum ordinem fuit vſurpatum; quamuis eundem alijs quoq; nominibus intitularint, vt Aegyptij Thoth, & Hermanabis; Phœnices Tautum, Plato quoque in Phædro eum ægyptio nomine vt ſuprà oſtendimus, Theuth vocauit.

Plagiarium crimen quorundam hujus temporis Authorum.

Triſmegiſti nomen antiquitus vſurpatum.

Denique obiiciunt Aduerſarij, inter cætera etiam hoc, quod Græcorum in dictis libris, nomen tempore Hermetis in vſu necdum fuerit, Argumentum ſanè vti puerile eſt, ita indignum quoque, quod refutetur, ne tamen nihil de hoc dixiſſe videamur, futilitatẽ argumenti hiſce deſtruimus. Certum eſt, Græcorum nationem tempore Abrahę iam fuiſſe potentem, & viris illuſtribus pollentem, vti ex chronologijs patet. Nam temporibus Abrahæ & Semiramidis Sycioniorum regnum, cui primus Rex Cecrops, vel vt alij Aegialus, á quo & Peloponeſus Aegialia dicta fuit, iam tum floruit. Iſraelis verò tempore, quo Hermes viuebat, Regnum Argiuorum, cuius Rex primus Inachus, qui & Argos condidit, floruiſſe ex Euſebio vnanimi chronologorum conſpiratione conuincitur, præterea Cecropem primum Athe-

Græcorum à temporibus Moyſi nomẽ viguit.

Athenienſium Regem Moyſi ſupparem fuiſſe, Trojanumque excidium 329. annis præceſſiſſe, à Sacra, profanaque hiſtoria oſtenditur. At Sycioniorum, Argiuorumq; Regna Græcorum fuiſſe, neminem tam temerarium eſſe puto, qui ſit negaturus; Cùm Cecrops primus fuerit, qui Athenienſiũ Vrbi ab Ἀθηνᾶ, id eſt, Minerua nomen dederit, primus cultus Deorum in Græcia promotor. Hellenem verò Deucalionis filium vniuerſæ Græciæ nomen Ἑλλάδα primùm dediſſe, ex Phocilide apertè docetur, quem & paulò poſt Moyſen floruiſſe conſtat.

Sed dicent: Tempore Moyſis Græciam nondum Viris illuſtribus, & doctrinâ conſpicuis imbutam fuiſſe. Contra hoc argumentum ponimus illud Philonis in vita Moyſis, qui apertè aſſerit Moyſis inſtituendi gratia non ex Ægypto tantùm Viros doctiſſimos, ſed & ex Græcia aduocatos, qui eum omni Scientiarum genere imbuerent; quem locum cùm in ſequentibus adducamus, ad eum Lectorem remitto: Vt interim Orpheum, Linum, Amphionem vno circiter poſt Moyſen ſeculo florentes, Sapientiſſimos Græciæ Philoſophos taceam. futile igitur argumentum, nè dicam indignum hominibus Philologis, dùm Græcorum nomen poſteris ſeculis confictum inconſultiùs aſcribere non verentur.

Philo.

Græcorum nomen ſiuè Hellenicorum paulò poſt Moſen ortũ.

Quis verò Hermetis librorum translator fuerit, etſi non certò conſtat, ſunt tamẽ qui Biti Propherę eorundẽ translationẽ adſcribant; nonnulli Philoni Biblico translatori Sanchuniatonis, alij volunt à Philippo & Ario ex Ægyptiaco in Græcum traductos, ſed audiamus de hiſce judicium Patricij, qui de translatione eorum in libro de Mercurio Triſmegiſto ita loquitur: *Quo ergò modo libelli Triſmegiſti & Aſclepius eius auditoris Græce leguntur, facilis eſt reſponſio ex ijſdem Aſclepio & Iamblicho. Namille in definitionum libelli, in hæc verba ſcribit:* καὶ ἔτι ἀσαφέστατα τῶν ἑλλήνων ὕστερον βυληθέντων τὴν ἡμετέραν διάλεκτον εἰς ἑαυτὸν μεθερμηνεῦσαι. *Et etiam obſcuriſſima, cùm poſtea Græci voluerint noſtrum Dialectum in propriam interpretari;* Iamblichus autem de hiſce Mercurij libris ita loquitur: *His ergò ita diſcuſſis, dilucida & plana ſolutio eſt nodorum, in quos ais incidiſſe te ex Mercurij libris; qui enim circumferuntur Mercurij titulo, Mercuriales ſententias complectuntur, tametſi Philoſophorum lingua ſæpè vtantur, eò quòd ferè tranſcripti ab Aegyptiaco idiomate, à Viris Philoſophiæ non imperitis.* Sed inſtabunt hoc loco iterum, nonniſi à paucis mentionẽ fieri Pœmandri & Aſclepij, atque adeò ea loca alijs libris competere poſſe à Mercurio conſcriptis. Reſpondeo, opus non fuiſſe Pœmandri & Aſclepij mentionem ab omnibus fieri; cùm hi libri vt plurimùm in modum dialogi contexti Orientaliũ more paſſim ſine titulo prodierint antiquitùs, poſteris tandem temporibus, titulos ſuos nacti ſint, ſufficit aliquos ex SS. PP. eos ſub Aſclepij & Pœmandri nomine intitulaſſe. Præterea hos libros Hermetis eſſe, luculentiſſimum ſignum eſt, quòd non Hermetis tantùm ingeniò, ſed & hieroglyphicæ doctrinæ ab eodem inſtitutæ perfectè, vt in decurſu hujus operis videbitur, conſonent, ſiquidem multa ijs continentur, ſiuè nomina Ægyptiaca, ſiuè

QuisHermeticorum librorũ tranſlator.

Franc. Patritius.

Iamblichus.

conceptus hieroglyphicos consideres, quæ à nullo nisi ab Hermete, vel Hermetis discipulo confici potuerunt. Verùm cùm de hisce fusiùs in Oedipo, & in 2. libro hujus Operis actũ sit, eos Lector curiosus adire poterit. Manet igitur Hermeticos libros, de quibus hucusque fusiùs, quàm par erat, disseruimus, veros & genuinos Hermetis partus esse, omnium seculorum Authoritate cõprobatos; quos si nonnulli peruicacioris ingenij oppugnare insistãt, illis nihil aliud opponere possum, nisi, quòd eadẽ prorsùs temeritate, qua isti Hermeticos libros reprobant, eadem & ego Pythagoricos & Platonicos, & omnium veterum Authorũ Scripta, imò ipsam Sacram Scripturam, & omnium bonorum Authorũ libros, per fas, & nefas inuadere, & reprobare possem; quæ licentia sanè intolerabilis, & Deo, hominibusque inuisa audacia, vt ab animo meo Deus auertat, obnixè precor.

Concludo tandem ex hucusque dictis, & litteras Aegyptias ante Moysen in Aegypto extitisse, & Trismegistum ijsdem libros varios posteritati consignasse, quod erat propositum, & consequenter secundam post Hebraicam αὐτογενη in Orbe fuisse linguam Aegyptiacam. Nihil porrò restat, nisi vt quales fuerint Obelisci, quique eorundem inuentores, erectoresque primi, discutiamus.

CAPVT IV.

De Obeliscorum origine, & quis primus eorum fuerit Author.

Definitio Obeliscorũ.

SAxa illa Ægyptiorum hieroglyphica, quorum latera quadrangula basi in formam acutissimarum pyramidum propè apicem, lateribus interrupto cursu aliquantulum inclinatis, in punctum confluunt, à Græcis ob similitudinem veruum, quæ referunt, ὄβηλοι primùm, seù obeli, diminutiuo verò vocabulo, postmodum κατατην κατάχρησιν, siuè per abusum introducto, ὀβήλισκοι Obelisci dicti sunt. quod nomẽ in hunc vsq; diem â Gręcis mutuatũ retinent Latini. Itali verò hos eosdem ob acus figuram, qua ex lato in acutum lateribus sensim pro rata proportione gracilescentibus in vnum punctum coëunt, vocant *Aguglia*; Haud absimili etymo illos Arabes vocant مسلة فرعون *messalet pharaun*, id est acus Pharaonis, eò quòd propriè inuentum fuerit Pharaonũ primorum Regum Ægypti; Ægyptij denique Sacerdotes eos, aptissimo sanè, vti omnia alia ad mysteria sub ijs latentia concinnè indicanda, nomine appellant ⲛⲓⲧⲉⲃⲡⲏⲣⲏ hoc est, *digitos Solis*: cuius etymi rationẽ passim in hoc opere assignatã videbis: sunt autem Obelisci vt paucis eos describam, nihil aliud quàm *Columnæ hieroglyphicæ quadrilateræ sensim versus apicem gracilescentes, & deindè in paruam pyramidem truncatæ.* De his igitur eorumque mysterijs, & abditis arcanis in toto opere disceptaturi, ibi disceptationis nostræ primordia auspicabimur, vbi prima fuerunt huius institutionis incunabula. Quæritur itaq; quisnam fuerit primus horum obeliscorum Author?

Obelisci ab Arabibus dicuntur Acus Pharaonis.

Obelisci dicuntur ab Aegyptijs Digiti Solis.

Cer-

Certè ante diluuium pyramides fuiſſe, & in ijs geſta primorum hominum inciſa, Arabum ſchola docet. Volunt enim pyramides illas celeberrimas Memphi ſuperſtites ante diluuium ædificatas, ita Salamas Kandaathi in hiſtoria Aegyptiaca, Propoſitione 7.

Gelaldinus in Hiſtoria Aegypti.

الهرام التي بمصر وهي عظيمه كبيره وا كبرها الهرمان الذان بجيزه مصر غربي
النيل يقال ان بنيهما سمر بن سهلوق بن شرياق قبل الطوفان قيل ان هرمس
المثلث بالحكمة الذي تسميه الغبر انيون حنوخ وهو ادريس ع م لما علم بالطوفان بناها
واودعها الاموال والسحف وجميع ما يخاف عليه من الدثور والهلاك وكل هرم
مربع القاعده محروط الشكل ارتفاع عموده ثلثمايه وسبعه عشر ذراعا يحيط به
اربعه لسطوح متساويات الاضلاع كل ضلع اربعمايه وستون ذراعا

Pyramides quæ ſunt in Aegypto, magnæ ſunt, & multæ, duæ præ reliquis maiores in ripa Nili occidentali ſpectantur. Dicitur quod ædificauit eas Schur filius Schaluck, filius Schariak ante diluuium; dicitur quoque quod Hermes Triſmegiſtus propter ſapientiam ſuam ita dictus, quem & Hebræi Henoch dicunt, & eſt Idris, ſuper eum pax, cum præcognouiſſet diluuium, eas ædificauit, in eaſque coniecit omnes ſuas diuitias, & libros, & quidquid habebat pretioſum, & dignum conſeruatione. Eſt autem omnis pyramis quadrata quoad baſim, cæterùm figura perpolita, extollitur eius altitudo perpendiculariter conſiderata trecentis & ſeptemdecim cubitis; in cuius acumine coniuntur ſuperficies æquales laterum; vnumquodque latus longitudinem habet quadringentorum ſexaginta cubitorum. vbi nota 317 cubitorum altitudinẽ Arabes oculorũ tantùm æſtimatione, 460. verò cubitos cum baſi ſimul ſumpſiſſe.

Pyramides Aegypti maiores ante diluuium à quo erecti.

Alij ex Arabibus, quos paulò ante citauimus, tradunt, Chamum eiuſque poſteros, poſt diluuium pyramides aquarum inundatione deſtructas, quarumque ipſe ante diluuium notitiam habuerat, ſupra fundamentis veterum, aliiſque in hunc uſque diem in Ægypto ſuperſtitibus, ſupra extructis inſtauraſſe, vt ſic memoriam proauorum ſuorum apud poſteros continuarẽt; donec venit ſecundus Hermes, qui primus pyramides in obeliſcos mutaſſe dicitur, tanquam aptiores ad, in ijs, ſapientię ſuę mònumenta conſignanda: ita Abenephi.

Cham alias erexit poſt diluuium ſupra fundamentum priorum ædificatas.

وهرمس هو اول الذي اقام العمود والاسنات من حجر الذين يقالون المسلات
فرعون ودقش بهم العلوم الذي وجدهم

Hermes autem primus fuit, qui erexit ſtilum-nas illas, quas Acus Pharaonis dicunt, & in ijs inſculpſit, quas inuenerat ſcientias.

Verùm vt hæc omnia exactius explicentur, paulò altius ordiri viſum eſt. Ex præcedentibus ſatis ſuperque, ni fallor, oſtenſum fuit, quomodò per continuam Patriarcharum ſucceſſionem, artes & ſcientiæ ex priori ad poſteriorem mundum ſint propagatæ. Chamumque primum fuiſſe rerum, quas ante diluuium obſervarat, curioſarum propagatorem, cum enim famæ apud poſteros propagandæ ſtudioſiſſimus eſſet, glorioſa nomina priorum Patriarcharum ſibi ambitioſiùs arrogaſſe; & ad ſimilitudinem Idris primi, Idris ſecundi, & Mercurij ſiue Hermetis Triſmegiſti nomen affectaſſe; cùm verò doctrinam à priori Mercurio traditam in maximos abu-

ſus

ſus & impias ſuperſtitiones traduxiſſet; hunc ſecutus vir ſapientiſſimus ex Chananæa ſtirpe progenitus, verus inquam poſt diluvium Hermes, qui Zelo Religionis inſtimulatus, perverſam Chami doctrinam longè lateque ſerpentem & animos mortalium miſerrima ſuperſtitionum labe deprauantem, cohibuit. Sinceram doctrinam â primis Patribus traditam pro magnitudine ingenij ſibi â Deo dati, omnibus modis reſtituere, reſtitutam ad poſteros propagare conatus eſt; quamuis & hic eam non ea ſinceritate qua ex fontibus emanarat hauſtam traduxerit; ſed ſuis adhuc obnoxiam nęuis Hinc Characteres nouos, & nouam ſcribendi rationem omnibus communem inſtituit, vt doctrina cõmunis libris conſignata, & ad mores formandos inſtituta in animis hominũ capacium fructus intentos proferret. Eam verò, quę diuinieres recõditioresq; ſenſus cõtineret, Philoſophiã ac Theologiam ab omni prophanorũ, Idiotarumq; intelligentia remotam, alio characterum genere ſummo ingenio inſtitutorum, columnis obeliſciſq; inſculptam, contra omnes iniurias temporis, veluti perennantem ſolis Sacerdotibus, Philoſophis, Prophetis, quorum ipſe gradus, ordines & officia inſtituit, conſeruandam, ſoliſque ſui ordinis hominibus propagandam tradidit. Plurima quoq; Humano generi vtiliſſima inuenit, ob quæ tantos honores apud ſeculi ſui homines conſecutus eſt, vt eum non in Sacerdotem tantũm, ſed in Regem aſſumpſerint, & poſtmodùm ob mirabilem eius ſapientiam, & omnigenam doctrinam, operaque ab ipſo peracta toti poſteritati memoranda, diuinos honores decreuerint, vti ex præcedentibus patuit. Atq; hic eſt Hermes ille verè Triſmegiſtus, totius Ægyptiacę ſapientiæ fons & origo, hieroglyphicæ literaturę primus inſtitutor, obeliſcorum inuentor & erector, â quo omnes reliqui Reges & ſacerdotes inſtituti ad doctrinam ab Hermete ſapientiſſimo traditam propagandam, atque in ſaxeis columnis ſiue obeliſcis incidendam, animum adiecerunt. Contigit autem hæc prima inſtitutio paulò antè mortem Abrahami, vſque ad Iacob ætatem vti in præcedentibus oſtenſum fuit.

Mercurius deprauatam doctrinam Chami emẽdat, ſaxiſque inſculpſit.

Hermes diuinos honores ob inuenta ſua conſecutus eſt.

Prætereà cùm dicta ſapientia Ægyptiorum, vt ex ſacris Litteris patet, multò ante Moyſen præceſſerit, & iam tempore Ioſephi diuinorũ ſacrorũq; cultus in Ægypto viguerit; in propatulo eſt, à nullo alio niſi ab hoc dicto tempore inſtitutam promanare potuiſſe. Quæ tamen, vti fieri aſſolet, demum ſuccedentibus temporibus à Sacerdotibus deprauata in manifeſtum omnium ſuperſtitionum Seminarium declinauit; vt in ſequentibus dicetur.

Ægyptiorũ Sapientia ante Moyſen

Verùm nè quis me ſolis coniecturis vſum ſuſpicari poſſit, ad rerum aſſertarum confirmationem adduco Chronicon Alexandrinum, quod de Mercurio noſtro Triſmegiſto ſic loquitur. *Miſraimo in imperio ſucceſſit, Mercurius ſeu Fannus Pici Iouis filius, è ſtirpe Chami prognatus, cuius inauguratio contigit ea, quæ ſequitur, ratione. Extincto* (inquit Chronicõ) *Pico ſeu Ioue Regnum Italiæ filius eius Fannus è lanigenum proſapia, qui & Mercurius, annos triginta quinque adminiſtrauit, vir ſagax, calliduſque & Mathematicus; qui primus auri*

Chronicon Alexandrinũ.

auri metallum in occidente reperit, eiuſque conflandi rationem; ſed cùm intellexiſſet, ſe magna apud fratres ſuos è Ioue patre de varijs pellicibus, quas habuit Picus Iuppiter, prognatos inuidia flagrare (eius enim occidendi conſilium cæperant) cum ingenti auri pondere Italiâ exceſſit, atque in Aegyptum ſe cõtulit ad ſtirpem è Chamo Noëmi filio, patruo ſuo oriundam, à qua perhonorificè exceptus eſt, qui dum ibi perageret, præ ſe contempſit omnes, aureumque amiculum indutus philoſophabatur apud Aegyptios, quibus multa prædicebat euentura, natura enim erat peringenioſus. Aegyptij ergò eum adorantes Mercurium Deum pronunciarunt, vt qui futura prænunciaret, illisque à Deo oracula & reſponſa de futuris veluti internuntius referret, aurumq; ſubminiſtraret, quem opum largitorem appellabant, aureumque Deum vocabant Mercurio itaque in Aegyptum veniente ait Chronicon, ἐβασίλευσε τῶν Αιγυπτίων πρῶτος ἐκ τῆς γένους τοῦ Χὰμ ὁ λεγόμενος Ἑρμῆς ὁ τρισμέγιστος ὃν ἐποίησαν θεὸν Αἰγύπτιοι τὸν Ἑρμῆν Βασιλέα, καὶ ἐβασίλευσε τῶν Αιγυπτίων ἔτη λθ ἐν εὐδαιμονίᾳ. *Regnabat*, inquit, *Mercurio in Aegyptum veniente, quidam ex Chami genere apud Aegyptios Meſrem nomine (ſeù quod idem eſt Miſraim) cui fatis functo Aegyptij Mercurium Regem ſuffecerunt, qui annos triginta nouem magnificè admodum regnauit*; & hunc variarum rerum inuentorem extitiſſe, verba in ordinem redegiſſe, & multa indidiſſe rebus nomina, fuiſſe litterarum quoque repertorem, inſtitutaſque quo honore, & quibus ſacris, quique Dij colerentur. Aſtrorum quoque motus & anni partiendi rationem inueniſſe; Quam ob cauſam ſummo in honore apud Oſiridem ſeu Miſraimum habitum, Iſidiſq; ſeu Rheæ vxoris Miſraim conſiliarium in abſentia mariti fuiſſe, fuſè tradit Diodorus Siculus l. 1. c. 2. quem conſule. Quibus noſtra paulò ante adducta ſententia ita ſtabilitur, vt de ea vix ampliùs dubitare quis poſſit; ſed vt ex longiore forsá quàm par erat, diſcurſu tandem ad propoſitum ſcopum reuertamur. Diximus paulò ſuperiùs, primos poſt diluuium generis humani Patriarchas, prioris æui Patriarchas ſecutos, in pyramidibus ſuorum inuentorum monumenta inſcripſiſſe; cùm verò Hermes videret, non adeò commodè pyramides propter nimiam laterum obliquitatem Scripturam recipere; aliud pyramidis genus myſticæ Scripturæ accommodatiùs architectatus eſt, teſte Iamblicho; videlicet Columnas illas Obeliſcorum, quæ Columnæ Mercurij ab Authore dicuntur, de quorum myſterioſa figura vide in fine hujus libri. Præerat Ægyptiaco Regno tunc temporis, vti oſtenſum fuit, Miſraim curioſiſſimus rerum exoticarum ſcrutator Saturnus Iunior, qui à Scriba & Conſiliario ſuo Mercurio, de noua Columnarum fabrica edoctus, primus omnium animum adiecit, ad illos non tantùm ad nomin s ſui famâm apud poſteros conſequendam, ſummâ magnificentiâ erigendos, ſed & ad in ijs nouam illam Philoſophiæ & Theologiæ ab Hermete inuentam rationem incidendam; quam tamen morte preuentus in executionem, vti conceperat, deducere non potuerit: Atque hoc ita eſſe docet Plinius; qui primum Obeliſcorum inuentorem facit Mitrem aut Mephrem corrupte: nam in manuſcriptis Plinij hodiernâ die in Bibliotheca Vaticana ſuperſti-*

Triſmegiſtus vixit in Italia per aliquod tempus cum Ianigenis.

Mercurius Triſmegiſtus Rex Aegypti

Inuenta Mercurij Triſmegiſti.

Cur Hermes ſua in Obeliſcis ſculpierit.

Mercurius cum Miſraim vixit, cuius & Scriba & Conſiliarius fuit.

Plinius.

tibus,

Misraim dictus Misra, Mestres.

tibus, vbi impressa hucusque Plinij exemplaria habent, Mitres, Mephres, aut Mesphees, manuscriptum habet luculento sanè vocabulo Mestres, quod idem esse cum Misraim, quem & Mesres, & Mesra, & Mithras dictum fuisse in præcedentibus ostendimus. Verùm hoc morte sublato, successit in locum patris filius, partim eiusdem cum patre nominis, partim diuersi, quem Iosephus lib. 1. contra Appionem corruptè Mephramutosin; Sanctus Theophilus verò lib. 3. ad Autolycen Methramuthosin; Eusebius denique Mispharmutosin, iuxtà trium præcedentium nominum Mephres, Mitres & Mephres corruptionem, vocant. Nos verò nomen ex Ægyptiacæ linguæ instauratione eum veriùs ⲙⲉⲥⲣⲁⲙⲟⲩⲑⲓⲥⲓⲥ, id est, *Mesramuthisis*, scilicet, ex Mesra & Matre Iside; Mesram verò Osirin vocatum alibi fusè ostendimus. ⲙⲟⲩ linguâ Ægyptiacâ matrem, ⲓⲥⲓⲥ Isidem notat, quasi diceres, ex Mesra siuè Osiride & Iside matre progenitum.

Mesramuthisis quis, & cur sic dictus

Atque hic opus erectionis Obelisci patris morte impeditum prosecutus, primum specimen erectionis Obeliscorũ, teste Plinio, Heliopoli, quæ olim On, & Bethsemes dicebatur, vbi suam residentiam, habebat, dedit, Hermeticarum, paternarumque artium, & scientiarum auidissimus sectator; qui cùm in On, siuè Betsemes, aut Heliopoli vitam ageret in perpetua Sacerdotum conuersatione, cujus pater, (Plinio teste) cùm in somno de Obelisci serigendis, nescio à quo Numine, monitus crederetur; ad Numini obsecundandum filium vota patris soluere voluisse. Quâuis verisimiliùs sit eum hoc somno ficto, Deorum sibi conuersationem ambitiosiùs arrogasse; & vt opus, quod machinabatur, majori admiratione, & veneratione apud subditos, & posteros reciperetur, talia confinxisse.

Obelisci primi erecti sunt in On, quæ est Heliopolis.

Mesramuthisis in somno de Obelisci erigendis monitus.

Sed obijciet hoc loco quispiam, quomodo Mesramuthisis immediatè Mesraimum sequatur, cùm ejus Successorem paulò ante Mercurium constituerimus. Respondeo, Defuncto Mesraimo, Mesramuthisin exiguæ admodum ætatis & Regni incapacis fuisse: ejus verò loco Mercurium Regnum triginta nouem annis administrasse. Quo quidem tempore maximè hieroglyphica doctrina per totam Ægyptum inclaruit. Hoc verò vita functo Mesramuthisis jam adultus successit, qui, vt dictum est, cùm curiosissimus paternarum scientiarum esset; nouam hieroglyphicam doctrinam ab Hermete inuentam miris modis auxit, & promouit; quæ omnia in nostra Chronologia Regum Ægypti, primo Oedipi tomo inserta fusè ostendimus. Incidit dominium hujus in tempora, quo Iacobi Patriarchæ filij Isaac progenies in toto Oriente illustris habebatur; qui fuit annus ab Orbe condito 2279. à diluuio 623. ab ortu Abrahæ 240. à morte ejusdem 65. secundùm probabiliorem Chronologorum computum; inciditque in annum ante Christum ferè 1774. Quæ quidem, Eusebij traditioni apprimè congruunt, qui circa hoc idem tempus Mesramuthisis Regnum ponit, vide Chronographiam Operi præfixam. Atq; hæc de prima Obeliscorum Origine sufficiant, nunc ad particularem horum omnium descriptionem accedamus.

Quo tempore regnârit Hermes Trismegistus.

CA-

CAPVT V.

De Materia Obeliſcorum.

NE quicquam myſteriorum tam arcanæ Obeliſcorum machinationi deeſſet; materiam lapidis, primi illi hieroglyphicæ literaturæ inventores elegerunt, myſterijs quæ continebant, congruam. Fuit hæc marmoris quoddam genus, varijs coloribus guttatim veluti aſperſum, duritie propè indomabile, & Porphyretico minimè cedens; quam Græci πυρρόμικλον, Latini, *Petram Thebaicam*, Itali, *Granito roſſo*, vocant. Saxifodina hujus eſt vicina Thebis celeberrimæ quondam Ægyptiorum Regiæ, ad montes, quæ Æthiopiam & Nili catadupas reſpiciunt in Auſtrum vergens. Et tametſi nullum marmoris genus Ægypto deſit, hoc tamen præ cæteris, ob, neſcio, quam myſterioſam naturæ ſub eo latentem machinationem Hieromyſtæ elegiſſe viſi ſunt. Nullus enim hucuſque in mundo Obeliſcus ab Ægyptijs alio, præterquam hoc marmore confectus (quod non caret myſterio) a quoquam viſus eſt. Mirùm quoque, hoc marmor alio niſi Ægyptio ſolo minimè gaudere; quòd verò nonnulli ex columnis Eccleſiæ S. Catharinæ in monte Sinai contendant, dictum montem hujuſmodi Saxifodinis gaudere, non equidem facilè negauerim, cùm montis Sinaici plicæ cum cliuis Ægyptijs per ſubterraneas venarum catenas continuari notiùs ſit, quàm dici debeat, & fusè nos in Chorographia Ægypti oſtendimus. Non neſcio quoque in Lacu Benaco & Comano, Ilua quoque alijſque Italiæ montibus, vti & in Suecia hujuſmodi Saxi genus reperiri; quòd tamen cùm hoc ſiuè duritiem, ſiuè varietatem macularum ſpectes, nequaquam comparandum eſt. Quòd alij porrò ſupponant, Aegyptios hoc marmoris genere vſoeſſe, eò quòd aliis caruerint, falſum eſt; cùm vt paulò ante diximus, nullo non marmoris genere Ægyptus abundet. Habet Ægyptus marmor griſei ſiuè cineritii coloris duritie prædicto haud impar, cujuſmodi ſunt Columnæ, quibus Panthei hic Romæ veſtibulum innititur; cuius vtriuſque tanta hic Romæ copia paſſim reperitur, vt nulla ferè Eccleſia, nullum antiquitatis monumentum, nullus denique Ciuitatis Romanæ angulus ſit, vbi non occurrat. Vndè luculentum ſignum, à Romanis Principibus recenſita marmora nullo non tempore in ſummo pretio fuiſſe; ac proindè maximis expenſis ea ex Ægypto Romam aduexiſſe. Habet præterea Ægyptus Alabaſtritem, & marmor pharium, & porphyreticum, habet opalinum ſubflaui coloris, & chryſiten, quæ omnia diverſis Deorum ſtatuis & Sacrificiorum vaſis fabricandis ſeruiebant. Soli Obeliſci ex pyrite hoc noſtro variegato conficiebantur, ob myſticas quaſdam rationes, quas paulò poſt indicabimus.

Marmoris genus, quo Obeliſcos faciebant, erat myſticis rationibus inſignitum.

Omnes Obeliſci ex marmore pyrite confecti ſunt, & cur.

Aegyptus omni marmore abundat.

Cur Aegyptij nullo alio præterquam marmore pyrite in Obeliſcis vſi ſint.

Opponent hoc loco, Ægyptios pro Obeliſcis alio marmore, præterquàm hoc, non vſos fuiſſe, eò quòd nullum aliud ei marmor duritie, tenacitate, & du-

duratione sit comparandum. Repono ego, cur non porphyriten, quo Ægyptus abundat, pyrite, & solidiùs & durabiliùs elegerunt? Respondebunt, venas huius porphyritis non eius magnitudinis, quam ipsi desiderabant, lapides subministrasse. Quòd si hoc, quæro ego, cur non saltem minores illos Obeliscos, quos passim hic Romæ habemus obuiam, ex porphyrite aut altero marmoris genere confecerint? alia verò monumenta Obeliscis minoribus multò maiora, ex reliquis marmoribus construxerint? Dico igitur, cùm Ægyptii Obeliscos in honorem Numinis Solaris erigerẽt, non quamuis materiem, sed quæ huius Numinis proprietates per certam quandam analogiam maximè exprimeret, (cuiusmodi erant Obelisci ex pyrite, vt posteà dicetur assumpsisse; verùm vt quæ hucusque dicta sunt, luculentiùs patefiant; Plinii verba adduco, qui lib. 36. c. 8. sic loquitur: *Thebaicus*, inquit, *lapis interstinctus aureis guttis, inuenitur in Africæ parte Aegypto adscriptæ, circa Syenen verò Thebaidis Syenites, quem ante* πυροποίκιλον *vocabat. Trales ex eo fecère Reges quodam certamine Obeliscos vocantes Solis Numini consecratos; radiorum eius argumentum in effigie est, & ita significatur nomine Aegyptio. Primus omnium id instituit Mitres, qui in Solis Vrbe regnabat, somnio jussus, & hoc ipsum inscriptum est in eo; Etenim Sculpturæ illæ, effigiesque, quas videmus, Aegyptiæ sunt literæ.* Habet porrò pyrites noster Aegyptius quadruplicem à natura sibi insitæ misturæ compositionem; principalis lapidis substantia rubro colore fulget, cui nunc crystallinæ, seù Amethistinæ, iam cinereæ, vel cærulei coloris, modò nigri, seù pharii marmoris particulæ hinc indè per totam substantiam lapidis commistæ spectantur. Quam rerum misturam cùm Ægyptij intuerentur; eam dignam sanè, aptissimamque suis mysterijs repræsentandis materiam elegerunt. Cùm enim Soli eos dedicare statuerint; Sol verò in quatuor mundi elementa suum dominium potissimum exerat, dominium hoc Solis per Obeliscos, quos & suprà, eos ⲛⲓⲧⲉⲃⲏⲏⲣⲏ, hoc est, *digitos Solis*, appellasse diximus, denotarunt, ita vt per quadruplicem misturam haud dubiè quatuor elementa, & per pyrei quidem coloris particulas, *Ignem*, per crystallinas, & Amethistinas pellucidas *aërem*; *cæruleam lympham*, per cæruleas, per nigras denique particulas *terram*, pulchrè, & ingeniosè indigitarint, de quibus vltimum hujus libri Caput consule, vbi fusiùs omnia explicata reperies. Vides igitur quantô ingeniô Ægyptij in aptis materiebus pro fabricis suis eligendis laborârint, & quomodò nihil non mysticum ad sua ingeniosè repræsentanda assumpserint? Patet igitur ex dictis, cur pro Obeliscis non nisi hoc pyrite variegato vsi sint; certè si alicubi Obelisci alterius coloris comparuerint, tibi certissimum id signum sit, eos in Ægypto minime factos, sed ab exteris Aegyptiorum æmulis, aut postremis temporibus, quo hieroglyphica literatura jam exoleuerat. Talis fuit Obeliscus in honorem Solis à Phœnicibus erectus, cum turbinata, siuè conica superficie, tùm incisis figuris, materiâque, & colore ab ijs Obeliscis, quos Soli dedicabant Aegyptii, diuersissimus,

Plinius lib. 36 c. 8. de marmore Aegyptio

Primus erector Obeliscorum Mithres, siue vt nos Mitraim.

Mistura pyritis quadruplex, 4. elementorum Symbolum est.

Obelisci in Aegyptiaca lingua dicuntur Digiti Solis.

Obeliscus à Phœnicibus erectus qualis?

simus, qualem ex Syria Romam Antoninum Heliogabalum Imperatorem adduxisse Herodianus refert. Patet igitur Aegyptios pyriten elegisse principaliter propter analogiam quandam qualitatum eius, ad qualitates Solis; deinde etiam propter lapidis huius admirabilem duritiem, & ab omni aëris iniuria immunitatem. Vide quæ de hisce fusiùs in vltimo huius libri capite de mysterioſa figura Obeliscorum tractauimus.

CAPVT VI.

De differentijs, & dimensione Obeliscorum, & de eorum ex Aegypto in Vrbem translatione.

§. I.

De differentia Obeliscorum.

QVadruplicem inter Obeliscos hic Romæ superstites differentiam obseruaui; vel enim magnitudine vel proportione, vel sculptura, vel rasura differunt. Primò si magnitudinem spectes, sunt inter Obeliscos minimi, sunt mediocres, sunt maximi. Audio in Aegypto multos adhuc cerni, decem aut duodecim pedes non excedentes; sunt nonnulli & hic Romæ viginti aut triginta pedum; sunt alij septuaginta & octuaginta, sunt denique centũ quadraginta pedũ altitudinis, vt in Operis extextu videbitur. Variæ Obeliscorum differentiæ. I.

Secundò differunt proportione, sunt quidam Isaëdri, siue æqualium laterum; alij inæqualium; vti prioris generis Obeliscorum bases quadratum, ita horum Parallelogrammum exprimunt, id est, duo quælibet latera opposita, ad duo reliqua opposita comparata, notabilem latitudinis habent differentiam. Quo verò fine id Aegyptij Hieroglyphi fecerint, vix constat: Varij varias adducunt rationes; sunt qui velint, mysterijs rem non carere; alij putant, hanc eos differentiam constituisse, vt æqualium laterum Numini; inæqualium verò laterum Regibus ad diuinitatem assumptis inscripti dignoscerentur; quod tamen falsum esse, alibi fusè demonstrabitur. Dico itaque huius differentiæ aliam rationem non fuisse, nisi venarũ mineralium ex quibus excindebantur, defectuosam cõstitutionem, aut in iam excisis quandam ex rupturis, scissuris, aliisque lapidis vitijs natam depraua-tionem, quâ ad molis vel excisæ vel excidendæ conditionem sese, vt poterant accommodare cogebantur. Et quoniam si totam molem iuxta basim quadratam æquare voluissent, multum de intenta ingentis saxi mole decessisset. Hinc studio, vt debita saxeæ molis altitudo seruaretur, ingenioso sanè errore lateri aliquantulũ ademptum fuit. Dixi ingenioso labore, quia per hunc ipsum defectum, insigne sanè mysterium, vti in Capite de mysterioſa Obeliscorum figura explicabitur, more Ægyptiis solitò inuenerunt. II. Cur in quibusdam Obeliscis duo latera opposita ad alia duo inæqualia sint.

Tertiò differunt Obelisci, quòd alii characterismis insignes, alii sine III.

iis veluti rasi conspiciantur: de quibus in sequentibus fusiùs tractabitur.

IV. Quarta deniq; Obeliscorum differentia consistit in diuersitate characterum; sunt alii prorsùs simili characterum forma, & ordine, alii prorsus diversa insigniti, quos sane argumenti diuersitatè arguere, notiùs est, quàm dici debeat. Atque hæc de differentiis Obeliscorum breuiter dicta sufficiant, nunc ad proportionem & dimensionem Obeliscorũ progrediamur.

§. II.

De proportione Obeliscorum.

Obeliscus nihil aliud est, quam Pyramis truncata

DIximus in præcedentibus, Obeliscum nihil aliud esse, quàm pyramidem truncatam, quæ quidem truncatio hisce potissimum de causis instituta fuit ab Aegyptiis Sapientibus. Primò, nè lateribus in vltimum Pyramidis punctum coeuntibus fabrica monstruosæ altitudinis mole informis, tractationi, erectionique ob rupturæ periculum inidonea redderetur. Secundò, quia sub hac enormi molis altitudine hieroglyphica symbola superiori Pyramidis regioni inscripta prorsus euanescentia, oculos animumque fugiebant. Tertiò, quia moles Pyramidis facilè ventis ob excelsiuam altitudinem querti poterat. Quartò denique, ob rationum mysticarum copiam, quam in Obeliscis maiorem, vt posteà dicetur, quàm in Pyramide inueniebant. His rationibus adducti, Pyramides in Obeliscos truncabant, ea tamen seruata proportione, quæ & decorem summum fabricæ excitaret, & mysteriis, quæ potissimùm intendebant, haudquaquam, vt suo loco dicetur, careret. Nam proportionem, quantùm summâ diligentiâ adhibitâ obseruare licuit, in omnibus ferè Obeliscis hanc adhibuerunt; altitudinem Obelisci, quæ ab infima basi ad truncatæ molis basin desumitur, in decupla proportione constituerunt ad latus quadratæ basis inferioris; ita vt si Obeliscus fieret, cuius basis latus vnius palmi fuerit, altitudo inter basin inferiorem, & truncatam superiorem, sit decem palmorum futura, ita si Obelisci cuiuspiam basis latus fuerit 4. palmorum, altitudo memorata futura sit palmorum 40. & si 10. palmorum infimæ basis latus habuerit quispiam Obeliscus, altitudo eius 100 palmorum reputabitur: & sic de cæteris. Quæ quidem proportio non tantùm commoda est, & facilis, sed & ingeniosa, & magna secum mysteria voluens, vt posteà patebit. Porrò latus superioris quadrati, vbi truncatio incipit, ad latus quadrati inferioris proportionem constituebant subsesquialteram; id est ex latere inferiori in tres partes æquales diuiso, pro latere basis superioris accipiebant $\frac{2}{3}$. Pyramidion verò terminans Obeliscum, altitudine suâ æquabat latitudinem inferiorem, siuè latus basis infimæ Obelisci. In Obeliscis verò inæqualium laterum, palmus ille qui vt plurimùm strictiori lateri decedebat, adiungebatur altitudini, quamuis non in omnibus hanc adeò Mathematicè sum-

Proportio Obeliscorũ quo ad altitudinem.

Proportio basis Obeliscorum ad truncatam aream.

pse-



pſerint proportionem, vt non plùs, minùſue, ſubindè à vera proportione deflexerint. Verùm proportiones declaratas in ſequenti Schemate contemplare.

Sit Obeliſcus A B C. cuius baſis infimæ latus ſit B C; truncatæ latus D E. Pyramidion D E A. Sit verò baſis B C 10. palmorum. Si itaque vnicuique ex 10. hiſce palmis latitudinis 10. alios palmos attributos in longitudinem duxeris, habebis 100. pedum altitudinis Obeliſcũ truncatum D E B C quæſitum: cuius latus D E ſuperiùs ad latus B C inferiùs in proportione ſubſeſquialtera eſt, id eſt $\frac{2}{3}$ baſis inferioris conſtituet latus D E, eô ſcilicet in loco, vbi truncatio fiebat; vnum verò latus D A, vel E A pyramidij æquat latus B C, baſis inferioris Obeliſci. Atque hæc eſt proportio, quam vt plurimùm Ægyptii in Obeliſcorum fabrica adhibebant, cui non tamen eo cum rigore inſiſtebant, vt non ſubinde aliquid plùs pro varia Architectorum intentione, aut molis conditione, adiungerent. Verùm vt captui Lectoris omnia magis fiant obuia, ordine, & methodo Mathematicis vſitata, iam dimenſionem eorundem aggrediamur.

§. III.

De dimenſione Obeliſcorum.

Problema I.

Altitudinem Obeliſci, ſi truncatus non fuiſſet, ſed lateribus continuo fluxu in vltimum punctum confluentibus, ad inſtar pyramidis excurriſſet, reperire.

SIt paradigmatis loco Obeliſcus Vaticanus A B C D G, cuius baſis infima A B palmos 12. C D ſuprema 8., altitudo totius E F inter vtramque baſin ab infima vſque ad pyramidion interiecta 108., latitudo verò media 10. palmos habere compertum eſt. Si itaque ſcire velis, in quantam altitudinem excurriſſet dictus Obeliſcus, ſi latera in punctum confluxiſſent, hâc id induſtriâ explorabis. Sit Obeliſci trapezium, ſiue latus A C D B; protrahantur iam latera A C & B D, vſque dùm in punctum G confluant, hoc peracto, ex C puncto linea C H ducatur, parallela ad F E, ſiue ad G E altitudinem totius Obeliſci A B, naſcenturque ex hac ſectione duo triangula A H C, & A E G, ſimilia inter ſe, & conſequenter proportionata; eritq;

iuxtà



juxtà *6. sexti l Elem. Eucl.* vt latus AH ad latus HC, ita latus AE ad latus EG, cùm itaque tria hic nota habeantur, videlicet CH, quæ eſt EF altitudo Obeliſci 108. palmorum; & AE, quæ eſt baſis infimæ medietas 6. palmorum (baſin enim totam AB 12. palmos habere comperimus) & AH denique 2. palmorum; cûm enim CD baſis ſuperior ſit 8. palmorum, erit medietas eius CF 4. & ſecabit conſequenter CH parallela ad EF ex ſemibaſi AE 6. palmorum, palmos 2. Notis igitur AH, AE, & EF, notus erit EG axis totius Pyramidis; ſi fiat vt AH 2. ad HC 108: ita AE 6. ad EG; prodibit enim factâ operatione juxtà regulam proportionum, EG altitudo Obeliſci, ſi in Pyramidem ſenſim abijſſet, altitudo ſc. 324 palmorum quæſita; Obeliſcus igitur ſi continuo fluxu in Pyramidem excurriſſet, futurus erat 324. palmorum, vt dictum; Pyramidis verò truncatæ altitudinem FG habebis, ſi altitudinem Obeliſci EF à tota altitudine ſubduxeris, videlicet 108. à 324. Reliquum enim dabit 216. palmos, altitudinem truncatæ Pyramidis quæſitam. Hoc pacto inuenimus Obeliſcum noſtrum Pamphylium, ſi in apicem vltimum excurriſſet, fuiſſe poſitis ponendis Pyramidem 133. palmorum; non ſecùs in cæterorum omnium Obeliſcorum dimenſione procedes.

Problema II.

Quantitatem ſuperficialem Obeliſcorum inueſtigare.

Dimenſio areæ totius Obeliſci.

CVm omnes Obeliſci ſint tetraedri, id eſt, quatuor lateribus conſtent, vnam ſuperficiem in æqualium laterum Obeliſcis, ſiuè quòd idem eſt, vnam ſuperficiem in Iſaëdris Obeliſcis inueſtigaſſe ſufficiat. Sit itaque Obeliſci Vaticani ſuperficies extima ABCDI, & cupias ſcire, quot ea palmos quadratos contineat; ita operare: protrahatur linea CD ſuprema in puncta EF vtrinque: & ex A & B inferioris baſis punctis ducantur lineæ AE & BF ad EF normales, & ad OL lineam mediam Pyramidis parallelæ; naſceturque quadrangulum EFAB, cujus latus AB vel EF, in latus AE vel BF ductum producet aream totius EFAB; Verbi gratia, BA eſt 12. palmorum, & AE, 108. quæ in ſe ducta dant 1296. palmorum quadratorum aream, EFBA. Quia verò hæc ſumma ſuperficiem Obeliſci CDAB excedit, ab ea ſubtrahenda ſunt triangula AEC & BDF,

vt ve-



vt vera ſuperficiei Obeliſci area habeatur, quod quo pacto præſtandum ſit, videamus. Cùm E F latus ſit oppoſitum lateri A B, erit id per 26. *primi El. Eucl.* B A lateri æquale, hoc eſt, 12. palmorum. Cùm præterea C D ex ſuppoſitione ſit 8. palmorum, hi ſubtracti à 12. reliquos faciunt 4 palmos, duos pro E C baſi trianguli E C A, & duos pro D F baſi trianguli D F B. Iterum cùm latera dictorum triangulorum A E & F B ſint æqualia lateri O L, quæ eſt 108. palmorum; fiet, vt ſi 2. in 108. hoc eſt, latus E C in latus E A ducantur, prouenient 216., cujus dimidium 108 dabit aream trianguli E C A, in palmis quadratis quæſitam, cui alterum triangulum D F B æquale additum dabunt 216. palmos quadratos, quæ eſt area vtriuſque trianguli. Hanc denique ſi ſubduxeris à ſumma totius quadrati E F A B, remanebunt 1080. area ſuperficiei Obeliſci C D A B quæſita, qui numerus in 4. Obeliſci latera multiplicatus, producet tandem aream ſuperficialem Obeliſci truncati A B C D 4320. palmorum quadratorum. Reſtat dimenſio pyramidij C I D, cujus ſuperficialem quantitatem facilè habebis hoc ingenio; cùm baſis C D 8. palmorum ſit, & O I latus 12 ex ſuppoſitione ſuperius demonſtrata. Duc hæc duo latera in ſe, & prodibunt 96. quadrangulum C D H G, cujus dimidium 48. dat aream vnius lateris Pyramidij quæſitam, hanc multiplica per 4., & ſumma 192 dabit in quadratis palmis aream ſuperficialem totius Pyramidij: hi adjuncti præcedenti ſummæ 4320. aſſignant 4512. totius Obeliſci aream ſuperficialem in palmis quadratis quæſitam.

Pyramidij dimenſio quoad aream.

Si verò quiſpiam ſcire cupiat quantitatem lineæ A C vel B D ſuperficierum Obeliſci terminatricem, is ita procedet. Cùm enim hæc linea A C, ſit veluti hypotenuſa quædam, quæ angulum rectum A L O vel quod idem eſt A E C ſubtendat, ea neceſſariò per 17. 1. lib. 1 El. Eucl. longior erit linea O L, hoc eſt, E A linea; exceſſus itaq; illius ad hanc ingritur, quem hac praxi habebis. Coniungantur quadrata linearũ E C & E A in vnum; & ab aggregato extrahatur radix quadrata: hæc enim per 47. 1 dabit quantitatem lineæ C A quęſitam. Ex. grat. linea E C duorum palmorum in ſe ducta dabit 4. quadratum; & linea A E 108. palmorum in ſe ducta dabit 11664. quadratum lineæ E A, quibus ſi jungatur quadratum lineæ E C quatuor; emerget quadratum lineæ A C 11668 palmorũ per 47. 1. duobus prædictis ſimul ſumptis æquale. Ex hoc denique quadrato radix extracta dabit 108 + 4 quę eſt quantitas A E vel B D lineę ſuperficierum Obeliſci terminatricis quæſita. Si verò iterum quiſpiam ſcire deſideret, ſuperficiei Obeliſci, ſi in Pyramidem excurriſſet, quantitatem; facile id habebit, ſi, vt in Pyramidij paulò ante dimenſione, proceſſeris. Verùm paradigma repetam. Cùm in præcedenti problemate altitudinem Pyramidis E G ſi in

Dimenſio Obeliſci ſi in Pyramidem excurriſſet.

eam

eam terminaſſet Obeliſcus 324 palmorum inuenerimus: baſis autem Obeliſci ex ſuppoſitione ſit 12 palmorum, ita ſuperficiem triangularem A B G Pyramidis inquires, multiplica 12 baſim ſcilicet per 324 altitudinem Pyramidis & productum 3888 dimidia, dimidiumque prodet 1944 palmos quadratos, quęſitę ſuperficiei A B G quantitatē quęſitā, hanc quadruplica, & ſumma 7776 palmorum quadratorum dabit quantitatem totius Pyramidis, quoad ſuperficiem exteriorem quatuor laterū, quod erat faciendum.

Problema III.

Soliditatem Obeliſcorum inueſtigare.

Dimenſio Soliditatis Obeliſci, ſi in Pyramidē excurriſſet.

SVpponimus hoc loco Primò ex 12. *lib. Elem. Eucl.* omnem Pyramidem ſubtriplam eſſe ſui priſmatis; cognitâ quoque altitudine Obeliſci, ſi in Pyramidem excurriſſet per Probl. 1. priſma eius incognitum eſſe nequit. Hujus enim priſmatis tertia pars dabit Soliditatem Pyramidis noſtræ A B G primo Problemate propoſitæ. Cognito quoque exceſſu, quo Pyramis Obeliſcum ſuperat; habebitur & priſma, ejus exceſſus, & conſequenter ejus tertia pars Pyramidis Obeliſcum excedentis quantitas. Verùm rem Geometrico ratiocinio oſtendamus. Imaginemur itaque duas Pyramides in præſenti figura, quarum prima A B D, altera N E D; latus baſis prioris A V ſit 12. palmorum, qui in ſe ducti conſtituent baſin totius A B 144. palmorum quadratorum; ſuperioris verò baſis latus N I ſit 8. palmorum, qui in ſe ducti, dabunt ſuperficiem quadratam baſis N E 64. palmorum quadratorum. Circumſcribatur quoque priſma A C circa baſin Pyramidis A B D; & aliud priſma N G, circa baſin N E. Hoc peracto, multiplica quadratum baſis 144. palmorum per altitudinem Pyramidis, quam in 1. Problemate 324. palmorum reperimus; & cubicatione peracta habebitur priſma A C 46656. palmorum cubicorum, ſiuè Solidorum. Cujus tertia pars 15552. dabit totam Soliditatem Pyramidis A B D in palmis cubicis, ſi in eam Obeliſcus excurriſſet.



Verùm cùm Obeliſcus Pyramis truncata ſit, hoc pacto Soliditatē ejus reperies. Quadratū N E baſis duc in altitudinem ſuæ Pyramidis, & producetur priſma, cujus tertia pars quantitatem Pyramidis truncatæ manifeſtat. Hæc iterum ex tota Pyramide ſubducta, Obeliſci

liſci quæſitam ſoliditatem relinquet: ſed rem exemplo demonſtremus. Sit Pyramis truncata N E D, baſis eius N E quadratum ſit 64 palmorum quadratorum, qui ducti in altitudinem dictæ Pyramidis (quam Problemate primo 216 palmorum inuenimus) producent priſma N G 13824 palmorum cubicorum: cuius priſmatis tertia pars 4608 palmorum cubicorum dabit Pyramidis truncatæ N E D ſoliditatem quæſitam. Porrò huius Pyramidis Soliditas à Soliditate totius Pyramidis 15552. palmorum cubicorum ſubducta, relinquet 10944. Obeliſci truncati A B N E Soliditatem in palmis cubicis quæſitam. Pyramidij verò Soliditatem ita reperies, cùm latus Pyramidij ſit 8. palmorum, & altitudo ejus 12. multiplica 8. in 12. cubicè, & provenient pro priſmate ejus 768., cujus tertia pars 256. palmorum cubicorum dabunt Pyramidij Soliditatem, quæ conjuncta cum Soliditate Obeliſci conſtituunt 10688. palmorũ cubicorum ſoliditatem totius quæſitam.

Soliditas Obeliſci Vaticani in palmis.

Problema IV.

Grauitatem, ſiue pondus Obeliſcorum inuenire.

FIat primò ex eadem petra, ſiuè materia Obeliſci cubus palmaris, eâ quâ fieri poteſt diligentiâ accuratè quadratus; deindè huius dicta ratione parati cubi pondus exactiſſimâ librâ ponderabis. Hoc pacto nos Archimedeæ methodo inſiſtentes, omni diligentiâ adhibitâ huiuſmodi palmaris cubi pondus inuenimus pendere 87. fere libras. Habito itaque vnius cubi palmaris pondere, in totius ponderis notitiam facillimo negotio peruenies hoc pacto. Cùm paulò ante, Obeliſcum, quoad ſoliditatem ſuam 16088. palmorũ cubicorum repererimus, habebis pondus totius Obeliſci, ſi 87 in 16088. duxeris: ſumma enim 929856. dabit libras, quibus grauatur totus Obeliſcus. Si verò pondus totius Pyramidis A B D ſcire deſideras, ducito 87 libras in ſoliditatem totius dictę Pyramidis, quam ſuprà 15552 palmorum cubicorum reperimus: & productum 1353024 dabit totius Pyramidis, ſi truncata non fuiſſet pondus in libris quæſitum. Hâc induſtria omnium aliorum Obeliſcorum pondus infallibili ratiocinio inueſtigabis.

Pondus Obeliſci quale?

CAPVT VII.

De multitudine, & varietate Obeliſcorum, tùm Romæ, tùm alibi ſuperſtitum, & de eorum erectoribus.

OBeliſci, quantum ſummâ diligentiâ adhibitâ comperire licuit, in Vrbe duodecim reperiuntur, quos omnes in tres claſſes diuidimus. Sunt quidam minores, vt Mahutęus, Mediceus, Scauro-Cęlius, & iſte qui Romano Collegio adſiſtit. Sunt nonnulli magnitudine mediocres, vt noſter hic Pamphilius, Barberinus, Exquilinus, Saluſtianus. Sunt denique alij maxi-

Romæ ſuperſtites adhuc 12. Obeliſci.

mi, vt Vaticanus, Lateranensis, Flaminius, Campomartius, subterraneus adhuc. In vniuersum, vt dixi, duodecim, de quibus ordine agendum.

Obeliscus Mahutęus. *Mahutæus* sic dictus, quòd ante Ecclesiam S. Mahuti, id est, Bartholomæi (hoc enim nomine ab Arabibus mutuato vocatur S. Bartholomęus) nationis Bergomatum è regione nouæ Ecclesiæ S. Ignatij Soc. IESV, erectus sit.

Obeliscus Mediceus. *Mediceus* ab hortis Mediceorum, siuè Magni Ducis Hetrurię, in quibus erectus est, sic nuncupatus. Hortus hic deliciosissimus est, & in monte Pincio, eo in loco, vbi olim horti Salustij pensiles spectabantur, situs, magnâ externorum frequentiâ visitatur.

Obeliscus Scauro-Cælius. *Scauro-Cælius* sic dictus, quòd inter Clivum Scauri & Cælium montem in Mathæiorum hortis erectus conspiciatur; cuius superior pars hieroglyphicis spectabilis, inferior rasa manet.

Romani Collegij. alius vicinus Romano Collegio Soc. IESV, ante cuius portas cursum Romanum spectantes, visitur, basis eius principalis adhuc erecta est, reliquis duabus partibus, vicinarum domuum angulis fulcimenti loco insertis.

Obeliscus Pamphilius. Porrò ex mediocribus sunt: primò noster hic *Pamphilius*, cuius historiam huic libro prefixam vide.

Obeliscus Veranus. *Verano*, quem & in Prodromo Barberinum diximus; quòd à Cardinale Barberino in Verano agro extra muros sit detectus,

Obeliscus Exquilinus. qui & modò iuxtà Palatium eiusdem in monte Quirinali in tres partes confractus, prostratusque iacet. *Exquilinus*, sic dicitur ab Exquilino monte, in quo ad Basilicam Liberianam, S. Mariæ Maioris dictam, à Sixto V. Pontifice erectus conspicitur; rasus est, & nullis hieroglyphicis insignitus.

Obeliscus Salustianus. *Salustianus*, sic dictus ab hortis Salustij, in quibus olim erectus spectabatur, eodem in loco hodie Villa magnificentissima Ludouisiorũ est, in qua etiamnum iniuria temporum prostratus iacet in duas partes confractus.

Obeliscus Vaticanus. Porrò ex maximis Obeliscis, primò occurrit *Vaticanus*, in Campo Vaticano, in quo erectus est.

Flaminius. *Flaminius* à via vel porta Flaminia, ad quam iuxtà ędes S. Marię, vulgò de populo, eleuatus videtur.

Campo-Martius. *Campomartius*, denique, à Campo Martio, in quo terra subrutus fundamentis seruit Palatiorum vicinorum, sic dictus. Vnum latus eius hieroglyphica litteratura insigne ex cella quadam priuatæ domus conspicuum se offert, est integer, & magnitudine suâ æquat quasi Flaminium.

Atque hi sunt duodecim Obelisci, qui in Vrbe superstites adhuc in propatulo conspiciuntur. Præter hos quidem multos alios adhuc subterra in ruinis hinc indè latere nihil dubito, & ex Publij Victoris opere de Regionibus Vrbis manifestè patet, qui post Caium Caligulam Imperatorem Romam ex Ægypto 44. Obeliscos aduectos esse tradit. Verùm præter duos in Mausolæo Augusti, & in hortis Salustij erectos, de cæteris, à quo, & vbi fuerint erecti, nec Publius Victor, nec alius ex Romanæ Vrbis Scriptoribus recenset. Quæ verò Pomponius Lætus, & alij de Obelisco in Insula Tiberis, & duobus alijs in Agonali, deinde in Flaminio, cæterisque circis erectis, tradunt, nonnulli coniecturas verius, quàm historicas relationes habendas putant, cùm non tàm, quid factum sit, quàm, quid ratione mysticæ Circo-

Publius Victor de Regionibus Vrbis.

44. Obelisci Romam translati.

Obeliscus in Insula Tyberis, eiusque vestigia.

rum

corum fabricæ fieri debuerit, retulerint: ego tamen magnis indicijs impulsus asſero, in Inſula Tyberina Obeliſcum fuiſſe erectum, cùm huius vnum adhuc fruſtum ſuperſit ante Eccleſiam Sancti Bartholomæi, quod inter cætera quinque, vltimum introëuntibus Templũ repaguli loco ſeruit, accipitribus, & piſcibus inſigne, quòd & in Oedipo exhibemus. Cùm enim Inſula Tyberina in formam nauis ędificata tradatur; Obeliſcum in medio Inſulæ erectum mali formam in medio nauis expreſſiſſe veriſimile eſt. Cùm prætereà Circi mundum, teſte Caſſiodoro, præſeferrent, Obeliſcum in medio Circorum poſitum Solem, cuius honori dedicabantur, veluti quandam mundi animam allegoricè ſignificarent, in myſteriis exhibendis Ægyptios ſecuti, probabile eſt, in ſingulis Obeliſcos fuiſſe erectos, verùm de hiſce in ſequentibus fuſiùs. Quid verò de 44. Obeliſcis à Publio Victore relatis ſentiam, paucis oſtendo. Et Primò quidem ſuppono, Imperatores, prout eorum magnificentiam decebat, cæteris ſpretis non niſi ſecundæ & tertiæ Claſſis Obeliſcos in Vrbem ex Ægypto tranſtuliſſe; hi enim mole præ cæteris conſpicui, neſcio quid auguſtum, & admiratione dignum, & præcelſis cogitationibus Imperatorum congruum præſeferebant, cuiuſmodi moles tantâ ambitione quærebant, vt is plus, digniuſque quiddam præ cæteris præſtitiſſe cenſeretur, qui maiorem Obeliſcum erexiſſet. Cùm itaque hanc æmulationem Imperatorum viderent, alii ex primoribus Romanæ Vrbis eos ſecuti, quiſque pro hortis, & ornamentis ædificiorum priuatorum ex Ægypto ſaxa, Idola, Simulachra, Obeliſcos minores occaſione cratis nauticæ, quâ maiores Romam vehebantur, procurabant. Minores enim Obeliſcos crati vnâ impoſitos, vti & plurimas hic Romæ Columnas ex Pyrite ſuperſtites, cum innumerabili penè fragmentorum copiâ, quas paſſim in omnibus angulis deprehendimus, facilè, nec non ſine aliquo nauis emolumento erat conducere, ſiquidem omnes hæ minores moles pro Saburra & libramento ratis ſeruire poterant. Fuiſſe autem ex 44. Obeliſcis Romam adductis pleroſque minimos, ipſe Publius Victor dicit, cuiuſmodi in hunc diem duo hic Romæ ſpectantur, vna ad Eccleſiam Aræ Cœli nomine indigitatam, alteram in Palatio Cardinalis Sacchetti, quorum vterque tempore Pauli III. Romæ detectus, non excedit 15. palmos. Cur verò reliqui non compareant, facilè eſt coniicere: cùm enim minores eſſent, facilè alio transferri, aut etiam confracti, diſſipari poterant. Vndè in communi illa Obeliſcorum ſtrage & Vrbis vaſtatione à Gothis proſtrati, ſucceſſu temporũ, vel terra altiùs defoſſi, vel fundamentis ædificiorum inſerti, vel partibus etiam variè diſſipatis, aut etiam in flumen proiectis, nullum eorum veſtigium ampliùs ſupereſſe minimè mirum videri debet, iis, qui temporum viciſſitudinem, mutationem Statuum, atque iniquam Imperatorum ſortem probè nouerit.

Malum in naui exprimebat.

Circi referebant mundũ, Obeliſcus in medio Sole.

Imperatores Romani non niſi majores Obeliſcos erigebant.

Vnde tanta Aegyptiorũ monumentorum in Vrbe copia.

Obeliſcus in Ara Cœli, & Palatio Cardinalis Sacchetti.

Marlianus in Topographia Vrbis refert de altero Obeliſco in agro Verano propè Eccleſiam S. Laurentii, quem anno 1630. Franciſcus Cardina-

Barthol. Marlianus in Topographia Vrbis.

dinalis Barberinus ex Vinea Curtij Saccociæ erutum, atrio Palatij Quirinalis Barberinorum inuexit, vbi adhuc in tres partes confractus jacet superstes; cuius mysteriosissimam doctrinam vide explicatam in Oedipo Ægyptiaco.

Haud absimilem sortem eum Obeliscum subijsse puto, quem M. Fabius Caluus in descriptione Romæ Veteris in Circo Florę (cuius rudera hodiè adhuc spectantur in Valle, inter collum hortorum Salustij, & montem Viminalem interiecta) prostratum tradit, quem ego eum esse puto, qui hodiè in hortis Mediceis erectus spectatur. Verùm hæc de Romanis Obeliscis, quorum aliqua notitia haberi potuit, dicta sufficiant.

M. Fabius Caluus.

In Ægypto plurimos adhuc supereſſe, tùm relatione testium oculatorum, tùm ex Arabum monumentis constat. Plerique ex Ægypto reduces asserunt, in vicinis Cairi ruderibus complura Obeliscorum fragmenta adhuc passim reperiri; imò P. Iosephus Marcellaia è Soc. nostra, qui dum in Æthiopiam iter susciperet, maximāq; Ægypti partem lustraret, ait in Asna vrbe, quam suprà Thebas antiquas esse ostendi, complures adhuc spectari partim erectos, partim prostratos, quos & Pigafetta in quodam suo itinerario notauit. Hoc idem varij diuersorum Ordinum Religiosi, qui ibidē in propagandę Religionis negotio degunt, ad me scribunt, præsertim in Cairo, & Alexandriæ vicinis locis, de quibus in Oedipo copiosior dabitur dicendi materia. Inter alios verò prænobilis, & clarissimus D. Mathias Balbiski ingenij viuacitate, & antiquitatum notitiá insignis, in lacu quodam iuxtà Mataream certi Obelisci vti, & Alexandriæ vestigia notauit, quorum delineationem ab ipsomet citatò Domino factam in Oedipo proferemus; Confirmat hæc omnia P. Marcus de Luca ex Ord. S. Fran. de Obseruantia, qui dum hæc scribo ex Aegypto in qua 11. annos vixerat, redux asserit, præter duos Alexandriæ superstites, Cairi quoque eorundem varia fragmenta reperiri, omnium autem Maximum Matareę in quodam lacu erectum hieroglyphicis spectabilem videri, ad quem tamen non nisi certis anni temporibus, desiccatis videlicet ex inundatione Nili aquis in dicta lacuna receptis, aditus sit; præterea Thebis plurium Obeliscorum fragmenta spectari asserit. Plura quoque retulit de monasterij Rubri Deir elachmur vocant Arabes, inscriptionibus hieroglyphicis; vti & de Palatio falcinationibus, & incātationibus celebri ad ripam Nili sito, eiusque hieroglyphicis, sed & de conchæ amoris Cairi superstitis forma in ouali figura adaptata, plena hieroglyphicis, quæ omnia suo tempore, si Deus vitam largitus fuerit, producentur. Geographus Nubianus, in suo geographico opere, duos adhuc spectatæ molis Alexandriæ supereſſe refert: his verbis.

Obelisci in Aegypto superstites.

Geographus Nubianus.

وبالاسكندرية المسلتان فرعون وهما حجران على ظهرهما مرجعان وعلاهما اضيق من
اسفلهما وطول الواحدة منها جمس قيم وعرض قواعدها في كل واحد من وجوهها عشره
اشبار محيط الكل اربعون شبرا وحكى صاحب كتاب العجايب انهما منحوتتان من
جبل قريم في غربي بلاد مصر وعليهما مكتوب انا بخمردين شداد بنيت هذه المدينة

Et

Et in Alexandria sunt duæ acus Pharaonis, sunt autem hæ acus lapides secundùm longitudinem eorum quadrati, & altitudo eorum strictior inferioribus partibus eorum; & longitudo vniusciusque ex illis duabus est quinque perticarum; & basis in omni latere, seu facie decem palmorum est, & circumferentia vniusciusque quadraginta palmorum; & refert liber mirabilium, quod sint excisi ex monte Tarim in occidentali Regione Aegypti, & super eas scriptum, quod Iaamar filius Sadad ædificauit hanc Ciuitatem. Et paulò post situm earum describit his verbis: وهذه مسلة الوحدة في ركن البلد من الجهة الشرقية والثنية من هذه المسلات في بعض المدينة *Et vnus ex his duobus Obeliscis est in angulo Ciuitatis ex parte Orientali, et secundus in alia Ciuitatis parte.* Quæ consona sunt relationibus eorũ, qui illas partes curiosè perlustrarunt. Quòd verò mensura Arabum non vsquequaque respondeat, indè factum est, quòd maiorem tantùm partem, quæ extrà terram eminebat, mensi fuerint, reliqua intrà terram abdita: ità retulit, quem suprà citauimus, Mathias Balbiski.

Sed & horum locorum omnium Chorographiam vide in Oedipo nostro Ægyptiaco. Certè Obeliscos innumeros terra haustos in Ægypto adhuc latere, nullus dubitauerit, qui Ægyptiorum in Sole colendo ardorem penitiùs fuerit contemplatus. Constantinopoli audio duos adhuc Obeliscos supereſſe, à Theodosio in eius Vrbis ornamentũ ex Ægypto translatos, nam in Circo maximo Byzantino, quem Fl. Constantinus olim magnificè ad Romanorum Circorum formam construxerat, cuius reliquiæ antequam Vrbs à Turcis caperetur, adhuc supererant, duo Obelisci adhuc cernuntur, de quibus Petrus Gylius Gallus in Topographia sua Byzantina his verbis: *In medio Circo, quem Græci Hippodromum appellant, Obeliscus ex Thebaico lapide factus extat, cuius cùm non meminerit antiqua Regionum descriptio; & meminerit Obelisci Thebaici quadrati, quem ponit in V Regione, arbitrarer hunc terremotu euersum, translatum fuisse in Hippodromum à Theodosio post editam descriptionem Regionum; nisi hæc Theodosianorum multorum meminisset operum, nisi præteriret nonnulla in commemoratione Regionum, quarum postea meminit in generali descriptione Vrbis. Habere igitur plures Obeliscos Constantinopolis potuit, ex quibus nunc supereſt ille Thebaicus, quem in V. Regione ponit antiqua Regionum descriptio, duos adhuc extantes vidi, cùm primùm veniſſem Byzantium, vnum in Circo Maximo, alterum intra Claustrum Regium, in latere primi collis vergente ad Septentrionẽ, quadratum ex lapide Thebaico factum, erectum iuxtà domum victuariarũ officinarum Regiarum, sed paulò post euersum. Et extra Claustrum elatum, vidi iacentem longum triginta quinque pedes, cuius singula latera, si benè memini, senos pedes lata perimetrum illius efficiebant 24. pedum. Alter verò in medio Hippodromo pro meta in hunc diem constat supra 4. teſseras aneas, latas quoquo versus ſeſquipedem, altas tantundem, ſuſtentatas baſi, & ſtylobatis; & paulò post, quibus in quadrum diſpoſitis totus Obeliſcus ſuſtinetur, cuius quidem quadrati ſingula latera lata sunt circiter 6. pedes, ab imo ad ſummum ſculpta notis Aegyptiacis.* Atque hunc Obeliscum à Theodosio Imperatore erectum, epigramma sequens

Descriptio Obeliscorũ Constantinopoli superstitum.

In-

In latere ſtylobatæ Occidentali Obeliſci, miſſum clarè demonſtrat:

ΚΙΟΝΑ ΤΕΤΡΑΠΛΕΤΡΟΝ ΑΕΙΧΘΟΝΙ ΚΕΙΜΕΝΟΝ ΑΧΘΟΣ,
ΜΟΥΝΟΣ ΑΝΑΣΤΗΣΑΣ ΘΕΟΔΟΣΙΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ,
ΤΟΛΜΗΣΑΣ ΠΡΟΚΛΟΣ ΕΠΕΚΕΚΛΕΙΤΟ ΚΑΙ ΤΟΣΟΣ ΕΣΤΗ,
ΚΙΩΝ ΗΛΙΟΙΣ ΕΝ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ πόδι.

Huius interpretationem, ſeù ſenſum videas in Orientali latere Obeliſci, pro ut ſequitur:

In latere Orientali inſcriptum ſequens epigramma Latinis literis, ſed paululum exeſis, ſed ut legere potui, ſic ſeſe habet:

DIFFICILIS. QVONDAM. DOMINIS. PARERE. SERENIS.
IVSSVS. ET. EXTINCTIS. PALMAM. PORTARE. TYRANNIS.
OMNIA. THEODOSIO. CEDVNT. SVBOLIQVE. PERENNI.
TERDENIS. SIC. VICTVS. DVOBVSQVE. DIEBVS.
SVB. IVDICE. PROCLO. SVBLIMES. ELATVS. AD. AVRAS.

Verùmtamen cùm vnus ex Porphyrite elaboratus hieroglyphicis careat, vti à veterum Ægyptiorum ingenio abſona, ita inter vltimorum Ægypti Regum opera meritò recenſendus. Examinatis itaque reliquijs Obeliſcorum, nihil reſtat, niſi vt à quibus ij erecti ſint, & à quibus Romam adducti, exploremus.

CAPVT VIII.

De Obeliſcorum Erectoribus in particulari, & quinam Obeliſci à ſingulis Ægypti Regibus ſint erecti.

ANtequam primam Obeliſcorum erectionem determinemus, nonnulla priùs hoc loco ſupponenda duximus; vt ſic diſcurſus redderetur ſolidior, & firmioribus argumentis inſtituti noſtri ratio fulciretur.

Longa vita primorum mundi poſt diluuium Patriarcharum.

Suppono itaque Primò, filios Chami, Chus, Miſraim, Phuth, Cainan, vti & filios Semi, tam longæuæ vitæ fuiſſe, vt nonnullos ad ipſa Iacobi, & Ioſephi tempora perduraſſe, in præcedentibus dixerimus; imò ipſum Semum fratrem Chami quingentis annis poſt diluuium vixiſſe, ipſæ ſacræ literæ apertè teſtanturlib. 11. Gen. Nam vt ſuprà quoque ex Arabum doctrina oſtenſum eſt, cùm tam fœcundam progeniem Ægyptus non caperet, vnumquemque ex filiis ſibi Prouinciam, totam proinde in varia dominia diſtributam, elegiſſe; Cùmque omnes dominandi ambitione tenerentur, ſingulos Regis ſibi titulum vendicaſſe, nominaque, neſcio quid diuinitatis redolentia adſciuiſſe, vndè deindè famoſum illud in Aegypto Deorum Regnum, quod in citata Oedipi parte fuſè deſcribimus, natum ſit; hi enim omnes traditiones patris Chami ſecuti, cùm in artibus & ſcientiis prorsùs ſimiles eſſent, non exiguę cõfuſionis Hiſtoricis prębuerunt occaſionem. Hinc Oſirin, Solem, Vulcanum, Mercurium, Mithram, Menam, Vexorem, Apim, Saturnum, quos alii diuerſis ſucceſſiuè temporibus, ego eodem ferè tempore vſque ad Abrahami ortum, nonnullos etiam

Deorum in Aegypto Regnum quodnam, & quale fuerit?

ad

ad ipsa Iosephi tempora diuersis Aegypti partibus, finitimisque Regionibus imperasse, clarè ex Orientalium traditione Scriptorum demonstro. Misraim verò, (à quo & Aegyptus מצרים *Misraim* dicta fuit.) cùm Authoritate, potentia, & ingenio summus esset, primùm Aegypto in formam Regni reducta, se Regem constituisse, multaque præstitisse, ob quorum admirationem passim à posteris diuinitatis honores sit consecutus; nunc Sol, modò Osiris, jam Mithras aut Mitres, nunc Saturnus, Apis, alijsque nominibus, diuersis nationibus vsitatis, insignitus; primus Aegypti Pharao. Quę nomina dùm ambitiosiùs sibi arrogantes posteri Reges vsurpant; historicos ferè omnes in summam confusionem deduxit maxima illa nominum æquiuocatio, quam in Oedipo nostro, quantum ingenij vires dederunt, euoluere conati sumus.

Misraim.

Primus Aegypti Pharao Misraim.

§. I.

De Obeliscis à Misra & Misramuthisi erectis, primis Ægypti Regibus.

MIsraim itaque (quem alij, vt suprà patuit, corruptè Mitrem, alij Mithrem, quidam Mespheem, aut Mesphrem vocant, nonnulli etiam cum Osiri, Api, Sole, Sothi, Cœlo, Saturno, & Mena cõfundunt) primum nos Aegypti Regem & Pharaonem constituimus. Qui, quomodò Duce Mercurio, animum adiecerit ad Obeliscos erigendos, quomodò etiam morte eius negotium impeditum, filio eius Horo (quem corrupte Mephramuthisin, nos verius Mesramuthisin, quasi diceres, ex Mesra, siuè Osiri, & matre Isi genitum, ex Aegyptiaco idiomate, restituimus) institutore eodem Mercurio executioni mandatum sit, fusè in præcedentibus Cap. 4. ostendimus. Quinam verò illi Obelisci fuerint, etsi certè determinari non possit, coniectura tamen haud exigua ducimur, ex maioribus haud quaquam fuisse, cùm vti fieri assolet, prima rerum principia verius à paruis originem suam, quàm à magnis sortiantur: succedentibus verò temporibus crescente Regum superbiâ, & magnificentiâ, semper maiores, & maiores non tàm hieroglyphicæ disciplinæ ostentandæ gratia, quàm ex insolentium molium magnitudine, gloriæ apud posteros sibi comparandę ambitione erectos fuisse. Verisimile itaq; videtur, primos Obeliscos fuisse ex ijs, quos nos inferioris classis ponimus, cujusmodi sunt Mahutæus, Mediceus, Monti-cælius, alijque Romæ superstites hisce similes. Hos enim omnes eodem tempore factos, cùm Characterum, tùm doctrinæ sub ijs latentis identitas, Characterumque similitudo luculenter demonstrat, videnturque fuisse veluti primæ, nouæque doctrinæ multiplicata quædam exemplaria. Cùm enim lapidis substantia durissima esset, & primis illis temporibus, quèis artes necdum ad tantam perfectionem peruenerant, ad laborandum difficilis

Mesramuthisis Aegyptiacè ⲙⲉⲥⲣⲁⲙⲟⲩⲑⲓⲥⲓⲥ, quasi diceres ex Misra & Isi genitus.

Mesramuthisis, minores erigit Obeliscos, & quinam illi.

lis videretur, hinc à paruis Obeliſcis eos incepiſſe veriſimile eſt; donec ars ſculptoria frequenti exercitio prouectior, tandem Reges magnificos ad majores ſemper, & majores lapides excindendos, inſtimularetur. Miſraim itaque, ſiuè quod idem eſt, Mitres aut Meſres primum fuiſſe huius negotij authorem, Plinius tradit: *Circa Syenen verò Thebaidis Syenites, quem ante pyropœcilon vocabat, trabes ex eo fecère Reges quodam certamine, Obeliſcos vocantes Solis Numini ſacratos. Radiorum eius argumentum in effigie eſt, & ita ſignificatur nomine Aegyptio. Primus omnium id inſtituit Meſtres*, (ita enim exemplar Vaticanum habet) *qui in Solis Vrbe regnabat, ſomnio iuſſus, & hoc ipſum ſcriptum eſt in eo.* Huic conſonant, quæ apud Arabum Hiſtoricos reperio, de prima Obeliſcorum inſtitutione; dicunt enim, vt ex citatis ſuprà patuit, Meſram primum fuiſſe, qui Obeliſcos erexerit, quos filius eius Meſramuthiſis, quem Nacraus vocant, miris operibus promouerit. Sic enim loquitur Salamas Ben Kamdaathi, in libro, quem hortum mirabiliũ mundi vocat: وقال الاول جبار ابن مصر ملك اسمه فقراوس دار الارض باعل مملكته حتي اعجبه مكان مصر وبناها وسماها باسم ابيه وسكنها واتقن الصنايع والحكم بها واقام الا سطقسات ونقش عليها كل علم جليل *Dicitur autem primus Gygas Aegypti fuiſſe filius Meſra Rex, nomen eius Nekraus; habitabat in terrã cum indigenis Regni ſui vſq; ad Agabak locum Meſra, vbi Ciuitatem ædificauit, quam & nomine patris ſui vocauit Meſra, quam & inhabitauit, varias artificioſas res in ea collocans; erexit quoque Columnas, in quibus incidit omnem Scientiam pulchram.* Quænam verò hæc Vrbs Solis fuerit, quænam Vrbs Meſra, & quonam tempore hæ fundatæ fuerint, fuſiùs ſuis locis declarabitur. Sufficit nobis hoc loco oſtendiſſe Miſraim, & filium eius Meſramuthiſin, inſtructore Mercurio fuiſſe primum Obeliſcorum erectorem; & Obeliſcos, quos erexerunt, fuiſſe ex minoribus, qui hodiè Romæ ſpectantur, & magnitudine, & literaturâ characterum æquales; cujuſmodi ſunt, quem Mahutæum, Mediceum, Monticælium, indigitauimus.

Miſraim primus Obeliſcorum erector.

Plinius lib. 36 cap. 8.

Horum exemplum ſecuti deindè non tantùm Reges, ſed & Sacerdotes paſſim animum ad ſimiles Obeliſcos ſimili characterum myſticorum forma adornatos adijciebant: vtpotè quæ non tantùm ad arcanarum rerum notitiam, ſed & amuletorum loco ſeruirent ad patriam à malorum incurſibus muniendam, vt ſuo loco fuſiùs oſtenditur; quinam verò hi Reges fuerint, ne ſciremus temporum inuidit antiquitas; donec tandem poſt exitum filiorum Iſrael ex Ægypto, cùm totum Regnum tam calamitoſo caſu interitus Ægyptiorum in mari rubro concuſſum, & quaſi deſtructum eſſet, Reges poſteri de Regno in priſtinum ſplendorem, & magnificentiam reſtituendo ſolliciti; omnibus modis laborarunt, vt auitam Religionem, ſacrificia, & literas à Meſra, & Mercurio traditas reſtituerent: opem ad hoc ipſis Sacerdotibus, qui traditam arcanam ſcribendi rationem illucuſque conſeruârant, impigrè ferentibus.

Sacerdotes quoque ex minoribus Obeliſcis, nonnullos erexerunt.

§. II.

§. II.

De Obeliſcis à Sothi, & Rameſſe filio eius erectis.

PRimus itaque Rex poſt mortem Moyſis, qui Aegypto in priſtinam magnificentiam reducta, Vniuerſæ ſumma cum poteſtate præfuit, fuit Menuptha, quem Euſebius Amenophis, Ioſephus Menophis, Africanus Amenophten, Arabes Omer appellant, nos veriùs iuxtà idioma Aegyptiũ ⲙⲉⲛⲟⲫⲣⲏ Menuphta vel Monupta, appellamus, quaſi diceres Deum Memphis, fuit hic magni animi vir, & paternarum traditionum aſſertor acerrimus, qui poſt 40. annorum regimen vitâ functus, Regni reliquit gubernacula filio ſuo Sothis, à nomine Mercurij, quem Ægyptij ϲⲱⲑⲓ *Sothi* vel *Sothis* appellabant, ita dicto. Eſt autem *Sothis* ſidus cæleſte, quod nos Caniculam appellamus, Mercurium autem in cœlum aſſumptum huius canis nomine intitulatum, ob ſagacitatem, inuentionumque varietatem humano generi neceſſariarum, alibi fuſiùs oſtendimus. Huius itaque nomine Sothis appellatus filius Menuphta, Patri animi magnitudine in nullo impar: Regnum adijt ducentis circiter iuxtà Euſebium annis poſt exitum Hebręorũ ex Ægypto, tempore videlicet Aoth & Othoniel Iudicum populi Iſraël; quem & corruptè Euſebius vocat Zethus, vel Zethos, quæ vox parum differt à Sothis. Hic itaque ſcientiâ, authoritate, & potentiâ inſtructus, Sacerdotum ope, hieroglyphicam doctrinam à prædeceſſore ſuo Sothis ſiue Mercurio Meſræ traditam, octo, vna cùm filio Rameſſe, Obeliſcis, quos in On, ſiuè Vrbe Solis, erexit, inciſam reſuſcitauit. Regem horum Obeliſcorum erectorem Plinius appellat *Sothu*, pro *Sothis*, vitio tranſcriptorum, qui facilè t in c mutare potuerunt; de quo tamen cùm dubitarem, manuſcripta Exemplaria Plinij, quæ in Vaticana Bibliotheca conſeruantur, conſulenda duxi, in quibus errorem manifeſtum detexi, ibidem enim loco *Sochis*, apertè nomen *Sothis* reperi, quod poſteà Mercatum quoq; obſeruaſſe memini, Atque hi ſunt Obeliſci, quorum duo Romam allati, reliqui duo Alexandriæ in Ægypto manſerunt; Regni coadiutor fuit filius eius Rameſſes, vti in hiſtoria Obeliſci huius demonſtrauimus, quem Theophilus Sethoſſos, Ioſephus, Sethoſis vocat, nos veriùs Rameſſes ϲⲱⲑⲓϲⲱⲥ Sothiſos, quod iuxtà idioma Ægyptiacum nihil aliud, niſi filium Sothis ſignificat. Hic vnà cum patre ſupradictos Obeliſcos erexiſſe, teſte Plinio l. 36. c 8. memoratur; Verùm de vtriuſque Regis molimine, audiamus verba Plinij: *Poſteà*, inquit, *& alij Regum in ſupradicta Vrbe, Sothis quatuor numero, quadragenum octonum cubitorum longitudine; Rameſſes autem, quo regnante Ilium captum eſt, quadraginta cubitorum*; ſcilicet, alios quatuor. Octo itaque hic habemus Obeliſcos à Sothi quatuor, & totidem à Remeſſe Sothiſos, hoc eſt, Sothis filio erectos; quales autem hi fuerint, nullâ ratione determinari poteſt, niſi per materiam, & thema, quod continent, & per menſuram, quam

Menuphta poſt Moyſen Obeliſcorum erector primus.

Sothis Rex Aegypti Obeliſcorum erector, à patre deſtinatorum.

Sothis quid ſignificet.

ϲⲱⲑⲓ-ϲⲱⲥ Filius Sothis Remeſſes Coadiutor Regni.

adferunt Authores ſingulis congruam. Confecit itaque Sothis vnà cum Rameſſe 8. Obeliſcos, quorum nonnulli altitudinem habebant 48. cubitorum, qui in palmos reſoluti, ita vt vnus cubitus duos palmos exæquet, provenient pro ſingulis Obeliſcis Sothis 96. palmorum altitudo, nonnulli verò cùm quadraginta cubitorum altitudinē obtinuiſſe à Plinio dicantur, hi reſoluti in palmos, dabunt ſingulis 80. palmorū ferè, ſi paucos demas, longitudinem. Quamuis verò Plinius 4. Sothi, & 4. Rameſſi attribuat, nos tamen inuenimus omnes communi, & promiſcuâ adminiſtratione, ab vtróque erectos. Videamus itaque, num ex menſuræ congruitate inuenire poſſimus erectores ſingulorum. Certè, vtſagaciter rem auſpicarer, omnium Obeliſcorum Romanorum exactam priùs in palmis menſuram accepi: & inueni quidem, Pamphilium Obeliſcum, cujus gratiâ totum hoc Opus molimur, in 74. ferè palmorum altitudinem excurrere, cui Barberinus, ille, inquam, quē Franciſcus Cardinalis Barberinus ex Circo Aureliani in Verano agro erutum à Curtio Saccoccia, in cuius vinea abdebatur, certâ pecuniæ ſummâ redemit, ſi non æquâ lonhitudine ſaltem præreliquis proxima reſpondet, quamuis baſis temporum edacitate conſumpta, exactam menſuram vt inuenirem, negauerit. Cùm itaq; nullum alium huius menſuræ inter Romanos Obeliſcos repererim, hos inter reliquos octo, duos eſſe, quos Sothis cum Rameſſe olim erexerat, haud improbabili conjecturâ convictus aſſero. Sed menſura ab Authoribus relata, vti incerta eſt, ita quoque non tantopere eidem, vt quiſquam confidat, velim. Neque enim Authores, niſi ex relatione aliorum, eam tradidêre, quòd verum eſſe monſtrant menſuræ Obeliſcorum Romanorum à Plinio relatę, quæ menſurationi à me ſummâ diligentiâ compertæ, vt poſteà dicetur, minimè reſpondent; pleriſque, vel ad oculum, vel vnà cum fulcris, aut ornamentis apici impoſitis, Obeliſcorū altitudinem metientibus. Sed neq; proportionē decuplam in omnibus exactam reperi, proportione in alio & alio à vero nunc deficiente, nunc id excedente. Sed ad propoſitū: Reliquos verò duos, aut in Ægypto remanſiſſe, aut diuturnitate temporis terra obrutos, notitiam poſterorum fugiſſe. Hos autem ſimiles ferè eſſe, & magnitudine, & doctrinà, quam continent, tunc videbitur, cùm explicationem ſingulorum auſpicabimur. E reliquis verò Obeliſcis, duos Romam aduectos, reliquos Alexandriæ remanſiſſe, ita oſtendo: Fuerunt nonnulli Obeliſci, teſte Plinio, longi quadraginta octo cubitorum, qui, vti dictum eſt, in pedes reſoluti, conficiunt nonaginta ſex palmos. Cùm verò inter cæteros duo ſuperſint hujus ferè magnitudinis, eos eoſdem eſſe, quos Sothis olim in Heliopoli erexerat, conjicimus, cùm nulli alij huius magnitudinis Romæ ſpectentur, niſi me proportio baſis ad altitudinem fefellerit; quæ non in omnibus tam accurata eſt; nam prior Campo-martius ſub terra adhuc latens loco fundamenti vicinorum ædificiorum ſeruit, ad cujus tamen aſpectum peruenitur per cellam ſubterraneam fabri cujuſdam lignarij, quem vnà cum inſcri-

Obeliſcus Pamphilius a Sothi erectus, vti & Barberinus.

Obeliſcus Campomartius à Sothi erectus.

ptione

ptione in Oedipo delineatum vide. Alter est Salustius, in hortis Ludouisijs hodiè adhuc superstes, vnà cum basibus paris ferè cum Campo-martio magnitudinis, quantum ex proportione, omnibus Obeliscis, communi, conijcere licuit; integros enim mensurare non valuimus, vtpotè superiori parte terrâ obrutâ. Reliqui duo verò Alexandrię adhuc superstites Geographia Arabica sequentibus verbis me docuit:

Alii volunt Obeliscum Salustium 60. tantum palmorum esse. quem nos 66. palm. ex proportione inuenimus.

وبالاسكندرية المسلتان فرعون وهما حجران على ظولهما مربعان وعلاهما اضيق من اسفلهما وطول الواحدة منها خمس قيم وعرض قواعدها في كل واحد من وجوهها عشرة اشبار محيط الكل اربعون شبرا وحكي صاحب كتاب العجايب انهما منحوتتان من جبل كريم في غربي بلاد مصر وعليها مكتوب انا بغمر بن شداد بنيت هذه المدينة

Kim mensura Arabibus vsitata 20. palmorum.

Sunt autem in Alexandria duo Obelisci, lapides videlicet quadrati, quorum partes altiores strictiores sunt inferioribus, & longitudo eorum quinque perticarum: basis verò in omni latere, seù facie decem palmorum est, & circuitus quadraginta palmorum. Sic enim hanc mensuram Arabes determinant, *Kim* arundo est constans 20. palmis, ducti itaque 5. in 20. faciunt præcisè centum palmos, altitudo duorum Obeliscorum, quæ reperiuntur adhuc Alexandriæ superstites, quæ præcæteris consonant proportioni basis ad altitudinem supra insinuatam, dùm diximus, latus basis in omnibus Obeliscis ferè decuplam esse altitudinis quòd & in hisce duobus Obeliscis memoratis clarè patet. Cùm enim latera singulorum sint decem cubitorum, necessariò altitudo eorum erit centum palmorum; quam monstrant quinque perticæ siuè arundines, quarum singulæ 20. palmorum. Cùm itaque Plinius dicat, Sothis cum Rameſſe ex octo quatuor Obeliscorum singulos quadraginta octo cubitorum, hoc est nonaginta sex palmorum fuisse, erunt duo Romani à duobus Alexandrinis non paucis palmis breuiores. Quæ discrepantia cùm me diù perplexum redderet, notaui tandem, Ægyptios tot us Obeliſci molem à basi vsque ad apicem pyramidij, centum palmorum longam statuisse, nos verò in Salustio, & Campo-martio Obeliscis 96. palmos tantùm à basi vsque ad pyramidion computasse: quod pyramidion cùm in dictis Obeliscis quatuor palmorum sit, ij additi ad 96. præcisè constituent 100. palmorum altitudinem, atque adeò quatuor illi Obeliſci Sothisij omnes eandem, quasi, habebunt 100. palmorum altitudinem; quibus cùm nulli alij æqualiores reperiantur, hi probabili cõiecturâ censendi sunt ij Obeliſci, quos, teste Plinio, Sothis in Vrbe Solis erexit: sed de hisce fusiùs in historia Obeliſci Pamphilij.

§. III.

De Obeliſco Rameſſæo, omnium, qui in Ægypto facti sunt, maximo.

POrrò Rameſſes filius Sothis, quem Eusebius Ramises, Iosephus Ramphes, Herodotus Rampsinitus vocat, cùm post obitũ Sothis patris Regni gubernacula adijsset, & necdum in dictorũ Obeliscorum erectione sibi

satisfactũ putârat, dignas tanto Rege cogitationes alto fouens pectore, animum adiecit ad erigendum alium, qui vnquam ad illud tempus visi erant, maximum, in cuius erectione 20. millia hominum laborasse feruntur, & quoniam verebatur ne in erectione tanta moles summo pondere frangeretur; proprium filium suum acumini alligari curauit, vt Architecti reuerentiâ filij, eiusque cõseruandi amore instimulati, cautiùs, circumspectiùsque tanti momenti opus peragerent. Sed audiamus verba Plinij l. 36. c. 8. & 9. *Ramesses*, inquit, *quo regnante Ilium captum est, quatuor Obeliscos erexit quadragenum cubitorum: idem digressus inde, vbi Mneuidis Regia, posuit alium longitudine vndecenis pedibus, per latera cubitis quatuor, opus id fecisse dicuntur viginti millia hominum; ipse Rex cùm subrecturus esset, vereretur que, ne machinæ ponderi non sufficerent, quo maiùs periculũ curæ Artificum denuntiaret, filium suum adalligauit cacumini, vt salus eius, apud molientes prodesset lapidi. Hac admiratione operis effectum est, vt cùm Oppidum id expugnaret Cambyses Rex, ventumque esset incendio ad crepidines Obelisci, extingui ignem iuberet molis reuerentia, qui Vrbis nullam habuerat.* Incepit autem hic Regni gubernacula quinto anno post mortem Aod, qui fuit quartus post Mosen Israëlitici populi Dux, anno 1310. ante Christi Saluatoris nostri ortum, Regno præfuit 66. annis iuxtâ Eusebium. Atque hic est celeberrimus ille Obeliscus, quem Sixtus Quintus ex circulo maximo, vbi à Constantino Imperatore olim fuit erectus, erutum ante Basilicam Lateranensem, ingenti ausu erexit anno 1588.

Ramesses omnium maximum Obeliscum erexit; filium, ope 20000. hominum cacumini alligari curauit, vt cautiùs in molis erectione se gererent Architecti.

Obeliscus Ramessæus ab Augusto in Circo maximo, à Sixto V. rcerectus in Campo Lateranensi.

§. IV.

De Obeliscis à Sesostri, & Momphencur erectis.

RAmessem secutus est secundùm nostram Chronologiam 118. post annis famosissimus Ægypti Rex Sesostris, siuè Sesosiris quod nomen idem est in lingua Ægyptiaca ac ϹΕϹΟϹΙΡΙϹ, id est, germen Osiris: omnium qui unquam præfuerunt Ægypto Regum potentissimus, cuius gloria tanta fuit, vt Darius Rex Persidis, cùm Memphi statuam suam Sesostri anteponere conaretur, à Sacerdote prohibitus fuerit, Regique causam prohibitionis suscitanti responderit, necdùm se Sesostris gloriam æquasse; vir excelsi animi, & totum sibi mundum subiugandi desiderio accensus, cujus gesta admiranda vide apud Diodorum. Confundunt quidam hunc Regem cum Sesach, perperam: cùm Sesostris Sesachum, siuè Susachim, multis ante sæculis præcesserit. Hic enim Ægypto præfuit eo ipso tempore, quo Iudices populum Israëliticum gubernabant, videlicet 22. annis ab excidio Troiæ, vti nos fusè in Chronologia nostra Ægyptia ostendimus: Sesach autem in tempora Salomonis, & Roboam incidit, quem plerique cum Simandio, siuè Smendi authoritate Eusebij confundunt. Sesostris igitur, vt vltimum gloriæ suæ complementum adderet, varia monumenta, prædecessorum suorũ gloriosa molimina sectatus, Sacerdotum instructione erexit: duos ab

Potentia Sesosiris Regis.

eo

eo erectos narrat Diodorus his verbis. *Duos præterea Obeliſcos ex lapide duro, vtrumque altum cubitis 120. in quibus tùm imperij magnitudinem, tùm multitudinem vectigalium deſcripſit, addidit & quas ſubegit nationes.* Plinius verò vnum ex iis Romam ab Auguſto tranſlatum, in Campomartio ſtatutum fuiſſe, altum 116. palmorum aſſerit. Cùm itaque Diodori Obeliſci à Soſoſtride erecti ferantur 120. cubitorum, hi in palmos reſoluti darent altitudinem 222. pedum, centum videlicet & duodecim palmis longiores ijs, quos refert Plinius; vndè vel inſignem errorem contigiſſe neceſſe eſt, vel Plinii Obeliſcum nequaquam illum eſſe exiſtimandū eſt, quem Soſoſtris erexit; accedit quod Diodorus ſuos in Thebis, Plinius ſuos Heliopoli erectos aſſerat: Prætereà quem Plinius in Campo Martio ab Auguſto erectum aſſerit eſſe 116. palmorum, ego centum tantum palmorum deprehendi: vndè varijs coniecturis agitatus, tandem concluſi, Obeliſcum illum in Campo Martio ſubterraneum, cujus veſtigia ex cella quadam vinaria adhuc conſpiciuntur, nequaquam Soſoſtris, ſed Sothis eſſe exiſtimo, vt paulò antè fuſè ex eiuſdem quantitate oſtendi. Plinium verò aut eius exſcriptorem, ex nominum affinitate, quam Sothis & Soſoſtris habent, deceptum, vnum pro altero ſcripſiſſe. Soſoſtris verò Obeliſcos in ruinis Thebaicis remanſiſſe, indè ſiuè magnitudine molis, ſiuè alijs de cauſis, minimè dimotos fuiſſe, ex Arabum deſcriptione colligo: ait enim Author horti mirabilium mundi, ſpectari ibidem duas ingentis magnitudinis columnas, quarum prior erecta centum cubitorum à baſi vſq; ad apicem, altera adeò vaſtæ magnitudinis ſit, vt loco dimoueri neſcia, omnem hominum laborem hucuſq; eluſerit. Verùm ne quidquam aſſerere videar non Authenticis teſtimonijs approbatum, verba Authoris Arabis adduco.

Obeliſci a Soſoſtr. erecti quanti, & quales.

قال المرخون لم ير احظم منه واقف على قاعده صوان وفوقه قاعده طول العمود مايه
ذراع بالعمل وثوره اربعون شبرا وانه قطع من جبل اسوان والعجب كيف حمل هذا
العمود

Salmas Author mirabilium mundi.

Columna, inquit, in Thebis aut Morgun, non eſt illa viſa maior, marmorea baſi fulcita, & ſuprà baſin longitudo eius eſt 100. cubitorum vſualium; & circuitus 40. palmorum, & dicitur quòd ſit exciſa ex montibus Aſuan, id eſt Thebaicis, & mirum ſanè eſt quomodò ad hunc locum tranſportari potuerit. Et paulò poſt ſic ait:

وفي جبل اسوان عندهم الحكما عمود اخر قدره ولم يفصلوه الى الان وذكر
المهندسون ان العمود لو وقع الى الارض واجتمع علمة اهل الدنيا ما قدروا ان يقيموه
ابدا

Eſt & in montibus Aſuan Columna alia a Sapientibus fabricata, quæ tamen loco in hunc vſque diem dimota non fuit, & memenerunt Geometræ, quod ſi caderet in terram, & congregarentur ad eam omnes incolæ mundi, nunquam eam erigerent eam. Si itaque vera ſunt, quæ Arabes dicunt, veriſimile eſt, illas à Soſoſtride fuiſſe erectas, vtpotè qui ijs tantùm operibus, quæ magnitudinem animi eius prorsùs æquarent, & apud poſteros admirationem ſui excitarent, non ijs quibus ſimilia iam alij ante eum Reges præſtiterant, intentum animum habebat. Quos itaque Diodorus Obeliſcos, Columnas Arabes dicunt,

cunt, quarum vna 100. cubitorum altitudinem, 40. verò palmorum periodum habere memoratur: qui numerus soli Columnarum Ægyptiarum, non itidem Obeliscorum proportioni, quorum altitudini ad latus basis decuplam suprà ostendimus, optimè quadrat. pari pacto Obeliscos illos, quos Diodorus Sesostrin erexisse meminit, non Obeliscos, sed Columnas fuisse, indè vt credam, inducor; primò, quòd nullus Obeliscus 120. cubitorum, siuè 180. pedum, vel quod idem est 222. palmorum, quales Obeliscos Sesostris fuisse scribit Diodorus, ab Authoribus memoretur, neque enim vllus vnquam maior visus est Ramessęo 148. palmorũ. Accedit huic, quod Diodorus asserat, in iis descriptam fuisse magnitudinẽ Imperii Sesostris, vectigaliumque multitudinem, similiaque, res ab eo gestas, spectantia, quod de Obeliscis nullâ ratione, vti fusè in sequentibus ostendemus, dici aut potest, aut debet; cùm in Obeliscis non nisi arcana maxima, & solis Sacerdotibus, primoribusque Regni nota, incidi solerent; in solis verò Columnis res publicæ, & gesta Regum, linguâ & characteribus omnibus notis, inscribebantur. Patet sanè luculenter, Obeliscos illos, à Diodoro relatos, minimè Obeliscos, sed Columnas fuisse, neque Obeliscum ab Augusto in Campo Martio erectũ, Sesostris, sed Sothis aut alterius cuiuspiam, quicquid dicat Mercatus, opus fuisse, iam in præcedentibus ostensum fuit, nisi fortè dicamus, Sesostrin præter Columnas Obeliscos quoque erexisse, quod vti à magnitudine animi eius non discrepat, ita non facilè negauero.

§. V.

De Obeliscis à Momphercur Pharaone erectis.

POst Sesostrin secutus est Momphercur Pharao, quem Herodotus Feronem; Eusebius Amenophis, alii filium Sesostris volunt esse: erexit hic Patris exemplum secutus Obeliscum post Ramessæum omnium maximum, etsi rasum, & hieroglyphicis destitutum, quem Sixtus V. ex Circo Vaticano, vbi eum Caius Caligula, & Nero, collocauerant, translatum; in Campo Vaticano ante Ecclesiam S. Petri, ausu omnibus seculis memorando, erexit. Nomen erectoris primi fuit Monphercur, hoc est, dominator Memphis, quod idem sanè est, quòd Amenophis, siuè Monuphta, hoc est, Numen Memphis. *Mon* enim, aut etiam *Mef*, vel *Monph*, in lingua Ægyptiaca *Memphim* vti in Chronographia Ægypti docuimus; *hercur* verò, vti ex Dictionario nostro Ægyptiaco patet, *dominatorem* significat; Hinc corruptè hoc nomen Eusebius *Nephercheres* reddidit, quod paucis literis immutatis ad genuinam Originem suam traducitur, hoc pacto *Mephercur*, vel *Monphercur*, quasi diceretur *Mephercheres*. Hunc Plinius vocat *Noncorium*, corruptum quoque, vti omnia similia nomina; non tamen ita remotum à nostro etymo nominis *Monphercur*, vt ad illud reuocari non possit

μωνφ-
ϭερ-
κωρ ⁘

ſit, vti vnum cum altero comparanti patebit; ſunt enim affinia *Monpher-cur*, & *Moncur*; quaſi diceres, contracte *Monphcur* vel *Monphercur*, dici enim vix poteſt, quanta in eiuſmodi nominũ à varijs relatorum etymologiam irrepſerit corruptio. De hoc Monphercure, quem ipſe corrupte Noncorium vocat, ita refert Plinius l. 36. c. 11. *Tertius Romæ in Vaticano Caij & Neronis Principum Circo, ex omnibus vnus omninò fractus eſt in molitione, quem fecerat Seſoſtridis filius Nuncorius; eiuſdem remanet & alius centum cubitorum, quem poſt cæcitatem viſo reddito ex oraculo Solis ſacrauit.* Variæ ſunt Controverſiæ circa verba hæc Plinij ob diuerſitatem ſenſuum, quæ in Vaticanis exemplaribus leguntur, quæ poſt Mercatum, Gelenium Pigafettam à me recogniti, ſic ſe habent: *Plinius lib. 36 c. 11.*

Primum, ita habet: *Ex omnibus vnus factus imitatione eius, quem fecerat Seſoſtridis filius Noncorius.* Variæ lectiones circa Obeliſci Noncorij erectionem.

Secundum, ſic: *Ex omnibus illius ſtratus imitatione, quem fecerat Seſoſidis filius Nuncorius.*

Tertium, ſic: *Ex omnibus vnus fractus imitatione eius, quem fecerat Seſodis filius Nonchorius.*

Quartum: *Ex omnibus fractus in mollitudine, quem fecerat Seſoſidis filius Noncorius.*

Quintum: *Ex omnibus fractus in molitione eius, quem fecerat Seſotidis filius Nuncorius.*

Sextum: *Ex omnibus vnus omninò fractus eſt in molitione, quem fecerat Seſoſidis filius Noncorius.*

Si verus ſenſus eſt primi exemplaris, ſequitur falſam eſſe relationem Plinij, videlicet, Obeliſcum hunc non à Nuncorio, ſed ab alio quodam Rege erectum eſſe. Secundi exemplari ſenſus, vti difficilis eſt captu, ita jure veluti ſuo reprobandus. Tertium exemplar monſtrat plures à Noncorio erectos Obeliſcos in erectionis negotio fractos eſſe, quod contradicit Plinio. Quartum oſtendit, Obeliſcum fuiſſe materiæ friabilis, & proindè ruptũ, quod dici nullâ ratione poteſt. Quintum, & Sextum aperte aſſerunt fuiſſe in ipſo erectionis opere confractum, quam ſententiam nos veriſimiliorem acceptamus. Fractum enim fuiſſe hunc Obeliſcum in ſuperiori ſui parte, præter inditia manifeſtæ rupturæ, ipſa quoque proportio Obeliſci luculenter oſtendit; cùm longitudo ad baſis latus minimè decupla, ſicuti in omnibus aliis Obeliſcis, reperiatur. Quòd ſi vllum certè luculentiſſimum indicium eſt alicuius in ſuperiori Obeliſci parte rupturæ factæ, cùm enim dicti Obeliſci baſis 12. palmorum comperiatur, altitudo eius juxtà decuplam proportionem, quam infima Obeliſcorum latitudo ad altitudinẽ eorundem habet, 120. pedum foret. Cùm jam verò altitudo eius non reperiatur niſi 108., juxtà proportionem omnibus Obeliſcis communem pars abrupta, neceſſariò fuit 12. palmorum alta. Quòd verò in prima ſui erectione ruptus ſit, ex verbis Plinij conſtat; *vnus ex omnibus fractus in molitione*; cùm nul- Obeliſcus Vaticanus non eſt integer.

nullus alius è reliquis Regibus Obeliſcis in erectione rupturam paſſus ſit, niſi hic Noncorius: quod & videtur tanquam rem memoratu dignam referre: Quanta enim diligentia Reges in erectione Obeliſcorum vſi ſint, ſuprà patuit ex Obeliſco Rameſſis, qui vt cautiùs agerent Architecti, opuſque incorruptum aſſurgeret, proprium filium cacumini alligaſſe, teſte Plinio, fertur, vt Regiæ Sobolis periculum imminens, integritas eſſet Obeliſci. Quòd verò Herodotus, & Diodorus aſſerant, Obeliſcos à Noncoreo erectos centum cubitorum fuiſſe, id vel mendum eſt, vel ita intelligendum, vt ab infima baſi Obeliſci, quam plerumque proportionatam altitudini faciebant, vſque ad apicem, computentur centum cubiti. Verùm vti multa alia, ita & hunc locum in dictis Authoribus corruptum cenſeo.

Mompher-cur quando erexerit Obe liſcos.

Sunt autem à principio Regni Sothis, vſque ad initium Regni huius Regis Monphercur 154. anni, à Rameſſis Regni principio 99. à Seſoſtris patris 33., quæ tempora in annum ferè 1237. poſt diluuium, in 45. ferè annum poſt Troianæ Vrbis excidium incidunt. Atque hic Noncorius primus fuit, qui raſi Obeliſci erector, cùm præcedentes Reges omnes Obeliſcos literatos erexerint; quod mirum alicui videri poſſet, cùm eo tempore hieroglyphica doctrina maximè floruerit, & Reges potentiſſimi animos Sacerdotum, ad ſtudiorũ promotionem maximis promiſſis excitarent. Verùm de Obeliſcis raſis, eorumque myſteriis fuſè in ſequentibus.

§. VI.

De Senniſerteo, ſiuè meliùs Pſammo Ammirteo, aut Pſammirtao, eiuſque Obeliſco.

POrrò poſt Monphercorem, ſiuè Nuncorium vſque ad Regem Pſammum 400. annorum ſpatio, maximè hieroglyphicam literaturam viguiſſe, ſuo loco demonſtrabimus; quo à Sacerdotibus multa & maxima monumenta hieroglyphica, vti Statuæ, Columnæ, aliaque ſimilia conſtituta ſunt, præſertim regnante Simendio, quem nos juxtà ſuum genuinum nomen Σιμενδης *Simendes* hoc eſt, Hircum ſacrum nominamus. Pſammus itaque Rex, quem alij nunc Pſammitem, iam Pſammenitum, modò Senneſerteum vocant, nos Pſammirtao vocamus, Obeliſcum hieroglyphicis notis ſpectabilem erexit Heliopoli, quem indè poſteà translatum Auguſtus Romæ in Circo maximo erexit, quem varijs quoque dein temporum calamitatibus terrâ obrutum Sixtus V. erutum ante ædem B. Virginis, vulgò *del popolo*, erexit. De quo ita Plinius: *Is autem Obeliſcus, quem D. Auguſtus in Circo Maximo ſtatuit, exciſus eſt a Semneſerteo, quo regnante Pythagoras in Aegypto fuit, 125. pedum, & dodrantis præter baſin eiuſdem lapidis.* Putat igitur Plinius hunc Obeliſcum à Semeſerteo fuiſſe erectum, eumque fuiſſe vltimum Regem poſt deuaſtationem Ægypti factam à Cambyſe. Verùm, qui

Hieroglyphicorum ſtudiũ hoc ſeculo maximè floruit.

Plin. l. 36 c. circa finem.

Chro-

Chronologias veterum exactiùs fuerit rimatus videbit, hæc sibi consistere nullâ ratione posse. Cùm plerique Amasim vltimum Regem constituant, eumque tam perturbato tempore regnasse, vt de Obeliscis non dicam erigendis, sed ne cogitandis quidem animum adijcere potuerit. Accedit, quòd tunc temporis hieroglyphica doctrina, veluti interitui proxima, plurimùm de pristina dignitate perdiderit, neq; ampliùs floreret, imò pauciſſimi etiam ex Sacerdotibus essent, qui eam exactè callerent, idque ex injuria extraneorum Regum Æthiopum, qui Ægypto dominabantur, quorum & durante Dynastia, Monarchia Ægyptiorum ad Persas translata vnà cum Sapientia à Vetribus tradita, quasi interijt. Quomodo igitur Senneserteus vltimus Regum tam exiguo tempore, & in tanta perturbatione rerum, hunc Obeliscum erigere potuerit, non video. Vndè cùm viderem huic Plinij narrationi dicta consentire minimè posse; meque inextricabiles difficultates vitare non posse, hoc æstu agitatus, tandem omni antiquitate consulta inueni, hunc Obeliscum non ab vltimo Rege Senneserteo, sed à Rege Psammirtao erectum fuisse, cùm præterea nossem genium Ægyptiorum fuisse nomina, quæ Regibus imponebantur, vt plurimum fuisse composita, vt in nominibus Mesramuthisis, Sothosis, Manuphta, Monphercur, Simendes, alijsque patuit, & in Chronographia nostra Ægyptiaca fusè ex Ægyptiacæ linguæ origine docebitur, tandem deprehendi, Senneserteum, ita enim in exemplari Plinij Vaticano legitur, nomen fuisse ex Psammos, & *Amirteo* compositum, quasi diceres, Psammirteo; & deindè corrupta, vt omnia alia Regum nomina *Senneserteo*, vel Semmiserteo dictũ, certè Dynastiæ XXIII. tertium Regem Ctesias apertè vocat Amirteum. Vixit autem secundùm nostram Chronologiam Ægyptiam hic Rex 1527. circiter annis post diluvium, circa principium Olympiadum, & conditæ Vrbis; à Sesosiris imperio quasi 340. annis. Atque hic Psammirtao, vel Semmiserteus eo ipso tempore, quo summè in Ægypto florebant disciplinæ hieroglyphicæ, Obeliscum illum erexit in Heliopoli, quem Augustus indè translatum in Circo maximo erexit, quem post secundam ruinam indè erutum, ante portam Flaminiam, siuè ædem B. Virginis, vulgò *del popolo*, altitudinis 110. palmorum spectabilem erexit Sixtus V. Vnde miror, quid Plinio in mentem venerit, quòd altitudinem eius 120. pedum asserat; quòd si verum esset, iam superaret Obeliscum Rameſsæum. Sed qui Plinium attentè legerit, eundem in multis similibus deliquisse, reperiet. Quæ omnia fusè à nobis ex Orientalium Scriptorum fragmentis demonstrabuntur, quare hæc tantum indicasse sufficiat. Quid verò de interpretatione hujus Obelisci ab Hermapione facta, & ab Ammiano Marcellino citata, sentiendum sit, ex professo decidetur in sequentibus suo loco.

§. VII.

De Obeliſcis à Simarre, Aphrie, & Nectabi erectis.

HVnc Nuncorium alij Reges multo poſt tempore ſecuti, Simarres, & Apries, vel meliùs Vaphrius, raſos ſimiliter Obeliſcos erexerunt; ſic Plinius: *Sunt & alij duo, vnus à Simarre poſitus, alter ab Eraphio, lege Vaphrio, vel Aphrio, ſine notis quadrangulis octonũ cubitorũ*, quos ad Mauſolæum à Claudio poſitos, teſte Strabone, vnum eorum; deindè Sixtus V. ad collem Exquilinum translatum ante ædem B. Virginis erexit ſine notis conſpicuum, altero ſub Eccleſia D. Rochi ſepulto. Fuit, & alius raſus erectus à Nectabo Rege, de quo ita Plinius: *Alexandriæ ſtatuit vnum 80. cubitorum Ptolomæus Philedelphus, quem excederat Nectabis Rex purum; maiùſque opus fuit in deuehendo, ſtatuendoque multò, quàm in excidendo. A Satyro Architecto aliqui deuectum tradunt rate.* Et paulò poſt: *Exciſos autem ſex tales in monte eodem, & artificem donatum talentis quinquaginta. Hic autem Obeliſcus fuit in Arſinoe poſitus à Rege ſupradicto, munus amoris in Coniugem, eadem que Sorore Arſinoe. Indè eum naualibus incommodum Maximus quidam præfectus Aegypti tranſtulit in forum reciſo cacumine, dùm vult faſtigium addere auratum, quod poſteà omiſit.* Quinam verò hi tres Reges Marres, Eraphius, & Nectabis raſorum Obeliſcorum erectores fuerint, magna inter Chronologos controuerſia eſt. Nos relinquentes vnicuique ſuam opinionem, dicimus Smarrem fuiſſe eundem cum Simarre Æthiope; quem nos primum Dynaſtiæ XXVI. ponimus, eumque facimus Manaſſi Regi Iſraël, & Numæ Pompilij ferè Synchronum. Hic enim cùm alienigena eſſet, nec hieroglyphica calleret; nihilominùs ne prædeceſſoribus ſuis inferior eſſet, Obeliſcum quoque erigere voluit, ſed ſine notis. Eraphius verò, quem, & nos Euſebium ſecuti Apries, alij meliùs Vaphrium vocant, eiuſdem Dynaſtiæ Æthiopicæ ſecundus Rex, alium ſine notis Obeliſcum erexit; incidit hic iuxtà noſtram Chronologiam in tempora Danielis Prophetæ. Nectanabus verò, quem Herodotus Necum, nos Nectao, Euſebium ſecuti, vocamus, tertius fuit Æthiopicæ Dynaſtiæ Rex, à quo Ioachaz Rex Iſraël occiſus eſt anno poſt Romam conditam 146. Patet itaque omnes raſorum Obeliſcorum, excepto Nuncorio, Erectores Reges origine fuiſſe Æthiopes, quòd & teſtati videntur, dùm Obeliſcos ſine notis erigunt: & apparet, quòd Sacerdotes arcanam ſuam literaturam alienigenis Regibus, vel non manifeſtandam; obrationes, quas alibi aperiemus, duxerint; vel quòd Reges illam, vtpote cuius incapaces erant, neglexerint, ſolo muto illo Obeliſci myſterioſo ſchemate contenti. Sunt qui uelint Vaphrium Regem, paulò ante citatum, temporibus Salomonis vixiſſe, Literæque à Pineda & Saliano circumferuntur, Salomonis ad Vaphriũ, & huius ad Salomonem; quas hic apponendas duxi.

Plin. l. 36. c. 9.

Altero in ruinis dicti Mauſolei adhuc latente.

Plin. loco cit.

Aphrium fuiſſe eũ Regem.

Cur raſos Obeliſcos erexerint Reges Aethiopes.

Sa-

Salomon Rex Vaphrio Aegypti Regi amico paterno Salutem.

NOueris me ſummi Numinis beneficio Regnum à Dauide patre accepiſſe, à quo Templum DEO cæli, terrarumque Molitori ædificare iuſſus fuerim, ſimulque abs te per literas petere, vt ad me ex Regni tui hominibus, fabriſque mittas, qui ſuam mihi operam nauent, donec, vti par eſt, cuncta, prout iuſſus ego ſum, accuratè perfecero.

Reſponſum Regis Vaphrij ad Salomonis literas.

LIteras tuas ſimul atque perlegi, cùm ingentem animo cæpi lætitiam, tùm genialem cum vniuerſo exercitu, populoque meo diem egi, quòd à Viro optimo, tantoque Numini probatiſſimo Regnum acceperis. Quòd autem à nobis homines, fabroſque poſtulas, eorum octoginta millia ad te miſi, quorum etiam natalem tibi ſolum indicare iuuat. Ex Sebrithide præfectura 10000., *ex Mendeſia & Sebennitide* 20000., *ex Buſiride, Leontipolitide, & Bathritide* 10000. *numerantur, ſupereſt, vt ijs, quæcunque opus fuerint, abundè ſuppeditari cures, partim, ne quid inter eos turbarum excitetur; partim, vt ædificatione peracta, ſalui ad ſuos, incolumeſque reuertantur.* Sed hæc παρέργως.

Demùm nos Vaphrium Obeliſci erectorem poſterioribus temporibus floruiſſe, hiſtorijs magis conſentaneum amplectimur.

Vidiſti itaque hucuſque Lector, quomodo à Miſraim Hieroglyphica diſciplina Authore Mercurio promota, erigendorumque Obeliſcorum mos nullo non tempore promotus fuerit; non tantùm à Regibus, qui maioribus tantùm erigendis animum adijciebant, curâ minorum erigendorum Sacerdotibus alijſque dignitate conſpicuis hominibus relictâ: quo adeò invaluiſſe hanc conſuetudinem conſtat, vt vix vllus Ægypti locus eſſet tam exiguus, qui non Obeliſcis ornaretur. Atque hæc ſunt, quæ de primis Obeliſcorum Erectoribus præmittenda putauimus, vt ſeries temporum Hieroglyphicæ diſciplinæ propagationi vndequaque reſponderet. Ex quibus patebit, raſorum Obeliſcorum Erectores fuiſſe ex vltima Dynaſtia XXVI. Æthiopum, Ægyptiorum vltima, vergentibus paulatim ad interitum diſciplinis Sacerdotalibus, Regumque magnificentia, litterarumque ſacrarum promouendarum ardore extincto. Viſis itaque primis Obeliſcorum Erectoribus, iam ordinis ratio poſtulare videtur, vt & de ſecundis Erectoribus, qui fuerunt Imperatores Romanorum, agamus, vt ſic in opere noſtro εὐμεθοδίας progrediamur.

Multitudo Obeliſcorum in Aegypto.

CAPVT IX.

De ſecunda Obeliſcorum, poſt ruinam à Cambyſe Aegypto illatam, erectione.

§. I.

De Obeliſcis Auguſti Romæ erectis.

Cambyſes Aegyptum occupat, omnia euertit.

ANno ab V.C. 189. Cambyſes Perſarum Rex, violentiâ armorum potitus Ægypto, ſuſque deque vertit omnia, primò in Religionis ſæuiens monumenta, templa ſuccendit igni, aras euertit, Sacerdotes occidit, Obeliſcos igne & flammâ ita aduſſit, vt etiamnum vlcricium flammarum cicatrices veluti commiſſæ truculentiæ, & feritatis veſtigia circumferant. Quam ingentem Aegypti cladem mox ſecutus eſt, quaſi totalis Sacerdotalium diſciplinarum interitus; durauitq; miſeranda hæc deuaſtationis facies,

Auguſtus Aegyptum occupat, Obeliſcos ex Aegypto delatos Romæ erigit.

vſque ad tempora Octauiani Auguſti, qui decimoquarto Imperij ſui anno, Aegypto in populi Romani poteſtatem redactâ, cùm varia à varijs de magnificis veterum Agyptiorum operibus, & monumentis inaudiſſet, atque ipſe Vir excelſi animi eſſet, & veterum geſta ardenter imitari deſideraret, vt aliquam æternæ Vrbi, & nouitatem, & ornamentum adferret, duos ex maioribus, qui integri reperiebantur, Heliopoli per Nilum Alexandriam primò, deindè huc Romam aſportari curauit, quorum priorem à Rege Pſammirtao, corruptè Senneſerteo, olim erectum Heliopoli, in Circo maximo denuò erexit, eumq; Soli, veteres æmulatus, dicauit: Alterum in Campo Martio à Sothis Rege, (quem alij Zethum, vel Seſoſtri vt alij volunt, appellant) primò Heliopoli erectum, cuius veſtigia adhuc per cellam quandam, ſiuè cryptam ſubterraneam apparent, conſtituit. Atque hic eſt celeberrimus ille Obeliſcus, qui loco gnomonis per vmbram horas in vaſtiſſima area æneis lineis incilas, atq; à Manilio Mathematico delineatas, oſtendebat;

Plinius.

Verùm audiamus ipſa verba Plinij l. 36. c. 10. *Et Obeliſco, qui eſt in Campo Martio, D. Auguſtus addidit mirabilem vſum, ad deprehendendas per Solis vmbras dierum ac noctium magnitudines, ſtrato lapide ad Obeliſci magnitudinem, cui par fieret vmbra Romæ confecto die ſexta hora, paulatimque per regulas (quæ ſunt ex ære incluſæ) ſingulis diebus decreſceret, ac rursùs augeſceret, digna cognitu res, & ingenio fœcundo. Manilius Mathematicus apici auratam pilam addidit, cuius vertice vmbra colligeretur in ſemetipſam, alia atque alia incrementa iaculantem apice; ratione, vt ferunt à capite hominis, intellecta. Hæc obſeruatio triginta iam ferè annis non congruit, ſiuè Solis ipſius diſſono curſu, & cæli aliqua ratione mutato, ſiuè vniuerſa Tellure aliquid à centro ſuo dimota, vt deprehendi, & in alijs locis accipio, ſiuè vrbis tremoribus, ibi tantùm gnomone intorto, ſiuè inundationibus Tiberis ſedimento molis facto, quamquam ad altitudinem impoſita rei in terram quoque dicantur iacta fundamenta.*

Obeliſcus Campomartius horas deſignat.

Obeliſcus 30 ab erectione ſua annis non amplius recte monſtrat.

Et

Et quandoquidem multi iam dudum à me rationem huius operis petierunt, illud in gratiam curiosorum paulò fusiùs deducam. Et ante omnia tria nobis in hoc horologio demonstranda sunt genera horarum. Secundò, longitudo vmbræ iuxtà diuersorum temporum, horarumq; rationem consideratæ. Tertiò, ipsa forma horologij. Genus horologij fuit haud dubiè illud antiquum, quo omnes veteres vsi sunt; quod singulos totius anni dies ac noctes diuidit in duodecim æquales horas, siue eæ fuerint longæ, siuè breues; hoc à modernis dicitur horologium horarum inæqualium, non quòd horæ ad vnum diem comparatæ sint inæquales, sed quòd horæ huius Sciaterici ad diuersos anni dies comparatæ sint inæquales. Nam hic Romæ minimus arcus diurnus nouem horarum, olim diuidebatur in duodecim horas æquales; & arcus diurnus maximus quindecim horarum pariter in duodecim æquales diuidebatur horas; hinc fiebat, vt duodecim horæ arcus diurni minimi essent, quasi dupli minores, horis duodecim arcus diurni maximi. Hinc singulæ horæ arcuum diurnorum Australium, omnes minores erant horis duodecim singulis, in quas arcus Boreales diuidebantur, donec tandem in æquinoctiali æquarentur; atque in hoc consistebat horarum antiquarum inæqualitas; quæ de noctibus quoque intelligenda sunt. Hora verò sexta, de qua Plinij textus loquitur, semper ostendebat horam meridianam, quo momento vmbra istius diei erat minima, quæ vt in alijs horologijs ab ortu continuò vsque ad meridiem crescebat, deindè eadem, quâ creverat proportione, versus occasum decrescebat. Quantam verò vmbram proijceret singulis horis, ex sequenti tabula addisces, in qua quantitatem vmbræ reperies Sole in Cancro, Ariete, vel Libra, & Capricorno constituto.

Descriptio Horologij in Campo Martio Augusti erat.

Obeliscus itaque in Campo Martio ideò ab Augusto erectus, vt quem Soli dicauerat, is Solis operationibus exhibendis deputaretur; hic ex Superiorum demonstratione, à plano horizontali vsque ad supremum terminum Sphæræ, quam auratam vertici imposuit Manilius Astronomus, tunc temporis Mathematum notitia celebris, gnomonis siuè Indicis dedit longitudinem; ipse Obeliscus, siuè radius continebat, vt suprà patuit, centum ferè palmorum longitudinem, cui si accedat altitudo abaci, supra quem fundabatur, qui tempore Iulij II Pontificis in Campo Martio detectus, inventus est habere septem pedum altitudinem, Mercato teste oculato, qui in palmos resoluti dant duodecim ferè palmos, quibus si Sphæra tripalmaris accedat, dabit totus Obeliscus à plano horizontali vsque ad vltimum Sphæræ auratæ terminum 115. palmos, atque hæc est totalis longitudo Obelisci, siuè gnomonis, quo horæ in singulos dies demonstrabantur, quo exactè explorato totius quoque horologij formam habebimus necessariò; vt igitur scias quantitatem vmbrarum singulis horis Sole in ♋, ♎, ♈, & ♑ constituto, competentium; sequentem tabulam calculauimus, ex qua dicto citiùs quantitatem vmbrarum singulis horis congruarum reperies; in partibus qualium totus gnomon, id est, Obeliscus, habet 12.; quæ facilè in pedes, aut palmos per regulam proportionum resoluentur.

Altitudo Obelisci, seu gnomonis huius horologij.

Ta-

Tabula quantitatis Vmbrarum, quas Obeliſcus Campomartius Sole in ♋, ♈, ♎, & ♑, conſtituto proijciebat: partes verò dictarum vmbrarum tales referunt, quales ipſe Obeliſcus, ſiuè ſtylus habere cenſebatur duodecim.

Horæ A. Mer. / P. Mer.	VI.	V. VII.	IV. VIII.	III. IX.	II. X.	I. XI.
Par. Obel.	Par. Min.	Par. Min.	Par. Min.	Par. Min.	Par. Min.	Par. Min.
♋	4 0	5 51	9 3	14 50	26 57	61 44
♈ ♎	10 48	11 39	14 18	19 27	29 57	62 44
♑	26 20	28 58	32 58	39 15	51 49	85 23

In primo huius tabulæ ordine ſunt partes vmbrarum, qualium totus Obeliſcus eſt duodecim, ſingulis horis reſpondentes, Sole in ♋ conſtituto. Secundus ordo continet partes vmbrarum Sole in ♈ & ♎ conſtituto. Tertius ordo verò continet vmbrarum partes Sole in ♑ conſtituto ſingulis horis reſpondentes; v. g. Sole in ♋ conſtituto horâ meridianâ, ſiuè VI. vmbra Obeliſci erat quatuor partium talium, qualium totus Obeliſcus à plano terræ vſque ad vltimum verticem habebat 12. 0. Iterum horâ meridianâ Sole in ♑ conſtituto vmbra Obeliſci erat 26. plùs 20. min partium talium, qualium Obeliſcus erat 12.; Cogitantur autem ſingulæ duodecimæ partes iterum in alias centum partes diuiſæ, ita vt minuta ſint centeſimæ partes ſingularum partium duodenarum.

Ratio fabricandi iſtiuſmodi horologium.

Dato itaque gnomone, & datis vmbrarum longitudinibus, neceſſariò horologij formam aſſignabimus; ſi enim, ducta priùs linea meridiana, ex aſſignato loco ſtyli iuxtà tabellam ſumas quatuor partes, in quales totus Obeliſcus ſcù gnomon diuiſus eſt 12. eaſque in lineam horæ VI. ſiuè meridianæ transferas, aſſignabunt illæ dictæ quatuor partes punctum tropici in meridiano, ſiuè punctum, in quod meridiana Obeliſci vmbra incidit, Sole in primo ♋ gradu conſtituto, quæ quidem vmbra longitudinem habebit quaſi 38. palmorum. Si verò quinque partes, cum 51. minutis tales, qualium totus gnomon eſt 12. in horam V. antè meridiem, & VII. poſt meridiem ex loco ſtyli tranſfuleris, dabunt illa tibi puncta Tropici Cancri, in dictis horarum lineis; non ſecùs puncta Tropici Cancri inquires in reliquis horarum lineis. porrò ſi decem partes tales, qualium Obeliſcus eſt duodecim, cùm 48. minutis in lineam meridianam tranſfuleris, dabit tibi terminus punctum, in quod vmbra Obeliſci incidit, Sole in Ariete vel Libra conſtituto. Si denique 26. partes cum 20. minutis transferas in lineam meridianam, tales videlicet, in quales totus Obeliſcus eſt diuiſus 12. dabit tibi terminus punctum, in quod meridie incidit vmbra Obeliſci, Sole in Capricorno conſtituto, quæ vmbra duplo maior erit Obeliſco; & inſuper ½, id eſt, duabus

bus duodecimis; id est, in linea meridiana à loco styli occupabit vsque ad tropicum Capricorni 249. circiter palmos.

Habitis punctis Tropicorum, & æquinoctialis in linea meridiana, reliquas horas singulas terminabis iuxtà partes vmbrarum in tabella singulis horis adscriptarum. Et quoniam hora duodecima in hoc horologio incidit in ortum vel occasum Solis, vmbra Obelisci necessariò erit infinita; vti in omnibus gnomonibus in horizontali plano erectis videre est, ad ortum vel occasum Solis, consequenter hora duodecima in hoc horologio determinari non poterat: prima igitur hora huius horologij erat hora I. vltima verò diei erat II., quæ Sole in Cancro constituto habebat vmbram Obelisci 61. partium, & 44. minutorum, tales, quales Obeliscus constituebat duodecim, quæ in palmos resolutæ dabant 527. palmos, & tanta erat vmbra, quæ Sole in Cancro constituto feriebat horam I. & II. Has eadem horas Sole in Ariete, vel Libra constituto feriebat vmbra 536. palmorum. In Bruma verò vmbra hora I. & II. habebat 85. tales partes, quales Obeliscus habebat 12., eratque vmbra 710. palmorum. Duplicetur æquinoctialis vmbra hora I. & II, & habebis 1072. palmos, horologij longitudinem quæsitam. Latitudo verò meridiana erit 212. palmorum. Quæ omnia Mathematico ratiocinio ex præcognita gnomonis magnitudine deduximus, vt proindè de rei veritate nemo amplius dubitari possit, inuenimus autem locum Horologij in Campo Martio deputatum paulò longiorem fuisse foro Agonali, quod vulgò *Piazza Nauona*, vocant. Verùm ne quicquam huic materiæ deesse videatur, paulò post formam totius horologij secundùm omnem Symmetriam, à Iacobo Maso Syracusano Soc. nostræ Mathematico, summa diligentiâ delineatam, ob oculos ponam curiosi Lectoris.

Vmbra in horologio ad ortum vel occasum erat infinita.

Horologium itaque in Campo Martio, necessariò huius formæ, quæ sequitur, conspiciebatur; cuius linea meridiana F E, intra tropicos A F B, & C L D, comprehensa 222. palmorum; G H verò longitudo horologij in 1072. palmorum spatium extendebatur. Numeri intra spacia A C, & B D comprehensi, quantitates dierum, & noctium, quas arcus illi curui exhibebant, indicabant. Vmbra enim Obelisci in vnum ex illis septem incidens, in lateribus ostendebat diem, aut noctem tot horarum esse, quot numerus eidem adscriptus referebat, v. g. vmbra præcisè in arcum A F B incidens, diem quindecim, noctem nouem ferè horarum Romæ esse notabat. Si verò incideret in æquinoctialem G H, indicabat diem duodecim horarum noctì æquari, & sic de cæteris. Lineæ verò arcus intersecantes, situm & ordinem horarum antiquarum, quibus veteres, vti suprà ostensum fuit, & nos fusissimè de ijs in Arte magna Lucis & vmbræ, vtebantur, demonstrabant. Lineæ verò, teste Plinio, qui illud accuratè obseruârat, ex æneis laminis confectæ horizontali plano insertæ, pulchrum ex altiori loco constitutis præbebant spectaculum. Dicit autem Plinius illud triginta post erectionem sui annis, amplius non congruisse, errorisque varias rationes assignat; tametsi fun-

fundamentũ Obeliſci tantum deſcenderit infrà terram, quantũm is aſcenderit extra terram, quæ omnia nos in Arte magnetica fuſe diſcutimus.

Horologium Campi-Martij horarum inæqualium, cuius Index erat Obeliſcus 115. palmorum, iuſſu Auguſti à Manilio conſtructum, ad lat: Rom: 42. grad:



Atque hæc ſunt, quæ de hoc horologio, fuſiùs forſan, quàm par erat, diſſeruimus occaſione Obeliſci, quem in vſum Solis operum demonſtrandorum dedicauerat Auguſtus; quique tandem Gothorum immanitate ex eminentiſſimo loco detectus, temporum diuturnitate terra ſubrutus, ignobilis vilium ædificiorum fundamentis ſeruire cogitur, donec quiſpiam Sixti, & Innocentij æmulus magnificentiſſimam molem è tenebris eductam, ſuæ luci, & gloriæ reſtituat. In baſi huius Obeliſci, quæ detecta fuit tempore Iulij II. Pontificis, hæc inſcriptio continebatur:

CAESAR DIVI. I. F.
AVGVSTVS
PONTIFEX MAXIMVS
IMP. XII. COSS. XI. TRIB. POT. XIV.
AEGYPTO IN POTESTATEM
POPVLI ROMANI REDACTA
SOLI DONVM DEDIT.

§. II.

§. II.

De Obeliſcis Caij Caligulæ Cæſaris.

CAius Caligula Cæſar magnificus, exemplum Aui ſui Auguſti ſecutus, ad ſimili magnificentiæ technaſmate immortalitatem comparandam, adiecit animum. Poſt varia itaque magnificentiæ monumenta, Circos, portas, Obeliſcum quoque maiorem omnibus ijs, qui tunc temporis Romæ viſi fuerant, erigere decreuit. Expediti igitur Architecti in Ægyptum, maximum, quem inuenire poterant, Obeliſcum in Romanæ Vrbis ornamentum ſelegerunt. Fuit autem ille præ cæteris dignus habitus, quem olim Momphercur, aliàs Noncorius Rex Ægypti Seſoſtrides erexerat; de quo & fusè in præcedentibus tractatum eſt. Hunc Alexandriæ naui in eum finem mirificâ architecturâ conſtructa, de qua in ſequenti fuſiùs dicetur, impoſitum, Oſtiam deduxit; nauique ibidem, veluti munere ſuo probè functa, ſubmerſa, portus fundamenta jecit, turri ſuperexſtructa. Hunc verò Obeliſcum laborioſa multorum hominum tractione Circo ſuo Vaticano, quem non ita pridem ædificare cœperat. anno ſalutis noſtræ 42. tertio verò anno Imperij Caij intulit, eumque in honorem Auguſti Aui ſui ex grati animi teſtificatione erexit, dedicauitque, vti inſcriptio teſtatur, quæ ita ſeſe habet:

Obeliſcus in Circo Vaticano à C. Caligula erectus.

DIVO CAESARI. D. IVLII. F. AVGVSTO
TIB. CAES. D. AVGVSTI. F. AVGVSTO
SACRVM.

Primus Abacus fundamento impoſitus erat ex marmore candido $4\frac{1}{2}$ palmorum altus, ſequebatur hunc ex Pyrite Thebaico, ſiuè vt vulgò vocant *Granito roſſo* $4\frac{1}{4}$ palmorum altum ſuſtentaculum, quod ſubſtituebatur alteri abaco tredecim palmorum alto, circundato cimatio quatuor palmorum ex eodem Pyrite, qui denique excipiebat vltimum vndecim palmorũ abacum, poſt quem ſuper quatuor aſtragalos ex ære inaurato $1\frac{1}{4}$ palmorum, tandem erigebatur Obeliſcus 113. palmorum cum $\frac{1}{2}$. Fuit itaque totus Obeliſcus à plano Horizontali vſque ad verticem, quem pila inaurata ornabat, 152. palmis altus, cui, & in communi monumentorum Romanorum clade à Barbaris illata, ſiuè reuerentia molis, ſiuè repugnantia ſoliditatis ſtructuræ, ſiuè alijs de cauſis, præ cæteris omnibus parcitum fuit, quem deinde ſtatione ſua auulſum Sixtus V. Pontifex in Vaticano Campo ante propyleum Baſilicæ D. Petri Apoſtoli erectum, S. Cruci dedicauit; vbi, & in hunc diem non ſinè admiratione omnium, ceu veteris magnificentiæ πανήγυρις conſpiciendum ſe præbet.

Menſura Obeliſci Vaticani.

§. III.

De Obeliſco Claudij Imperatoris.

Obeliſci Claudij ante Mauſoleum Auguſti erecti.

POſt obitum Caij Caligulæ tenuit gubernacula Claudius Auguſti Propinquus, vir magnificus, & prædeceſſorum cognatorum memoriæ perpetuandæ intentus. Hic cùm videret inſolens illud Mauſoleum, ab Auguſto, vt ſibi, & poſterorum ſuorum Sepulturæ ſeruiret, inauditâ magnificentiâ in Campo-martio conſtructum eſſe, illud præter multa alia ornamenta, duobus etiam Obeliſcis, tametſi raſis exornandum cenſuit, vt ſic ergà Auum ſuum, & grati animi demonſtraret ſignificationem, parentumque his monumentis perpetuaret memoriam. Et quamuis nihil apud Hiſtoricos reperiatur de hoc Claudij molimine; nullum tamen præter hunc alium illos erexiſſe, indè luculenter patet, quod Strabo Synchronus Auguſto, cùm exactiſſimè deſcripſerit Mauſolæum Auguſti, Obeliſcorum tamen nullam mentionē fecerit; Ammianus verò Marcellinus expreſsè dicat, poſt Auguſti tempora fuiſſe erectos: Verba eius audiamus: *Secutæque ætates alios tranſtulerunt, quorum vnus in Vaticano, alter in hortis Saluſtij, duo in Auguſti monumento erecti ſunt.* Fuit autem Mauſolæum hoc Auguſti erectum in Campo-martio propè ripam Tyberis, iuxtà viam Flaminiam, eo in loco, Vbi modo S. Rochi templum, è ruderibus eiuſdem extructum ſpectatur illuſtre; Obeliſci erant raſi, & ſinè vlla ſculptura hieroglyphica; quorum priorem ex ſubterraneis ruinis erutum Sixtus Quintus in Collem Exquilinum tranſlatum, antè Baſilicam Liberianam, ſiuè S. Mariæ Maioris è Regione hortorum Montaltorum erexit: Alter in ruinis hodiè adhuc perſeuerat. Porrò Obeliſcus vterq; ſine fulcris, abacis, & ſine Pyramidio, quod ſex palmorum habebat longitudinem erat 60. palmorū; cùm fulcris verò, & abacis, ſiuè quòd idem eſt, à plano horizontali vſq; ad Pyramidion, in 96. palmorum altitudinem tota moles emergebat. Ab hoc eodem Imperatore Claudio alius Obeliſcus hieroglyphicis ſpectabilis, ex Ægypto tranſlatus putatur, atq; in hortis Saluſtij, in ornamentum iſtius loci omnium amœniſſimi, & fabricis oppidò magnificis, vti & arboribus omnis generis viſu gratiſſimis decorati, erectus. Iacet hic moderno tempore in duas partes confractus in hortis Ludouiſijs, cuius totam longitudinem 66. palmorum, excepto Pyramidio, quod terra ſubrutum, menſuram exactam nobis inuidit; latitudinem verò baſis 6 ½ palmorum inuenimus, totam verò molem cum abacis, & aſtragalis 81. palmorū fuiſſe alibi conijcimus. Quidquid ſit, menſuræ Obeliſcorum ab antiquis relatæ noſtrę minimè reſpondent, ſiuè id factum ſit quod multi ad oculum tantùm altitudinem eorundum ſumerent, ſiuè quod vnà cum abacis & aſtragalis, alijs conſiderandum relinquo. Vndè perſuaſum ſit Lectori curioſo, argumentum quo Obeliſcos ſuprà memoratos Pamphilū Veranum Campo-martium & Saluſtianum Sothis eſſe diximus, non tam à menſura, quæ incerta eſt apud Authores, & meæ menſuræ mini-

Strabo lib. V.

Ammianus Marcellinus. lib. XVII.

Menſura Obeliſci Exquilini.

Obeliſcus Saluſtianus.

Menſura Obeliſci Ludouiſij.

me-

mè congruit, quam potiſſimùm à doctrinæ identitate deſumendum eſſe.

§. IV.

De Obeliſco Antonij Caracallæ Imperatoris, & alijs quadraginta quatuor Obeliſcis Romam adductis.

DE Obeliſco Caracallæ Imperatoris olim in Hippodromo, modò ab Innocentio X. in Circo Agonali erecto, quem nos Pamphilium intitulamus, cùm particularem relationem in hiſtoria fecerimus, hic eidem diutiùs non immorabimur; Sed ad quadraginta quatuor Obeliſcos digredimur: quos Publius Victor Romam aduectos eſſe refert; à quibus tamen, ſubtacet; Nos arbitramur, hos fuiſſe omnes infimæ claſſis, ab Imperatoribus vel priuatis perſonis vnà cum occaſione, quâ maiores ex Aegypto euehebantur vnà tranſlatos, nauis librationi ſeruiſſe. Cùm enim tot Columnas, Abacos, Cippos ex Thebaide aduectos eſſe videamus, veriſimile eſt præ cæteris Obeliſcos illos paruos, & litteratos fuiſſe quæſitos lectoſque in Romanæ Vrbis ornamentum. Verùm cùm de hiſce, & ſimilibus alijs Obeliſcis ſuprà fuſiùs egerimus, ne Lectori tædioſâ repetitione nauſeam creemus, ad alia digrediamur.

44. Obeliſci Romam aduecti.

§. V.

De Obeliſco Conſtantini Magni, & Conſtantij Imperatorum.

COnſtantinus Magnus Byzantium, quæ ab eius nomine deindè Conſtantinopolis dicta eſt, Romanę Magnificentię æquaturus, dùm templa, Circos, Amphiteatra erigit, ad Obeliſcos quoq; in Circo Byzantij conſtructo erigendos, ne Auguſto, Caio, Caracallæ prædeceſſoribus magnitudine animæ ceſſiſſe videretur, adiecit animum.

Expeditis itaque Architectis in Ægyptum, ad inueniendum Obeliſcum, magnitudine animi tanti Imperatoris dignum; dùm omnia luſtrant tandem Thebis omnium maximum, qui in Ægypto vnquam facti fuerunt à prædeceſſoribus, ſiuè reuerentia ſaci pignoris, ſiuè deſperatione molis à loco dimouendæ, derelictum, deprehenderunt; quem & ingentibus ſumptibus à loco ſuo diuulſum, trabibuſque impoſitum per Nilum mox deduxerunt Alexandriam. Verùm vti hominum incerta ſunt molimina, ita & hanc arduam machinationem mors Conſtantini ſecuta, prorſùs interrupit; Intereà Imperio in tres filios Conſtantem, Conſtantinum, & Conſtantium diuiſo, Conſtantius tandem pace initâ cum Rege Perſidis, hoc vnicum intendit, vt ſubiectis inimicis, defunctiſque jam fratribus, totum Romanum, quod in plures diuidebatur, Imperium, ſibi ſubiugatum

Obeliſcus Rameſſeus à Conſtantino Magno, Thebis deducitur Alexandriam

Conſtantius deuicto Magnentio ad Obeliſcum erigendum adijcit animũ

acquireret, ſed tandem victo, occiſoque Magnentio felicibus armis præſtitit. Rebus itaque ad vorum ſuccedentibus, Conſtantius victorijs, triumphiſque clariſſimus, Romam, quam nunquam aliàs viderat, ingreſſus; cùm incomparabilem illam prædeceſſorum in fabricarum exquiſitiſſima ſtructura, in mirifica Amphitheatrorum architectura, in Circorum myſterioſa conſtructione eluceſcentem magnificentiam penitiùs contemplatus fuiſſet, haud abſimili quopiam monumentto ſuæ apud poſteros perpetuandæ memoriæ, Nominiſque traducendi deſiderio rapiebatur: Meminit itaque iſtius Obeliſci, quem Thebis pater eius Conſtantinus Alexandriam in ornamentum Vrbis Conſtantinopolitanæ, ſiuè Romæ nouæ aduexerat; cùm iam ante de prodigioſa huius Obeliſci mole complura referri inaudiſſet, eum ſine prolongatione Romam tranſuehendum decreuit. Nauis itaque paratur admirandæ ſtructuræ validis compacta trabibus, præterea trecentorum remorum munita præſidio, cui moles Ægyptia concreditur, & ſic intrà dimidium anni felicibus Euris portui Romano ſiſtitur, atque hinc tandem per Tyberim primò, & deindè chamulcis tractus, Circoque Maximo illatus, intra paucos Menſes ſummâ omnium admiratione in medio Circi erigitur; vt ſic ex comparatione maximi huius Obeliſci ad Obeliſcos ab Auguſto ibidem erectos facta; de Conſtantij potentia, & animi magnitudine, quâ Auguſto minimè cæderet, judicarent poſteri. Verùm audiamus verba Ammiani Marcellini exactè eum deſcribentis: *Et quoniam ſufflantes Adulatores ex more Conſtantium, id ſine modo ſtrepebant; quòd cùm Octauianus Auguſtus Obeliſcos duos ab Heliopolitana Vrbe tranſtuliſſet Aegyptia, quorum vnus in Circo maximo, alter in Campo locatus eſt Martio, hunc recens aduectum difficultate magnitudinis territus, nec contrectare auſus eſt, nec mouere: diſcant, qui ignorant veterem principem translatis aliquibus hunc intactum ideò præteriſſe, quòd Deo Soli ſpeciali munere dedicatus, fixuſque intrà ambitioſi templi delubra, quæ contingi non poterant, tanquam apex omnium eminebat. Verùm Conſtantinus id parui ducens, auulſam hanc molem ſedibus ſuis, nihilque committere in religionem rectè exiſtimans, ſi ablatum vno templo miraculum Romæ ſacraret, id eſt, in templo mundi totius iacere diù perpeſſus eſt, dùm translationi pararentur vtilia. Quo conuecto per Alueum Nili, proiectoque Alexandriæ, nauis amplitudinis antehac inuſitatæ ædificata eſt, ſub trecentis remigibus agitanda. Quibus ita prouiſis, digreſſoque vita Principe memorato vrgens effectus intepuit: tandemque ſerò impoſitus naui per maria fluentaque Tybridis veluti pauentis, nè quòd penè ignotus miſerat Nilus, ipſe parum ſub emeatus ſui diſcrimine mœnibus alumnis inferret, defertur in vicum Alexandri tertio lapide ab Vrbe ſeiunctum: vndè Chamulcis impoſitus, tractuſque leniùs per Oſtienſem portam, piſcinamque publicam Circo illatus eſt maximo. Sola reſtabat poſt hæc erectio, quæ vix, aut ne vix quidem ſperabatur, poſſe compleri, erectiſque vſq; periculum altis trabibus, vt machinarum cerneres nemus, innectuntur funes, & longi ad ſpeciem multiplicium liciorum cœlum denſitate nimia ſubtexentes; quibus colligatus mons ipſe ſcriptilibus elementis, paulatimque id per arduum inane protentus,* diu-

Nauis prodigioſæ magnitudini ad Obeliſcum deuehendum conſtructa.

Ammianus Marcellin. lib. 17.

diuque pensilis hominum millium multis quasi molendarias rotantibus metas, cauea locatur in media, eique Sphæra superponitur ahenea aureis laminis nitens, &c.

Atque hic est celeberrimus ille Obeliscus, omnium, quòd sciam, qui factus sit maximus, quem à Rameſſe filio Sothis Thebis erectum suprà fusè demonstrauimus. Quemque Sixtus V. Gothorum insaniâ prostratum, terrâque obrutum, ingentibus expensis eruit, erutum in Campo Lateranensi ante Palatium, & propylæum Basilicæ, erexit; vbi etiamnum summâ monium admiratione, & stupore exterorum conspicitur.

Verùm progrediamur ad mensuram Obelisci. Obeliscus hic, vti exactâ dimensione à me compertum est, sine fulcris, & abacis, est 148. palmorum; cui si quantitas abacorum accedat, est 173. cum ¼ palmorum, quod tamen Publius Victor dicat fuisse 163. palmorum, ea mensura intelligenda est de adminiculis, quibus olim fulciebatur, aureâ pilâ spectabili, quæ cùm fulmine tangeretur, dein in locum eius, memoriamque facti addita, fuit flammigera figura: modò Sacræ Crucis signo venerandus, se spectandum præbet. Verùm vt posteritati constaret, à quonam primò in Ægypto erectus fuisset, & quantis sumptibus translatus Romam, atque in Circo maximo erectus sit, ostendit antiqua à Constantio in basi eius facta inscriptio, quæ basis cùm in varias partes confracta, vti vnioni fuit inutilis, ita seruire quoque non potuit eiusdem Obelisci substructioni; vndè omissa basi veteri, nouam constituit Sixtus; quia tamen versus noui abaci angustia capere non poterat, hic eos prout à Mercato ex Archetypo descripta fuerunt, apponendos duxi.

Mensura Obelisci Lateranensis.

Versus plagam Orientalem:

Patris opus, munusque suum, tibi Roma dicauit
Augustus toto Constantius Orbe recepto,
Et quòd nulla tulit tellus, nec viderat ætas
Condidit, vt claris exæquet dona triumphis.
Hoc Deus ornatum genitor cognominis Vrbis
Esse volens, cæsa Thebis de rupe reuellit.

Versus plagam Borealem.

Sed grauior Diuum tangebat cura vehendi
Quod nullo ingenio, nisuq́, manuq́ moueri
Caucaseam molem discurrens fama monebat.
At Dominus mundi Constantius omnia fretus
Cedere virtuti terris incedere iussit.
Haud partem exiguam montis, pontoq́ tumenti.

Versus plagam Occidentalem.

Credidit & placido vexerunt æquora fluctu,
Littus ad Hesperium Tyberi mirante carinam.
Interea Romam Tapyro Vastante Tyranno,
Augusti iacuit donum, studiumq; locandi.

Non

Non fastu spreti; sed quod non crederet vllus,
Tantæ molis opus superas consurgere in auras.

Versus plagam Meridionalem.

Nunc veluti rursus rufis auulsa metallis
Emicuit, pulsatque polos hæc gloria dudum
Auctori seruata suo cum cæde Tyranni
Redditur, atque aditu Romæ virtute reperto
Victor ouans, vrbique locat sublime trophæum
Principis, & munus condignis vsque triumphis.

Atque hi sunt versus, qui in abaco dicti Obelisci fuerunt reperti. Ex quibus clarè patet, Obeliscum à Rameſſe primò in Ægypto erectum, tandem à Constantino Magno Thebis auullum, Alexandriam eo animo, vt in nouæ Romæ Constantinopolitanæ ornamentum cæderet, translatum, morte verò Constantini Alexandriæ vsque ad vigesimum secundum Constantij Imperij annum substitisse; qui victorijs clarus denique eundem Romam traductum in Circo maximo, veluti magnificentiæ, & potentiæ Cæsariæ symbolum erexit, quem deindè Sixtus V., injurijs remporum sepultum, eruitumque in Campo Lateranensi erectum S. Cruci, vti dictum est, dedicauit.

CAPVT X.

De potentijs mechanicis, quibus Obelisci primò in Aegypto, deindè Romam translati ibidem erecti sunt.

TAmetsi nullam ferè huius mechanicæ apud priscos Historicos manifestam relationem repererim; quia tamen apud Arabes, vti & in Plinio, Marcellino, Diodoro, Herodoto nonnulla haud inobscura tantæ negotiationis vestigia supersunt, eorum subolfactam veritatem tandem nos consecuturos confidimus.

Instrumenta & machinæ, quibus Obelisci erigebantur.

Duo itaque hoc loco consideranda sunt: Primò, Ratio instrumentorum, quibus cum Veteres Obelisco suos erigebant; Secundò, Ratio nauium, quibus eosdem ad constitutum locum transferre solebant. De vtraq; ratione hoc vltimo huius libri Capite discurrendum est.

Et primò quidem suppono, semper ab origine mundi fuisse qualemqualem Mechanicæ notitiam, quod fusissimè, & ex professo in Oedipo docemus. Est enim mechanica quasi nobis congenita, ita vt vix quicquam in functionibus naturalibus, & locomotiuis sine hac præstare valeamus; Et vectem quidem, vti simplicissimum omnium instrumentum mechanicum, ita nullo non tempore in vsu fuisse, asserimus; quis enim nescit, dùm aliquid frangere volumus, naturalinos quodam instinctu frangendam rem applicare vel genibus, vel alteri resistenti tanquam hypomochlio, deinde

Mechanica ars nobis congenita

de vtroque extremum apprehensum curuamus, quo facto fractionem consequi naturaliter scimus. Vel dùm pondus eleuare volumus, non modò id manuum aggredimur ministerio, sed ligno, vel ferro subacto operationem mechanicam perficimus. Cùm verò certa pondera solius vectis ope ob vehementem resistentiam perfici nequirent, vectis multiplicationem, vel per cochleas, aut rotulas, vt illa multiplicatio multitudinem hominum quodammodo æquaret, introductam esse.

Suppono Secundò, ex historijs statim ducentis post diluuium circiter annis, homines animum ad magnificentissima opera adiecisse. Nam, & turrim Babylonicam machinati sunt, & alia opera præstiterunt, ad quæ similia præstanda, vel illuminatissimum, peritissimumque hoc sæculum Architectosque nobilissimos in desperationem conijciant. Quis non miretur Columnam illam à Semiramide, teste Diodoro, ex montibus Armeniæ excisam, & in Babylone erectam, 152. pedum altam, latam 24.? Quis nescit cætera ardua molimina huius fœminæ in Babylone peracta? In Aegypto verò certum est, Pyramidum non multò post ædificatarum erectionem, in admirationem totam posteritatem meritò traxisse. Quæ tamen nequaquam sine magna mechanicarum peritia confici poterant. Obeliscorum quoq;, quos erigebant, insignis multitudo, quantam in mechanicis notitiam ex frequentissimo horum operum exercitio, & diuturna experientia habuerint, soli illi innotescere potest, qui huius facultatis aliquantam notitiam habuerit. Scribit Herodotus ab Ægyptijs integrum templum ex rupe excisum, & per Nilum deductum, erectum fuisse Heliopoli. Labirinthum Ægyptium, ait, tantâ architecturâ constructum fuisse, vt ipse videns tam inusitata, & humano ingenio maiora, *infinita admiratione*, Verba Authoris sunt, suspensus hæserit. Machinas verò, quibus in Pyramidibus construendis vsi sunt Ægyptij, citatus Herodotus in Euterpe fusè describit; quas breuitati studens, libens omitto. Legat quoque mira de Fano Iouis, & Babyloniæ monumentis omnem humani ingenij industriam longè excedentibus, fusè tradita in Clio.

Columna à Semiramide erecta 152. pedum alta.

Herodotus:

Integrum templum ex rupe.

Ex quibus luculenter patet, veteres non tantùm exactissimam habuisse machinarum, quibus in tam inauditis operibus erigendis vtebantur, notitiam; sed & ambitione operum mirabilium eos incitante, quotidiè maximo experimento fretos, nouas excogitasse, ita vt ausim dicere, nos ad tantam ingenij industriam hisce seculis necdum pertigisse. Certè quicquid Archimedes mirabilium in nauibus à littore sul mouendis præstitit, id ab Ægyptijs eum hausisse, adeò clarum est, vt vel id ipse fateatur; imò multa se ab Ægyptiorum Architectorum consuetudine, & conuersatione didicisse, quorum cultura in ea deindè apud posteros æstimatione fuerit, vt eius ingenio nihil denegatum videretur.

Archimedes mechanicam ab Aegyptijs didicit.

Sed dicet forsan aliquis, Veteres similia opera infinita hominum multitudine se applicante perfeciisse, quod dici nulla ratione potest, aut debet;

cùm

cùm applicatio vel maximi Obeliſci erigendi immediata, vix centum homines admittat, imò multitudo tanta potiùs alteri impedimento foret, quàm ſubſidio. Peracta itaque fuit tentarum molium erectio, machinarum ingenioſè excogitatarum ſubſidio, quibus multitudo veluti in partes varias per funes chordaſque, operi proportionatas diſtributa, immenſi ponderis moles nunc attractas exaltabat, modò exaltatas dimittebat. Arabes inſtrumentis rotarum multiplicatione inſtructis, chordiſque exaltatas fuiſſe, quod & Herodotus aſſerit. Quòd verò Plinius dicat, Obeliſcũ Rameſſeum viginti mille hominum ope erectum, id non ita intelligendum eſſe exiſtimem, quòd omnes vnà huic Obeliſco erigendo ſe applicuerint; ſed quòd tot homines partim in eo ex venis rupium excindendo, partim in eodem effigiando, atque ad conſtitutum locum promouendo, ac demùm in eo erigendo, diuerſis temporibus, & locis occupati fuerint. Probabile itaque eſt, eos Ergatis & Trochleis maximè vſos fuiſſe, quòd Arabum hiſtoria annuere videtur. Eſt autem Ergaton nihil aliud, niſi peritrochium in axe inuerſum, quorum multiplicatione potentia machinatrix in infinitum quaſi augebatur. In Pyramidum ingentibus ſaxis erigendis Herodotus hoc ingenio eos proceſſiſſe ſcribit: Machinam ligneam biſurcatam adhibebant, cui trochlea in ſuperiori parte annexa, funes complicabat; extra verò baſin Pyramidis alia machina applicabatur, ergaton ego interpretor, cui alterum chordæ extremum circumplicabatur, quæ machina hominum aut animalium ope circomducta, ſaxum paulatim in ſtatutum locum ponebat; priorem verò biſurcatam machinam ligneam ſingulis Pyramidum gradibus admouebant, & ſic gradatim opus perficiebant, ita vt tot eſſent machinæ, quot gradus Pyramidum. Verùm, audiamus ipſa Herodoti verba libro 2. vbi ſic de Pyramide Cheopis diſcurrit. *Fuit autem extructa hæc Pyramis, in ſpeciem graduum quas quidem Scalas, quidam aruias notant. Poſtquam eam principio talem effeciſſent, attollebant reliquos lapides breuibus machinis è ligno factis, ex humo in primum ordinem graduum leuantes; vbi ſuper hunc gradum lapis erat, alteri machinæ imponebatur, quæ in ipſo primo gradu ſtabat, ab hoc enim deindè in alterum ordinem trahebatur ſuper alterã machinam; Nam quot ordines graduum, totidem machinæ erant, ſecundùm machinã, quæ cum vna & facilis adferendum eſſet, trànsferebant ad ſinculos ordines, quoties ſaxum amoliebantur.*

Pyramidum ædificatarum rationes Mechanicæ.

Porrò Obeliſci quem Ptolomæus Philadelphus 80. cuitborum longum à Rege Nectanabo ex rupe Thebaica exciſum Alexandriæ ſtatuit, Architectus fuit Satyrus, vti refert Plinius: Ratio verò, quâ eum naui impoſitum Alexandriam deportarent, hæc fuit; Primò foſſam profundiſſimam, quæ ſub ipſo Obeliſco initium duceret, ad ipſum vſque Nilum effecerunt. Quæ deindè aquis Nili repleta, non tam foſſam, quàm flumen ingens referebat. In hac foſſa veriùs flumine, teſte Callixeno Phœnice apud Plinium, duas naues ampliſſimas ordinabant, quas & lapidibus in tantum onerabant, vt pondus lapidum Obeliſci pondere duplò maiùs eſſet. Hoc peracto, naves

Modus Obeliſcos exciſos in ſtatum locum transferẽdi.

ves firmiter connexas sub ipsum Obeliscum extremitatibus suis in ripis vtrinque pendentem remis subigebant. Subactis verò hoc ingenio intrà Obeliscum nauibus, naues paulatim lapidum exoneratione alleuiabant, donec Obeliscum pendentem exciperent. Exceptum verò hoc pacto per fossam in Nilum, ac deindè Alexandriam deducerent, quemadmodum ex figura 2. Schematismi 1. hic interserto patet, ex qua facilè totius machinationis rationem percipies. Verùm ad dictorum confirmationem adducamus verba Plinij lib. 36. c. 9. *Alexandriæ*, inquit, *statuit vnum 80. cubitorum Ptolomæus Philadelphus, quem exciderat Nectabis Rex purum, maiusque opus fuit in deuehendo, statuendoque multò, quàm in excindendo. A Satyro Architecto aliqui deuectum tradunt rate; Callixenus à Phœnice fossa perducta vsque ad iacentem Obeliscum è Nilo; Nauesque duas in latitudinem patulas, pedalibus ex eodem lapide ad rationem geminatis per duplicem mensuram ponderis oneratas, ita vt subirent Obeliscum pendentem extremitatibus suis in ripis vtrinque; posteà egestis laterculis alleuiatas naues excepisse onus statutum. Excisos autem sex tales in monte eodem, & artificem donatum talentis quinquaginta.* Hæc Plinius. Simili industriâ haud dubiè à majoribus per traditionem accepta, reliqui ex posteris in magnis molibus transferendis vsi sunt. Nonnulli volunt Obeliscos ad constitutos locos translatos esse eo tempore, quo maxima esset Nili in Ægypto inundatio; aquis enim terras altiùs supereminente, nihil faciliùs erat, quàm extra alueum Nili in quemcumque Ægypti planioris locum onus deportare. Quòd si tamen necessitas ita requireret, Obeliscum Chamulcis, siuè Cylindris impositum, in locum erectionis deuoluebant; in quo posito primò solido fundamento, quod vt plurimùm saxum, siuè rupes natiua erat; deindè tandem Obeliscum, trabibus, tabulisque ligneis, lanâ, fœno, stramine fartis, contra omnem violentiam munitum, ergatorum, trochlearumque ope erigebant, de quibus omnibus exactiùs tractantem consule Oedipum.

Quo ingenio Obeliscus Nectabis Alexandriam fuerit deuectus.

Plinius l. 36. c. 9.

Tempore inundationis Nili ad destinatum locũ deferebant.

Quibus verò nauibus, Obeliscis Alexandriâ Romam aduehendis vsi sint Imperatores Romanorum, Plinius, & Ammianus Marcellinus, referunt. Augusti Cæsaris nauis, quâ major eius Obeliscus aduectus fuerat, cùm ceù miraculi instar Puteolis in perpetuam rei memoriam asseruaretur incendio tandem, nescio quo casu, perijt. Navis verò, quâ Caius Caligula suum illum Nuncorij aduexerat, omnibus, quæ vnquam in mari visa sunt, mirabilior ad Ostiam subsistit, vbi à Claudio Caij successore submersa in portus fundamentum cessit turri superexstructa, quæ in hunc diem durat; ità Suetonius in vita Claudij, & Plinius citato loco.

Nauis, quæ detulerat Obeliscum Augusti, Puteolis incendio perijt.

Nauis, quæ detulerat Obeliscũ Nuncorij in Ostia Tyberina suo mœria fundamento Turris inseruiebat.

Navis verò, qua Ramessęus Obeliscus à Constantino Imperatore advectus fuit, crates erat ex trabibus, & arboribus ingentibus compacta, trecentis, testẽ Marcellino, remis instructa. Arbor principalis præter alias, quibus vela obtendebantur, tantæ erat crassitiei, vt duo eum homines amplecti non possent. Verùm nauis formam, quantum ex actis Constantij Imperatoris, & Ammiano Marcellino, alijsque historijs percipere licuit, eius formæ, quam hic Iconismo 1. fig. 1. exhibemus, extitit.

Petrus Miotte Burgundus Fecit

Trium itaque nauium, quibus Obeliſci ex Ægypto in Vrbem portati ſunt, meminerunt Authores, duarum Plinius, Ammianus vnius, & eas omnes maximę cuiuſdam, ac prodigioſæ magnitudinis fuiſſe teſtantur; & de naue quidem, quâ Obeliſcum illum ſuum Auguſtus in Vrbem inuexit, Puteolis miraculi gratiâ Naualibus perpetuis dicata, deindè igne conſumpta paulò ante dictum; de ea verò, quâ Caius Caligula ſuum Obeliſcum Romam tranſuexit, hæc inter alia refert Plinius: *Abies admirationis præcipuæ in naui, quæ ex Aegypto Caij Principis iuſſu Obeliſcum in Vaticano Circo ſtatutum, quatuorque truncos lapidis eiuſdem ad ſuſtinendum eum adduxit; quâ naue nihil admirabilius viſum in mari certum eſt. Centum viginti millia modiorum lentis pro Saburra ei fuere, longitudo ſpatium obtinuit magna ex parte Hoſtienſis portus latere læuo, ibi namque demerſa eſt à Claudio Principe, cum tribus molibus, turrium altitudine, in ea exædificatis, obiter Puteolano puluere, aduectiſque.* Plin. lib. 16. c. 40. Libro verò 36. c. 9. ita habet: *Diuus Claudius aliquot per annos aſeruatam, quâ Caius Cæſar importauerat, omnibus, quæ vnquam in mari viſæ ſunt, mirabiliorem, turribus Puteolano ex puluere ædificatis perductam Hoſtiam, portus gratia merſit.* Quæ conſentiunt relationi Suetonij in vita Claudij: *Portum*, inquit, *Hoſtiæ exſtruxit circumducto dextra, ſiniſtraque brachio, & ad introitum profundo iam ſolo mole obiecta, quam quo ſtabilius fundaret, nauem ante demerſit, quâ magnus Obeliſcus ex Aegypto fuerat aduectus; congeſtiſque pilis ſupra poſuit altiſſimam turrim in exemplum Alexandrini phari, vt ad nocturnos ignes curſum nauigia dirigerent.* Ad quarum normam Conſtantium Cælarem ſuam illam nauem, quam ab Ammiano Marcellino ſuprà deſcriptam, hic exhibemus, conſtruxiſſe; veriſimile eſt; fuiſſe autem ex eo genere nauium, quas Rates, ſiuè Crates vocant, dicti Authores expreſſis verbis indicant.

Qui deniq; rationem in Obeliſcis à Sixto V. erectis obſeruatam deſiderat, is Dominici Fontanæ Architecti machinas adhibitas, æri elegantiſſimè inciſas, & à Mercato, Bargæo, alijſque fuſè deſcriptas conſulat.

Atque hæc ſunt, quæ de Obeliſcorum hiſtoria præmittenda duxi; vt ſic ſeries & ordo interpretationis noſtræ ſolidiori fundamento nitatur.

OBELISCI PAMPHILII

LIBER II.

Apparatus ad Hieroglyphicam Interpretationem.

PRAEFATIO.

Difficultas huius operis.

DE Obeliſcis, eorumque Erectoribus à nobis pro ingenij viribus, & materiæ difficultate in præcedenti libro fuſiùs forſan, quã par erat, actum eſt, reſtat modò, ordinis ratione ſic poſtulante, vt doctrinã ſub dictorum Obeliſcorum veluti cortice, & inuolucro nucleum, medullamque latentem pari paſſu proſequentes, venemur; ſed prob DEVM immortalem; quanta nobis hìc adita tentanda! quàm immenſus rerum reconditarum Oceanus nobis ſuperandus! cùm quot monſtris, & portentis confligendum! præſertim dum in immenſo illo deſerto per itinera incognita per inacceſſos antiquitatis calles, per aſperos, difficiles, & præruptis ſcopulis formidandos receſſus hærentes, ducibus itinerum, & paucis, iiſq; non adeò robuſtis munimur. Sed macte animo; in tanta caligine audendum eſt aliquid, &

Quid noſtri valeant humeri, quid ferre recuſent;

periclitandum. Vbi vires humanæ defuerint, aderit diuina bonitas, quæ vti ad hoc audendum me ab incunte ætate inſtimulauit, ſic & gratiam, vt quod eius ope fieri poſſe cogitaui, ad id perficiendum, eonceſſuram confido. Rem itaque vlterioribus verborum ambagibus reſectis, cum bono DEO auſpicemur.

CA-

CAPVT I.

De primo Hieroglyphicorum institutore, eorumque fabrica.

ANno circiter trecentesimo ferè post diluuium, ex Stirpe Canaan prodijt vir quidam, omnibus Naturæ dotibus ornatissimus; quemque Natura ad artium, & scientiarum arcana rimanda, nouarumque inuentionem rerum finxisse, DEVS verò ad humanum genus eius ope erudiendũ mundo imperito dedisse videbatur. Nominant hunc Arabes *Idris* ab Hebræo *Hadores*, quod disputatorem insignem denotat; Phœnices, teste Eusebio lib. 1. c. 7. *Tautum*, Ægyptij verò *Thoth* corruptè, veriùs *Phtath*, hoc est, DEVM Deorum, Græci *Hermetem Trismegistum* vocant. Erat enim vir acerrimi ingenij, subtilitatis admirandæ, & naturæ scrutator indefessus. Qui perpetuâ, tùm Noëmi, tûm filiorum, nepotumque conuersatione, de primæui mundi statu, moribus, institutis, disciplinis instructus, hoc vnicum sategit, vt traditas à primæuis mundi Patriarchis disciplinas excoleret, excultas ad posteros consignaret; cùmque curiosissimus rerum omnium, quæ humano ingenio comprehendi poterant scrutator esset; vt acquisitam disciplinarum suppellectilem vario vsu, & experientia confirmaret, curiositate rerum inuestigandarum instimulatus, varia mundi loca peragravit.

Ic Th tha, mes Tri gistus, hie. glyphicæ literaturæ instructor.

Crescente interim in Oriente, humano genere in immensum; Noëmus, siue Ianus ipse nouas familiæ suę Colonias fundaturus, in Occidentales mundi plagas concessit; Ianigenis hisce, & hic socium se iungens ad tantam breui rerum notitiam deuenit; vt Numinis instar habitus, omnibus admirationi esset. Ortis itaque in Hesperio regno, quæ deindè Italia dicta fuit, inter indigenas iurgijs, bellisq; ipse ingenti auri copia comparata, in Ægyptum comeauit, vbi Mesraim Chami secundo genitus filius longè lateq; dominabatur: qui & ipse cùm rerum curiosissimus scrutator esset; animumq; ad magna, & ardua intentum perpetuò haberet, opportunè sanè accidebat, vt ejus ope fulciretur, qui & animi magnitudine ipsi par, scientiâ verò, & lumine intellectus tantò eum, quantò Sol stellas superaret: adeoque meritò felix censendus sit Princeps ille, qui magna, & grandia dùm vult, talis eidẽ adiungatur, qui grandia, & vult, & potest; magna enim, & ardua indè nasci quis nõ videt? Huic igitur Mesræ Regi sociebatur Idris, Scriba, & Consiliarius eiusdem supremus, qui cum Mesræ scientiam à Patribus traditam variâ superstitione coinquinatam, & ad manifestam idololatriam degenerantem comperiret, seriò secum cogitauit, quomodo tanto idololatriæ malo occurrere posset. Et quoniam nequaquam consultum esse videbat, tot tamque alta diuinitatis, & Naturæ mysteria illi propalare populo, quem sciebat & superstitionibus addictissimum, & dictorum sacramentorum incapacem, quemque in varios abusus ea haud dubiè traducturum cognosce-

Noëmus in Italiam concedens, nouas Colonias suadat.

Mercurius Trismegistus Consiliarius, & Scriba Mesræ.

ſcebat. Hinc animum intendit, ad reconditiorum Symbolorum fabricam, quâ myſteria diuinitatis, & Naturæ ira exhibebat, vt ſolis ſapientibus & intellectu conſpicuis manifeſta, plebi verò & Idiotis præter admirationem nihil aliud captu peruium relinqueret, ingenio ſummo à profanorum lectione munita. Ne tamen tantæ molis arcanum ſoli ſibi reſeruaſſe videretur, ingenioſaque Characterum architectura in poſteros traduceretur : Sacerdotum, hominum ſelectiſſimorum, ingenio & peritiâ rerum excellentium, quibus ſolis ad Regnum Spes eſſet, inſtituit ordinem, quibus artium, ſcientiarumque reconditarum normam à ſe præſcriptam tradidit ; quos & juramento adegit, ne præter ſui Ordinis homines, eandem vlli alteri communicarent ; Sacrorum quoque, Sacrificiorumque, & quæcunque ad cultum DEI pertinerent, normam præſcripſit, vt hoc pacto tradita doctrina vniformi inſtituto in toto Regno perageretur. Et quoniam videbat, libros ex fragili, & corruptibili materia, vti papyro, corticibus, foliiſque palmarum compactos temporum edacitatem effugere minimè poſſe, ex metalli verò lamina confectos, facilè alio transferri in Regni præiudicium, aut perdi poſſe : ne doctrina à ſe traditâ memoriâ elaberetur ; Saxa duriſſima, & contra omnes temporum iniurias egregiè munita in myſterioſam figuram adaptauit, vt in ijs mirâ quâdam ratione à ſe inuenta inſculptaq; æternitati ſiſteret. Quibus rebus tam præclarè geſtis, tantæ apud omnes admirationi fuit, vt eum non hominem, ſed Numen quoddâ in terras lapſum reuerenti adorauerint ; illum jam Tautum, Thoth, vel Thoyth, mocò Hermanubin, nunc Marcorptha, hoc eſt, DEVM reconditæ inquiſitionis indigitantes. Atque hic eſt primus ille Mercurius termaximus, cunctis Scriptorum monumentis celebratiſſimus ; Theologus, Philoſophus, Medicus, Magus, Mathematicus conſumatiſſimus. Primus Literarum, non vulgarium tantùm vſualibus literis, libriſque exarandis inſeruientium, ſed & doctrinalium, ſymbolicarumque, vti in Operis decurſu videbitur, ſiuè inuentor, ſiuè priorum ante diluuium inſtaurator.

Verùm, ne quiſpiam hucuſque à me confidentiùs enarrata, aut proprio ingenio conficta, aut coniecturis falſis implicata dicere poſſit, hoc vnicum ſupereſt, vt omnia ex omnigena Scriptorum doctrina, quæ aſſeruimus, confirmarentur ſtabilirenturque. Quod hoc loco Dei gratiâ aſſiſtente nos facturos pollicemur.

Hunc itaque Mercurium poſt diluuium trecentis triginta circiter annis, hoc eſt temporibus Abrahami, omni ſcientia, & perfectâ rerum notitiâ conſpicuum floruiſſe, in varia mundi loca peragraſſe, iam ex præcedentibus oſtenſum fuit, & Hebræi primò id aſſerunt ; ita in libro intitulato בית מלכיצדק *Domus Melchiſedech*, cuius in præcedentibus mentionem fecimus, qui præter citata alio loco inter multa hæc habet.

ויצא מבית בנען איש החכם נרול הוא ארדש שבלעך
הרמיש והוא ראשון שחקים המדרשות והוא ראשון שמצא

האדת דת

האותיות ואת החכמות הלימודות ומסר לאנשים סדרי
הזמנים והאופן לחיות בטוב ולמד אותם את עבדת
האלוהות וכל מה צורך לאנשים לחיוה כרצון יהוה ויהי
שכל בעלי חכמה ודעה אחורו נקראים בשם אדריש
מפני שהוא היה דורש בכל חכמה ומדעה

Et egressus est de domo Canaan Vir magnæ sapientiæ, Adris nomine, vel Barbaro nomine, Hermes. Ipse primus, qui erexit scholas, & inuenit litteras, & Mathematicas scientias, ipse tradidit hominibus temporum ordinem, legemque & rationem politicam benè, beatèque viuendi, docuit quoque cultum diuinum, & quicquid hominibus ad viuendum necessarium erat, & factum est, vt omnes scientia & disciplina illustres viri post eum vocarentur Adris, eò quòd ipse primus de omni Scientia, & doctrina disputaßet.

Quamuis Author prædictus hunc confundat cum Melchisedecho Rege Salem, his verbis: ומן אדרשין אחד מלכצדק מלך שלם מבית בנען והוא כוחז לאל עליון ואלתרגום בבלית משמש קדם אל עיליא *Et vnus ex Adrisin, siuè ijs, qui nomine Adris fuere insigniti, fuit Melchisedech Rex Salem de domo Canaan, & ipse Sacerdos DEI excelsi.* Et Thargum Babylonicum eum vocat Ministrum coram DEO excelso. Vel vt hoc loco pulchrè docet Syriacum exemplar: ܘܗܘ ܟܘܣܪܐ ܗܘܐ ܕܐܠܗܐ ܡܪܝܡܐ *Et ipse fuit religiosus Sacerdos DEI excelsi.* Certè multi putant, etiam ex Latinis, hunc Melchisedechum fuisse Trismegistum Sed nos alibi fusè hunc errorem refutauimus; etsi enim fuerint Synchroni, & coëtanei; Trismegistus tamen noster alius à Melchisedecho extitit. Arabes certè meliùs sentiunt, dùm eum in Ægypto temporibus Abraham vixisse ostendunt, & studia, inuentionesque eius præ alijs graphicè depingunt, ita Alkandi apud Gelaldinum libro de Sapientibus Ægypti, cuius verba in præcedentibus allegata hic repetenda duxi:

Melchisedech falsò cum Trismegisto confunditur.

Alkandi Scriptor Arabs

بزمان ابراهيم كان بمصر هرميس وهو ادريس الثنية ع م وهو المثلث لان نبي
وملك وحكيم وهو الذي صب الرصاص ذهبا بصاصا وكان بها وله من علوم صنعة
الكيميا والنجوم والسحر وعلم الروحنيون والطلسمات البابيين واسرار الطبعية
ومنه متعلمين فطغراس وبندقلس وارسلاوس صاحب الكهنة وسقراط صاحب الكلم
وعلي الحكمة وفلاطون صاحب السياسة والنموس والكلام علي المدن الملوك
واريسطلس صاحب المنطق

In diebus Abraham fuit in Aegypto Hermes ipse est Idris secundus, pax super eum, & ipse Trismegistus, quoniam Propheta, & Rex, & Philosophus, & ipse docuit artem metallorum, Archimiam, Astrologiam, & Magiam, & Scientiam spirituum, & apotetesmatum, siuè quæ de amuletis, & phylacterijs tractat, à quo deindè hauserunt sua Pythagoras, & Bentocles (corruptè Empedocles) *Archelaus Sacerdos, Socrates Orator, & Philosophus; Plato Author Politicæ, Aristoteles deniq;*

Ma-

Magister Logices. Fuisse autem tempore Isidis & Osiridis, siuè Mesræ Saturni junioris, cuius & Scribam, & Consiliarium egit, Diodorus expressè monstrat, vt suprà ostendimus, inscriptione Isidis Sepulchro incisa his verbis:

Trismegistus Scriba Meris

Diodorus l. 1. s. 2.

Ἐγὼ εἰμὶ ἡ βασίλισσα πάσης χώρας ἡ παιδευθεῖσα ὑπὸ Ἑρμοῦ.

Ego Isis sum Regina totius Regionis edocta ab Hermete.

Quæ omnia confirmantur à Iamblicho, libro de mysterijs Ægyptiorum, vt infrà docebitur.

Quòd verò ipse Mercurius in suis dialogis loquatur de alio quodam Mercurio, siuè Hermete ante se, id vel de Henoch, quem suprà ex Orientalium traditione Idrin, siuè Hermetem primum fuisse ostendimus, vel de Noëmo dictum intelligi debet. Porrò Diodorus, quæcunque de Hermete Trismegisto præfati sumus, ita liquidis verbis describit, vt eum acu tetigisse videatur, verba eius adducimus: Ibi enim, dùm de Osiri loquitur, vnà Mercurium eius Consiliarium describit his verbis lib. 1. c. 2. *Mercurium quoq; maximè omnium honoribus ab eo affectum, vt repertorem rerum plurimarum, quibus vitæ hominum consuleretur, volunt. Hunc enim primum, & verba in ordinem redegisse, & multis indidisse rebus nomina, fuisse quoque literarum inuentorem, instituisseque quo honore, quibusque Sacris colerentur Dij; In primis Obseruator Astrorum cursus fuit, & vocum harmonias adinuenit; palæstræ, numerorumque, & ad corpora curanda Medicæ artis, Lyræ insuper ex neruis trium chordarum instar trium anni temporum repertorem tradunt; Tres enim instituit voces; acutam ab æstate, grauem ab hyeme, mediam à vere sumens. Hic & Græcos docuit verborum interpretationem, vndè & ipsum Hermen, hoc est, interpretem appellarunt; denique Osiridem hoc vtentem Sacro Scriptore* (in Græco est ἱερογραμματέα) *omnia eum eo communicare, eiusque Consilio maximè vti solitum esse.* Hæc Diodorus.

Diodorus l. 1 c. 2.

Mercurij Inuenta.

Quòd verò Osiris nullus alius intelligi possit, quàm Mesra filius Chami, Saturnus Ægypti Iunior, primus Rex Ægypti, & Pharao', & per Mesramuthisin Horus filius Osiridis & Isidis, Mercurium quoque Saturno, siuè Mesraim in Ægypto successisse; pulchrè docet Sanchoniaton apud Philonem Biblium, vbi sic dicitur: ἐλθὼν δὲ ὁ κρόνος εἰς γῆν χώρας ἅπασαν τὴν Αἰγυπτίαν ἐδώκε θεῷ Ταυτῷ; ὅπως βασίλειον αὐτῷ γένηται. *Veniens autem Saturnus in Austri Regionem, totam Aegyptum DEO Thauto, siue Thoth* (quem & Mercurium dicimus) *dedit, ibidem ipsum Regem constituendo.* Porrò hunc Mercurium in Italiam primò migrasse, & indè in Ægyptum, ingenij summi Mathematicum, & Legislatorem, & Sacrorum Characterum inuentorem, Regemque ibidem fuisse, expressè Chronicon Alexandrinum asserit his verbis: Μετὰ τὸν τελευτὴν τοῦ αὐτοῦ τοῦ Νικὴ καὶ Διὸς, ἐβασίλευσεν ὁ κὴ Ἑρμῆς ὁ τῆς Ἰταλίας ἐπὶ τεσσαράκοντα πέντε, ὃς ἦν ἀνὴρ πανσόφος καὶ Μαθηματικός. Ὃς καὶ εὗρεν τὸ μέταλλον τοῦ κρυσίου ἐν τῷ δύσει τοῦ ὄρους, καὶ τὸ χωνεῦσαι. Γνοὺς δὲ ὅτι δύναται θεοῦσθαι αὐτῷ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ; πολὺ χρύσιον ἐκκαλπισάμενος εἰς τὴν Βολὴν ἀνεχώρησεν καὶ ἀπέρχεται, εἰς τὴν Αἰγυπτίαν πρὸς τὴν φυλὴν τοῦ Χαμοὺὲ Νῶε; ὃν πρὸς ἐδέξατο αὐτὸν ἐν τιμῇ. καὶ διέτριβεν ἐκεῖ ὑπάρχων αὐτῶν πάντας καὶ θεὸν τὸν χρυσὸν στλὴν ἐφιλοσόφει πρὸς τοὺς Αἰγυπτίους, λέγων ἄνωθεν Μαυτὸς μέλλοντα. ἦν γὰρ φύσει σοφὸς λογικὸς καὶ προσκυνεῖν αὐτὸν λέγοντες Θεὸν Ἑρμῆν, ὡς λέγουσι τὰ μέλλοντα, καὶ ἀπαγγέλλοντα αὐτοῖς ὅτι τὸ Θεὸς τῶν μελλόντων τὰ ἀποφαίνει καὶ προέχοντα αὐτοῖς μηνύματα. Οὗτος καὶ πλατεῖαν ἐκάλεσεν, ὡς τὸν χρύσιον Θεὸν ὀνο-

Sanchoniaton Barytus in histo ia Phœnicum.

Chronicon Alexandrinū.

ὀνομάζοντες. Οὗτος ὃν ἀνὴρ Ερμῆς εἰς τὴν Αἴγυπτον ἦλθεν, καὶ ἐβασίλευσε τῶν Αἰγυπτίων τότε ἐκ τοῦ γένους τοῦ Χαμ ὁ Μεσρέμ. ἔτος τελευτήσαντος ἐποίησαν οἱ Αἰγύπτιοι τὸν Ερμῆν βασιλέα καὶ ἐβασίλευσε τῶν Αἰγυπτίων ἔθνη λθ. *Post mortem Iouis, regnauit Faunus, siue Hermes in Italia triginta quinque annis, Vir Opifex mirabilis, & Mathematicus, qui inuenit metallum auri in Occidente, eiusque conflandi rationem; sed cùm apud fratres suos magna inuidia flagraret, conuasato ingenti auri pondere Italiam reliquit, atque in Aegyptum se contulit ad stirpem à Chamo oriundam, à qua perhonorificè est exceptus, qui dùm ibi degeret, se extollens super omnes, aureaq; stola indutus philosophabatur apud Aegyptios, quibus multa prædicebat euentura. Natura enim erat peringeniosus: adorarunt ergò eum Aegyptij, dicebantque eum Deum Mercurium, vt qui futura prænunciaret, illisque à Deo oracula, & responsa de futuris, veluti internuncius referret, aurumque subministraret, opum largitorem appellabant, aureum Deum vocitantes. Mercurio in Aegyptum veniente, regnabat apud Aegyptios Mesrem ex Chami genere natus, cui fatis functo Aegyptij Mercurium suffecerunt, qui annos 39. summa magnificentia imperauit.* Mercurius Trismegistus fuit in Italia.

Videtur hunc posteà confundere Chronicũ dictum cum Sesostri, hoc est filio Osiridis, quem apertis verbis Mercurium Trismegistum appellat his verbis: ἐν τούτοις μετὰ ταῦτα χρόνοις ἐβασίλευσε τῶν Αἰγυπτίων πρῶτος ἐκ τῆς φυλῆς τοῦ Χαμ Σέσωστρις. ὃς δὴ Ερμῆς ὁ Τρισμέγιστος ἀνὴρ φόβητρος ἐν σοφίᾳ, ὃστις ἔφασκεν Τρεῖς μεγίστας δυνάμεις εἶναι τὸ τε ἄρρητον καὶ δημιουργὸν Θεὸν ἄγαλμα μίαν Θεότητα εἶναι, Διὸ τὸ καὶ ἐκλήθη ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων Τρισμέγιστος Ερμῆς. *Regnauit autem ijs temporibus apud Aegyptios primus ex familia Cham Sesostris, & hic fuit Hermes Trismegistus, admirandæ & terribilis doctrinæ vir, qui asserebat, tres esse maximas potentias; ineffabilis, & Opificis DEI nomen, vnam Deitatem dicebat esse; & ob id ab Aegyptijs Ter maximus dictus fuit.* Hermes Rex Aegypti.

Quomodò autem eum Sesostrin vocet Chronicum; diù anxium, perplexumq; me reddidit, donec tandem in Vaticano exemplari reperi, eum non Sesostrin, sed Sesosirin esse vocatum, quod idem in lingua Ægyptia, ac filium Osiridis significat. Mercurius autem, vti suprà ostensum fuit, nunc pro ipso Osiri, jam pro filio eius, modò pro Scriba, & Consiliario eius acceptus fuit. Cùm enim Cham Osiris sit dictus, Mercurius autem ex Stirpe Chami oriundus sit, non incongruè Sesosiris, id est, germen Osiris, dici potuit. Certè minimè hunc Sesostrin fuisse, quem trecentis circiter annis post Mosen potentiâ, gloriâ, rerumque gestarum gloriâ maximũ viguisse, vel hinc patet, quod hic Sesoris fuerit tempore Misræ, quem & Nachor vocat, & primum Ægypti Pharaonem, à quo cæteri nomen desumpserint, nominet. Mercurius Sesonris dictus est.

CECDCI-PIC-

Hunc verò Sacrarum literarum, siuè hieroglyphicarum Authorem fuisse, apertè his verbis ex Manethone docet Eusebius in Sozomenis: Manethon apud Eusebium in Sozomenis.

Ἐκ τῶν Μανεθῶ τοῦ Σεβεννύτου, ὃς δὴ καὶ Πτολεμαίῳ τῷ Φιλαδέλφῳ Ἀρχιερεὺς τῶν ἐν Αἰγύπτῳ εἰδώλων χρηματίσας ἐκ τῆς ἐν τῇ Σηριαδικῇ γῇ πεμπόντων εἰδώλων στηλῶν ἱερᾶ φησὶ, διαλέκτῳ καὶ ἱερογραφικαῖς γράμμασι κεχαραγμένων ὑπὸ Θώθ τοῦ πρώτου Ερμοῦ, καὶ Ερμηνευθεισῶν μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἐκ τῆς ἱερᾶς διαλέκτου εἰς τὴν Ελληνίδα φωνὴν γραμμασιν ἱερογλυφικοῖς καὶ ἀποτεθεισῶν ἐν βίβλοις ὑπὸ τοῦ Ἀγαθοδαίμονος τοῦ διαπέμπτου Ερμοῦ. Πατρός τε τοῦ ταῖς ἀδύτοις τῶν ἱερῶν Αἰγυπτίων. Ἀπερισφάστως τῷ αὐτῷ Φιλαδέλφῳ βασιλεῖ διαπέμπω Πτολεμαίῳ. ἐν τῷ βίβλῳ τῆς Σώθεως γράφων ἅπας; βασιλεῖ μεγάλῳ Πτολεμαίῳ Φιλαδέλφῳ σεβασῷ Μανεθὼς Ἀρχιερεὺς καὶ γραμματεὺς τῶν κῆ Αἰγύπτου ἱερῶν ἀδύ-

των, γένει Σεβεννίτης, ὑπάρχων Ηλιουπολίτης τῶν διαπόρων Πτολεμαίῳ χαίρειν. ἡμᾶς δεῖ λογίζεσθαι μάλιστα βασιλεῦ πάντων, ὧν βούλῃ ἡμᾶς ἐξετάσαι πραγμάτων. ἐπιζητοῦντι οὖν μέλλοντα τῷ κόσμῳ γίνεσθαι καθὼς ἐπέλευσάν μοι φανῆναι τὰ εἰδωλα τὰ κειμένα ἐν τῇ γῇ ἱερὰ διάλεκτος ἑρμηνεύθη καὶ γράμματα ἱερογλυφικὰ ἐκ τῶν ἀδύτων τῶν ἱερέων Θὼθ πρώτου Ἑρμοῦ ἱερὰ ἐπιγραφέντα ὑπὸ τοῦ πατρὸς Τατ ἑρμηνεύθη ἐκ τῆς ἱερᾶς διαλέκτου εἰς τὴν Ἑλληνικὴν γραμματικὴν μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ὑπὸ τοῦ δευτέρου Ἑρμοῦ τοῦ Ἀγαθοδαίμονος τοῦ Τατ καὶ ἀπέθετο εἰς βιβλία ἃ ἐκάλεσε Σωτικὰ καὶ ἐν τοῖς ἀδύτοις τῶν ἱερέων ἀπέθετο. ἃ καὶ ἐξήνεγκε τῷ βασιλεῖ Πτολεμαίῳ τῷ Φιλαδέλφῳ ὁ Σεβεννίτης ἱερεὺς καὶ ἀρχιερεὺς τῶν εἰδώλων καὶ ἱερογραμματεὺς τῶν ἀδύτων καὶ ἐξηγητὴς τῷ βασιλεῖ Πτολεμαίῳ τῷ Φιλαδέλφῳ τῷ τιμιωτάτῳ καὶ ἐπιστήμονι πάντων τῶν ἀνθρώπων καὶ τῷ φιλοσόφῳ καὶ τῷ ἀρχιερεῖ καὶ τῷ βασιλεῖ. *Ex Scriptis Manethonis Sebennitæ, qui tempore Ptolomæi Philadelphi Archiſacerdos Idolorum, quæ ſunt in Aegypto, oraculo doctus imaginum iacentium in terra Syradica, ſacra dialecto inſcriptorum, Sacriſque literis inſculptorum à Thoyth primo Hermete, quas interpretatus eſt poſt Cataclyſmum ex ſacra Dialecto in linguam Græcam literis hieroglyphicis, & poſuit eas in libris Agathodæmon ſecundus Hermes pater Tat, in adytis templorum Aegyptiorum, quas pronunciauit ipſi Philadelpho Regi ſecundo Ptolomæo, qui in libro Sothios ita ſcribit; Regi magno Ptolomæo Philadelpho venerando Manethon Archiſacerdos, & Scriba Sacrorum Aegypti adytorum, genere Sebennita; Heliopolita Domino meo Salutem. Nos oportet diſſerere, Maximè Rex, de omnibus rebus, de quibus nos vis examinare; Inquirenti igitur de ijs, quæ mundo euentura ſunt, manifeſtabuntur quæ didici ex libris Sacris Scriptis à proauo Hermete Triſmegiſto. Vale Domine mi Rex.*

Ex hiſce patet primùm ante diluuium Hermetem fuiſſe eum, qui literas & artes in ſaxis inſculpſerit, quæ pulchrè conſonant Arabum traditioni; dicunt enim Henoch primum fuiſſe Mercurium Triſmegiſtum literarum & artium inuentorem; Secundum autem fuiſſe poſt diluuium, hunc videlicet noſtrum, qui à primo Hermete tradita, ſaxiſque inſculpta myſteria artium noua hieroglyphicæ literaturæ inuentione velata, deindè poſteritati tradiderit. Sic enim Amed ben Ioſeph Altiphaſi apud Gelaldinum: ☼ ادريس وهو هرمس وهو ——————— وولد ليرد حنوخ

Amed Ben Ioſeph Altiphaſi apud Gelaldinum.

hoc eſt: *Et genitus eſt Iaredo Henoch, ipſe eſt Hermes ipſe Adris*; & cætera, quæ fusè ex Arabum doctrina fol. 10. citauimus. Et paulò poſt:

وزمان ابراهيم كان بمصر هرمس وهو ادريس الثاني ———————

Et in diebus Abraham fuit in Aegypto Hermes ipſe Adris ſecundus; & ipſe Triſmegiſtus, fuit enim Propheta, Rex, Philoſophus. Tautum præterea, ſiuè Thoth, aut Mercurium à primis Mundi Patriarchis, qui Chaldæam, & Phœniciam incolebant, in vera Religione inſtructum, Ægyptiorum fabuloſam doctrinam, & in manifeſtam idololatriam vergentem, emendaram juxtà ſcientiæ normam ordinaſſe, expreſſis verbis ex Sanchoniathonis Scriptoris Phœnicij vetuſtiſſimi fragmentis Philo Biblius docet, his verbis:

Sanchoniathon apud Euſebium.

Τάαυτος, ὃν Αἰγύπτιοι θὼθ προσαγορέυουσι, σοφία διενεγκὼν ἔβρασε τὴν φαύλην; πρῶτος τὰ κῦ τὴν θεοσεβίαν ἐκ τῆς τῶν χυδαίων ἀπειρίας εἰς ἐπιστημονικὴν ἐμπειρίαν διέθηκεν. *Tautus autem, quem Thoth Aegyptij appellant, Sapientia Phœnicum inſignis, primus religionem Deorum ab ignorantia Chyd.eorum (forſan Chaſdæorum, ſiuè Chaldæorum) in dignitatem doctrinæ ſcientificam reduxit.* Quæ totidem penè verbis ex Philone tradit Euſebius lib. 1. de præparat. Euang. c. 7.

Hermes ſuperſtitioſam primarum gentium doctrinam emendat.

Clarè itaque ex citatis patet; Hermetem Triſmegiſtum alium non fuiſſe, niſi eum, quem diximus; poſt diluuium primùm in Ægypto Legiſlatorem, Characterum Ægyptiorum, hieroglyphicorumque primum

in-

inuentorem, Sacerdotem, Regem, Prophetam, artium & Scientiarum primum institutorem; quod probare intendimus.

CAPVT II.

De propagatione doctrinæ hieroglyphicæ, & de tempore quo illa durauit.

POstquam itaque Hermes de humano genere benè meritus, Mesram & filium eius Mesramuthisin in Sacrorũ disciplinis imbuisset; eos quoque ad illas in Obeliscis insculpendas rationem mysticam docuisset, vti suprà fusè probatum est; ab his inuentum primò ad posteros propagatum est. Posteri tam admirabili doctrina instimulati; eam nullo non tempore veluti vnicum patrimonium, opimamque hæreditatem acceptam promouerunt. Factumque est, vt quicunque insignem harũ rerum notitiam callerent: omnibus admirationi essent, ab Hermete Hermetes, Sacerdotes & Prophetæ vocitarentur, diuinitati proximi; & ne Diuinum inuentum à prædecessoribus traditum pluribus, ijsque vilibus hominibus innotesceret, jurejurando sese obstrinxerunt, præter Sacerdotalis Ordinis homines, ingenio singulari, adeòq; Regno aptos, nemini cõmunicari debere; Sic enim & disciplinas, & ipsos Sacerdotes earum peritos, in maiori apud omnes, & pretio, & æstimatione futuros confidebant. Hinc Sacerdotes summo studio traditæ doctrinæ incumbentes eam non tantum propagarunt, sed & ipsi fundamento jacto superstruentes, alia & alia Symbola mystica ad Hermeticam amussim excogitarunt, vsque ad Putipharem Sacerdotem Heliopolis, cuius filia in matrimonium cessit Iosepho: Hic teste Rab. Eliezer fuit vnus è Sacerdotibus Ægypti, qui in Heliopoli sedem suam fixerant; Philosophiæ, & Sacris disciplinis vnicè deditus; atque hic vir Sapientiæ magnæ, & literarum Præses: Verba Eliezer sunt:

Sacerdotes jurejurando obstricti ad silentio supprimendam sacram doctrinam.

Putiphar Sacerdos Heliopolis præses literarum sacrarum.

וחוא חכם גדול ובעל ספרים מקדם העבדה שמש

Philosophus magnus, & Præses literarum, & cultus Solis. Fuit autem Heliopolis proprié Sedes Sacerdotum, & vnica hieroglyphicæ Sapientiæ palæstra, quæ post eum vsque ad Mosen à successoribus propagata fuit. Verùm, vt fieri solet, dùm inanis gloriæ cupidiores, quàm par esset, forent; Symbola ab Hermete de diuinis mysterijs, & Naturæ arcanis tradita, in manifestam superstitionẽ deduxerunt. Vndè mox prodigiosa illa Deorum mythologia, brutorum cultus, sacrificiorum ridiculæ cerimoniæ, quæ ab Hermete priùs ad diuinitatis mysteria institutæ erant, ex eis tanquam ex equo quodam Troiano enatę, totum paulatim mundum infecerunt; Accessit turpe lucrum Sacerdotum, quod à populo obtinebant, cui omne aliud, quàm quod præfiguratum erat, persuadebant. Hinc Cerimoniarum cultus prorsùs ridiculus, hinc planctus & lamenta, hinc fabulæ de Osiri, Iside, Horo,

Sacra doctrina ab Hermete tradita in superstitionẽ vergit.

Typhone, Serapide, insinuantibus se eorum operationibus occultè dœmonibus, vndè & Magia diabolica, Oraculorum impietas, simulacrorum, idolorumque fabrica, aliaque quam plurima, quæ fusissime in primo Oedipi Tomo prosecuti sumus, prodiêrunt; factumque est, vt Ægyptus publicum fieret superstitionis, damnatarumque artium Theatrum. Ac primò quidem prodijt indè famosa illa Zabiorum, veriùs Sabæorum secta, quæ originem suam habuit, ex quodã è Stirpe Chus fratris Mesræ, qui in Chaldæam, vbi tum Nembrod, Chusi filius, & Ninus, longè, latèque dominabantur, translata magnos progressus fecit. Hinc ignis Solis, Lunæ, & septem errantium Stellarum cultus, hinc Astrologiæ, Stellarumque vanitates; quorum omnium promotor acerrimus fuit Nachor; quæ omnia fusè prosequitur Rambam in Doctore perplexorum, & nos fusè hanc Zabęorum, seù Sabæorum sectam in prima Oedipi parte prosecuti sumus, ad quem Lectorem remittimus. Quæ adeò vera sunt, vt vel ipsæ sacræ literæ huiusmodi superstitiones deplorent, & ne Hebræi iis contaminarentur, pleriq; melioris notæ Hebræorum Magistri, non alia de causa præcepta illa in Leuitico, & Deuteronomio à Mose de animalibus & cerimoniis, nisi ad Ægyptiorum consuetudines, & impietates vitandas posita esse velint, vt alibi ostendimus.

Aegyptus superstitionis Seminarium.

Secta Sabæorum qualis & vnde orta

Cur Hebræi sacrificia instituerint cõtraria Aegyptijs.

Bouis enim, aliorumque cultum animalium ante Mosen extitisse, apertis verbis Sacer textus docet; vti ex 8. Exodi patet: vbi dùm Pharaoni immolationes, & sacrificia in Ægypto fieri suadenti, nullâ id ratione fieri posse respondit his verbis:

Bouis cultus in Aegypto cæterorumque animaliũ ante Mosen in Aegypto viguit.

הן נזבח את תועבת מצרים לעיניהם ולא יסקלונו

Et ecce si abominationes Aegyptiorum sacrificemus in oculis eorum, an non lapidabimur? Vel vt latina lectio habet; *si enim mactauerimus ea, quæ colunt Aegyptij coram eis, lapidibus nos obruent.* Vel vt pulchrè Thargum Onkelos: הא נדבח ית בעירא דמצראי דחלין ליה ואינון יחון חזן הלא ימרון למרגמנא

Ecce si immolauerimus animal, quod ipsi colunt ipsis videntibus, nonnè lapidabunt nos? Hanc eandem ob causam Ægyptij omnes Pastores ouium abominantur, vt dicitur vers. vltimo, 46. capite Genesis. Ægyptij enim cum summo honore Arietem, Bouem, Hircum, in Ariete quidem Hammonẽ, siuè Iouem Ammonium, in Vitulo Apin, in Hirco Priapum, tanquam Numinum viua habitacula venerarentur, non tantùm fas non erat illa occidere, aut immolare, sed & occisores eorum morte, teste Eusebio Pamphylo, puniebant; Mortua autem luctu planctuq; maximo complorabant. Quem cultum ceremoniasque impias, vt destrueret Moyses, non id aliter, quàm contrarijs legibus, & ceremonijs præstandum censuit; Hinc arietes, vitulos, & hircos, quos Ægyptij colebant, Hebræi morti per sacrificia destinabant. Quæ omnia pulchrè, & eruditè Rambam libro qui *More nebuchim* siuè *Doctor Perplexorum* dicitur, describit. Cuius ideò verba ad longum adferam. Sic enim p. 3. cap. 46. dicit: יעתה אתחיל לתת טעם

Animalia Aegyptiorũ quibus Diis consecrata.

Rambam in More nebuchim.

כל

כל אחד ואחד לפי השגתי ואמר כי כבר אמרה התורה כפי מה שפי׳ אונקלוס שחמצריים
היו עובדים מזל טלה מפני זה היו אוסרים לשחוט הצאן והיו מואסים רועי צאן אמר
הן נזבח את תועבת מצרים וכן היו כתות מן חצאבה עובדים לשדים והיו חושבים שהם
ישובו בצורת העזים ולזה היו קוראים לשדים שעירים וכבר התפשט הדעת הזה מאוד
ולא יזבחו עוד את זבחיהם לשעירים אשר הם זובחים ולזה היו אוסרים הכיתת
החם ג כן אכילת העזים אבל שחיטת הבקר כמעט שהיו מואסים אותו רוב עובדי ע׳ז
וכלם היו מגדילים זה המזון מאוד ולזה תמצא אנשי חודו עד היום לא ישחטו הבקר
כלל ואפי בארצות אש ישחטו שאר מיני בעלי חיים ובעבור שמחה זכר אלו הדעות
אשר אינם אמתיות צונו להקריב אלו השלשת מינים לבד מן הבהמה ומן הבקר המן
הצאן הקריבו את קרבניכם עד שיהיה המעשה אשר חשבוהו תכלית המרי בו יתקרבו
אל השם ובמעשה החיא יכופרו העונות

Et nunc incipiam ſenſum, & rationem ϖniuſcuiuſque, *pro* ϖirili *dare, dicoque, quod nos docuit Lex diuina, ſecundùm expoſitionem Onckeli, Aegyptios Sydus,* ϖel *ſignum Arietis coluiſſe, ac propterea non ſolùm prohibitum fuiſſe mactare oues; ſed & in ſummo contemptu, & abominatione fuiſſe paſtores ouium. Hinc Moyſes dicet: Ecce ſacrificabimus abominationem Aegyptiorum: Ad hunc modum fuerunt ex Sabæis nonnulli, qui Dæmones colebant, exiſtimantes, quòd formam Hircorum haberent;* ϖndè *etiam Dæmones* Seirim, *hoc eſt, Hircos appellabant. Quæ opinio Moyſis tempore iam longè, latèque in Orbe diffuſa fuit, ſicut ait,* Et non ſacrificabunt vltra ſacrificia ſua (Laſſeirim) *hoc eſt, Dæmonibus ita appellatis, & hinc apud illud hominum genus prohibitus quoque fuit eſus hircorum. Iumentorum autem mactationem maxima pars Idololatrarū abominata eſt ſemper, omneſque hanc irrationalium animalium ſpeciem maximi fecerunt. Hinc in hodiernum* ϖſque *diem in India reperies homines, qui illa nunquam mactare ſolent, & quidem in illis etiam locis,* ϖbi *pecudes mactari conſueuerunt. Vt ergo memoria harum opinionum ex animis hominum deleretur, præcepit nobis Deus,* ϖt *has trium beſtiarum ſpecies (Arietes, Boues, Hircos, ſolùm in Sacrificijs noſtris offerremus, iunctà illud: De bobus, & pecudibus offeretis oblationem* ϖeſtram; *ita* ϖt *illud, quòd ipſi pro ſummo peccato habebant, DEO offerri debeat, illoque peccata noſtra expianda ſint. Hoc nempè pacto curandæ ſunt opiniones illæ praue, quia ſunt* ϖeluti *morbi, &* ϖlcera *animæ humanæ, per extremum ipſorum contrarium. Hoc ſine præcepit agnum paſchalem comedere,* ϖt *contrario ritu, impietatem eorum deteſtaremur. Hinc Leones, Vrſos, Tygres, aliaſque feras beſtias, quas illi offerebant, Hebræi intactas relinquere* ϖolunt, ϖt *in Libro* טמטם *Tamtam habetur.* Huc vſque Rambam.

Ex quibus luculenter patet, iam Sacras Ægyptiorum diſciplinas, multò ante Moyſen floruiſſe; hieroglyphicas quoque tanto in pretio, & æſtimatione fuiſſe, vt vel ipſum Moyſen iis inſtitutum Sacræ literæ Act 7. his verbis aſſerant: *Erat autem Moſes eruditus in omni Sapientia Aegyptiorum.* Quæ Philo in vita Moyſis aliquantò fuſiùs explicat: Διδάσκαλοι δ' ἄλλοι ἄλλα μέρη παρῆσαν. οἱ μὲν δὴ τὰ τῶν πλησιοχώρων καὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον νομῶν ἀπομιμήσεις. οἱ δ' ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἐπὶ μεγάλαις δωρεαῖς μεταπεμφθέντες ὧν ἐν οὐ μακρῷ χρόνῳ τὰς δυνάμεις ἐλάβομεν, ἀκριβείᾳ φύσεως φθάνοντας ὑφηγήσεις; ὡς ἀνάμνησιν εἶναι δοκεῖν, ἃ μάθοιτο, ἐπὶ καὶ πρεσβυτάτων ἀπὸ τὰ δυσχερέστατα ἐξεθμὰς μὲν οὖν καὶ γεωμετρείας τὴν τε ῥυθμικὴν καὶ ἁρμονικὴν καὶ μετρικὴν θεω- *Philo.*

θεωρίαν, καὶ μυσικὴν τὴν σύμπασαν ὅλῳ τὲ χρήσιμος ὀργάνων καὶ λόγων τῶν ἐν ταῖς πόλεσι καὶ διεξόδοις τοῖς ἀπὸ πόλεως, Αἰγυπτίων ὅι λόγιοι παρέδοσαν. Τὲ φερσέφη τὴν ὅλῳ συμβόλων φιλοσοφίαν, ἢν ἐι τοῖς λεγομένοις ἱεροῖς γράμμασιν ἐπεδείκνυντο; καὶ ὅλῳ τῆς τῶν ζώων ἀποδοχῆς ἃ καὶ Θεῶν τιμαῖς γεραίρεσι. Τὴν δ' ἄλλην ἐγκύκλιον παίδευσιν ἕλληνες εδίδασκον, ὁι δ' ἐκ τῶν πλησιοχώρων τὰ τε Ασσύρια γράμματα, καὶ τὴν τῶν ἐρανίων χαλδαϊκὴν ἐπιστήμην; Τάυτην καὶ παὶ Αἰγυπτίων ἐλάμβανε μαθηματικήν. *Doctores*, inquit, *ſtatim alijs aliundè præſto fuerunt, partim ex vicinis populis, Aegyptiorumque Nomis voluntarij, partim ex Græcia magnis emolumentis euocati; quorum facultatem breui tempore ſuperauit, cùm & ingenij felicitate doctrinam anteuerteret, vt planè non diſciplinam, ſed recordationem eſſe approbaret, & de ſuo multa perſpectu obſcura ingeniosè excogitaret. Numeros quidem, & Geometriam, vniuerſamque Muſicam, Rhythmicam, harmonicam, metricam, ſiuè contemplatiuam, ſiuè per voces, inſtrumentaque promentem ſe modis varijs accepit ab Aegyptijs Doctoribus; maximè verò occultam Philoſophiam, deſcriptam, vt vocant, literis hieroglyphicis, hoc eſt, notis animalium, quæ ipſi venerantur pro Numinibus, aliam verò encycliam doctrinam Græci docebant; ex vicinis verò locis Aſſyriorum literas, & de cæleſtibus Chaldæorum Scientiam; Mathematicam verò recipiebat ab Aegyptijs.* Hæc Philo.

Mathematicæ diſciplinæ ante Moſen vulgares in Aegypto.

Iuſtinus Philoſophus & Martyr aliquantulum à Philone diſſentiens in libro quæſtionum à gentibus poſitarum aſſerit: *Moſen omiſſo ſtudio omnium Mathematicarum, quæ tùm in Aegypto vulgares erant & viles, adieciſſe animum ad ſolas hieroglyphicas diſciplinas, quæ tùm apud eos ſolæ in honore, & pretio erant, & non quibuslibet, ſed præcipuis & probatiſſimis viris, & in abditis locis ſecretò traderentur. Has cùm didiciſſet Moyſes; nihil tamen vnquam ſecundùm eas aut dixit, aut fecit, quod contrarium eſſet vnius veri DEI cultui; neque credendum eſt, Moyſen potentem opere & ſermone, ex vi Aegyptiacæ Sapientiæ miracula operatum, ſed ex ſola veri DEI virtute miranda opera peregiſſe.* Clemens tamen in 5. Stromat. *Moyſen*, ait, *iuxtà hanc hieroglyphicæ doctrinæ conſuetudinem multa ſub tropicis, ac myſticis animalium Symbolis vitæ moralis præcepta occultè tradidiſſe, ſolis diuinæ legis amatoribus peruia; qualia ſunt illa: neque porco, neque aquila, accipitre, aut coruo veſcendum; quæ quomodò intelligenda ſint, paulò ante ex Rambam oſtenſum fuit.* Iamblichus autem apertis verbis oſtendit, totius Sapientiæ Ægyptiacæ, potiſſimum hieroglyphicæ, Authorem alium non fuiſſe, niſi Mercurium Triſmegiſtum; dùm omnes poſteros Philoſophos Sapientiam ſuam ex Columnis Ægyptiis didiciſſe luculenter aſſerit, primo Capite de myſteriis. Vbi & per Columnas nihil aliud indigitat, quàm Obeliſcos, quibus doctrina illa ſublimior inſculpi erat ſolita, quod & Arabes omnes communi conſenſu teſtantur, vt alibi probatum fuit.

Clemens lib. 5. Stromat.

Hieroglyphicæ diſciplinæ ante Moſen.

Atque ex hiſce, ni fallor, luculenter conſtat, hieroglyphicas diſciplinas ante Moyſen iam multo tempore, videlicet à temporibus Miſræ, & Abrahæ, quibus inſtitutor earum Mercurius fuit Synchronus, floruiſſe. Ab hoc enim & nomen Pharaonum, & Sacerdotalis Ordo, & literarum tàm vulgarium, quàm doctrinalium originem nacta ſunt; vt proindè vehementer hallucinentur, qui ipſum Moyſen Mercurium Triſmegiſtum, aut

Iethro

Iethro eius Socerum esse volunt; perperàm quoque sentiunt ij, qui post Mosen ab aliis huius nominis Trismegistis illas adinuentas asserunt; Cùm enim & tempori, & historijs repugnent, veluti incongrua reijcienda sunt. Habemus itaque hieroglyphicæ disciplinæ propagationem vsque ad Mosen; restat vt post eum earundem promotionem continuemus. Post exitum itaque filiorum Israël ex Ægypto, summersumque in mari rubro Pharaonem, cum omnibus suis primoribus, & Dynastis, Regnum, vti ingentem cladem incurrit, ita ardor huius disciplinæ aliquantum interpellatus est vsque ad Amenophim, siuè Menuphta, qui primus, vt suprà ostensum fuit, non tantum Regnum in pristinum splendorem restituit; sed & disciplinas sacras summo zelo & ardore promouere conatus est. Hic primus magna animo suo voluens, conuocatis Sacerdotibus, penes quo solos hieroglyphicorum, Mathematumque notitia remanserat, de ritibus & ceremoniis aliquantum intermissis instaurandis, de Templis, Obeliscis, pyramidibusq; erigendis concilium inijt; & cùm nihil restaret, quàm conclusorum executio, ipse morte sublatus filio Sothis Regni reliquit gubernacula. Hic paternorum moliminum memor, primus post Mosen ex Regibus, animum ad traditas disciplinas Obeliscis insculpendas adiecit. Quidnam autem præstiterit circa hæc, & quosnam Obeliscos erexerit, suprà peculiaribus capitibus dictum est, vt proindè superfluum, hic ea repetere, iudicauerim. Hoc morte sublato successit filius eius Ramesses, qui traditas artes non tantùm insigni studio propagauit, sed & omnium, qui vnquam visi sunt, maximum hieroglyphica literatura insignē erexit Obeliscum. Quem deindè Sacerdotes secuti, singuli pro facultate sua conatus Regios insigniter promouerunt: adeòque nullo vnquam tempore, studium hieroglyphicum maiori in flore, & pretio fuit, quàm hoc seculo. Successit deindè, vt ex Chronographia patet, Sesostris Rex, qui proimmensa animi sui magnitudine, sicuti magnam Orbis terræ partem suo subiugauit imperio, ita & hoc studium mirificè quoque propagauit; quemadmodum ex Columnis, quas in præcedentibus descripsimus, omnium quę in mundo vnquam visæ sunt; maximis patet. Secutus hunc filius eius Momphercur, siuè corruptè Noncorius, qui & ipse ad hieroglyphicorum culturam adiecit animum, ingentem præ cœteris Obeliscum molitus est, eum videlicet, quem in Campo Vaticano in hunc diem superstitem cum admiratione intuemur. Hunc secuti posteà sunt Psammirtao, siuè vt Plinius corruptè Sennaserteus, Aphries, Psammus, & Nechao, aliique Reges, qui & ipsi Obeliscis erectis, quanti doctrinam auitam facerent, posteritati testati sunt. Quæ verò hi Reges præstiterunt, & de Obeliscis eorum, cùm in præcedentibus fusissimè ostenderimus, hic tantum anacephalęoticâs ea repetenda duxi, vt sic ordo, tempus, & ratio hieroglyphicæ propagationis meliùs innotesceret.

Durauit autem hoc studium eâ, quâ dictum est, propagatione, vsque ad Cambysem Regem Persarum, qui Ægypto tandem per vim occupata, susque,

Hieroglyphicæ literaturæ post Mosen propagatio.

Menuphta primus post Mosen hieroglyphicæ doctrinæ promotor.

Sothis filius institutum patris prosequitur.

Ramesses filius Sothis Obeliscos erigit.

Sesostris aliàs Sesostris promouet Obeliscorum erectionem.

Momphencur filius maximum Obeliscum erigit.

que, deque vertit omnia, Sacerdotibus partem occisis, partim in captiuitatem abductis, aras, Templa, Obeliscos, libros sacros, siuè Sacerdotales, igne consumptos, euertit, factumque est, vt Barbarorum moribus introductis, Sacerdotalis doctrina ita labefactata sit, vt vix eiusdē vestigia remanerent. Atque hic fuit propagationis hieroglyphicæ doctrinæ, vti & Obeliscorum erectionis terminus.

CAPVT III.

Vtrum succedentibus seculis doctrina hieroglyphica prorsus fuerit deleta, et an Orpheus, Lynus, Pythagoras, Plato, alīque Scriptores eiusmodi doctrinæ notitiam habuerint?

Orpheus Linus.

CErtùm est ex clade à Cambyse Ægypto illata, non ita omnem hieroglyphicam doctrinam de repente concidisse, vt non eius nonnulla vestigia remanserint. Nam præterquam quod Orpheus, Linus, Amphion, (qui primi Græcorum Philosophi, duobus videlicet post Moysis transitum, seculis, in Ægypto conuersati sunt, eo videlicet tempore quo artes, & scientiæ memoratæ maximè florebant) ex frequenti cum Sacerdotibus conuersatione, eam perfectè addidicerint, & ad Græcos transtulerint; Sacerdotes quoque exules eam vicinis Arabum, Phœnicum, Græcorumq; gentibus communicasse omninò probabile est. Quod vel indè patet, quòd Orphei hymni nescio quid Ægyptiacum oleant; imò hieroglyphicam doctrinam mysterioſis suis allegorijs ita exactè exhibeant, vt non à Græco, sed Ægyptio Sacerdote compositi videantur. Hosce secutus est multò post, circa primæ Olympiadis annum ante Cambysis in Ægyptum aduentum, quatuor circiter annos, Pythagoras, qui & vniuersam Ægyptiorum symbolicam doctrinam defloratam sui iuris fecit: Quem secuti Plato, Democritus, Thales Milesius, Eudoxus, Aristoteles, singuli, Sacerdotes, à quibus in Ægyptiacis mysterijs instituerentur, eos habuere Magistros, vt posteà vidēbitur. De Orpheo sic refert Diodorus: *Orpheus*, inquit *Thrax genere, filius Denagri, doctrinâ, melodiaque ac Poësi excessit omnes, quorum extat memoria; Etenim Poëma mirandum edidit, & suauitate cantus præ cæteris clarus, adeò fama excreuit, vt mulcedinè feras, & arbores ad se audiendum allicere diceretur; doctrinæ deditus, cum Theologiæ operam impendisset, in Aegyptum transit, plurimarumque ibi rerum scientia perceptâ, Græcorum doctissimus, tum in Deorum cæremonijs, tum in Theologia, tùm in Poëmatibus cantuque est habitus.* De seipso verò in Argonauticis testatur, se in Aegypto Memphis fuisse; Pythagoram verò in Aegypto cum Sacerdotibus multo tempore conuersatum, symbolicam eorundem doctrinam plenè hausisse, Eusebius, Clemens Alexandrinus, Diodorus, Laërtius, Malchus in eius vita luculenter ostendunt: Imò præ cæteris Iamblichus his verbis fronti libri præpositis testatur. *Aegyptij Scriptores putan-*

Orpheus discipulus Aegyptiorum, hieroglyphica literatura imbutus fuit.

Pythagoras promouit & propagauit literaturam hieroglyphicam

Diodorus de Orpheo.

Eusebius, Clemens, Diodorus, Malchus, Laertius.

Iamblichus.

tan-

tantes omnia inuenta esse à Mercurio, suos libros Mercurio inscribebant. Mercurius præest sapientiæ, & eloquio; Pythagoras, Plato, Democritus, Eudoxus, & multi alij ad Sacerdotes Aegyptios accesserunt. Dogmata huius libri Assyriorum, & Aegyptiorum sunt, & ex columnis Mercurij. Pythagoras & Plato didicerunt Philosophiam ex columnis Mercurij in Agypto; Columnæ Mercurij plenæ doctrinis.

E Columnis Mercurij Græciæ Philosophi hauserunt suas.

Ex quibus apertè patet, omnem Græcorum doctrinam, & præsertim symbolicam ab Aegyptijs ad Græcos translatum, vti & Eusebius, Clemens, alijque fusè ostendunt. Cùm enim Pythagoras, & Plato ex obeliscis reconditam suam philosophiam, teste Iamblicho, hauserint; doctrinam hieroglyphicam tunc temporis apud superstites sacerdotes adhuc viguisse, eiusque cognitionem plenam curiosissimos philosophos memoratos eorum institutione hausisse, verisimile est: Et de Pythagora quidem nullum dubium est; cùm hic ante Cambysis aduentum, tempore vltimi Regis Aegypti Amasis, cum Sacerdotibus multis annis conuersatus sit, & libri ejus mysterijs pleni satis id indicent; de posteris tantùm post Cambysem philosophis difficultas est. Sed dicimus, ne tunc quidem desijsse symbolicam Aegyptiorum doctrinam, sed sacerdotes occultè quibus volebant, & expedire iudicabant, eam oretenùs cõmunicasse. Certè Platonem ijs imbutum præ cæteris libri ejus satis, vt alibi demonstrabitur, indicant. Ita quidem, vt discursus ejus sublimes per numeros, lineas, sonos, allegorias occulti, vti & vniuersalium rerum conceptus, siuè ideæ, nihil aliud, quàm schematum hieroglyphicorum euolutionem innuere videantur. Tradit autem Eusebius l. 10. c. 3. præter Euang. Platonem circa finem Regni Persarum in Aegypto paulò ante Alexandrum Macedonem, quadringentis annis vel paulùm plus ante Cæsarem Augustum floruisse. Porrò in Aegypto Pythagoram Magistrum suum sortitum esse Sacerdotem Oenuphæum Heliopolitam; Eudoxum verò Conuphæum Memphitam, Solonem verò Sonchiten Saitem adeptum esse, Malchus in vita Pythagoræ testatur; ita vt quidquid arcanum, & reconditum circa Deorum notionem occurrit, quicquid in mysterioſis eorundem ritibus, & ceremonijs, Deorumque cultu, allegoricum est, ex hieroglyphica doctrina profluxisse, (vt nos fusissimè in Mystagogia hieroglyphica sequenti libro ex omni Orientalium doctrina demonstramus) censeri debeant. Quæ cum ita sint, necessariò asserendum est, hieroglyphicam doctrinam Obeliscis insculptam, semper in vicinarum gentium monumentis superstitem fuisse; non quidem signis ipsis figurisque sculptilibus exhibitam, sed symbolicis discursibus fabularumque involucris adornatam. Quid enim aliud sunt Pythagorici illi gryphi, & parabolæ reconditissimæ, nisi hieroglyphicæ gnomæ, ad normam, & amussim Aegyptiacam concinnatæ? quid per vitam istam Pythagoræ abstinentiâ, continentiâ, & silentio conspicuam, quàm Sacerdotum Aegyptiorum vita exprimitur? Quid Plato ipse in omnibus passim dialogis suis per ideas suas aliud, quàm ideas tùm theologicas, tùm politicas Aegyptiorum expressit?

Post Cambysen adhuc viguit sacra doctrina.

Quinam Magistri in Aegypto fuerint Pythagoræ, Eudoxi, Solonis.

Hieroglyphica literatura non periit sed sparsa hinc inde in Græcorum monumentis permansit.

preſſit? Eudoxus quoque, quæ de rerum principijs habet, teſte Clemente lib. 6. Strom. omnia vti & Pherecides Syrus, & quæ de Legumlatione eximia Solon habet, ab Aegyptijs didicit. Non dicam hoc loco de Ariſtotele, cuius Philoſophia ad mentem Aegyptiorum condita quam alij Numenio adſcribunt, nihil aliud, quam hieroglyphicarum Idearum interpretationes redolet. Verùm cùm hæc omnia parallela quadam ſingulorum ad inuicem comparatione oſtendamus in Oedipo, hic longior eſſe nolui; cum cuiuis iudicio, & ingenio pollenti ex hiſce pauculis conſtare poſſit, hieroglyphicam doctrinam minimè vt ſcioli quidam, & philologaſtri putant, ſucceſſu temporum interijſſe; quin eandem in ſuperſtitibus Hebræorum, Arabum, Græcorumque monumentis, etſi diſperſam, & figuris exanimem quaſi ſepultam latere, & à Græcis Latinos ſcriptores hauſiſſe partim oſtenſum eſt, partim in decurſu Operis ſolidis rationibus, authoritatibuſque demonſtrabitur. Labore tantùm & induſtriâ opus eſt, vt videlicet per varium Lectoris ſcrutinium, linguarumque orientalium, quarum ope ſola Orientalium Scriptorum monumentorumque adyta nobis aperta ſunt, penetremus, atque tandem inſtar argumentoſæ apis, ex omnibus quæ ad rem faciunt excerptis, & per combinatoriam artem ritè inter ſe collatis hoc pacto myſticum Oſiridis corpus à Typhone temporum iniuria diſperſum, in integrum reſtauremus. Quod nos gratia DEI aſſiſtente, & Patris luminum gratiâ (ſine cuius afflatu omnis ingenij humani conatus meritò fruſtraneus eſt) nos præſtituros confidimus.

Pherecides Syrus.

Quomodo Author literaturam quaſi perditam eruerit.

CAPVT IV.

Quinam Authores ante, et poſt ruinam Ægypti à Cambyſe illatam fuerint, qui de Ægyptiorum myſterijs tractarint; ex quibus patebit, hieroglyphicam doctrinam per libros continua ſucceſſione traditam minimè interijſſe, ſed libris conſeruatam, ad vltima tempora peruenijſſe.

VT igitur laborioſa hæc hieroglyphicæ interpretationis molimina ſolidis rationibus fundaremus, de Scriptoribus antiquis omnium ſeculorum vſque ad Auguſtum Cæſarem, & vltrà florentibus, quique de Ægyptiorum Philoſophia ac myſticis diſciplinis tractarunt, agere hoc loco viſum eſt; vt ſic hieroglyphicæ doctrinæ propagatio demonſtraretur, oraque contradictorum aduerſariorumque authoritatibus tàm euidentibus clauſa obturarentur.

Notandum itaque, vniuerſam Ægyptiorum Sapientiam in quinque partes diuidi, teſte Clemente, in Phyſicã, Moralem, Politicam, Theologicam, & Magicã, partim ſcriptis, partim hieroglyphicis comprehenſam; cuius tantam apud ſe famam in mundo concitauerant, vt ſapiens dici non poſſet, qui

Diuiſio hieroglyphicæ doctrinæ.

ex

ex dictis partibus ab Ægyptijs instructus aliquam in se non deriuasset; Hinc ille reconditarum rerum scientiæ pruritus apud posteros. Quinam igitur ex posteris de ijs scripserint, & quomodo ad nostra vsque tempora propagata fuerit, ex omnium seculorum Authorum superstitibus fragmentis hoc loco demonstrare visum est; à primo Scriptore initium facturi. Chamus itaque filius Noë, primus post diluuium Zoroaster, primus Magica monumenta ad Ægyptios, Chaldæos, Phœnices, & Persas traduxisse fertur. De quo pulchrè Ioannes Cassianus in 8. Collat. c. 21. cuius verba allegata sunt suprà folio 4. quæ consule. Cui consentit Petrus Comestor in historia Ecclesiastica, qui eum ex Clemente, & Iosepho artem Magicam, Astrologiam cæterasque artes in quatuordecim Columnis, septem lateritijs, totidemque æneis contrà aquam, ignemque insculpsisse refert.

Ioannes Cassianus de Chamo.

Hunc secutus est Hermes Trismegistus, secundus Zoroaster, qui falsam doctrinam Chami, Misraim, aliorumque filiorum emendans, vti in præcedentibus probatum fuit, auitæ doctrinæ conformem edidit; Author literarum, qui & ipse ob singularem rerum naturalium scientiam à Chaldæis Zoroaster dictus, vt suprà probauimus. Sed de libris Hermetis audiamus Clementem lib. 6. Stromatum fol. 130. *Sunt ergò quadraginta duo libri Mercurij valdè necessarij, ex quibus triginta sex continent omnem Aegyptiorum Philosophiam, ediscunt ij qui ante dicti sunt* Sacrorum Præsides *reliquos autem sex παστοφόρους, id est, qui pallium gestant, qui pertinent ad medicinam, nempè de constructione corporis, de moribus, de instrumentis, & medicamentis, de oculis, & de mulieribus;* Quorum fragmenta Origenes ait lib. contra Celsum, suo tempore fuisse in Bibliothecis Ægypti adhuc superstites. Certè Arabes, & Chaldæos plerosque excerpta ex Hermete suis monumentis inseruisse, in decursu Operis videbitur. Ex his pleraque antiquos scripsisse testis est Iamblichus, imò fragmenta illa Oraculorum, in quæ copiosos commentarios Phlethon & Psellus scripsere, non alterius censenda sunt, quàm dicti Mercurij Trismegisti, Zoroastris secundi, vti alibi probauimus: de quibus lege Opusculum Ioannis Opsopæi Parisijs impressum anno 1612. Extat & huius Zoroastris Oracula, & Sapientia in Bibliotheca Vaticana, Altempsiana, varia adhuc fragmenta, quæ suo tempore tùm hic, tùm in Oedipo adducentur. Chaldæi verò, & hæc sui juris fecerunt, vt pulchrè ostendit Iochaides in libro reconditarum rerum referto, quem Zoar inscribit; vbi ab Ægyptijs instructus, quinque Sapientum ordines constituit, hoc est, Chesdaim, Asaphim, Hartamim, Mecaschephim, Cazarim, qui ordines & in libro Danielis cap. 7. indicantur. Per *Chesdaim* designat Genethliacos, quos Plinius ait initium habuisse à Belo Ioue Nini Assyriorum Regis Patre. Hi cœlorum motus diligentissimè spectarunt, & circa Astronomiæ rationes, prædictionesque occupabantur; quorum & Philo in libro de Abraham meminit in hunc modum: *Chaldæi scientiâ stellarum periti, omnia astrorum motibus tribuebant, à quibus credebant, dispensari mundi potentias, quæ constat ex numeris*

L'ibri Mercurij, *Apud Clementem lib. 6. Stromat.*

Ioannes Opsopæus in Oracula de Zoroastris Oracula.

Iochaides in Zohar.

Quinque Sapientum Ordines.

Philo in libro de Abraham.

meris eorumque proportionibus; Venerabantur isti, res visibiles non percipientes inuisibilia, & intelligibilia, scrutantes illorum tantùm ordinem; atque ita è Solis, Lunæ, Planetarum, Aplanetarumque circuitibus, & anni in quatuor tempora distincti vicibus consensuque rerum cœlestium terrestriumque mundum ipsum DEVM esse existimabant profana opinione creaturam similem facientes Creatori. Atque hic est primus ramus à Zoroastre Ægyptio Hermete deriuatus, qui cùm visibiles huiusmodi mundi substantias, Solem, Lunam, Stellas, inuisibiles DEI vnius virtutes symbolicè indigitaret, illi tamen ad visibilia respicientes, omnia sensibilibus Numinibus plena existimantes, tandem primo mundo, posterisque præbuêre totius idololatriæ, superstitionisque seminarium.

Mundus DEVS creditus ab antiquis.

2. Ordinis Sapientes אשפים Asaphim.

Asaphim, qui à vetusto Latinæ editionis interprete, Philosophi, à Septuaginta Interpretibus Magi appellantur; de omnium tàm diuinarum, quàm humanarum rerum causis philosophati sunt, quorum Authorem ab Hermete synchrono, instructum Baalam esse quidam putant, & hoc ipsum scripsisse Origenem lib. contra Celsum reperio; cuius etiam vaticinationis scriptura post multa secula admoniti Magi ex Oriente in Iudæam profecti sunt Christum adoraturi. Sed nos veriùs à Zoroastro, quem & Baalam dictum alibi ostendimus, hoc profluxisse probamus; quorum placita alibi fusiùs examinabuntur. Porrò *Hartum m.* qui à Septuaginta ἐπαοιδοὶ, hoc est, incantatores, & à D. Hieronymo Harioli nuncupantur, Dœmonum execrationibus dediti, originem duxerunt, Iustino, & Augustino testibus, ab Hermete Zoroastro Ægyptio, verè Magiæ inuentore, quæ deindè ab alio quodam huius nominis Mago corrupta, & ad incantationum deliramenta deducta fuit.

3. Ordinis Sapientes חרטמים Hartumim.

4. Ordinis Sapientes מכשפים Mecaschaphim.

Mecaschaphim, qui à Septuaginta Int: dicuntur φαρμακοὶ, veneficos vocat Hieronymus, putatque eos esse, qui sanguine vtuntur, & victimis, & sæpè contingunt corpora mortuorum, & ex his deriuant; de quorum ritibus, & ceremonijs fusè in sequentibus. *Gazarim*, siuè vt Septuaginta eos vertunt Gazarenos, Hieronymus Haruspices, siuè eos qui intestinis hostiarũ inspectis diuinant. Atque hæ erant Chaldaicæ Sapientiæ partes, quæ à temporibus Cham vsque ad Nabuchodonosoris tempora durauit, quibus & Danielem imbutum legimus Dan. 7. ramusque, vt dixi, erat ex Aegyptiacæ Sapientiæ quinta parte, quam Magiam vocabant, propagatus. Atque hinc liber Cham, elementa, ac praxin Necromanticæ artis continens, liber ab impijs Magis supposititio quodam partu sub nomine Cham editus, cuius & Ciccus Asculanus in libro de Sphæra meminit. De quibus fusiùs tractantem consule Rambam in magno Opere Thalmudico, & in More nebuchim lib. 3. c. 29.

5. Ordinis Sapientes גזרים Gezarim.

Sed vt ad institutum reuertamur. Composuit itaque Hermes varios libros, ex quibus Chaldæi primùm, deindè Sabæi suæ superstitionis fundamenta jecerunt. Erant autem Sabæi ex semine Cusi, qui Zoroastris super-

perſtitionibus imbuti, ab Hermete rerum in Ægypto potiente, tanquam Hærerici expulſi, Arabiæ felicis partes, quæ Chaldæam reſpiciunt, tenuerunt. Hi libros, quibus doctrinam Hermetis eruditiorem jactabant, circumferebant. Tractabant hi de Aſtrologia, de Stellarum occultis influxibus, de Statuarum confectione, & conſecratione, de Oraculorum inſtitutione, ſiuè de fabrica imaginum loquentium, de viribus herbarũ, fructuum, ſeminum, arborum, animalium, quæ omnia viua Deorum habitacula eſſe credebant. In quibus ſi vllis, certè hieroglyphica doctrina, tametſi innumeris ſuperſtitionibus corrupta, maximè juxtà genuinas rationes exponitur, vti in ſequentibus patebit. Verùm nè quicquam proprio ingenio confinxiſſe videar, huius rei teſtem adduco celeberrimum apud Hebræos Authorem Rambam, qui de Sabæis parte 3. More nebuchim c. 29. ſic ait: ידוע שאברהם אבינו עליו השלום גדל באמונת הצאבאים ודעתם שאין אלוה זולת הכוכבים וכשאודיעך בפרק הזה ספריהם ונמצאים עתה בידינו אשר נעתקו ללשון הערב ודבריהימים שלהם הקודמים ואגלה לך דעתם מהם ועניניהם יתבאר לך אמרם בביאור שהכוכבים הם האלהיות ושהשמש הוא האלוה הגדול וכן אמרו עוד שהשאר הכוכבים החמשה אלהות אבל שני המאורים הם יותר גדולים ותמצאם בביאור שהשמש הוא אשר ינהיג העולם העיליון והשפל בזה הלשון אמרוהו ותמצאם שזכרו בספריהם החם חימים שלהם תמצא זה ענין מבואר כן בספר נקראה העבודה הגבטיה *Notum eſt Abrahamum Patrem noſtrum educatum eſſe in fide Sabæorum, qui ſtatuerunt nullum eſſe DEVM præter ſtellas; ſed cùm tibi indicauero in hoc capite libros ipſorum, qui nunc ſunt in manibus noſtris translati in linguam Arabicam, & Annales ipſorum antiquos, & exinde ſententias eorum adduxero, videbis eos expreſsè dicere Stellas eſſe Deos, & Solem eſſe magnum Deum; Ita dicunt quoque reliquos quinque Planetas eſſe Deos, ſed duo luminaria Deos eſſe maiores. Inuenies quoque illos clarè dicere, Solem regere mundum ſuperiorem & inferiorem; Inuenies etiam hæc omnia manifeſtis verbis in libro, qui vocatur Abadat hagubti*, id eſt, de cultura Ægyptiorum, aliique libri, de quibus poſteà.

Sabæi ab Hermete Ægypto expulſi tanquam Hærerici.

Rambam in More nebuchim.

Horum eorundem librorum mentionem faciunt Arabum Scriptores. Salamas libro intitulato, Hortus mirabilium mundi; Gelaldinus in tractatu de hiſtoria veterum Ægyptiorum; Abenephi, & Aben Vachaſia de cultura Ægyptiorũ, & libro de antiquitate, vita, moribus, literis veterum Ægyptiorum, quos penes me habeo, ex quibus haud exiguum ad hieroglyphicam inſtitutionem ſubſidium allatum eſt. Hos autem libros longè ante Moyſis tempora à Sabæis conſcriptos expreſsè dicit Rambam, erat enim ijs ſeculis tanta horum librorum celebritas & fama, vt penè vniuerſum mundũ, vt dùm quiſq; pro ſuo arbitrio interpretari conatus eſt libros hos myſterijs plenos, in manifeſtam deducerent idololatriam, verba ſunt Rambani: וספר הגדול בזה ספר העבדה הגובטיה חעתקו אבן וחשייה וזה ספר מלא שגעונות ע"בדי ע"ז פרק וממה שנפשות החמון נוטות אליו ונקשרות בו רל' עשיית הטלשמות והורדת הרוחנים והכשפית והשדים והמזיקים והשוכנים במדברות וגלגל גם כן בספר והואשנענות עצמות ישחקו מהן אנשי השכל חשני

Libri Aegyptiorum veterum apud Rambam, ex quibus Abenvatchia & Abenephi Arabes ſua, pleraque deſumpſerunt.

הן

Liber de cultura Aegyptiorum, quē transtulit Abenvaschia, quid contineat.

בתן לדקדק ולטענן בחוקים המבוארים אשר ידעו בהם כל אנשי העולם ששלוח שופט על כל בני העולם *Celeberrimus inter alios liber est de Agricultura Aegyptiorum.* (Textus habet הכבטי corruptè, debet enim esse חגובטי id est, Gubti, ita enim Arabicus habet) *quem transtulit Abenuachsia, liber plenus insamaruna, & aliarum rerum, ad quas vulgò homines propendunt, & inclinant, de fabricatione scilicet imaginum loquentium, de descensu Spirituum familiarium, de præstigijs & Dæmonibus, habitantibus in desertis, vti sunt Satyri &c.* vt vel hinc Moyses occasionem libros legales ordinandi sumpserit, vt videlicet eiusmodi ritibus, legibusque contrarios gentium ritus & ceremonias euerteret, & populum DEI electum, cæteroquin in huiusmodi prontissimum ab hac pestifera lue liberaret. Fragmenta horum librorum ex Arabum & Chaldæorum monumentis depromptam, vide paulò post adducenda. Fuisse autem hosce libros Mercurij, à Sabæis præcepto Tauti, siuè ipsius Mercurij transcriptos,

Libri Tauti & 7. fratrum.

Eusebius ex Philone, hic ex Sanchoniathone testatur hisce verbis: Ταῦτ' τὸ φησὶ θεῖναι πάντων ὑπομνηματίσαντο οἱ ἑπτὰ Συδικοὶ παῖδες καθ' ὃν δὲ ὁ εἷς αὐτῶν ἀσκληπιὸς ὡς αὐτὸς ἐνετέλατο Θεὸς Ταυτὸς. *Hæc verò, dicit, primi omnium transcripta posteris tradiderunt Septem filij Cabij* (vel vt alius textus habet, Cabari veriùs Sabij) *& octauus eorum frater Asclepius, quemadmodum iubs Deus Tautus præceperat.* Tatum verò Tauti filium Mystam & Sacerdotem veluti mysteria quædam primùm mundo, sub analogijs naturam, mundumque respicientibus publicasse. Idem paulò ante citatus Philo apud Eusebium testatur his verbis: Ταῦτα πάντα ὁ Θαβιώνος πάντος θεσπέσιος τῶν ἀπ' αἰῶνος γεγονότων Φοινίκων ἱεροφάντης ἀλληγορήσας, τοῖς τε φυσικοῖς καὶ κοσμικοῖς παθεσιν ἀναμίξας, παρέδωκε τοῖς ὀργίοις καὶ τελεταῖς καταίχησι θεσπίτας. *Hæc omnia Thalionis (verius Tationis, vel Iati filius) omnium primus à seculo natorum Phœnicum hierophantes, naturæ & mundi rebus diuina miscens veluti mysteria & orgya quadam tradidit præsidibus mysteriorum Prophetis.* Vides igitur quam pulchro filo ea omnia ex antiquitatum omnium maximis deducantur. Quis verò fuerit Sanchuniathon omnium post Moysen, cui suppar creditur fuisse, Scriptorum vetustissimus, restat demonstrandum. Sanchoniathon ex Beiruth, siuè Beryto Phœnix, multis ante Troianum bellum temporibus, Historiam Phœnicum in nouem libros

Sanchuniathon quis?

Quid, & de quibus scripserit.

diuisam, Ægyptijs parallelam scripsit; in qua tractat de Iudæorum gestis, de disciplinis & institutis, libriisque sacris Ægyptiorum & Phœnicum, antiquissimarum mundi gentium. Hic Tauti, siuè Mercurij libros summâ curâ inquisitos transcriptos ad posteros detulit. Verùm vt omnia suis subsistant testimonijs, Eusebium dicta exquisitissimis verbis adstruentem audiamus:

Eusebius de Sanchoniathone testimonium.

Ισχυρᾶ δ' τοῦτα Σαγχουνιαθων ἀνὴρ παλαιώτατος, καὶ τῶν Τρωϊκῶν χρόνων, ὡς φασι, πρεσβύτερος, ὅτι καὶ ἐπ' ἀκριβεία καὶ ἀληθεία τῆς Φοινικῆς ἱστορίας ἀποδεχθῆναι μαρτυρεῖται. Φίλων δὲ τότε πᾶσαν τὴν συγγραφὴν ὁ βίβλιος, οὐχ ὁ ἑβραῖος μεταβαλὼν εἰς τὴν Φοινικῶν γλῶσσαν θεῖ τὰς ἑλλάδα φωνὴν ἐξέδωκε; μιμησάμενος τέτοιον, ὁ καθ' ἡμᾶς τῶν καθ' ὑμᾶς πεποιημένος συσκευήν, ἐν ἑπτὰ τῆς πρὸς ὑμᾶς ὑπόθεσεως, ἃ δὴ τῷ αὐτῷ μαρτύρων πρὸς λέξιν. *Narrat verò hæc Sanchuniathon vir vetustissimus, & Troianis temporibus, vt dicitur, antiquior, quam Phœnicum historiam, maximâ diligentiâ & veritate scripsisse testantur;*

Philo

Philo verò Biblius, non Hebræus, huius totam descriptionem, ex lingua Phœnicum in linguam latinam transtulit; Cuius & meminit honorificè Porphyrius in quarto, quem contra nos scripsit librum. Sed audiamus Porphyrium de Sanchuniathone sic pronunciantem: Σαγχουνιάθων τὲ κ) τὴν Φοινίκων ἱστορίαν τὴν Φιλαλήθως τὴν παλαιὰν ὑστορίαν ἐκ τῶν κ) πόλιν ὑπομνημάτων, κ) τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀναγραφῶν συναγωγὴν κ) συγγράψας ὅτι Σεμιράμεως τῆς γόνε τῆς Ασυρίων βασιλίδος. ἦ πρὸ τῶν Ἰλιακῶν, κ) κατ' αὐτὸς τοὺς χρόνους γενέσθαι ἀναγέγραπται. Τὰ δὲ τῦ Σαγχουνιάθωνος εἰς ἑλλάδα γλῶσαν ἡρμήνευσε Φίλων ὁ βίβλιος. ὁ δὴ Φίλων εἰς ἐννέα βίβλους τὴν πᾶσαν τῦ Σαγχουνιάθωνος πραγματείαν διελὼν, κ) τὸ προοίμιον τῦ προτέτακται συγγράμματος ὡσπερεὶ ὑπόμνημα προλέγει περὶ τῦ Σαγχουνιάθωνος ταῦτα. Τέτων ὕτως ἐχόντων ὁ Σαγχουνιάθων ἀνὴρ πολυμαθὴς κ) πολυπράγμων γενόμενος, κ) τὰ ἐξ ἀρχῆς, ἀφ' ἧς τὰ πάντα συνέστη. πρὸς πάντων εἰδέναι σπεύδων, πολυφρονήσας ἐξεμάσευσε τὰ Ταυτῦ; εἰδὼς ὅτι τὴν ὑφ' ἥλιον γενομένων, πρῶτος ὁςὶ Ταυτὸς, ὁ τῶν γραμμάτων τὴν ἔυρεσιν ὅτι νοήσας, κ) τὴς τὴν ὑπομνημάτων γραφῆς καταρξας, κ) ὅτι τῦδε ὡς πρὸ πάντα κρηπῖδα βαλλόμενος τῦ λόγυ. ὃν Αἰγύπτιοι μὲν καλέσειν Θωὺθ. Αλεξανδρεῖς δὲ Θὼθ, Ερμῆν δὲ ἕλληνες μεθέρμασεν.

Philo Biblius transtulit Sanchuniathonis libros ex lingua Phœnicum in Græcam.

Porphyrius lib. 4. contra Christianos de Sanchuniathone.

Sanchoniathon amans veritatis Phœnicum historiam antiquissimam Dialecto Phœnicia, partim ex singulis Urbium annalibus, partim ex scriptis in sacris adytis contentis, solerti collegit ingenio, circa Semiramidis Assyriorum Reginæ tempora, quæ ante Iliacum bellum, vel circa ipsum fuisse describitur; quæ quidem Sanchoniathonis scripta in linguam Græcam vertit Philo Biblius, qui & in nouem libros vniuersam Sanchuniathonis historiam diuidens, statim in exordij prima descriptione his verbis de Sanchuniathone præfatur. His ita se habentibus, Sanchoniathon vir, & sciendi cupidissimus, & rerum tractandarum dexteritate insignis, cùm nihil eorum omnium, quæ ab initio facta sunt memoratu digna ignoraſſe videatur, præ cæteris tamen curiosissimè examinasse, & inquisiuisse videtur Scripta & inuenta Tauti. Videns enim, quòd Tautus mortalium omnium primus sub Sole literarum inventionem excogitauit; & res memorabiles primus ausus est æternitati commendare, quem Aegyptij Thoyth, Alexandrini Thoth, Hermetem Græci vocant. Hucusque Porphyrius. Scripsit autem hic Sanchuniathon, teste Philone Biblio, libros sequentes: Historiam Phœnicum, in qua de Origine mundi; de principijs rerum naturalium, de Theologia Phœnicum, & Ægyptiorum. De mirabilibus Taauti, siuè Mercurij; de inuentis ab eo in mundi bonum prolatis; de sacrarum institutione sculpturarum; de Deorum cultu. Ex quibus ad nos non nisi pauca quædam fragmenta, quorum nonnulla in Bibliotheca Magni Ducis Hetruriæ superesse non ita pridem intellexi, adhuc peruenerunt. Est & apud me fragmentum non nisi paucorum foliorum huius Authoris lingua Aramæa, hoc est, Phœnicia lingua, cum Chaldaica & Syriaca fere eadem conscriptum, vel potiùs ex Philone Biblio in Aramæam linguam traductum; tractat de institutis Ægyptiorum, & Mercurij potissimùm mysteria attingit; in quo tamen nihil adeò singulare occurrit, quòd jam alij Authores non tradiderint. Acceperat verò hoc fragmentum amicorum industriâ ex Bibliotheca Damascena, vulgò Schehan, toto Oriente celeberrima, magnus vir Nicolaus Peresius, cuius & copiam mihi Romam anno 1637. pro suo erga bonarum literarum promotionem zelo, vltimo videlicet anno vitæ suæ, transmittere voluit interpretandum,

Sanchuniathonis laus.

Scripta Tauti inquirit.

Libri Sanchuniathonis.

ex

ex quo nonnulla in sequentibus depromamus. Vocatur autem à Syris hic Author Sanchuniotho ܣܘܢܟܘܢܝܬܘܢ, quod idē in dicta Dialecto [illegible] ficat, ac *fulciunt me portenta.* Retulit mihi celeberrimus vir Leo Allatius, fuisse huius Philonis Biblij Sanchuniathonem non ita pridem deprehensum in quadam Romæ vicini Monasterij Bibliotheca; quem cùm doctorum virorum commendatio, ardentissimumque desiderium pretiosiorem fecissent, quàm imperiti eius possessores priùs sibi persuaserant, furto tempestiuè subreptum, ita ex dicta Bibliotheca euanuisse, vt in hunc diem omne summâ curâ & auiditate eum inquirentium studium eluserit. Porrò hoc eodem tempore Phœnix & Cadmus Ægyptiacæ disciplinæ traductores in Græciam migrarunt, quos secuti sunt Græcorum Poetæ, Orpheus, Musæus, Amphion, qui & ipsi dictâ disciplinâ imbuti, varia posteritati reliquerunt fragmenta, quæ posteritati concredidit Timotheus Thamyris, Philammon Musicus, Demodotus Phœnix, Sybilla Ægyptia, Epimenides Cretensis, & ex his deinceps Clemens, Eusebius, Origenes, alijque, quæ suis locis producentur, desumpserunt. Fuit & alius in Ægypto Propheta & Sacerdos Epies nomine, cuius de Ægyptiorum reconditioribus literis opera ex Copta lingua in Græcam transtulit Arius; huius mentionem Eusebius facit l. 1. c. VII. circa finem. Phercides quoque Syrus, & ipse Sacerdotum discipulus varia posteritati reliquit ad hieroglyphicæ literaturæ arcana spectantia monumenta, quæ suis locis in dicendorum confirmationem adducentur. Post Troiana verò tempora hos secuti sunt, teste Porphyrio l. 2. de abstinentia, in Græcia Ægyptiorum discipuli, Homerus, Hesiodus, Herodotus, Pythagoras, Eudoxus, Democritus, Plato, Aristoteles, Socrates, Demetrius Phalaræus, quorum singuli iuxtà institutum suum varia proferunt argumenta & indicia, quibus doctrina sacrarum sculpturarum instaurari, ac tandem Osiridis corpus Typhonia temporū iniuria discerptū, dum artus artubus connectuntur, in integrū adaptatū, restitutūq; sperari possit; Quid autem, & qualia ab Ægyptijs dicti Græciæ Philosophi didicerint, Diodorus integro capite 6. libri 2. Bibliothecæ suæ describit. De Pythagora, Democrito, Inopide inter alia hæc scribit: *Pythagoras insuper multa ex sacris libris Geometriam quoque & Arithmeticam percepit, ac animarum in alia corpora transmigrationem. Existimant autem & Democritum quinque annis, quibus in Aegypto fuit, plurima in Astrologia didicisse. Similiter & Inopidem cum Sacerdotibus, Astronomisque diutiùs versatum, & Solis circulum & aliorum cursus astrorum Zodiacumque, ac multa alia ab eis percepta ad Græcos digna laude attulisse.* Vide prætereà Porphyrium l. 2. de abstin: & Strabonem lib. XVI. fusiùs de ijs tractantem. In Ægypto verò ijsdem temporibus Sacerdotes floruerunt Anebo, Manethon, Sonchus Memphites, Calosiris, alijque, teste Heliodoro l. 3. quorum monumenta partim Græci, partim Hebræi, Arabesque sui iuris facta posteritati concrediderunt. Ex Hebræis & Chaldæis, vterque Philo, Iochaides, Berosus, Apion Alexandrinus; Horus Niliacus,

Phœnix & Cadmus.

Timotheus Thamyris, Philammon Musicus, Demodotus, Sybilla, Epimenides. Origenes, Clemens, Eusebius

Epies Sacerdos Aegyptius.

Phercides Syrus.

Homerus, Hesiodus, Herodotus, Pythagoras, Eudoxus, Democritus, Socrates, Plato, Aristoteles.

Diodor. l. 2. c. 6. per totum caput.

Anebo, Manethon, Sonchus.

Hebræi, & Chaldæi.

qui

qui insignem librum de hieroglyphicis scripsit lingua Copta, ex qua deindè eum in linguam Græcam transtulit Philippus; fuerunt eodem tempore Antiochus, Cherçmon, Hecatæus, Hellanicus, Philochorus, Castor Thales, Polæmon, Ptolomæus Mendesius, Aristæus, Africanus; Theogenes verò, teste Eusebio, Cambysis temporibus, vti & Tatianus, Ipsicrates, Mochus Phœnix, qui omnes suis in monumentis symbolicæ sapientiæ Ægyptiorum varia specimina dederunt. Ex Arabibus post Christum verò Salamas; Gelaldinus, Alfaig, & præ cæteris Abenephius, & Abenuachsia, qui omnium scripta suorũ iuriũ facientes, exactè & feliciter nonnullas Ægyptiacæ Philosophię partes attigerunt. Ex quorum fundamentis traditis, nos primum verum primæuæ doctrinæ sensum subolfacientes, veluti ad Ariadnæ filum ducti, non parum nos profeciſſe confitemur. Nam Abenuachsia, quem sæpè citat Rambam, primus Ægyptios libros in linguam Arabicam transtulit, quem nos Melitæ, inter spolia Turcarum repertum, singulari Dei prouidentiâ Arabicum reperimus. Post Salutis præteréa aduentum in Græcia floruêre Plotinus, Porphyrius, Iamblichus eius discipulus, Dionysius Areopagita, Iustinus, Origenes, Tertullianus, Clemens, Eusebius, Irenæus, qui veterum scripta exactiùs trutinantes, Ægyptiacam doctrinam, etsi sparsim, eâ tamen claritate exhibuerunt, vt symbola ipsa hieroglyphica, ipso verborũ cõtextu exposuisse videantur; varij quoq; tùm historici, tùm philologi, multi quoque ex SS. PP. Athanasius, Epiphanius, Lactantius Firmianus, Augustinus, Hieronymus; ex Gentilibus, Ammianus Marcellinus, Martianus Capella, Plinius, Ælianus, Solinus, Macrobius, alijque innumeri, huius Ægyptiacæ sapientiæ suis in monumentis etsi sparsim, ea tamen indicia præbuerũt, quę instituto nostro plurimùm sanè conduxerint. Post hos lõga seculorũ intercapedine, ordine secuti sunt, Pierius Valerianus, Causinus noster, qui in Horum vastos quidẽ ediderunt cõmentarios, quorum tamen neuter interpretationis alicuius verè hieroglyphicæ specimen dedit, ita vt non tàm hieroglyphicam doctrinam veterum, quàm emblematicam ex omnibus omnium temporũ historijs confarcinatam diatriben ediderint; post hos tandem secutus est Laurentius Pignoria vir peringeniosus, qui interpretationem Bembinæ tabulæ aggressus, non omninò à scopo errauit, sed adeò eam paucis perstrinxit, vt vix nudum symbolorum corticem attigerit. Hervvartus quoque librum in eandem tabulam edidit, quo se Nauticam Ægyptiorũ sub dictæ tabulæ Bembinæ hieroglyphicis relatã enodasse putat; sed quantum à scopo aberrauerit, paulò post apparebit, vbi eius interpretationem refutantes clarè ostendemus, eam sibi cum Ægyptiorum veterum intentione constare minimè posse. Hos ego tantùm secutus; quid præstiterim, præsens opus testabitur.

Arabes post Christum.

Athanasius, Epiphanius, Lactantius Firmianus, Augustinus, Hieronymus, Ammianus, Marcellinus, Martianus Capella, Plinius, Aelianus Solinus, Macrobius.

Pierius, Valerianus, Causinus, Hervvartius.

CONSECTARIVM.

EX quibus fusiùs forsan, quàm parerat, deductis, luculenter patet, hieroglyphicas disciplinas non tantùm non fuisse deletas, sed & eas in

Hieroglyphica doctrina non fuit omninò perdita, sed sparsim in libris conseruata.

hunc vsquè diem fuisse propagatas, per dictorum Authorum monumenta, tametsi illi, symbolorum medulla neglecta, corticem tantùm sine intimo rerum sensu posteris tradiderint. Quæ omnia in sequentibus luculenter, vt dixi, ostendentur. Et vt cum methodo, quam incepimus, filum prosequamur, à symbolis & hieroglyphicis, dissertationis nostræ sumemus exordium.

CAPVT V.

De Symbolis & hieroglyphicis in genere.

Quid sit Symbolum?

SYmbolum variarum rerum suscipit significationes, teste Stephano, in quantum enim ἀπὸ τοῦ συμβάλλειν deriuatur, idem est, ac conferre, coniungere, commiscere, seù quod idem est, significat collationem quandam, contributionem, seù signum, quod homines olim, teste Athenæo, dùm simul conuiuarentur, contribuebant, ex quota, quam quisque ad parandas epulas tribuebat, appellato symbolo; vnde Terentius in And. 2. alludens, *Symbolum*, ait, *dedit, & cœnauit* & Plautus Curt. 9. meminit collatorum symbolorum apud forum piscarium; A symboli etiam dicebantur ij, qui sine quotæ contributione ad conuiuium aliquod gratis admittebantur, teste Giraldo lib. de Symbol. Pythag. Græci porrò Symbolum vocabant annulum, & Latini signum, quod vasis, literisq; imprimere solebant, ad indicandum, rem alienam non aperiendam, vndè & sigilla originem duxisse videntur, antiquorum ad nostra vsque tempora deductâ consuetudine. Appellatur etiam σύμβολον apud Valtrinum de re militari, tessera, seù signum certorum verborum, militibus datum, quo amici ab inimicis, veri ac genuini ab Exploratoribus dignoscerentur, ita Arabes illud sumunt hoc loco; eo modo Plutarchus in vita Romuli, signum, quod Romanis contulit Romulus, dixit symbolum; erat autem signum, rei aggrediendæ opportunitatem adesse, cùm assurgens purpuram in sinus contraheret, ac rursus contractum explicaret. Accipiebatur prætereà olim Symbolum pro omni eo inditio, coniectura, atque argumento, cuius subsidio in alicuius rei nobis incognitæ peruenitur notitiâ; sic annulus olim erat nuptiarum inditium. Ab aliis etiam accipitur pro Etymologia, & subindè pro augurio, & vaticinio, eò quòd ex signis & coniecturis colligerentur. Vndè Plutarchus in Pericl: Τὰ τεχνικὰ τῶν συμβόλων ἀθετοῦντες. Et Xenophon: ἀπόμνημ. 1. Οἰωνοῖς καὶ χρῶνται καὶ φήμαις καὶ συμβόλοις καὶ θυσίαις. *Artificiosam symbolorum structuram petentes, auibus, tropis, symbolis & sacrificijs vtebantur.* Ideò Græci definiendo Symbolum, dicunt, esse id, cuius medio nos rem aliquam, quam occultam esse volumus, cognoscamus. Apparet autem inter symbolum & coniecturam, hanc esse differentiam, quòd earum rerum, quæ naturaliter occurrunt, vt lac fœminæ quæ peperit, fumus ignis, sit coniectura; Latini verò sic Symbolum definiunt: *Symbolum est nota alicuius arcanioris mysterij significatiua,*

Athenæus.

Terentius.

Sigilla vnde originem habent.

Valtrinus.

Plutarchus de symbolo Romuli.

Plutarchus. Xenophon.

Differentia inter Symbolum & coniecturam.

Vera Symboli definitio.

id

id eſt, *natura ſymboli eſt, conducere animum noſtrum, mediante certè aliquâ ſimilitudine ad intelligentiam alicuius rei, multum à rebus, quæ ſenſibus offeruntur exterioribus, differentibus; cuius proprietas eſt, eſſe celatum, & abſconditum, ſub velo obſcuri dicti;* Vndè συμβολικὴ Θεολογία, ſiuè τελεστικὴ, ſeù μυθικὴ, quæ docet ſenſus Scripturæ reconditos, & myſteria exponit; cuiuſmodi quoque ſunt τὰ σύμβολα Πυθαγορεικὰ apud Plat. 8. Symp. & apud Cælium Rhodigin. l. 10. ant. lect. capite, quo ſymbolica ſimulacrorum additamenta enarrantur. Et iuxtà Demetrium Phaleræum in ſymbolis aduerti debet, & attendi, quòd ſub iis maxima ſubſtantia, vis, energia, ac multus ſenſus, cum inſigni aliqua grauitate, breuitateque comprehenduntur. Antiqui porrò dupliciter vtebantur ſymbolis, teſte Giraldo lib. de Symbol. Alia verbis quibuſdam explicabantur, alia non; quibus vtriſque Ægyptij, præcipuè ad Religionis, ac Theologicæ diſciplinæ myſteria explicanda vtebantur; indignum eſſe iudicantes, ac tantorum myſteriorum inconueniens maieſtati; ſi ea à quolibet plebęio intelligerentur. Vndè ſacerdotes eorum diuina myſteria ſub cooperta aliqua nota, & vmbroſa allegoricæ figuræ apparentia indicabant, qua diſciplina etiam non niſi ſoli ſacerdotes, ſapientes, ac philoſophi erudiebantur. Quos inter Græcos præcipuè æmulari conatus eſt Pythagoras verus Ægyptiacæ ſapientiæ alumnus; qui ſententiarum, ac documentorum, quæ dare volebat, ſubobſcuris verborum meandris, ac metaphorici ſermonis circuitu ita cooperiebat, vt ſolis ſapientibus, quod vellet, inſinuare; plebęis autem Philoſophis de conceptis myſterijs ne quidem ſuſpicionem relinquere videretur. Vndè Plutarchus lib. de Oſiride & Iſide ſic loquens, dicit: *Pythagoras autem maximè, vt apparet, in adoratione habitus, admiratuſque ſacerdotes illos, imitatus eſt rationem eorum, & per ambages proponendi, ſuaſque ſententias inuolucris texit; vndè & omnes ij, qui vel nouas inſtituere religiones, aut vrbes, legeſque condiderunt; hoc obſcuro & enigmatico dicendi genere vſi ſunt.* Sic (vt interim taceam Zoroaſtrum, Zamolxem, Seleucum, Dardanum, Carondam, Numam Popilium, & alios antiquos Ethnicos philoſophos) fecit cum primis magnus ille Moſes, Iſraëlitici populi Dux & gubernator; Nam vt rectè Rambam in Geneſeos exordio dicit: וכבר ארנו חמשים שערי בינה נבראו בעולם ובלם נמסרו למשה חוץ מאחד שנא׳ ותחסרהו מעט מאלהים hoc eſt: *Quinquaginta portæ intelligentiæ creatæ ſunt in mundo, & omnes traditæ ſunt Moſi, excepta vna. Vndè dicitur: Minuiſti eum paulò minùs ab Angelis:* Et paulò poſt ait. *Quicquid contentum eſt in diuina lege Hebræorum, vel ſenſu allegorico, vel literali per dictiones, vel Arithmeticas ſupputationes, vel Geometricas literarum figuras, ſiuè tranſcriptas, ſeù tranſmutatas, vel harmonicas conſonantias, quæ ex formis characterũ, coniunctionibus, ſeparationibus, tortuoſitate, directione, defectu, ſuperabundantia, minoritate, maioritate, coronatione, clauſura, apertura, & ordine literarum reſultant.* Cui aſtipulatur Gerundenſis: וכל זה ידע

Th:ologia myſtica.

Symbolorum duplex ratio

Sacerdotes myſteria per ſymbola abſconduat.

Pythagoras Ægyptios imitatus omnia per ſymbola docet.

Moſes omnia tradidit per ſymbola.

Rab. Gerundenſis.

בתורה והכל מצא בה בפירושות ברקדוקות ובקוצית

hoc eſt: *Omnia hæc cognouit per legem, & omnia inuenit in ea per expoſitiones ſuas per Grammaticas ſubtilitates, & per literas eius, & calamiſtrationes eius.* Oſtendunt itaq; prædicti Rabbini, totam ſacram Scripturam nil aliud eſſe, quàm continuatum quoddam ſymbolum rerum & myſteriorum ſublimiſſimorum, quæ ſolis Doctoribus,& diù multumque in lege exercitatis vt ſciant, conuenit. Imò ipſam æternam Sapientiam Chriſtum Seruatorem noſtrum hoc parabolico dicendi genere vſum teſtantur ea, quæ apud Euangeliſtas haud infrequenter leguntur. Neſcit enim abſcondita DEI ſubſtantia nudo ſermone in profanam & coinquinatam intrare aurem. Vndè non incongruè dicit, quantumuis impius Iulianus Apoſtata, *Amat natura diuina ſtare celata & abſcondita.* Iulius Firmicus ad Mauortium Lollianum in vltima ſui voluminis parte, huic adſtipulatus ait. *Celari & abſcondi pluribus tegumentis natura diuinitatis ab initio voluit, ne omnibus facilis eſſet acceſſus, neuè cunctis patefacta maieſtatis ſuæ origine panderetur.* Quæ duobus integris libris 5. & 6. Strom. fuſiùs proſequitur Clemens; Atq; indè eſt, quod Pythagorici doctrinam, quam illorum Magiſter didicerat in Ægypto, ac poſt eos Platonici in monumentis ſuis vſi ſunt ænigmatis & ſymbolis, exiſtimantes, quod nuda & aperta expoſitio DEO & naturę eſſet inimica, vt benè notat Marſilius in ſua Theologia Platonica, ac proindè perſuadebant ſibi, & firmiter credebant, quòd DEVS ſeſe ab hominum vulgarium, & profanorum ſenſibus ſubduceret, intelligentiam, & cognitionem ſub variarum rerum abſcondendo ſimilitudinibus & parabolis; gratum ecntra, acceptumque ei eſſet, ab hominibus veræ Sapientiæ ſtudioſis arcana ſua myſteria per viam ſecreti inueſtigare; ac proindè veluti ſub via quadam ſubterranea ſanctæ doctrinæ ſuæ Sacramenta cooperientes procederent; atque ideò ſolis hominibus prudentibus, quibus interpretis loco eſſet Sapientia, ad veri ſecreti penetrare poſſent cognitionem. Vndè & cum Hebræis Pythagorici maximè conueniunt, dùm myſteria legis maximè celare jubent. Nam in Thalmud ſic legitur: אין מוסרין סתרי תורת אלה ליועץ וחכם חרשים ונבון לחש hoc eſt: *Non traduntur abſcondita legis niſi Conſiliario & ſapienti Magiſtro Iuuenum, & intelligenti Mago.* Arabes quoque in tantum celare myſteria, vt apud eos prouerbij loco ſit: صدرك اوسع لسرك *Sadraka auſio leſireka iuni la iakschipho alai achadin,* يعني لا تسقه على احد hoc eſt, *Pectus tuum dilata ſecreto tuo,* hoc eſt, *ne detegas illud alii.* Omnes itaq; Orientales in conſuetudine habuiſſe videntur, vt ſua myſteria ſummo ſtudio ab imperita plebe abſconderent; Vndè Ephrem Syrus frequentiſſimè in hymnis de amore Sapientiæ id quoque fieri præcipit, dùm dicit: حبب لو دحلة لحكما دنعا ودحنمح حمحدها ملا لحدهو اذا وحكما *Contine te in timore DEI, principio omnis ſapientiæ, & ſacra DEI myſteria ne temerè diuulges.* Dionyſius etiam Areopagita c. 2. Cœleſt. Hierarch. dicit:

Sacra Scriptura tota nil aliud, quàm myſtica rerum doctrina.

Chriſtus plerasque ſub parabolis tradidit.

Iulianus Apoſtata.

Iulius Firmicus

Cur Pythagorici & Platonici tegunt ſua ſymbolis

Thalmud. tract. Sanedrin.

Ephrem Syrus.

Dionyſius Areopagita.

cit, *Quòd nullus negare posſit, obſcuras rerum ſimilitudines, plùs alijs rebus animum noſtrum eleuare, ac proindè à rudioribus, vtpotè ijs periculoſas abſcondi debere.* Hinc videmus, omnem fermè Pythagoricam, & Platonicam philoſophiam eſſe notis verborum, & tegumentis rerum plenam, huncque tradendi morem, vt antè diximus, ab Hebræis & Ægyptijs ipſe citatus Pythagoras & Plato ad Græcos primi tranſtuliſſe creduntur. Solebant enim Ægyptij, vt mox dicemus, fictis quibuſdam inter Sacerdotes literis, ſacra communicare, vt eſſent plebi ſecreta, quo & diutiùs admirationi forent, & attentiùs caperentur. Vndè illi coloſſi, ſtatuæ, aræ, arcus, & æra publicè inciſa literis Ægyptiorum ſacris, prominebant quidē ſpectanda vniuerſis, ſed non niſi à myſtis, & initiatis hieroglyphicis intellecta, vt de ijs Chæremon, Orus, Ægyptiorumque permulti ſcripſêre. Sic Pythagoras viri ſapientis non putabat eſſe, *Aſino lyram exponere, aut myſteria, eo pacto recipere, vt ſus tubam, & fides graculus, & vnguenta ſcarabæus.* Quare ſilentium indixit diſcipulis, ne vulgò diuinorum arcana patefacerent, quæ meditando faciliùs, quàm loquendo apprehenderentur. Vndè tribus voluminibus omnes philoſophiæ partes phyſico, pædeutico, & politico complexus, quæ moriens, filiæ teſtamento mandaſſe fertur, ne illa extra familiam ederet, imò nullatenùs publicaret. Ipſe verò tantum dignis numeroq; paucis, dùm viueret, omnia quæ illic continebantur, maximè autem mathematica, viuâ voce, nullo vtens inuolucro planè demonſtrauit; cætera cæteris in parabolis. Ergò aliter loquens, aliter ſentiens, etſi ſemper idem Sapiens per quædam ſymbola, ceù memoracula doctrinam ſuam ſuis impertitus eſt, ita vt ad priſcorum imitationem aliud dictum, aliud referret intellectum. Ab eo namque, vt de primis exordiar, pro Deo ponitur infinitum & vnum, pro rebus incorporeis numeri, pro corporeis figuræ, pro miſtis harmonia, pro ſordibus & peccatis vites non putatæ, pro eo quod eſt in vita puriſſimum, farina. Gallus candidus nota eſt DEO dedicati; ſedere deſignat humilitatem, circumactio prudentiam, & hæc quoad diuina; iſtud ad rem priuatam & virtutes ſpectat; ſtatera ſymbolum juſtitiæ, ſal notat moderamen, via publica errores vulgi. Sol ponitur loco manifeſti, & aperti; acutus gladius ſignificat pericula; lotium, inuerecundiam; cantus, voluptatem; eſca, cordis cruciatum; lyra, harmoniam; ſtragula lecti, inſomnia: Annulus ſtriatus dolorem; olla ebullitionem iræ; vngues recurui, rapinam; chœnix, alimentum; res decidentes, fortunam; terminus fatum. Iſta ſunt hominis, quoad ſeipſum. Illud jam ſequitur, quod verſatur erga alterum. Dextra notat amicitiam, nigra cauda falſos fratres; vngues & crines ſymbola ſunt propinquorum. hirundines garrulorum, & eorum qui excedunt ingrati. Panis ſymbolum eſt veræ amicitiæ; Oleum adulationis; ignis iracundiæ; gladius exacerbationis. Onus moleſtiam inſinuat. Hactenus ferè priuata: nunc de Republica. Corona ſignum eſt legis, & regiminis; ligna viæ, res vniverſitatis, ambitionem faba demonſtrat; omnia ſymbolica, omnia figura-

Aegyptiorum cura in abdendis myſterijs.

Silentium Pythagoricũ in quo conſiſteret.

Malchus ſiuè Porphyrius in vita Pythagoræ.

Symbola Pythagoræ.

Symbola affectionum.

Symbola amicitiæ.

Symbola de R. p.

ta,

ta, omnia allegorica. Ecce hæc sunt ferè symbola, quibus Pythagoras sapientiam suam occultabat, sed jam ad symbola, & hieroglyphica Ægyptiorum.

Traditio successiua symbolicæ doctrinæ.

Non ergò sine fundamento, & ratione grauissimi Authores existimarunt, Pythagoram omnia sua symbola ab Hebræis, & Ægyptijs hausisse, & vt alios omittam multos, Clemens Alexandr. l. 1. Strom. S. Cyrillus, Lactantius, Porphyrius, manifestè ostendunt, eum sapientiã symbolicã ab Ægyptijs, atque hi à Mercurio, & Zoroastro primo Bactrianorum Rege (quem Chamum esse in præcedentibus ostendimus) hunc à Noëmo, Noëmum ab Enoch, Enochum immediatè ab ipso humani generis parente Adamo percepisse, quæ quo magis à fonte recessit, eò maiorem corruptionem eam incurrisse verisimile est. Astipulantur huic, præter Abenephium omnes alij celebriores Rabini, Rabbi Abenezra; qui in Commentarijs in Genesin dicit, Adamum à Raziele instructum omnium rerum naturaliũ, & supernaturalium cognitionem hausisse, eamque posteris suis filijs multifarijs symbolis, & signis tectam tradidisse, alijs verò oretenus tradendam præcepisse, vndè Cabalæ origo; non absimilia proferunt Rabbi Eliezer, Iochai, Rabbi Iuda Ben Leui in suis commentationibus Beresithicis. Sed vt in exemplo hæc declaremus. Pythagoras animam alatam dixit, quòd dogma tùm Ægyptiorum à Zoroastro, tùm Hebræorum à primis patribus receptum esse, certum est, & à suprà citatis grauissimis Authoribus sufficienter comprobatum. Hebræi autem ab antiquis patribus edocti, de animi natura in libro Ietzirah, seù Creationis sic scribunt: אר נשבעו יהר ג הרעים הנשמה רוח הבהמה ועלם הנפש שלא יניחו זה את זה ולכך כשאדם ישן נשמתו אשר היא בעל אברים יוצא לחוץ וחוזר דרך נחירים והנה היא ספוכה לגוף ועירה לפניו וכשאדם רוצה להקיץ משנתו היא מעירתו כשאדם מקיץ מעירתו וכשאדם מקיץ במהרה כשאדם הבירו מקיצי הנשמה ממהרה להקיצו וליכנס בגוף דרך נחיריו ולכך לב אדם דופק כשמקיץ משנתו ופתע פתאום וגם הלמות באין על ידי כן שהנשמה חולת ושטפת מהר ברוח בדרך מרחוק בכל תבל ורואה והזרה ימגרת לרעיתו מה שראתה ומצאתה hoc est, *Dixerunt Doctores nostri, in homine tres velati sodales quos dam in vnum coniunctos esse; vti anima, spiritus, & facultas animalis, seù minister animæ, quorum neuter alterum relinquit, & ideò cùm homo dormit, anima eius acquirens alas egredatur foras, & reuersa per nares fulcit, & sustentat corpus, & quando homo vult euigilare è somno suo, illa excitat eum. Et cùm homo euigilat, fit etiam excitatio; cùm autem ad expergiscendum differtur, antequam ipsi coniuncta fuerit, anima festinat, & ingrediendo vià narium eum excitat. Et ideò cor hominis, cùm expergiscitur è somno, subitum & celerem in eo momento pulsum sentit; Somnia verò contingunt ei, eò quòd anima è corpore abeat, & cum summa festinatione in spiritu obeat vniuersum mundum, & remotissimas vias, & reuersa, quæ vidit mira, indicat sodalibus suis, hoc est, potentiæ imaginatiuæ, & hæc cogitatiuæ. Quò autem anima fuerit purior, eo alas habebit efficaciores, &c.* quæ sequuntur. Hunc de anima sensum ab antiquis mysticè intellectum poste-

Magister Adami Raziel.

R. Eliezer, Iochai.

Animam alatam secundũ Pythagoricos quo modo intelligẽdum.

Allegoria Rabbinorum de egressu animæ ex corpore.

rio-

riores Rabbini, in gentes traxerunt superstitiones. Quos secuti olim Ægyptij miras passim de alis animæ sparserunt fabulas; id, quod Zoroaster mysticè intellexit, literali accipientes sensu interpretati sunt. Zoroaster enim, quem Pythagoras secutus est, demonstrare volens ac docere, animam sè aptam, & capacem reddere posse ad volandum in cœlum, vndè dilcesserat, id profundissima quadam innuit allegoria: *Anima*, ait, *alata est, & cadentibus alis eius illa præcipitanter ruit in corpus; alis autem restauratis mox ad locum, ex quo cecidit, reuolat in cœlum, & ad DEVM.* Petentibus autem ab eo discipulis, qui discursum Magistri attentis animis auscultabant, quid agendum esset, vt anima eorum benè plumata, & fortissimis alis instructa eo volando peruenieres, perseueret semper tam optato alarum remigio vestita; Respondet, animam aqua vitæ irrigandam; instantibus autem discipulis, vndè eam habere possent, subiunxit: *Paradisus DEI quatuor fluminibus irriguis nobis hanc aquam præbebit.* Nomẽ enim fluminis, qui versus Aquilonem tendit, significat rectum & iustum; qui verò versus Occasum, pœnitentiam & purgationem; qui versus Orientem, lumen; & qui denique versus plagam meridionalem currit, pietatem demonstrat; quo allegorico dicendi genere insinuabat, animam destitutam alis virtutis, mox in omnium vitiorum abyssum cadere, ac præcipitari; iniectam verò in voluptatum carnalium, sensibilium que rerum barathron, totam reddi corporeã, teri est. ẽ, & ponderosã; è contra verò alis reassumptis vestitã se leuando supra se, vltra Solis, Lunæque vias, atque super omnem corruptibilium rerum orbitam, eius, cuius circumferẽtia nusquã, centro counitã, diuinitatẽq; postliminiò consecutã, totam reddit leuem, celerem, cœlestem, ac diuinam. Fluvij verò, quorum irrigatione alæ animæ nostræ crescunt, sunt fides, per lumen; charitas DEI, & proximi per pietatem; justitia per rectum; pœnitentia, denique & emendatio scelerum præteritorum, per expiationem insinuata. Totum itaque hoc christianè docet Zoroaster, quòd & proprium eius symbolum fuisse affirmant Chaldæi; atque ad hoc symbolum S. Augustinus in explicatione Psalmi 138. *Si sumpsero pennas meas, &c.* alludens ait: *Quas pennas vult assumere, nisi duas alas, duo præcepta charitatis, in quibus tota lex pendet, & Prophetæ?* Sed adhuc multò clariùs alio in loco prædictum symbolum expendens, ait, animam habere alas, & monstrans, quæ sint veræ alæ eius, cùm in expositione Psalmi 103. *Qui ponis nubem ascensum tuum, qui ambulas super pennas ventorum*; dicit, quòd per ventos in hoc loco significantur pennæ, quibus anima eleuatur in altum, quæ nihil aliud sunt, quàm virtutes, bona opera, justæ denique, ac rectæ rationi conformes actiones; *In duabus alis*, dicit ille, *habent animæ omnes pennas suas; quia omnia præcepta legum in duo veluti restringuntur, charitate DEI, & proximi, queis fulta anima, quasi cum liberis alis, & cum sancto amore directè ad DEVM volat.* Imò Sanctus Gregorius Nissenus in expositione super Cantica, vbi vulgata lectio habet: *Auerte oculos tuos à me, quia ipsi auolare fecerunt;*

Allegoria de alis animæ.

Explicatio moralis de 4 fluminibus Paradisi.

Explicatio allegoriæ de alis animæ.

S. Augustinus Tropologica de alis animæ expositio

ipse

ipſe explicat, hac ratione, auerte oculos tuos à me, nam ipſi alas mihi addiderunt, quaſi illud, quod eſt ad propoſitum noſtrum, ſupradictum ſymbolum inſinuare voluerit; imò in pluribus locis Sacræ Scripturæ mentionem alarum DEI fieri videmus, potiſſimum in pſalmis 16. & 35. *Sub umbra alarum tuarum, & ſub tegmine alarum tuarum ſperabunt.* Cùm igitur, dicit S. Gregorius, ſacra ſcriptura à Spiritu Sancto dictata DEO μετοχικῶς alas affingat; conueniens erat, vt animæ, ad imaginem & ſimilitudinem DEI conditæ, alæ quoque adderentur. Vt ſic imago imaginato, ſimilitudo aſſimilato exemplarique ſuo per omnia meliùs reſponderet.

S. Gregorius.

Abenephi.

Hinc, vt tradit Abenephi, ad idem ſymbolum alludentes antiqui ſacerdotes ac philoſophi, primi Ægyptiacæ theologiæ inſtitutores, in ſymbolicis & myſterioſis figuris vt plurimùm hujuſmodi ponebãt imagines, quæ viſu homines, reliquo corpore alata referrent animalia, cuiuſmodi plurima occurrũt in Bembina tabula, quę ſuo tẽpore, Deo adiuuante, explicabuntur.

Hæ imagines & figuræ, etſi ab antiquis non alia de cauſa ſint fictæ, quàm ad ſũma myſteria indicanda; eas nihilominus rudis & imperitus populus, tanquam diuinum quiddam ſtultè & inſipienter adorabat. Reſtat igitur, vt quid Hieroglyphicum propriè ſit, declaremus.

Quid propriè hieroglyphicum, eiuſque definitio.

Hieroglyphicum itaque propriè deriuatum ἀπὸ τοῦ ἱερὸς καὶ γλύφω quaſi ſacra Scalpendo, nihil eſt aliud, teſte Goropio Becano lib. 2. hierogl. *quam rei Sacræ Symbolum, materiæ cuidam inciſæ;* vndè apparet differentia Symboli & Hieroglyphici, omnia enim hieroglyphica ſunt Symbola, non contrà. Eſt enim hieroglyphicum tantum ſignum rei ſacræ alicui materiæ inciſum. Secundò quod propriè hieroglyphicum non formatur ſermone, ſed ſolùm notis, characteribus, figuriſque exprimitur. Nam vt iam ſæpè dictum eſt, ſolebant Ægyptij componere & formare ſymbola ſua cum imaginibus & figuris, exprimendo ſuos conceptus ſub occulta ſignificatione & proprietate illorum. In quantum porrò obſcura erant, & à ſenſibus ineruditorum longè remota, ſymbola & ænigmata Ægyptiorum non abſimilia erant Cabalicis Hebræorum. Aſtipulatur huic luculenter Clemens Alex. lib. 5. ſtro. cap. 3. his verbis. *Quod attinet ad occultationem, ſunt Hebraicis ſimilia Aegyptiorum*

Symbola Aegyptiorũ ſimilia ſunt Hebræis.

rum ænigmata; ſolebant enim, ſubiungit ille, per nauigium ſignificare ſolem, & alij per illum Crocodilum; inſinuare volentes, Solem per aerem dulcem & humidum, lætum generare tempus ſignificatum per Crocodilum. Sic fabricantes de pretioſa materia oculos aureſque Dijs, ad indicandam DEI omnia videntis audientiſque immenſitatē, appendebant. Leo ipſis ſignificabat vires & fortitudinem; Caballus animum generoſum, hominemque & virtute & libertate magnum. Sphynx facie homo cætera Leo, validum robuſtumque indicabat ingenium. Homo denique inter alios characteres & figuras ingenium, prudentiam, rationem, fortitudinem, potentiam, artem, induſtriam. Solebant etiam Aegyptij in certis ſolennitatibus quatuor inauratas circumferre ſtatuas Deorum, quas κωμαδίας appellabant; quarum duæ Canum, ſecunda Accipitris, tertia Ibidis figurà ſplendebant. Per duos Canes duo Hemiſphæria, intelligebant; per Accipitrem, Solem, ob huius volucris ſummam caliditatem & ad occidendum rapiendūque vires; per ibim, Lunam indicabant, ob pennas bicolorem Lunæ faciem ex albo nigroque commixtam, repræſentantes. Alij verò per Canes, duos Tropicos inſinuare volunt; qui ſunt veluti canes quidam obſeruantes cuſtodienteſque à natura deputati, prohibentes Solis ad Auſtrum, Boreamque vlteriorem elongationem; per Accipitrem æquinoctialem & denique per Ibim Zodiacum monſtrantes.

Comaſiarum ſolemnitas & hieroglyphica ſimulachra circūferri ſolita.

Prętereà ſunt qui Comaſiarū ſolennitate nihil aliud indigitatū fuiſſe volunt, quàm geſta & acta Oſiridis, & Iſidis, quę explicatio & hiſtorię & Authoribus conformior videtur; ita quidem, vt per accipitrem Solis ſymbolum (vt infra plenius explicabitur) Oſiridem, per Ibim Iſidem, per duos Canes verò Anubidem & Macedonem, quorum ille canem, hic lupum in armis gerebat, teſte Diodoro, intelligamus. Lupus autem & canis, ob formam & figuram adeò ſimiles ſunt, vt multi lupum nihil aliud dicant, quàm canem ſylueſtrem. Sed audiamus Diodorum de his loquentem, ſic enim ait lib. 1. cap. 2. *Oſiridem verò duo ſui virtute diſpares Annubis & Macedon proſ cuti ſunt, vterque armis vſus eſt inſignibus, aliquo animali haud ab eorum natura diſſimili; Nam Annubis Canem, Macedon Lupum inſigne armorum tulit. Quæ ex re hæc animalia Aegyptij ſummo in honore habent, & harum animantium formis apud Aegyptios colluntur.* Dicimus itaque Ægyptiorum proceſſione & Comaſiarum oſtenſione, iuxta hiſtoricum ſenſum nil aliud, quàm peregrinationem Oſiridis, quam ſupra ſect. 3. deſcripſimus, fuiſſe indicatam. Nam vt bene Diodorus Siculus, Oſiris regno Iſidi commiſſo, Anubide & Macedone filijs, Hercule etiam, Apolline, Triptolemo, alijſq; ſtipatus, totum peragrauit orbem, in cuius rei memoriam Comaſiarum feſtiuitas inſtituta videtur. Secūdò poteſt per hanc Comaſiarum repræſentationem non incongruè intelligi, Oſiris à Typhone perditus & diſperſus, per accipitrem; Iſis eum quærēs ac recolligens per Ibim; per canem, Mercurius qui & Hermes promiſcuè dicitur. Nam Mercurium Iſidi à conſilijs fuiſſe teſtatur prædictus Diodorus his verbis: *Tradunt autem Oſiridem Aegypti Regem regno conſtituto, rerumq; omnium cura Iſidi vxori permiſſa, tradidiſſe ei Mercurium, cuius Conſilio, quoniam prudentia videretur excellere inter amicos, vteretur. Mercurius verò pingitur ab*

Per 4. animalia in Comaſijs portari ſolita quid indicetur.

Diodorus l. 1. c. 2.

Mercurius pingitur cynocephalus.

Aegyptijs Cynocephalus, ad ingenij ſagacitatem, qua tùm in conſilijs tùm in rebus inueniendis valebat plurimum, indicandam. Quod autem duo canes circumlati ferantur, ſignificat duplicem quæſitionem Iſidis, quam hiſtoria meminit, conſilio auxilioq; Mercurij κυνοκεφάλου primo contigiſſe; cum deperditum Oſirim; Secundò cum Horum à Typhone ſubmerſum inquireret, in quorum memoriam geſtarum Aegyptij Comaſias feſtiua ſolennitate cohoneſtare ſolebant. Quicquid ſit, ſignificat Comaſiarum ſolemnitas 4. principaliũ hominum quos colebant, cultum particularem, de quibus ex profeſſo in 5. huius operis libro. Sed vt vndè digreſſi ſumus, tandem redeamus; Habebant Ægyptij plurima alia ſymbola, quibus in ſuis myſterijs abſcondendis vtebantur. inter cœtera autem, quæ à Cornelio Tacito lib. 14. Strabone 17. Diodoro in principio lib. 4. Plinio, Clemente, alijſque citantur; per accipitris imaginem naturam vniuerſi, ſeu ſpiritum mundi intelligebãt, de quo tùm ſupra, tùm de eo multis quoq; Euſebius, Horus, Ammianus Marcellinus, alijquè; per aquilã & falconem rem maximæ velocitatis, ob ſummam harum auium pernicitatem figurabant. Per apes regem, iuſtitia clementiaque conſpicuum, qui melli aculeum haberet cõiunctum; per draconem ſeu colubrum caudam ſuam mordentem, annum; per caput lupi, tempus præteritum, quia lupus animal eſt ſummè obliuioſum; per caput leonis, tempus præſens, ob eius fortitudinem & potentiam; per caput denique canis, tempus futurum, quod nobis ſemper, canum more abblandiens ad ſe cum ſpe inuitet; per bouem multi laboris animal terram, ſeù agriculturam; per ciconiã, eò quod parentes ætate prouectiores, in beneficij nutritionis accepti recognitionem ſuſtentet, indicabant iuſtitiam & pietatem; per anguillam, inuidioſum, eo quod nullum cum alijs piſcibus commercium habere videatur anguilla; per manum dextram extẽſoſque digitos hominem liberalem & ſincerum. Per Crocodilum animal nociuum, hominem malignum; per oculum apertum hominem bonum & iuſtitiæ ſeruatorem; per auditum memoriam; per leporem arrectis auribus hominem maxima memoria præditum; Per ſtatuas judicum manibus carentium, oculoſque in terram deiectos, teſte Plutarcho, libro de Oſiride & Iſide, iuſtitiam incorruptam ſignificabant. Multa denique ſymbola ad naturæ exemplar excogitata Aegyptij ad condenda ſacra vſurpabant; de quibus Iamblichus in myſterijs his verbis. *Imitantes Aegyptij ipſam vniuerſi naturam fabricamque Deorum, ipſi quoque myſticarum recondituarumque notionum imagines quaſdam in ſymbolis conficiendis oſtendunt, quemadmodum & natura rationes occultas in apparentibus formis quaſi ſymbolis exprimit & Dij veritatẽ idearum per manifeſtas imagines explicant. Cum ergo perſpicerent ſuperiora omnium inferiorum ſimilitudine delectari, atque inſuper optent à ſuperioribus bonitate repleri, quatenus pro viribus imitentur, meritò & ipſi conuenientem ſuperis modum agendi pro viribus offerunt: quandò occulta myſteria ſymbolis inſerunt manifeſtis; in quibus interpretandis dimitte voces, accipe ſenſus. Quando igitur lutum in Sacris nominant, aut inducunt, hoc intellige mundi corpus atque materiam genitalemque virtutẽ*

Accipiter quid figuret?

Aquila & Falco. Apes.

Serpens caudam mordẽs Lupus, Canis Leo.

Bos

Ciconia

Anguilla

Manus dextra Crocodilus.

Lepus

Iamblichus

Lutum quid?

huic

huic inſertam, & quaſi pariter agitatam, atque fluentem, aut etiam cauſam principalem, & quaſi loco fundamenti præpoſitam elementorum, elementaliumque virtutum. Cùm hoc igitur tale ſit, DEVS ipſe generationis, totiuſque naturæ virium omnium, quæ inſitæ ſunt elementis, cauſa; vtpotè qui hæc ſuperemineat omnia immaterialis ipſe, indiuiſus, immobilis, & ingenitus, totuſque ex ſeipſo, & in ſeipſo totus. Vndè Aegyptij DEVM inducunt ſedentem ſuper Loton, aquaticam ſcilicet arborem, vbi ſignificatur, DEVM principatu ſuo mundanum ſuperexcedere lutum, nec attingere gubernando, ſed principatum gerere intellectualem penitus, & empyreum. Omnia enim in Loto rotunda ſunt, tùm poma tùm folia, ex quo ſignificatur circularis actio mentis per eadem videlicet, & eodem modo ſe habens. DEVS igitur ipſe ſuper hanc inſuper actionem in ſeipſo conſiſtit, ſuperans eiuſmodi principatum ſanctus & venerandus, & in ſeipſo penitus conquieſcens, quod quidem ex actu ſedendi ſignificat. Proindè, vbi DEVM introducunt nauis gubernatorem, principatum ſignificant, mundi gubernatorem. Sicut enim gubernator à naui, & gubernaculo ſegregatus vno quodam, facilique momento mouet vndique & regit, dirigitque nauem, ita DEVS ipſe mundum deſuper, videlicet à primis naturæ principijs præcipuas notionum cauſas exhibens. Quoniam verò partes cœli omnes, animaliaque cœleſtia, & totus vniuerſi motus, ipſumque tempus, ſecundùm quòd ipſe mundus mouetur, cuncta denique quæ continentur in totis, vires à Sole deſcendentes accipiunt, ideò has etiam ſymbolicus ſignificandi modus adducit, verbis quidem deſignans ſecundùm animalia cœleſtia figurari, formaſque viciſſim commutare per oras. Intereà verò demonſtrans immutabilem eius, ſimulque totam per totum mundum traditionem; atque ipſa pro diuerſitate naturarum, motionumque ſuarum, multiformes accipiunt à Sole potentias, ideò ſymbolica traditio vult per Deorum multitudinem vnum ingredi DEVM, atque per potentias multiformes vnam DEI adeſſe potentiam. Hactenus Iamblichus.

Deus Loto inſidens quid

Loti deſcriptio.

§. I.

De Literis, et Alphabeto Ægyptiorum.

REctè Venerabilis Beda libro de natura rerum docet, veteres non ſolùm dictionibus, vt nos, ſcripſiſſe, aut locutos; verùm etiam quæcunque mundus continet, & à nobis comprehendi poſſunt, certâ quâdam induſtriâ ad res ſignificandas tranſtuliſſe; vndè, ſubjungit, tanta eſt Alphabetorum diuerſitas, tanta literarum, characterumque differentia, quorum ductus, figuræ, chiaſmata, vel ex ſimilitudine rerum materialium, aut beſtiarum inceſſu, aut auium, volucrumque volatu, aut aliâ ſimili quâdam occaſione originem literis dediſſe veriſimile eſt; ſic Cadmum ſedecim literarum ſimili occaſione repertarum vſum primum in Græciam traduxiſſe ferunt, quibus Palamedes Aruſpex tempore belli Troiani alias quatuor addidit; Plutarchus tamen, & poſt eum Volaterranus cum multis

Phœnis & Cadmus 16. literarum in Græciam allato.

Palamedes 4 literarum inuento.

Aegyptij Hermes primus literarũ inuentor.

alijs per Cœlium Rhodiginum citatis, post Hebræos, Ægyptios primos literarum vsum tradidisse à Mercurio inuentarum. Quales autem hæ literæ fuerint, magna diuersorũ Authorũ est in hoc nodo dissoluendo discrepantia. Abenephi, quem nos in hoc negotio sequendum statuimus, ait, Ægyptios quadruplici vsos esse literarum, seù characterum genere. Primum erat vulgare, quo idiota, & vulgus vtebatur. Secundum erat fictum, & excogitatum à Sapientibus ad naturæ mysteria condenda. Tertium erat mixtum ex characteribus & symbolis. Quartum vocabatur sacrum, quo sublimia quæuis de DEO, Angelis, seù spiritibus, dœmonibus, mundo, homine, alijsque naturæ secretis mysteria, ac recondita sacramenta, veluti in symbolis quibusdam comprehendentes, obeliscis, pyramidibus, templorum valuis, exedris, aris, tabulis, ad ea æternitati commendanda insculpebant, vndè & posteà hieroglyphicorum nomen meruerunt; verba ejus hæc sunt: ولمصريون اربع انواع الحروف اولي كان مستعمل لامي الثني كان مستعمل لفلسفة ثلثي ممزوج من الحروف ومن التماثيل واربعي كان لكهن الحروف الطيور الذين يعنون بهم الاسرار الاهو——————ت ☆

Quadruplex literarum genus Aegyptijs vsitatũ.

Abenephi.

Erant autem Aegyptijs quatuor literarum genera; primùm erat in vsu apud populum & idiotas; Secundum apud philosophos & sapientes: Tertium erat mixtum ex libris & symbolis, siuè imaginibus; Quartum vsurpabatur à Sacerdotibus, erantq; literæ auium (sic Arabes hieroglyphica vocant) *quibus sacramenta indicabant diuinitatis.* Quæ hic de Ægyptiacis literis pulchrè disserit, optimè quadrant ijs, quæ Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromat. de Ægyptiorum characteribus meminit; sic enim ait, *eos primùm docere viam, & rationem characterum quorundam, quam vocant* ἐπιστολογραφικὴν, *hoc est, aptam ad conscribendas epistolas; Secundam autem Sacerdotalem, quà vtuntur* ἱερογραματεῖς, *ij qui de rebus sacris scribebant. Vltimam autem* ἱερογλυφικὴν, *id est, sacram, quæ insculpitur, scripturam, cuius vna quidem est per prima elementa* κυριολογικὴ, *id est, propriè loquens; altera verò symbolica, id est, per signa significans. Symbolicæ autem, vna quidem propriè loquens per imitationem, alia verò scribitur veluti tropicè, alia verò apertè sumitur allegoricè per quædam ænigmata: qui Solem pingunt, faciunt circulum; Lunam autem, figuram Lunæ curuæ formam præseferentem conuenienter ei formæ, quæ propriè dicitur.*

Triplex literarum genus à Clemente Alexandrino recitatum.

CAPVT VI.

De Alphabeti mystici structura et fabrica.

SEd jam hæc singula prosequamur. Primi itaque generis literæ haud dubiè erant illæ, epistolographicæ, id est, quibus in conscribendis epistolis, manifestandisque per scripturam conceptibus vtebantur, & primò quidem tempore pauciora fuerunt harum literarum elementa, succedentibus verò temporibus in tantum mutuatis hinc indè à vicinis gentibus

bus literis, succreuerunt, vt ad ad triginta duas pertingerent, quemadmodum clarè in Supplemento Prodromi ostendi, vbi Alphabetum considerare poteris. Quotnam verò priores illi characteres fuerint, diuersæ Authorum sententiæ sunt. Demetrius Phaleræus celeberrimæ Bibliothecæ Alexandrinæ, postmodum, magno posteritatis detrimento, exustæ custos, dicit habuisse illos septē literas vocales totidē Dijs dedicatas, verba eius sunt: Εν Αιγύπτῳ δὲ καὶ τοὺς Θεοὺς ἑπτὰ τῶν ἑπτὰ φωνίεντων οἱ ἱερεῖς ἐφ' ἑξῆς ἠχοῦν τὰ ταῦτα καὶ ἀντὶ αὐλῶν καὶ ἀντὶ κυθάρας τῶν γραμμάτων τοῦτον ὃ ἦχος ἀκούεται ὑπ' εὐφωνίας. *In Aegypto autem & Deos septem vocalibus sacerdotes celebrant, d inceps ipsas sonantes, & pro tibia, & cythara literarum harum sonus auditur, ob suauitatem vocis.* Hæc rectè quidem; sed quomodò ille septem vocales dicat eos habuisse, non capio, cùm natura non nisi quinque rebus rite pronunciandis ordinauerit A. E. I. O. V., forsan aspirationis duas notas simul junxerint his vocalibus. Pierius putat quindecim omninò fuisse, ex animalis alicuius effigie, membroque figuratos, quarum quatuor tantùm assignat. Primam A, ponit Ibin; Secundam B, Ouem; Tertiam ponit falcem loco Γ; Quartam Δ & cùm omnes ferè hucusque citati Authores ex animalibus desumptos referant; quinam verò fuerint, sileant. Hinc nos nihil non agentes, quoad aliquam notitiam hujus rei peruenire possemus, tandem inuenimus, primam literarum Ægyptiarum στοιχείωσιν, ex quatuordecim literis fuisse concinnatam, vt rectè quoque Clemens, Eusebius, cœterique tradunt, ex sacrorum animalium forma, incessu, aliarumque corporis partium sitibus desumptam, ita quoque Author Copticæ Scalæ magnæ Ægyptiacæ, siuè Dictionarij Coptici in Primordio dicit: ϫⲏⲙⲓ ⲧⲓⲥⲓ ⲛⲟⲩⲕⲉⲣⲉⲁ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲥϫⲏⲙⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲑⲏⲣⲓⲟⲛ. *Aegyptus primos suos characteres ex figura desumpsit animalium.* Quomodò autem prima hæc elementorum institutio peracta sit, restat declarandum. Ferunt prisci Ægyptiarum rerum Scriptores, inferiorem Ægypti partem mari olim tectam fuisse; Osirim autem primum Ægypti Regem, cùm ex ingenti limi, arenarumque ex Æthiopia aduectarum coacervatione Nili defluxu facta, hunc maris sinum, nescio quid terrestre, patturire cerneret. Nili aquis in alueos deductis, terram intermediam ab aquis separatam, habitatoribus non aptam tantùm, sed & jucundam reddidisse, ingenti verò serpentum è putrefacto limo natorum copiâ locum continuò infestum reddente, cùm multi quotidiè serpentum morsibus, inter quos & Osiridis Nauarchus Canopus, perirent; Osirim magnam vim Ibidum hisce locis immisisse, qui deuoratis serpentibus locum breui tempore expurgatum à periculis immunem reddiderunt. Multiplicatis itaque Ibibus cùm posteri notarent, dictas aues in varias sese formas juxtà diuersum corporis situm transformare; accedentibus multis alijs ab Ibide receptis beneficijs, eum Genium, seù Agathodœmona Ægyptij, à figura, quam pedibus exprimebat, appellantes, in sacrum animalium album retulerunt, locumque ipsum à nomine Agathodœmona appellarunt; quod Ptolomæus

Demetrius Phaleræus de 7. vocalibus Aegyptiorū.

Pierius.

14. Literæ Aegyptiorum ex animaliū forma desumptæ.

Ibium in serpentes immissio.

Ibis cur Agathodœmon dictus.

hisce

Prima Aegyptiorum litera.

hisce verbis docet: Δέλτα μέγιστον ἐκεῖνο καλεῖται καθ' ὃ ἐκτρέπεται ὁ μέγας ποταμὸς λεγόμενος Αγαθὸς Δαίμων. *Delta magnum vocatur id, iuxta quod diuertitur fluuius dictus Agathodæmon;* Ibis igitur diuaricatis cruribus, & rostro ijs transuersim inserto exprimit primam Alphabeti Ægyptiaci literam, hoc pacto A, quòd idem sonat ac αγαθὸς Δαιμον: ita Plutarchus Sympos. 5. ἶβις ⊂ ποιεῖ τῇ τῶν πόδων ἀποστάσει πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς τὸ ῥίγκος ἰσόπλευρον τρίγωνον. *Ibis,* inquit, *pedum diuaricatione eorum inter se, & cum rostro comparatione triangulum refert æquilaterum.* Et lib. 9. Sympos. 9. 3. Ερμῆς λέγεται Θεῶν ἐν Αιγύπτῳ γράμματα πρῶτος εὑρεῖν διὸ καὶ τὸ τῶν γραμμάτων Αιγύπτιοι πρῶτον ἴβιν γράφουσι, ὡς Ερμῇ (Αγαθοδαίμονι) προσήκουσαν. *Mercurius primus Deorum in Aegypto traditur inuenisse literas, atque ideò Ibin Aegyptij primam literam faciunt, Mercurio, videlicet Agathodæmoni conuenientem.*

ΑΓΑΘΟC ΔΕΜΟΝ

Secunda Aegyptiorum litera ex collo & rostro desumpta est Γ.

Secunda litera fuit desumpta ex Ibidis collo cum rostro transuerso, quòd cum normā referat ⲅⲁⲙⲁⲧ dixêre, significat enim, vti ex Dictionario nostro Coptico patet, ⲅⲁⲙⲁⲧ nihil aliud quàm normam, siuè regulam mensurationibus perficiendis aptam; cùm itaque Mercurius vti literarum, ita & Geometriæ Author fuerit, aptè secundam literam, normam Geometricam constituit, ex Ibidis collo, & rostro desumptam; innuit hoc apertis verbis Clemens Alexandrinus libro 5. Stromatum. ἀριθμοῦ γὰρ ἐπινοίας καὶ μέτρου μάλιστα τῶν ζώων ἡ ἴβις ἀρχὴν παρεχῆσθαι τοῖς Αιγυπτίοις δοκεῖ, ὡς τῶν κύκλων λοξός. *Numerum enim inuentionis, & mensuræ maximè ex animantibus videtur præbuisse Aegyptijs, sicuti ex circulis obliquus.*

Tertia litera Aegyptica ex Ibis desumpta.

Tertia litera fuit desumpta ex diuaricatione pedum Ibidis, omissa rostri insertione: sic enim cum plano terræ exactè Δέλτα exprimebat, vt proindè locum hunc Ægyptij mari vicinum non alio nomine, quàm Delta insigniverint; & posteri hanc appellationem vsque ad nostra tempora retinuerint; putabant enim Ægyptij Mercurium sub Ibidis forma, varias literarum formas humano generi tradidisse, ac inter cætera per formam Δ, quomodò Nilus diuidendus sit, vt tellus illa aquis, paludibusque submersa, fructifera redderetur & hominum habitationi apta, docuisse. Vndè forsan à ⲇⲁⲗⲧⲁ, quòd Copticè nihil aliud, quàm bonum agrum significare reperio, nomen huic literæ ⲇⲁⲗⲧⲁ fuerit impositum. Certè Delta ab Ibi sumptum, Pausanias apud Pierium lib. 17. docet his verbis: *Est & alia,* inquit, *ratio, cur Aegyptum hieroglyphicè significarent Ibes, nempe cùm ea regio Delton à Δ Græcæ literæ figura nuncuparetur, eam cum Ibibus similitudinem habet, quòd alites hæ literam eo incessu pedum interstitio ad æquales trianguli lineas deducto, signare videntur, idemque rostrum patefactum signat.* Et libro 47. de septem literis: *Mercurium,* inquit, *qui primus literas Aegyptijs communicauit, Ibim primam literam esse voluisse, refert; si quidem ea incessu triangularem effigiem, cruribus ita dispositis, vt suo loco dictum est, & quæ prima apud nos, & Græcos litera est, ad Isoscelis trianguli faciem accomodatur.*

Δ Litera quid significat.

4. Litera.

Quarta litera erat V, desumpta ex apertione rostri Ibidis, & nostrum Y referebat, ex rostris enim volucrium figuras, & characteres desumptos

Theo-

Theogenes in hymno Solis testatur his verbis; ὃς ἐδίδαξας γραμμὰς καὶ γράμματα ἐκ τοῦ ῥίγκου τῶν ὀρνίθων. *Qui docuisti lineas, & literas ex rostro auium.* Ibis siquidem aperti rostri hiatu primo docuit Ægyptios vsum circini, qui apud ipsos symbolum erat mensuræ rerum, & processus naturæ ex inferioribus ad superiora, vt in sequentibus fusè docebitur. Theogenes.

Quinta litera erat apud ipsos O, & Græcorum omicron respondebat. Obseruabant enim hoc animal, aut clistere se purgans, aut plumas dissipatas ordinans, collo in circulum contorto figuram illam, quam ipsi in numerum literarum referentes ⲟⲫϯ dixerunt, vt Author Dictionarij nostri meminit, quē postea allegabimus, exprimere; quāuis alij velint hanc literā quoque ex Solis figura fuisse desumptā. Habemus igitur 5. literas in vna Ibi diuersas figuras exhibente, repræsentatas, quas ipsi in numerum literarum retulerunt; vt proindè nemo miretur, hoc animal tanto apud Ægyptios in honore fuisse. Primo enim totam id Geometriam, processumque quantitatis Ægyptijs indicasse verisimile est; lineas quidem varia colli, pedumque longiorum porrectione; angulos rostri, pedumque diuaricatione; triangulos rectilinos per duo crura, quibus diuaricatis dum rostrum transuersim inserunt, triangulū æquilaterū efficiunt; rationēq; quantitatis triangularis per sectionem factam perfectè exprimunt; quæ sunt prima Geometriæ tùm speculatiuæ, tùm practicæ fundamenta. De cœteris verò mysterijs huius volucris, fusè suis locis agemus. Quinta litera ⲟⲫϯ

Sexta litera erat Λ, quæ Λ Græcorum respondet, exprimebaturque à diuaricatis pedibus Ibidis, vndè & ⲗⲁⲃⲇⲁ dicta fuit, quæ Ægyptiacè progressum significat. Ibis enim ambulans hunc referebat characterem, vndè & inuentio cubiti Ægyptiaci, siuè Ibiaci; ex vestigijs enim huius animalis in limo littoris fluminis relictis, mensuram sumpserunt cubiti, vti suis locis dicetur: & contraponitur præcedenti literæ V, ex quarum coniunctione nascitur X altera litera, frequens in obelisco nostro, quâ animæ mundi processum versus inferiora, & iterum ad superiora indigitabant; sed hæc, vt dixi, suis locis ex professo tractabuntur. Sexta litera ⲗⲁⲃⲇⲁ

Atque hinc patet, cur Plutarchus, Clemens, alijque Ibin primam literam dixerint, ex hac enim non literas tantùm, sed & hieroglyphicorum arcanam rationem ipsos didicisse alibi dicetur. Sumitur enim litera apud illos non pro figura simplici alicuius literæ, sed pro integro systemate hieroglyphico, quòd cùm vnum esset, varia tamen & maxima sui forma exhibebat Ibis. Hinc soli Mercurio, vti Deo, rerumque maximarum inventori eam dicabant. Sed de Ibi vide quæ in proprio hierogrammatismo lib. IV. huius Operis disseruimus; cœteræ verò literæ hoc pacto inuentæ traduntur.

Ex omnibus Authorum monumentis constat, Bouem ob insignia beneficia ab Ægyptijs diuinis honoribus cultum, adeò vt Osirim sub bouis forma varias res ad humanā vitā sustentandam necessarias, homines docuisse cre-

Litera 7. & 8. crediderint. Vndè curiosiùs figuram, vti ipsis solitum erat, obseruantes, tres characteres deducebant; ex cornuum curuitate ⌣, quod Sima vocabant, hoc est symbolum Lunæ, deindè frontem quadratam ⌐, quam O magnum appellabant; nam varia huius figuræ symbola, mysteria, vt suis locis dicetur, referebant. Hoc verò cum cornibus coniunctum, alium characterem ijs suppeditabat, quem ϐ à figura bouis vocabant, & Græcorum υ respondebat, talem enim vocalem mugitus bouis exhibebat; fuit enim ϐ ϑ c non litera tantùm simplex, sed litera idealis hieroglyphica multos, & varios conceptus implicans, vti in explicatione eius patebit. Quæ ita se habere Plutarchus asserit lib. 9. Sympos. q. 3. his verbis: Καδμεῖν φασὶ, τὸ ἄλφα πρῶτον προτάξαι διὰ τὸ τῆς Φοινίκης, ἔτι καλεῖν τὸν βοῦν, ὃ δεύτερον ἢ δὲ τρίτον (ὥσπερ Ἡσίοδος) ἀλλὰ πρῶτον τιθεῖναι τῶν ἀναγκαίων. *Cadmum ferunt ideò Alpha primam literam posuisse, quod* ϐ ϑ c *ita lingua Phœnicum dicitur, quem non secundum, aut tertium, vt Hesiodus, sed primum locum inter res necessarias existimabant.*

ϐ ϑ c quid significat linguâ Phœnicum.

Accipiter quales literas dederit.

Tertium apud Ægyptios animal sacrum fuit accipiter, ex quo similiter characteres tùm vulgares, tùm symbolicos mutuatos legimus. Et caput quidem cum rostro dedit literam, quam in Alphabeto *Sima* vocabant, id est, visionem, eò quod per accipitris caput, quod hunc characterem exprimebat, Deum omnia videntem, vt in sequentibus fusè ostenderur, occulta allegoria indicarent, quæ varia authoritate in sequētibus comprobabimus.

Scima 9. litera.

10. Litera, Canis quas literas dederit.

Quartum animal canis erat, sub quo etsi magna mysteria exhiberent, vt in interpretatione obeliſci videbitur, an tamen, & qualem literam vulgarem indè deduxerint, comperire non licuit; atque hæc erant quatuor illa animalia celeberrima, quæ literas, eò quòd præcipuas literas ex ijs addidiciſſent, appellabant, eaque in Comasiarum solennitatibus circumferre solebant. Quæ omnia Clemens lib. 5. Stromatum comprobat his verbis: ἤδη δὲ κἂν ταῖς καλουμέναις παρ' ἡμῖν κωμασίαις τῶν Θεῶν χρυσᾶ ἀγάλματα ὧν ἡδὺς ὑμῖν κύων ἵνα δὲ ἱέρακα κομίζουσι καὶ καλέσαι τὰ πάσαρα τῶν ἀγαλμάτων ἄθλα πάσαρα γράμματα. *Iam verò in ijs, quæ ab alijs vocantur Deorum Comasiæ, aureas Deorum imagines, duos quidem canes, vnum accipitrem, & vnum ibim circumferunt, & vocant quatuor illa simulacra, quatuor literas.* In honorem videlicet Mercurij, qui ex eorum forma prima literarum elementa ingenioſè & mysticis rationibus referta extraxerat.

4. Animalia sacra.

Decem literæ ex 4. animalibus extractæ.

Habemus itaque decem literas ex quatuor dictis animalibus deductas. Reliquas verò literas ex cœteris animantibus, vel etiam instrumentorum similitudine deducebant. Ex arietis, quem Amun, siuè Iouis Hammonij habitaculum dicebant, capite cornuto, deducebant literam, quam Amun dicebant, respondebatque nostro B, cuius literæ sonum, pronunciationemque discebant ex voce eiusdem animalis; Certè etymologicorum interpretem huc respexisse verisimile est, dùm ita canit:

11. Litera ex Arietis cornibus desumpta.

Ο Διλίβιος ὥσπερ πρόβατον βὴ βὴ λέγων βαδίζει.

Stolidum tanquam pecus Be Be dicens ambulat.

Hinc Pierius quoque ouem secundam Ægyptiorum literam fuisse asserit.

Porro

Porrò à ſerpente deducebant aliam literam, quam Zeuta vocabant, hoc eſt vitam, eò quòd ſerpens vitæ ſymbolum apud eos eſſet, reſpondebatque ζ Græcorum, ita autem Coptitæ eam formant ϩ quæ omnia ſuis locis demonſtrabuntur. Litera 12. Zeuta.

Prætereà circulo igneo tranſuerſum ſerpentem includentes literam efformabant, quam Thauta vocabant, hoc eſt literam Thoth; reſpondebatque Θ Thitæ Græcorum; erat hic vnus ex maximè myſticis characteribus, quo per circulum igneum, mundum; per ſerpentem verò mundi conſeruatorem occultè indigitabant, quæ omnia fuſè proſequitur Pherecydes Syrus, in libro quem de Ophionibus, & ſacris Ægyptiorum inſcripſit. Sed audiamus Euſebium l. 1. c. 7. circa finem, ad verbum omnia deſcribentē: ⲑⲉⲩⲧⲁ 13. Litera Thoth dicta ϯⲁⲩϯ

Ὧδα Φοινίκων δὲ καὶ Φερεκύδης λαβὼν τὰς ἀφορμὰς ἐθεολόγησε περὶ τοῦ παρ' αὐτῷ λεγομένου Ὀφιωνέως Θεοῦ, καὶ τῶν Ὀφιωνιδῶν περὶ ὧν αὖθις λέξομεν. ἔτι μὴν οἱ Αἰγύπτιοι ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἐννοίας τὸν κόσμον γράφοντες, περιφερεῖ κύκλον ἀστροειδῆ καὶ πυρόπον χαράσσουσι, καὶ μέσον τεταμένον ὄφιν ἱερακόμορφον, καὶ ἐστὶ τὸ πᾶν σχῆμα, ὡς τὸ παρ' ἡμῖν Θῆτα; τὸ γὰρ κύκλον κόσμον μηνύοντες; τὸν δὲ μέσον ὄφιν συνεκτικὸν τούτου ἀγαθὸν δαίμονα σημαίνοντες. *Pherecydes quoque de Phœnicibus efformationes accipiens edoctus diuinitùs de DEO, quem Ophionea dicebant, & de Ophionidibus mirum in modum diſſeruit; de quo alio loco dicemus. Verùm Aegyptij vniuerſum depingentes mundum, hac ipſa inducti ſententia, in circulum aſtralem, igneumque in ſuperficie circumfuſum ſerpentem forma accipitris extendunt, vt ſit Θ Thitæ Græcæ literæ figura conſimilis, magnitudinem mundi, ac formam per circulum ſignificantes; per ſerpentem verò, qui in circulo poſitus eſt, bonum dæmona conſeruatorem omnium, cuius virtute mundus contineatur ſignificantes.*

Porrò ex huiuſmodi ſymbolo, ſiuè litera, aliam efformabant, quam ⲫⲩⲗⲟ, hoc eſt, *amorem* vocabant, reſpondebatque Græcorum Φ. Verùm cùm huius literæ maxima myſteria ſequentibus reſeruauerimus, hic ea tantùm indicaſſe ſufficiat; Lector interim Prodromum conſulere poterit, vbi huius characteris arcana fuſè deſcripſimus, quod & fuſiùs in ſequentibus præſtabimus. 14. Litera ⲫⲩⲗⲟ

Prætereà multos characteres non ex animalibus, ſed ex ſimilitudine rerum, quas referebant, deſumptos reperio; vt litera M, quam ⲙⲱⲓ id eſt, *aquam*, vocant, refert enim hic character fluxum aquæ κυριολογικῶς; talis eſt & character ϩ quem ϩⲁⲛⲩϯ vocant, id eſt, *catenam*: hanc enim formâ & ſimilitudine ſuâ refert, ac ſæpe, vti & præcedens inter hieroglyphica ſchemata occurrit, ſed hæc ſuo loco. Non ſecùs literam N & P illam, ex ſimilitudine pyramidis geminę hunc ex harpagonis ſimilitudine diſcebant. O verò & C, non ex Ibide tantùm, & Boue, vti paulò ante dictum eſt, ſed Clemente teſte, literas κυριολογικὰ eſſe ex ſimilitudine Solis & Lunæ deſumptas, verba eius ex lib. 5. Stromat. allego: Οἱ βούλονται γράφειν τὸν ἥλιον, ποιοῦσι τὸν κύκλον. Καὶ τὴν σελήνην σημαίνοντες σχῆμα κεροτοειδές, κατὰ τὸ σχῆμα κύριον γράφουσι. *Qui Solem ſcribere volunt, circulum pingunt, qui Lunam, figuram cornigeram, iuxta propriam formam referunt.* De quibus in ſequentibus fuſiùs. 15. Litera ⲙⲱⲓ dicta. 16. Litera ϩⲁⲛⲩϯ Litera 17. & 18. vtique Litera 19. & 20. quales.

Sequitur tandem litera Tautica omnium myſterioſiſſima, quæ T, 21. Litera Tau.

Græcorum correſpondet. Cuius ſtructuram & myſteria, cùm in Prodromo Copto vti & proprio hierogrammatiſmo, in 1 v. lib. huius Operis fuſè deſcripſerimus, eò Lectorem remittimus, ne in tanta rerum dicendarum mole temporis jacturam faciamus.

Atque hæ ſunt primæ Ægyptiorum literæ & elementa, quibus non ſolùm vulgò conſcribebant epiſtolas, ſed & ſub ijs magna myſteria ſolis ſacerdotibus nota, innuebant myſticis ſymbolis reſeruata. Verùm vt vnica Synopſi, quæ hucuſque dicta ſunt, intuearis, hic tabulam apponendam duximus, ſingula exactè exhibentem.

Primæua literarum Ægyptiarum fabrica, & inſtitutio facta à Tauto ſiuè Mercurio Triſmegiſto.



	Character Zoographus.	Figura literarum Vulgaris.	Græcorum ad eas affinitas.
I.		Ⲁ ⲁⲅⲁⲑⲟⲥ ⲇⲉⲙⲟⲛ dicitur, id eſt, Bonus Dœmon.	A
II.		Ⲅ ⲅⲁⲙⲁⲧ dicitur, id eſt, Norma.	Γ
III.		Ⲇ ⲇⲁⲗⲩⲧⲓ dicitur, id eſt Bonus ager.	Δ
IV.		V Proceſſus inferiorum ad ſuperiora. Symbolum eſt.	Y
V.		O ⲟⲫϯ dicitur, id eſt, Mundi Dominus.	O

VI.		λ λαῖλαξ dicitur Proceſſus ſuperiorum ad inferiora.	Λ
VII.		χ Proceſſus animæ mundi ἄνω κατὰ κάθω.	Χ
VIII. IX.		C Lunæ ſymbolum. O magnum.	Σ Ω
X.		σ σιεὶς dicitur, id eſt, Viſio.	Ο Σ
XI.		B ζωὴ dicitur, id eſt, Fœcunditas.	B
XII.		ζ ζωὴ dicitur, id eſt, Vita.	Z
XIII.		θ θωθ dicitur, id eſt, Litera Thoth.	Θ ϴ Thita.
XIV.		Φ φιλο dicitur, id eſt, Amor.	Φ ϕ

XV.		M ⲙⲙⲓ Aqua, Litera est. κυριολογικὴ τοῦ ὕδατος.	M μί
XVI.		Ξ ⲝⲁⲛⲑⲧⲓ dicitur, id est, Catena.	Ξ ξί
XVII.	N	N Litera, idem est, ac processus rerum elementarium, ἄνω καὶ κάτω, siuè vegetabilium processus.	N νί
XVII	P	P κυριολογικὴ ἅρπαγος. Figura desumpta ex harpagone, quo Osiridis corpus ex vndis extractum.	P ρὼ
XIX. XX.	 C	O Sol. C Luna. Signa κυριολογικά.	O Σ
XXI.	T ☥ ☦	T ⲁⲫ ☦ Litera Thoth siuè Tauti Dei. Tau Hebræorum.	T

Atque ex hisce manifestè patet. Græcorum literas ex Aegypto per Cadmum ad Græcos translatas esse, cum Aegyptijs in omnibus sint simillimæ; quamuis non negem, posterioribus tẽporibus Ægyptios nonnullas à Gręcis vicissim mutuasse, ac suo Alphabeto intulisse, quemadmodũ in supplemẽto Prodromi fusè ostendimus, adeòque Copticum siue Aegyptiacum Alphabetum ad triginta duas literas excreuisse.

CA-

CAPVT VII.

De secundi, tertij, quarti generis literis Sapientibus vsitatis.

PRæter vulgaris Sapientię notas Ægyptij aliud characterum genus adhibebant; Quorum tamen multi non occurrunt inter obeliscorum cæterorumque monumentorum reliquias. Hoc nos non incongruè Gnomicum siue parabolicum appellamus; Consistebatque in certis sententijs & documentis politicis, quæ arguto symbolorum apparatu exprimebant; Cuiusmodi sunt ea, quæ Horapollo posteritati reliquit. Ad hanc classem quoque reuocantur ea, queis Pythagoram vsum legimus, de quibus & in præcedentibus actum est. Quæ & fusè prosequitur Clemens Alexandrinus lib. 6. stromatum. ita Horapollo per Ostreum & Cancrum hominem, qui nullam sui curam rationemque habeat, indicat; hominem verò ingluuie laborantem significantes, scarum piscem, ob summam huius piscis voracitatem pingebant; & sic de cæteris, quæ apud citatum Authorem vide.

Gnomicæ literæ symbolicæ quæ.

Horapollo per ostreum & cancrum, & per scarum piscem quid indicauerit.

Hoc pacto Sesostris Rex Regiones, quas nulla sibi facta resistentia occupabat, in erectis columnis muliebria incidi curauit, per hæc symbola pusillum effœminatumq; incolarum animum tacitè significando. Talia sunt quę Herodotus de Pherone Sesostris filio recitat, eum ob sacrilegium in Nilũ, contra cuius vndas sagittam emiserat, vindicta diuina multorum annorum cæcitatem incurrisse, â qua oracuło Buti accepto liberari non potuerit, nisi oculos lotio lauisset mulieris, cuius rei, cum in propria primùm vxore, & deindè in multis alijs fœminis experimentum sumpsisset, nec quicquam profeciisset, tandem se in hortulani cuiusdam vxore rei periculum feciisse, & statim sanitati restitutum, omnes illas mulieres, quæ ad sanitatem nihil illi contulerãt adiumenti, in locum, quæ gleba rubra dicebatur congregatas, ibidem ad vnam omnes concremasse, præter Hortulani vxorem, quam & sibi in vxorem despondit. Hanc historiam, vti omnia alia Sacerdotes non ad literam intelligebant, sed sub hac veluti allegoria quadam denotabant pessimam huius Regis vitam. Erat enim adeò superbus, vt nec DEOS nec sacra, nec eorum ministros Sacerdotes quicquam curaret; ritus patrios despiceret, aliaque multa indigna faceret, ob quæ summam mentis cœcitatem incurrerit; per loti ũverò mulieris ab oracuło præscriptũ indicabatur, eum â luxuriosa vita frequenti quidem Sacerdotũ admonitione sollicitatũ, at cùm nihil profeciissent, tandem lotium vxoris Hortulani, Regi applicatum, ei visum restituisse: per vxorem Hortulani denotabant Tellurem, quæ fructus non nisi studiosè culta profert, quem laborem per hortulanum notabant: per vrinam verò dictam denotabant herbas, plantas, similiaque, quibus ob summam temperantiam Sacerdotes vtebantur, quæ sunt veluti quædam excrementa terræ, copiosa aquarum irrigatione nascentia. Abstinendo itaque ab immodica luxuria, dum vitam frugalem & temperantem insti-

Sesostris cur muliebria saxis insculpserit.

Pheron sacrilegus in Nilũ cæcitate percutitur.

Lotium mulieris Hortulani remediũ cæcitatis.

inſtituit, paulatim lumen mentis recepit, ita ut quantò priùs in DEOS, eorumque ſacra iniquior fuiſſet, poſt mentis lumen receptum in eoſdem eſſet animo impoſterum deuotior, zeloque ardentior. Innumera huius argumenti ſymbola adducere poſſem ex vitis Regum Aegypti deducta, verùm cùm ea in Oedipo expoſuerimus, hic ijs repetendis tempus terendum non exiſtimauimus.

Tertij generis literatura.

Porrò tertij generis literatura, erat partim ex ſimplicibus literis, partim ſymbolicis compoſitum. Certum enim eſt, Aegyptios non tantùm characteres vulgares ſymbolicis miſcuiſſe, ſed & integra verba immiſcuiſſe Copti ſermonis, vti paulò poſt videbitur.

4. genus literarum quid?

Quartum genus literarum apud Aegyptios vſitatarum conſtabat meris ſymbolis, per animalia, homines, aues, inſtrumenta, herbas, partes humani corporis, figuras omnis generis myſticè expreſſis. de quibus Luc. lib. 3.

Nondum flumineas Memphis contexere biblos
Nouerat, & ſaxis tantum volucreſque feræque
Sculptaque ſeruabant, magicas animalia linguas.

Aſtipulatur huic Alexander ab Alexandro, qui Aegyptios & Phœnices per multifarias diuerſorum animalium figuras literarum loco lapidibus inſculptas, primum mentis ſuæ ſenſus arcanaque effinxiſſe commemorat. Clariùs Diodorus Siculus lib. 4. *Sunt*, inquit, *Aegyptiorum literæ variis animantibus, extremitatibuſque hominum atque inſtrumentis, ſed præcipuè artificum perſimiles; non enim ſyllabarum: ſed imaginum forma, eorum ſignificatione, vſu, memoria hominum tradita*. & paulò poſt. *Eodem modo & cæterarum corporis partium figuræ atque inſtrumenta aliquid certum notabant, quæ memoria hominum, longo vſu ac meditatione obſeruata, è veſtigio quid ea exprimerent, internoſcebant*. Petrus Crinitus quoque lib. 7. cap. 2. huiuſmodi rationem ſcribendi apud Aegyptios hanc fuiſſe ſcribit. *De literis Aegyptiorũ, quæ hieroglyphicæ vocantur; quarũ apud veteres Authores mentio eſt, tùm in obeliſcis etiamnum conſiderari hoc poteſt, in quibus figuræ iſtæ & effigies animalium diuerſorum, herbarumque, fluuiorum & arborum ſculptæ, eius gentis philoſophiam deſignant. Nam in Obeliſcis Regum Seſoſtris & Pſamiſertao, qui in vrbem ex Aegypto deuecti ſunt, per eiuſmodi ſymbola & hieroglyphicas notas, rerum naturæ interpretatio adnotata eſt. Ita enim Aegyptiorum philoſophia creditur primò illuſtrata. Inter alias verò effigies, ſcarabæos, apes, fluuios, boues, vultures, aliaque id genus notare conſueuerunt. Porrò ipſa effigie apis ſymbolum Regis ſignabatur, quod is in ſubeundis vitæ officijs non minus iuſtitiæ aculeum, quàm dulcem mellis clementiam habere debeat. In vulture naturæ genium ac maieſtatem indicabant, quod inter has fœminæ duntaxat reperiantur*. Subſcribit huic Apuleius in ſua metamorphoſi, qui ait: *Veteres illos libros habuiſſe ignorabilibus literis prænotatos, partim figuris huiuſcemodi animalium, concepti ſermonis compendioſa verba ſuggerentes, partim nodoſis & in modum rotæ tortuoſis caprеolatimque condenſis apicibus à curioſa profanorum lectione munita*. Conſentiunt huic Chæremon, & Horopollo, qui harum literarum in monumentis ſuis nonnulla

Petrus Crinitus.

Chæremon & Horapollo.

adhuc

adhuc veſtigia reliquerunt. Ammianus quoque Marcellinus, per Cœlium Rhodiginum lib. 29. antiquarum lectionum cap. 26. citatus, ait: *Huiuſmodi literas animalium figuris ac reliquis huiuſmodi corporibus ac ſignis conſtitiſſe. per perdices, contumelioſos monſtrare videntur (vt ait Cœlius) quoniam huiuſmodi aues ſenio confectæ, contumelia ſe afficiant: ſcuti anguilla inuidiam ſignificare videtur, quæ ita bonis infeſta omnibus eſt, vt anguilla piſcibus, quorum omnium ſocietatem & communitatem fugit. Hippopotami vngulæ deorſum verſæ impium, iniuſtum, ingratumque ſignificant. At Equus fluuialis, cum primùm per ætatem licuerit, patrem experitur viribus, quem ſi pugnâ ſuperarit, ac ſibi locum cedere animaduerterit, matrem init, vita patri conceſſa; Quod ſi victus pater minus ei permittat cum matre concubitum, tum patrem ſi ius robore viribuſq., fretus, interimit, ac matrem comprimit.* Ammianus Marcellinus.

Itaque non abſurdè ijdem Aegyptij ad inferiorem partem duas item pingunt eiuſdem Hippopotami vngulas, quo id homines intuentes, & quod de iſtiuſmodi bellua dicitur, cogitantes, ſint in referenda gratia promptiores. Ex hac doctrina videtur & illud eſſe depromptum, quod in Regum ſceptris ſuperne ciconiam figurabant, infernè verò hippopotamum, quo innuebant. vim iuſtitiæ parcæ, cum hippotamus animal ſit iniuſtiſſimum. fuit tantus autē huius per ſymbolica animalia ſcribendi pruritùs, vt omnes gētes eum quaſi ſui iuris fecerint. Cœlius Rhodiginus ſecutus Ammianum Marcellinum & Heliodorum, ait: *Aegyptios ad Aethiopes, quorum Coloni fuerant, vſum horum characterum ſymbolicorum primum tranſtuliſſe*; quod & Diodorus lib. 3. cap. 1. innuit. & Volateranus lib. 12. de Aegypto ſic dicit: *Illi etiam duplex ſcribendi genus; vnum quod vulgò diſcunt; alterum quod Sacras literas appellant, ſoli Sacerdotes attingunt à parentibus per manus traditas, quas ab Aethiopibus, videlicet à Chus Chami filio, primo Aethiopiæ colono primùm acceperè.* Alii ab Indorum ſapientibus eos illud ſcribendi genus didiciſſe aſſerunt; vti Arrianus, qui Indos olim dicit, alium literarum vſum neſciſſe, niſi illum, qui eſt per diuerſa animalia; quod & teſtantur recentiores Indicarum rerū Scriptores, Maffeius & Iarricus, qui huiuſmodi characteres in multis adhuc Indiarum locis videri aſſerunt. Theſeus Ambroſius in appendice diuerſarum literarum aſſerit, ſe in manibus cuiuſdam Canonici Paleoti ciuis Bononienſis librum ex India aduectum Tygridis pelle coopertum vidiſſe, in quo *varias hominum aliarumque rerum ac animalium figuras tantum depictas erant*. Cuiuſmodi ſunt libri illi ex Mexico allati, hominum animaliumque figuris variè transformati, qui etiamnum in Vaticana conſeruantur. Ex quibus apparet, hunc vſum literarum omnibus antiquioribus ſapientibus veluti communem fuiſſe, eumque adhibuiſſe potiſſimum ad ſapientiæ ſuæ excellentiæque admirationem apud poſteros excitandam. Marſilius Ficinus in Platonis Philebum Comment. cap. 29. ait: *Quod eiuſmodi literarum vſus, iuxta Platonem & Plinium fuerit ſempiternus; proprios nihilominus & particulares characteres formaſque ſcribendi fuiſſe à diuerſis hominibus inuentas & introductas; ſic ait; Zoroaſter & eius Sacerdotes, vnam particularem ſcribendi methodum.*

Ammianus Marcellinus.

Hippotami ſymbola.

Duæ Hippotami vngulæ.

Ciconiæ caput in ſceptris Aegyptiorum quid.

Cœlius Rhodiginus.

Diodorus. Volateranus.

Arrianus ait ab Indis characteres ex animalibus translatos.

Theſeus Ambroſius.

Marſilius Ficinus.

thodum, à vulgari multum discrepantem habuerunt. quâ formatis de figuris signorũ cœlestium, stellarum aliorumque siderum, characteribus, sapientiæ suæ occultabant mysteria. Mercurius Trismegistus exemplo Zoroastri edoctus, de non temerè cuilibet sublimioribus sapientiæ manifestandis mysterijs, inuentum Zoroastri ampliãs, nouã excogitauit ζωοαλφάβητον, hoc est per diuersi generis animalia plantasq; confictum Alphabetum, quo Sacerdotibus solis in recondendis mentis arcanis, cæteris præcepit: quæ sententia profectò non malè cum ijs, quæ superius diximus congruit, cùm probauimus, Ægyptios sapientiã suã primò ab Hebræis, id est à Zoroastro seù Chamo traditam ad Phœnices & hinc ad Græcos, à Græcis denique per vniuersum orbem transfudisse. Nam, vt fileam, interim ea, quæ Olaus Magnus Gothus in Septentrionali historia refert, de varijs literis & characteribus (qui in saxis, ac rupibus montium Angermanniæ sub diuersis animaliũ figuris exsculpti in hunc diem videntur, certè id vel maximè ostẽdunt antiquorum nummi, diuersæque monetæ, in quibus templa, deuictas vrbes, caducea, dextras inter se iunctas, Ianos bifrontes, quadrifrontesque, naues, manipulos, cornuacopiæ, capras Amaltheas, bigas, matrem Cybelem, apros, canes, ceruos, damas, tauros, leones, delphinos, hyppopotamos, serpentes, pileos cum pugionibus, libras, elephantos, lynces, tigrides, Mercuriolos petasatos, lupas geminos alentes, solem, lunam, Romam sepicollem, clauam Herculis, cerberum, cytharam, Marsyam excoriatum, tripodes, cupidines, crocodilos, agnos, pegasos & alia propemodum infinita imprimere solebãt, de quibus copiose Guilielmus Choul, Brasficanus, Hulzius, alijque Antiquarij. qui profectò nihil aliud sunt, quàm quædam hieroglyphica, quêis ab Ægyptijs edocti Romani quondam vtebantur.

Propagatio literarum Aegyptiarũ

Olaus Magnus Gothus

Medalia veterum symbolis prægnata ad similitudinem Aegyptiorũ.

Porrò characteres, quibus Cicero vrebatur in epistolis secretioribus, quosq; Trithemius dicit similes fuisse Ægyptijs, dici non posse nec deberi, ita ostendo; Ciceronianæ notæ singulæ, singulis verbis & nominibus respondebant, quod apud Ægyptiorum sapientes in hieroglyphicis multa ratione fit; cum in ijs singula suos proprios, & mysticos conceptus habeant, quod non fieret, si singula hieroglyphica singulis responderent vocabulis; accedit tùm, quod labor legendi quippiam huiusmodi notis scriptum, tantus erat, vt vel ipsi, qui eos excogitarant, ob infinitam propè characterum multitudinem, vix semet extricare valuerint; Ægyptios autẽ non multitudinem characterum, sed multitudinem rerum per paucos characteres signatarum quæsiuisse constat. Quam quidem scribendi consuetudinẽ, vtrum primùm ab Hebræis; num hi ab illis acceperint alibi disceptatum fuit, certũ est Moſen pleraque in sacris literis mysticè exhibuisse. Et primò quidem, si physicam expositionem rerum consideremus, videbimus, hũc mysticos scripturæ sensus transferre ad naturæ vniuersitatem, siuè ad totius naturæ vires & opera, hoc est, ad materiam, formam, partesque huius mundi sensibilis, dùm inquirit in diuinis eloquijs motum, ordinem & ornatum

Scriptura Ciceronis hieroglyphica.

Moyses omnia fua ferè sub symbolis mysticè refert.

sphæ-

ſphærarum cœleſtium, qualitates elementorum, proprietates metallorum, virtutes plantarum & animantium mores; quam quidem exponendi viam ingreſſi ſunt præcipuè apud Hebræos inſignes quidam Exodi & Leuitici expoſitores: qui omnium penè rerum naturas in interpretatione horum voluminum explicarunt; differentes, quomodo Moſes ſecundùm triplicis mũdi conuenientiam, & vniuerſam rerum naturam, arcam, tabernaculum, vaſa, veſtes, ritus, ſacrificia, & reliqua myſteria ad Deum, & virtutes cœleſtes placandas, & ad expiandum hominem horum imaginem ordinârit. Huius explanationis exemplum ex Philone, Ioſepho, & Hieronymo ſuper Moſis tabernaculo potiſſimum ex Clemente Alexandrino collectum, hoc eſt:

Arca tabernaculum, vaſa, veſtes, ſacrificia à Moyſe inſtituta quid

Si quis tabernaculi Moſaici fabricam, & quæ in eo ſunt, contempletur, & ſingula non otiosè ſed prudenter conſideret; comperiet Moſem diuinum virum, in his omnibus repræſentaſſe quodam modo totius vniuerſi naturam. Oportebat enim, vt, qui tabernaculum manufactum DEO totius Orbis Authori, condere inſtituerat, ſimilitudinem earum rerum ſumeret, ex quibus mundus à DEO conditus eſt. Primum igitur omniũ ob hanc cauſam partitus eſt admirabilem tabernaculi ſui ſtructuram in partes tres, nempè in veſtibulum, aulam, & penetrale; ſiuè in atrium, aulam, & adyta; quæ nobis vniuerſitatem diuini opificij repræſentarent in tres partes, ſiuè in tres mundos diſtinctam; hoc eſt, in mundum hunc ſublunarem, quem nos incolimus, in proximũ huic cœleſtem mundum, & in ſupremum omnium illum vltramundanum; quem Theologi angelicum, Philoſophi intellectualem vocant, à nemine ſatis, vt Plato inquit, pro dignitate decantatum.

Exemplum phyſicæ expoſitionis in tabernaculo à Moſe deſcripto Exodi cap. 26. & 27

Prima igitur tabernaculi pars quod atrium ac veſtibulum appellatur, ſimulacrum præferebat huius ſublunaris mundi: ad cuius ſimilitudinem ſub dio poſita erat, nullo defenſa tecto vel vmbraculo, ſed imbribus, Solis calori, & frigori ſemper obuia; verſabanturque in ea promiſcuè non modò homines mundi & immundi, ſacri & prophani, ſed & omnifarij generis animalia, eratque in ea ob ſacrificia iugeſque immolationes, perpetua vitæ & mortis viciſſitudo.

Myſtici tabernaculi per partes expoſitio.

Prima pars veſtibulum

Secunda pars, ſiuè aula, quæ Sancta dicebatur, medium inter veſtibulum & penetrale locum occupans, totaque auri ſplendore fulgens, mundũ illum cœleſtem inter ſupercœleſtem, & ſubcœleſtem medium figurabat. Erat enim in eius auſtrali plaga candelabrum aureum, ſeptem ardentibus lucernis diſtinctum: quæ ſeptem ſignificabãt errantium luminarium motus. Nam Sol, Lunaque cum cœteris planetis longè à Septentrionalibus regionibus deflectentes, magis obſeruantur auſtralibus mundi partibus; inter has autem lucernas ea, quæ mediam candelabri ſummitatem obtinebat, tres ab vtroq; latere lucernas habens, ſolaris aſtri ſimilitudinem referebat. Sol enim quartum à ſummo pariter atq; infimo cœlo orbem poſſidens; & inter alia ſex errantia ſidera medius ſplendens, muſicum illud ac verè diuinum cœleſtium ſphærarum organum temperat.

Secunda Aula Sancta

Candelabrũ ſeptem lucernis fulgens.

Tertia pars Sancta Sanctorum.

Tertia verò tabernaculi pars omnium sacratissima ac secretissima, quæ penetrale, adytum & sancta sanctorum vocabatur, figuram exprimebat supercœlestis & angelici mundi, qui Angelorum, DEIque Optimi est habitaculum: vt enim secretum illud Mosaici tabernaculi adytum mortalibus erat inuisibile & inaccessum, neque vllus in id ingredi poterat, nisi sũmus pontifex, qui nomen illud ineffabile tetragrammaton Iehoua in fronte gestaret; ita in illum supercœlestem ac diuinum mundum nemini fas est ingredi, & quæ in eo inuisibilia, & incomprehensibilia sunt, introspicere, & animo exactè comprehendere, nisi illi soli, quem adumbrat summus sacrarum rerum antistes, præferens in fronte indicibile nomen Iehoua, quod exponitur; qui est, quique futurus est, & esse facit. Hic autem est supremus rerum omnium moderator DEVS, solus ipse gestans ineffabile nomen Iehoua, hoc est, semper existens, & essendi vim cœteris tribuens, soluſque incomprehensibilia supercœlestis mundi eâdem, quâ seipsum comprehendit, sapientiâ, pleniſſimè complectens. Arca etiam, quæ in adytis tabernaculi occultabatur, diuinam erga mundum prouidentiam, & gubernationem significabat. Sicut enim arca destinata fuerat seruandis diuinæ legis tabulis, & virgæ Aaronis, & mannæ; ita in diuinæ prouidentiæ promptuarijs continẽtur omnes sapientiæ leges, quibus tota creaturarum vniuersitas gubernatur; virga & sceptrum rectricis potestatis, quâ regitur; & manna liberaliſſimæ largitatis, quâ viuificatur & pascitur. Cherubim verò arcam alarum flexibus ambientes, cœlestes illas mentes ac beatos illos spiritus denotant, qui diuinam maiestatem promptiſſimæ celeritatis obsequijs veluti alato ac veloci ministerio ambiunt ac stipant. Sed hæc hactenus. Restat itaque vt dicamus Hieroglyphicos characteres, nihil aliud fuisse, quàm breuia quædã symbola, quèis paucis multa indicabant, vt in superiori capite fusiſsimè ex diuersis Authoribus comprobatum est; & infrà in ipsa explicatione practica manifestè monstrabitur. Atque in hisce imitatores fuisse Hebræorum. Clemens Alexandrinus omnis antiquitatis consultus, lib. 5. stromatum fusiſsimè probat; verba eius sunt: *Longum autem fuerit omnia prosequi prophetica & legalia, ea afferendo, quæ dicta sunt per ænigmata. Iam enim confitetur occultationem, quæ in veteri templo septem ambituum, quæ ad aliquid spectabat, apud Hebræos Relatio, & quæ erat in talari per varia symbola compositio, quæ referuntur ad ea, quæ apparent, significans compositionem, quæ à Cælo ad terram vsque pertingit; Et operimentum & velum, hyacintho & purpura, & cocco & byſſo erat variatum; significabat autem quod natura elementorum obtinet DEI reuelationem; purpura enim est ex aqua, & byſſus ex terra; & hyacinthus assimilatus est aeri, cum sit ater & obscurus, sicuti coccus igni. In medio autem operimenti & veli, quo licebat ingredi Sacerdotibus, erat situm thuribulum, symbolum terræ, quæ est sita in hoc mundi medio, ex qua oriuntur exhalationes; ille quoque locus medius, qui est intra velum, in quem soli permissum erat pontifici ingredi statutis diebus, & exterius atrium, quod patebat omnibus. Hebræi dicunt esse medium Cæli & Terræ, alij dicunt esse symbolum mundi, qui intelli-*

Arca in tabernaculo, quid notauerit.

Cherubim quid denotauerint incumbentes.

Clemens Alex.

Mysticæ dictorũ explanationes iuxta Clementẽ.

telligentia percipitur & ſenſibilis. Sic explicata arca fœderis cum alatis Seraphim; habitum ſacerdotis magni ad ſimiles & myſticas naturæ interpretationes doctiſſimè detorquens, ait, eum nihil aliud niſi ſignum mundi ſenſibilis fuiſſe; Septem quidem errantes ſtellas, quinque gemmas, & duos carbunculos ob Saturnum & Lunam repræſentaſſe. Eos autem qui conferunt ad eorum quæ hic ſunt generationem, diuinâ prouidentiâ, & in pectore & humeris meritò deſcribit fuiſſe poſitos, per quos actio effectrix generationis eſt primus ſeptenarius; cùm pectus ſit habitaculum cordis & animæ. Trecenta porrò & ſexaginta ſex tintinabula à veſte talari pendentia ſignificabant annum; annum Domini acceptum prædicantem & reſonantem aduentum Domini. Pectorale verò vt conſtabat ex ſuperhumerali, & rationali, illud ſymbolum operis fuiſſe; hoc autem ſignificaſſe rationem, quæ eſt imago cœli, verbo & ratione facti. Lucidas verò ſmaragdi gemmas, ſuperhumerali infixas, Solem & Lunam, ait, ſignificare, qui ſunt adiutores naturæ. Duodecim autem iſtas, quæ ſunt in quatuor ordinibus locatæ ſuper pectus; Zodiacum vna cum quatuor anni conuerſionibus deſignaſſe.

366. Tintinnabula in veſte ſacerdotis, quid? Pectorale.

Et poſt longum tandem diſcurſum, infert Ægyptios in ſuis ſymbolis fuiſſe Simias Hebræorum; cùm omnia eorum ſymbola nihil aliud, quàm excellentiam DEI, naturam Angelorum, totius denique mundi & vniuerſi naturam referre videantur; atque ideò ait: *Sphyngas in ſacris ponunt, ad indicandum orationem de DEO, naturâ, ſine ullibuſque eſſe obſcuram & ænigmaticam.* Cleme. Alex.

Volaterranus Clementi ſubſcribens lib. 12. ſic ait: *Denique à dextro ad ſiniſtrum ſcribunt Aegyptij, dicuntque ſe hoc formè modo rectè ſcribere. Græcos verò contra;* Ex quo deprehendimus magnam ijs cum Hebræorum moribus, Prophetarum nominibus, præputij, & ſcribēdi inſtitutis fuiſſe affinitatē; potiùs tamen exiſtimandum eſt, hæc Ægyptios ab eis mutuatos fuiſſe, dum ſimul quandoque viuerent. Volaterranus.

CAPVT VIII.

De lingua Copta ſiuè Pharaonica.

HAbent Coptitæ in vniuerſum literas xxxij, quarum figuras, nomina, poteſtates in fiōte Onomaſtici Copti præfixas contemplare, atque hiſce Alphabetum ſuum conflant, quod quidem, cùm veterum Ægyptiorum alphabeto idem, ſi paucas literas dempſeris, eſſe in Prodromo oſtenſum eſt. Quemadmodum verò priſci Hebræi alphabetum ſuum diſponere ſolebāt, vt ipſæ literæ ſua myſtica conſtarent ſignificatione, & elementa literarum, rerum omnium oſtēderent elementa, vti in Hebræorum Cabala fusè explanabit Oedipus; ita Ægyptij veteres degeneres cæteroquin à vera Hebræorum propagine, proauorum tamen, vndè deſcenderant, veluti ſimiæ, eo ſuas literas ordine diſpoſuerunt, vt literarum, characterum q; figuræ diuerſę quidem eſſent; ſignificatio autem cum Hebraeis in omnibus eſſet arcanorum prorſus analoga. Hoſce veteres myſtagoges ſecuti ſunt poſteriores Literæ Coptorum myſticæ.

Coptitæ, qui retento Alphabeto veterum, parallela quâdam ratione multa sanè, quæ sacrosanctæ fidei nostræ mysteria concernunt, sub huiusmodi literarum figuris, numeris, & mysticis significationibus ita abdiderunt, vt hoc ipso priscam illam hierophanticam sapientiam in omnibus se affectasse innuerint; quod & Magnus ille Dionysius Areopagita in mysticis suis libris de Diuin: nomin: c. 9. totus, si ita loqui fas est, ἱεροφαντίζων, hisce, & similibus verbis passim indicat; τὴν ψυχὴν σωματοειδὲς διέπλαττε, καὶ κεφαλὴν μὲν τὸν νόον, αὐχένα τὴν δόξαν, στῆδος τὸν θυμὲν, γαστέρα δὲ τὴν ἐπιθυμίαν, σκέλη δὲ καὶ πόδας τὴν φύσιν ἐλέγουσιν. *Mentem scilicet respondere capiti, opinionem ceruici, pectori animum, cupiditatem ventri, crura verò & pedes naturam denotare.* Quæ omnia ex mente Ægyptiorum hierophantarum dicta in hierogrammatismo de hieroglyphicis partium humani corporis symbolis fusè ostendemus.

Dionysius Areopagita.

Quid aliud baculus ille Tauticus Sancti Antonij manibus in similitudinem T literæ efformatus denotat, nisi ansatam illam Serapidis crucem, salutis normam, rectitudinis symbolum, & futuræ veluti vitæ mysticam tesseram? de quibus Prodromum fusiùs tractantem consule. Siquidem characteres hosce mysticos Veterum, cùm primi illi Ægyptiorum Patres, insigni rerum diuinarum notitiâ instructi, considerantes, magnam cum nostris fidei mysterijs affinitatem habere deprehenderent, eos in vsum quoque sacris suis studijs, quibus vnicè incumbebant, congruum converterunt. Atque hoc ita esse satis, superque demonstrant epistolæ quædam Sancti Pachomij, & Theodori eius discipuli, quorum meminit Gennadius Massiliensis scriptor peruetus, ad diuersa Ægypti Monasteria exaratæ, quas non ita pridem detectas pro suo erga Rempublicam literariam affectu, mihi communicauit insignis ille Lucas Holstenius, philologus clarissimus, & totius antiquitatis consultus: In quibus veterum scribendi rationem prorsùs obseruare videtur, dùm nunc latentis arcana diuinitatis, nunc occultum animorum cum DEO nexum, nunc vitæ sanctè, beatéque instituendæ rationem abstrusissimis sanè metaphoris, parabolisque intricatissimis, nunc ex forma, & figura literarum, jam ex numeris sub eo latentibus, subindè ex ipsa literarum significatione desumptis, ita appositè describit, vt Ægyptiorum Hierophantam, seù Pythagoram quendam Samium, sua eructantem symbola te legere diceres. Meminit huius arcanæ scribendi rationis S. Cyrillus in quadam epistola ad S. Leonem Papam, & Sozomenus lib. 3. hist. Eccles. c. 23. vbi ait in tabula Pachomij, quam ab Angelo accepisse fertur, scriptum fuisse: Πᾶσαν δὲ τὴν συνοικίαν εἰς ἐκοσιτέσσαρα τάγματα διελεῖν καὶ ἐπονομάσαι ταῦτα τοῖς ἑλλήνων στοιχείοις. καὶ ὅπως ἐχεῖ βίου καὶ ἤθους ἑκάστου τάγματι τὴν προσηγορίαν ἐφαρμόσου, εἷον ἁπλουστέρουσα μὲν ἀπὸ καλοῦντας σκόλιους δὲ ζ, ἢ ξ, καὶ ἄλλους κατῶς ἐπιλαμβάνειν, ἐυστόχος ἐστὶ πρὸς τὸ σχῆμα τοῦ γράμματος τὴν προαίρεσιν τοῦ τάγματος. *Totum Conuentum 24. Classes iussu angeli distinctum esse, & singulas Classes singulis literis Græcis vocatas: iussisse quoque, vt, v. g. simpliciores vocarentur α, vel ι, Vafri autem seù versipelles ζ, vel ξ, vt alij aliarum literarum notis appellarentur. Prout forma literæ rationem vitæ classis cuiusuis aptè videretur exprimere.* In

Baculus Tauticus S. Antonij.

Epistolæ S. Pachomij & Theodori Symbolicæ.

S. Cyrillus & Sozomenus.

Monasterium S. Pachomij in Aegypto suxtà 24. literas diuisum

vita

vita S. Pachomij ita legitur: *Præceptum quoque erat, vt iuxta numerum elementorum, & Græcarum literarum, viginti quatuor Monachorum turma constituerentur, ita vt singulis turmis imponerentur singularum nomina literarum, id est, ab α, & deinceps vsque ad ω; vt cùm interrogaret quis Archimandritam de aliquo in multitudine tanta, facili responsione cognosceret, v. g. cùm diceret, qualis esset α, vel ζ; & rursus λ, vel ρ, vel σ, proprio quodam signo nominis literæ vniuscuiusque turmæ mores exprimeret, simplicioribus et innocentioribus ι et ε nomen imponens. Difficilioribus autem & tortuosis ξ competenter accommodans, ita vt pro modo conuersationis & præcepti, singulis turmis, literarum elementa concinnarent: solis spiritualibus hæc ipsa, quæ significarentur, scire valentibus.* Verùm vt Lector aliquod saltem huius reconditæ scriptionis, eiusque solutionis specimen videat, visum fuit hic vnicum tantum paradigma proponere: quod ex prima Sancti Pachomij epistola decerpsimus: sic enim in quadam epistola ad Cornelium Archimandritam Monasterij Mochanzæ scribit Pachomius: *Fac opus* ⲓⲁⲩⲇⲁ ⲁ *Pone* ⲇⲁⲗⲇⲁ *ante oculos tuos, vt benè sit animæ tuæ. Cane* ⲕⲱ, *ne fortè seculum tibi cantet* ⲓⲱ ⲁ *Ne obliuiscaris Kalendarum; &c. Numquid Kalendæ sunt* ⲧⲁⲩ, ⲛⲓⲧⲁ *Pascha*; & sic de alijs, quæ nos subsidio linguæ Coptæ ita interpretamur.

Mysticæ epistolæ S. Pachomij expositio.

Dùm igitur in epistolis suis dicit Abbas Pachomius, *Opus fac laudæ*, Vir Sanctus nihil aliud intelligit, nisi quòd ei, qui ad eminentem vitæ Religiosæ statum vocatus est, omnia in simplicitate & sinceritate cum intentione recta, sine vllo ad proprium commodum, vtilitatemque respectu, peragenda sint. Quòd enim μόνας inter numeros, id Iota inter literas Ægyptiacas, é qua, veluti omnium minima, cœteræ omnes literæ componuntur; ita sincera & recta intentio, humilisque coram DEO conversatio, cæterarum actionum, operationumque altissimarum in spirituali ædificio adhibendarum, primum veluti fundamentum est, cætera omnia componens. Vndè non immeritò pueris id sanctus vir applicabat, qui cùm impolluti ab hoc seculo, nihil adhuc ex falsis mundanarum rerum illecebris gustauerint, omnia puro naturæ instinctu, sine vllo dolo, fuco, ac præposteræ intentionis versutia peragere solent; cùm prætereà Iota lingua Ægyptiaca, nihil aliud, quàm paruulum denotet, an non appositè ad illud cœlestis Magistri epiphonema: *Nisi effi iamini vt paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum*, alludit? atque hoc primum est, quod tamen fusiùs alijs enodandùm relinquo.

Interpretatio Characterũ.

Iota litera quid significat.

Cùm porrò in eadem epistola dicit: *Pone* Δ *ante oculos tuos, vt benè sit animæ tuæ* nihil aliud denotare videtur, nisi perfectam diuinarum virtutum imitationem, juxtà illud: *Estote perfecti, sicuti pater vester cœlestis perfectus est*; quod fit per vnionem illam, conformitatemque intellectus, voluntatisque nostræ cum diuina. Cùm enim, Platone teste, Δ figurarum omnium prima sit, quòd reliquas omnes figuras, id est, omnium entium perfectiones, quæ sunt veluti numeri quidam, & figuræ, componat, & in quam omnes resol-

reſoluantur; Certè ſummâ ratione à priſcis Patribus id prodiuinæ eſſentiæ ſymbolo, diuinarumque perfectionum, & emanationum archetypo aſſumptum fuit: vti fuſiùs in noſtra Geometria hieroglyphica oſtendetur.

Δ quid notet

Δ igitur ante oculos ponendum eſt, id eſt, diuinarum perfectionum ſpeculum, & juxtà id reliquæ omnes operationes ordinandæ, vt benè ſit animæ: vt nimirùm per continuam eius contemplationem mereantur fieri conformes imaginis filij ſui. Siquidem nihil dignius eſſe poteſt, quàm vt homo Conditoris ſui ſit imitator, & ſecundùm modum propriæ facultatis executor: vt pulchrè demonſtrat Angelicus Doctor Opuſc. 65.

ϰ̃ quid?

Cùm porrò ſinceris DEI ſeruis corruptibilis carnis pondere preſſis, necdum ad ſtabilem illam æternæ beatitudinis, perfectæque vnionis cum DEO connexionem aſcendere liceat, hinc canendum ϰ̃, ſuadet ne ſeculum impudentiſſimum ω, ipſis canat. Eſt autem ϰ̃, in lingua Ægyptiaca nihil aliud, niſi vox lugentis, ſicuti ω, vox intenſè gaudentis, dùm per continuos gemitus & lachrymas ad dilecti præſentiam, & intuitiuam fruitionem adſpirant, dùm omnia huius mundi arbitrantur vt ſtercora, dummodo Chriſtum lucrifaciant, juxtà illud cœleſtis Magiſtri: *Sed quia hoc locutus ſum vobis, triſtitia implenit cor veſtrum, ſed triſtitia veſtra conuertetur in gaudium*; videlicet, vbi poſt ærumnoſam huius vitæ vſuram, veræ & æternæ beatitudinis centrum fueritis conſecuti.

Per Kalendas intelligit vocationem ad ſtatum Religioſum ex ſeculari conuerſatione: dicebatur autem Kalenda, eò quòd Kalendis menſium, ſiuè primâ die vniuſcuiuſque menſis, memoria huius tam inſignis beneficij celebraretur, quam conſuetudinem adhuc in Ægyptiacis Monaſterijs vigere audio; Vocatque T, eò quòd huiuſmodi vocatio, ſalutis, quam T, notat, pignus quoddam, & ſignaculum ſit, quo filij DEI, & commenſales Chriſti diſtinguerentur à filijs tenebrarum mundi huius. Per H, heta autem paſcha illud intelligit, quo in Regno Cœlorum amici DEI edent & bibent ſuper menſam Chriſti, replebũturque ab vbertate domus DEI & torrente voluptatis potabuntur, videlicet in beatiſſimis illis æternitatis atrijs. Atque hæc ſunt, quæ breuiter Lectori circa myſticas literas S. Pachomij indicare volui; certe ipſa genuina verba libenter hoc loco apponerem. Verũ cùm plura ea præſupponant ad myſticum Alphabetum, characterumque arcanorum rationes ſpectantia, quam, vt hoc loco, vbi quantum fieri poteſt, ſuccincti eſſe conamur, pro temporis anguſtia tractari queant; ne res ex ſe & ſua natura obſcuras, coactâ quâdam breuitate, majori caligine inuolueremus, ea conſultiùs Oedipo illi noſtro fido ænigmatum interpreti reſeruare viſum eſt; vbi abſconditos harum Epiſtolarum theſauros, DEI gratiâ, nos integrè eruturos confidimus.

r quid notet?

H quid notat

Vtrũ lingua Græca ab Aegyptijs prodierit.

De Literis igitur hactenus, nunc ad ipſam linguam Coptitarum tranſeamus, de cuius Ethymo cùm ſatis, ſuperque in Prodromo tractatum ſit, id tantum breuiter hoc loco diſcutiendum reſtat; vtrum lingua Græca ab ipſis

ſis Ægyptijs proceſſerit, vtrum non? Certè literas ab Ægyptijs primùm per Cadmum ad Græcos translatas, ex Herodoto in Terpſichore & Clio patet; quæ & ideò: φοίνικικα γραμματα κάδμου dicuntur; Vndè & conſenſus ille vetuſtiſſimus totius Græciæ ſatis conuincit, literas à Cadmo Græcos accepiſſe, neque cauſa eſt, cur rem tam manifeſtam aut negemus, aut Zetzæ neganti aſſentiamur: qui duplici argumento probare nititur, Græcos ante Cadmum literas habuiſſe priores, quod oraculum redditum fuerit Cadmo: φράζεο δὴ τὸν μῆθον ἀγήνορος ἔκγονε κάδμος. Alterũ argumentũ, quod Bellerephon antiquior Cadmo ſcriptas tabellas de ſua cœde attulit; vtrumque argumentum futile eſt, & à Poëtis vtrumque fictum. Quare Cadmeæ literæ vocatæ, ſi Cadmo Authori acceptæ non referuntur? Et ſi Cadmus author eſt, aut ſaltem primus doctor & index earum in Græcia, quomodò ante Cadmum literas habuêre Græci, cùm vetuſtiores nuſquam, quã καδμεῖα γράμματα vocabantur; quibus omnibus ſubſcribit Clemens Alexandrinus lib. 1. ſtromatum. κάδμος δὲ φοίνιξ ἐστὶν, ὁ τῶν γραμμάτων ἑλλήνων εὑρέτης, ὥς φησιν ἔυορος. Vndè etiã Herodotus ſcribit literas fuiſſe vocatas Phęnicias: fuiſſe autem Cadmum & Phęnicẽ Ægyptios, eoſque, S. Hieronymus teſtatur, tẽporibus Ioſue floruiſſe, Cadmũ vna cum fratre Phęnice Thebis Ægyptiorum, vndè oriundi erant, in Syriã profectum fuiſſe; vt veriſimile ſit, tempore Othonielis è Phœnicia in Græciã veniſſe, atque ibi in memoriam Thebarum Ægyptiarum, Thebas Bęotias condidiſſe, relicta fratri Phęnici Phęnicia, à quo & nomen obtinuit. Ægyptij autem viri literas alias, quàm quas à puero in Ægypto didicerant, tradere non potuêre. Cadmum igitur fuiſſe primum illum, qui Gręcos literis Ægyptijs perfectè imbuit, nulli dubium eſſe debet. Fuiſſe autem in Græcia ante Cadmum ſemẽ quoddam ſeu rudimentum aliquod harum literarum, fuiſſeque iam tunc in Græcia doctiſſimos Viros, ex Philone in præcedentibus patuit, qui refert in vitá Moyſis, ex Græcia ad eius inſtructionem, doctiſſimos quoſuis magnis promiſſis vocatos fuiſſe; vel itaque proprias tunc temporis habuere literas, ſiuè, à Cecrope primo Athenienſium Rege, ex Ægypto illatas, ſiue ante eum ab Inacho introductas, vndè fabulam poſtea emerſiſſe (literas Græcos habuiſſe ante Cadmum) veriſimile eſt; ſiquidẽ Cecrops & ipſe Ægyptius, Cadmo vno ferè ſæculo antiquior, & Moſi, teſte Euſebio σύγχρονος; ideò Tetza teſte διφυὴς dictus fuit, quod Græcam & Ægyptiacam Linguam ex æquo calleret; hunc etiam βουλατρείαν ex Ægypto in Græciam, vna cum alijs cerimonijs tranſtuliſſe author eſt Pauſanias; de quo & Tetzes ita canit:

Cadmus græcarum literarum inuentor

καδμεῖα γράμματα Clemen. Alex.

Cadmus & Phœnix Aegyptij origine

Cecrops Athenienſium Rex cur διφυὴς dictus.

Πρῶτος ἁπάντων Ἀττικῆς ὁ Κεκρὸψ βασιλεὺς
ὁ πρῶτος ὁ καλοῦμενος καὶ διφυὴς τοιῶστε
ἢ ὅτι μέγεθος ἀνδρῶν δύο πρὸς μῆκος εἶχεν
ἢ ὡς ἑλλάδος ἔμπειρος καὶ Αἰγυπτίας γλώσσης

Primus omnium Atticæ Cecrops Rex, & primus, qui vocatur διφυὴς, eò quòd magnitudinem virorum duorum in longum haberet, & quod Græcæ & Aegyptiacæ linguæ peritus eſſet.

Lite-

Vtrũ lingua Aegyptia à Græca proceſſerit, num contra.

Literas igitur Græcas ab Aegyptijs primùm profectas, ex dictis patet, de quibus in Oedipo fuſiſſimè. Vtrum autem lingua Græca quoque ab Aegyptiaca proceſſerit, meritò quiſpiam dubitare poſſet; affirmatiuam in Prodromo capite quarto aſſeruimus. Verum quotidiana experiẽtia inſtructior tandem comperi, linguam Aegyptiacam ex matribus vnam αὐτοχθονῆ cum nulla alia affinitatem, quantum quidem ex idiotiſmo, coniugatione, & inclinatione nominum colligere licuit, habere: neque nos mouere debent vocabula ἑλληνισμὸν redolentia, voceſque græcanicæ paſſim in Lexico occurrentes. Siquidem huiuſmodi vocum cum Copticis vocabulis commiſtionem, primùm Alexandri Magni, & reliquorum ex Ptolemaica ſtirpe prodeuntium Regum, Aegypto potiuntium temporibus, ex frequẽti, quod ipſis cum Græcis vltro citroque comeantibus, trecentorum & amplius annorum ſpacio intercedebat, commercio contigiſſe, alibi fusè docemus, & Coptitæ circa id à me conſulti id ipſum affirmant.

Non itaque verba mea in Prodromo Copto hoc ſenſu intelligi velim, quaſi aſſeuerem, Græcam linguam ad Aegyptiam eâ ſe ratione habere, vt Chaldæa v. g. lingua ad Hebræam, aut Italica ad Latinam, ſicuti quidam opinati ſunt; quarum hanc Latinæ, illam Hebraicæ linguæ filiam eſſe, nemo niſi dictarum linguarum imperitus inficiabitur: non enim ſentio Græcam ab Aegyptia originem ſuam immediatè traxiſſe; multò minus Græcã linguam Aegyptiam corruptam dicendam arbitrer. Sed totam ſimilitudinem vtriuſque ad inuicem ex vocum commiſtione, vt dixi, contigiſſe is nouerit, qui vnam cum altera ἀκριβῶς contulerit. Poſſunt enim aliquæ linguæ ijſdem vocibus alteri linguæ vſitatis vti, etiamſi ipſæ quoad ſubſtantiam toto, vt aiunt, cœlo diſcrepent; ita Germanica multas voces Latinas, Italicas, Gallicas interſerit; Latina quoque Græca vocabula libens ſuſcipit, cùm tamen vtraque diuerſiſſima ſit ab ijs linguis, à quibus mutuatur, quæ fuſiùs alibi tractata reperies. Quin & lingua Copta non Græcis tantùm vocabulis, ſed & Latinis, Arabicis, Hebraicis, Samaritaniſque, ex vicinarum, vt reor, nationum conſortio vtitur; quæ omnia Lexicon hoc noſtrum per ſequentia paradigmata declarat.

Miſtura linguarum exterarum in Copta concurrentium.

Ab Hebræis mutuatæ hæ Coptæ Voces.

חמר	*Ghomer*	ⲓⲕⲟⲙⲉⲟⲣ
סקל	*Siclus*	ⲥⲉϫⲗⲟⲥ
כר	*Corus*	ⲕⲩⲕⲟⲣⲟⲥ
כור	*Regio*	ϫⲱⲣⲁ
תימן	*Auſter*	ⲧⲉⲓⲙⲁⲛ

A Samaritanis hæc mutuò accepit.

ⲙⲁⲗⲉ	*Creauit*	ⲧⲁⲗⲙⲏⲍ
ⲛⲁⲗⲉ	*Nablum*	ⲛⲁ̀ⲃⲗⲁ
ⲛⲁⲉⲗ	*Libra*	ⲗⲩⲇⲣⲁ̀
ⲙⲁ	*Bathus*	ⲡⲓⲃⲁⲧⲟⲥ

Coptitæ à Latinis ſequentes.

ⲡⲓⲇⲟⲩⲍ	*Dux*
ⲡⲓⲡⲣⲉⲧⲱⲣⲓⲟⲛ	*Prætorium*
ⲡⲓⲕⲟⲩⲣⲁⲧⲟⲣ	*Procurator*
ϯⲕⲉⲗⲗⲏ	*Cella*
ⲕⲁⲥⲧⲣⲟⲛ	*Caſtrum*
ⲡⲓⲥⲕⲁⲗⲗⲁ̀	*Scala*

Coptitæ ab Arabibus has ſequentes.

ⲡⲓⲧⲟⲙⲟⲥ	*Tomus*	الطومس
ⲡⲓⲭⲁⲣⲧⲟⲥ	*Charta*	القرطال
ⲉⲣⲅⲁⲛⲇⲁⲣⲁ̀	*Centenarius*	القنذار
ⲟⲩⲕⲁⲣⲧⲁⲗⲗⲟⲥ	*Cartallus*	القرطس
ⲧⲁⲃⲟⲟ	*Pauo*	الطووس
ⲡⲓⲧⲟⲙⲁⲣⲓⲟⲛ	*Codex rationum*	الطومار

Et ſic de cœteris quamplurimis, quę in hoc dictionario Copto paſſim occurrerunt, ſtatuendum eſt. Manet igitur, linguam Aegyptiacam, excepto charactere, toto Cœlo à Gręca diuerſam eſſe. Reſtat hoc loco dilucidandũ, quomodo hęc lingua apud ſolos Coptitas manſerit; contigit id ea, quę ſequitur, relatione Coptitarum. Linguam Coptam, videlicet, maximè floruiſſe tempore Seſtris, id eſt, Seſoſtris Regis Aegypti, eam verò declinaſſe in occaſum poſt Cambyſis, vti in vniuerſam Aegyptum ſibi ſubiugatam, ita & in antiquitatum, literarumque monumenta ſęuientis tyrrannidem; atque hanc fuiſſe primam cladem; altera clades, quę ab hominum memoria eam penè aboleuit, fuit Græcorum in Aegyptios imperium, nobiliſſimæque Bibliothecæ Alexandrinæ, per incendium omnibus ſæculis deplorandum interitus, quo præſtantiſſimorum lingua Copta conſcriptorum Codicum, innumera perierunt exemplaria, nec quicquam remanſit deindè, niſi paucula inter Sacerdotes & patriorum

Quando maximè floruerit lingua Copta.

rituum ſectatores, quædam veluti aſſumenta, ex tam celebri naufragio relicta. Deficientibus verò paulatim ſacerdotibus, ritibuſque Aegyptijs, ita quoque hæc lingua paulatim defecit, vt vix eiuſdem veſtigium amplius ſupereſſe videretur: donec poſt ſalutiferum Chriſti aduentum Gentiles Aegyptij luce Sacri Euangelij illuſtrati, relictas veluti tabulas, patriæ, inquam, linguæ fragmenta colligentes, vt potuerunt in integrum, ne lingua primæua, ac tot tantiſque ſapientiæ notis inſignita prorſus peſſum iret, reſtituere conati ſunt, quam & in album doctrinalium idiomatum referentes, ea in ſacris, eccleſiaſticiſque codicibus conſcribendis impoſterum vſi ſunt. Cur verò ſolam Coptam, non Arabicam, aut Græcam, in ſacrorum vſum reſeruauerint, cauſa fuit, partim naturalis erga patrium idioma affectio, partim vt hæc lingua natiua, Eccleſia Aegyptiaca à cæteris Eccleſijs Orientalium, veluti notâ quâdam diſtingueretur, neue Chriſtianæ fidei myſteria ab infidelibus contaminarentur, ea ſub lingua propria conſultò abdere viſum fuit. Quod & Syros Maronitas in hunc diem charactere ſuo (Karſuni) facere notiùs eſt, quàm dici debeat.

Coptæ linguæ viciſſitudo.

DIGRESSIO.

Vtrum Hieroglyphicis Symbolis Ægyptij ſubindè inſeruerint characteres, & nomina linguæ vulgaris, Ægyptiacis Characteribus ſcripta.

MAgnum ſanè dubium Lectori curioſo hoc loco proponimus, cui diſſoluendo, vti multorum annorum ſtudio, & inueſtigatione incubuimus, ita mirùm quoque dictum eſt, quantum torſerit ingenium meũ; ex continua tamen hieroglyphicorum characterum ad inuicem combinatione, id tandem me conſecutum eſſe exiſtimo, quo nodum hunc gordium me diſſecare poſſe confidam.

Dico itaque primò Ægyptios non ita ſacris, & zoomorphis characteribus vſos eſſe, vt non ſubindè vulgaris alphabeti literas, & nomina hieroglyphicis notis inſeruerint; ita vt hieroglyphica literatura non ex myſticis tantùm, iiſque abſtruſis Characteribus, ſed ex vulgaribus coaluerit, quod ita oſtendo: Primò ex præcedentibus luculenter patuit; Alphabetum Ægyptiacum à Mercurio non caſu, ſed myſticâ quâdam ratione, literis ex ſacrorum animalium membris, ſitu, incellu, actionibuſq, deductis, conſtructum eſſe; imò pleraque hieroglyphica in eaſdem literas transformatas eſſe, teſtantur obeliſci, abaci, & omnia penè fragmenta, quæ hucuſque

que ſuperſunt. Et prima idem litera A, vt hîc è latere patet, Ἀγαθοδαίμων in omnibus paſſim obeliſcis, vti & in noſtro hinc indè inſerta ſpectatur. Ex literis verò Ω, V, λ, Φ, Χ, Ψ, Ξ, Ζ, N, O, C, ſimilibuſque nihil magis obvium, vt in decurſu Operis videbitur. De hiſce igitur nullum prorſùs dubium eſt. In hoc tantùm difficultatis cardo verſatur, vtrũ nomina quoque rerum ijs expreſſa hieroglyphicis inſeruerint. Quæ vt dilucidentur; Notandum Ægyptijs in more poſitum fuiſſe, vt exactè in vltimo libro docebitur, ſtatuas Deorum eo ſitu fabricari, vt ipſe ſitus, nomen Genij, quem notaret, exprimeret. Exemplum primum dedimus libro IV. in hierogrammatiſmo Arietis; vbi *Ammun* fœcunditatis rerum præſidis nomen & characteribus vulgaribus, & ſimul myſticis expreſſè ſpectatur in formam Amuleti, vt hîc è latere, vbi primo loco ponitur caput Arietis, poſt quod ordine ſequuntur quatuor literæ A M Ϟ N, quibus & nomen D E I exprimitur, & ſimul ſingulæ literæ ſuam myſticam ſignificationem obtinent. Verùm figuram eiuſq; interpretationẽ vide lib. IV. in hierogrammatiſmo Arietis. Et in Prodromo fol. 232. Alterum producimus in V. libro Schematiſmo ſecundo lateris Orientalis, vbi figura humana numero 14. ſignata, ſitu exprimit & Genium, & nomen Genij, hoc eſt, ⲁⲙⲟⲫⲏϞ Et in varijs alijs locis obeliſci noſtri hujuſmodi monogrammata ſpectantur, nomina Deorum, quos exhibent, exprimentia, quæ cùm paſſim in V. libro occurrant, eo Lectorem relegamus.

Alterum videre eſt, in mumia quadam Illuſtriſſimi Petri della Valle Equitis, in qua inter cætera hieroglyphica inuenitur quoque hoc nomen inſertum; ⲉϞⲧⲙ· ⲭⲓϞ quod Ægyptiacè idem notat, ac *proſperetur*. Tertium inuenitur in tabula Bembina in vltimæ ſelidis penultima figura, in qua ſcarabæus Andropomorphus tabulam Chelis ſuis tenens hoc nomine Ægyptiaco notatum ⲫϞⲗⲟϞ Verùm de hiſce vide, quæ fuſiſſimè in Prodromo à folio 222. vſque ad fol. 261. tradidimus; vbi & multa alia huius gemmis reperies.

Quartum habetur in fragmenta quodam ſimulachri Ægyptiaci, quod ex Muſæo ſuo inſtructiſſimo depromptum olim mihi communicauit D. Carolus de Vintimillia Patritius & Eques Panormitanus; in quo ſu-

pra Cynocephalum ſtantem, ſyſtroque inſtructum, ponuntur hæc verba: ⲓⲧⲓⲯⲓⲭⲓ, hoc eſt, *veniat anima.* Inferiùs verò hæc verba; — ⲧⲓⲓ ⲥⲟ — ideſt, ⲧⲓⲓ ⲙⲱⲓ, *vita aquæ.* Quod vas niloticum ſeparatè appoſitum, pulchre declarat; & Cynocephalus quidem Lunam denotat orientem, ſyſtrum malignæ poteſtatis auerruncationem, quaſi diceret, veniat anima, ſiuè Genius humoris ſacri, diſpellatque omnem vim nocivam; ſic enim aquæ vitam debitam acquirent.



Quintum habetur in quodam Phylacterio, quòd olim immortalis memoriæ vir D. Nicolaus Fabricius Peireſcius interpretandum mihi tranſmiſit; in cuius medio Sol & Luna, portæ, quam ⲡ Coptum refert, incluſi ſpectantur, quam portam à 4. partibus 4. ſtatuæ hieroglyphicæ eius generis, quę paſſim in omnibus obeliſcis obuia ſunt ſtipãt; quibus ſingulis apponũtur nomina Ægyptiaca, vt ſequitur: ⲉⲙⲫϩϯ ⲛⲉⲫⲙⲉϯ ⲓⲉⲫⲃϯ ⲫⲣⲓⲥ quæ ſunt nomina 4. mundi plagarum cardinalium; totum ſchematum apparatum tandem ſerpens caudam ore mordens comprehendit. Per |OC| quidem nihil aliud ſignificant, quàm Solem, & Lunam, qui Character μονόγραμμος eſt, idemque ſignificat, quòd vocabulum ⲡⲟ̅ⲥ̅, hoc eſt, *Dominus.* per ſymbolicum verò ⲡ innuunt domus mundanæ portam, per O Solem, & per C Lunam, teſte Clemente lib. 5. Stromatum, juxtà Scripturam, videlicet Aegyptijs vſitatam, appropriatam rebus ſiuè κυριολογικὴν. Per ſerpentem caudam mordentem, & in circulum conformatũ, teſte Horo, ſpiritũ denotant mundanum omnia ambiẽtem, annorum, & temporum, ſiuè æui Authorem, quibus quidem argute indigitaverunt, dominos mundanæ huius domus, temporiſque à ſupremo mundi Spiritu, hoc eſt, pręſides Solẽ, & Lunã in medio cõſtitutos eſſe, vt omnes partes mundi, ab hiſce benignè influentibus participarent, vndè & ⲡ inferiùs apertum eſt, ad ſignificandum influxum & emanationem ex ſuperioribus in inferiora fieri, non contra; ⲫϯ verò vnà cum ſtatuis hieroglyphicis vnicuique plagæ adſcriptis, indicat Genios iſtarum plagarum præſides; vti nomina Ægyptiaca ijs adſcripta luculenter docent. Verùm hoc ſchema in ſupplemento Prodromi Copti fol. 529. fuſiùs explicatum conſidera. Sed meritò hoc loco quiſpiam dubitare poſſet; cur in phylacterijs, tabulis, mumijs, ſtatuiſque hieroglyphicis hæc tantùm nomina ſubindè inſerta reperiantur, nunquam tamen vllum nomen huiuſmodi, niſi per abſtruſiſſimam transformationem in obeliſcis ſpectetur. Reſpondeo, cùm obeliſci ſolorũ ſacerdotũ opus fuerint, vt pote in quibus altiſſima quæuis myſteria poſteris admirationi futura, referrẽt; vti ad ea religioſo, à profanorum intel-

lectu

lectu abſcondenda, jurejurando tenebantur, ita ſumma quoque cura, ne quicquam in ijs vulgare, nihil plebeis idiotiſque peruium poneretur, vetabant. Statuis verò, tabulis, amuletiſque fabricandis, cùm non ſacerdotes tantùm, ſed & plebei incubuerint, mirum non eſt, in hiſce ſubindè nomina Aegyptiaca pura hieroglyphicis mixtim inſerta eſſe.

Patet igitur ex hoc diſcurſu, Aegyptios vulgarem linguam hieroglyphicis non miſcuiſſe, non quòd, vt quidam perperam volunt, ij alios, præter hieroglyphicos characteres, non habuerint; ſed ne ſublimibus ſuis conceptibus per myſterioſam literaturam hieroglyphicam indicatos, vulgaribus elementis præiudicare viderentur. Verùm cùm de hiſce ex profeſſo in Oedipo, DEO dante, acturi ſimus, hic ea tantum paucis indicaſſe ſufficiat.

CAPVT IX.

Quid in interpretatione Obeliſci Pſemmoſertao præſtiterit Hermapion, & vtrum attigerit verum Sacerdotum Ægyptiorum ſenſum.

POſt tot ſecula vnum inuentum legimus, qui Obeliſcorum interpretationem molitus ſit; & is fuit Hermapion. Obeliſcus igitur, quem in gratiam Auguſti, cuius tempore viuebat, interpretandum ſuſceperat, fuit, quem Plinius Senneſerteum vocat, à Rege Pſammirtao erectus, iſque eſt, qui olim in Circo maximo ab Auguſto conſtitutus, modò ante ædes Diuæ Virginis, vulgò *del Popolo* in via Flaminia hieroglyphicis ornatiſſimus ſpectatur. Huius interpretationem citat Ammianus Marcellinus libro ſuarum hiſtoriarū; verùm, vt ſolidiùs de eiuſmodi interpretatione iudicium formare poſſimus, primò interpretationem eius hoc loco adducemus. Verba itaque prædicti Ammiani hæc ſunt; *Secutæque ætates alios tranſtulerunt, quorum vnus in Vaticano, alter in hortis Saluſtij, duo in Auguſti monumento erecti ſunt; Qui autem notarum textus Obeliſco, Hermapionis librum ſecuti interpretatum literis ſubiecimus Græcis.* *Ammianus Marcellinus.* Hermapion interpres Obeliſci Senneſertei.

ΑΡΧΗΝ ΑΠΟ ΤΟΥ ΝΟΤΙΟΥ ΔΙΕΡΜΗΝΕΥΜΕΝΑ ΕΧΕΙ.
ΣΤΙΧΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

Τὰ δῶρα ἃ βασιλεῖ Ραμέσῃ ἐδωρήμεθα, ὃν πᾶσαν οἰκουμένην μετὰ χαρᾶς βασιλεύων ὁ ἥλιος φιλεῖ, καὶ Ἀπόλλων κρατερὸς φιλαλήθης υἱὸς Ἥρωνος θεογέννητος κλεινὸς τῆς οἰκουμένης, ὃν ἥλιος προήκεμεν ἀλκιμος Ἄρεως βασιλεὺς Ραμέσης. ὦ πᾶσα ὑποτετάκται ἡ γῆ μετὰ ἀλκῆς καὶ θάρσους. βασιλεὺς Ραμέσης, ἥλιε πᾶσι αἰωνόβιος.

Verſus Primus.

HAec ſunt, quæ Regi Rameſſi donauimus, quem totum terrarum Orbem gubernans Sol & Apollo amat fortis, veri amator, Heronis filius ex DEO genitus, Con-

Conditor Orbis terrarum, quem Sol ſelegit fortis Martis Rex Rameſſes; cui cum fortitudine & audacia ſubordinatus eſt Vrbis terrarum Rex Rameſſes filius Solis immortalis.

ΣΤΙΧΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Απόλλων κρατερὸς, ὁ ἐτὸς. ἐπ' ἀληθέας δεσπότης διαδήματος τὴν Αἴγυπτον δοξάσας κεκτημένος, ὃ ἀγλαοποιήσας ἡλίου πόλιν, καὶ κτίσας τὴν λοιπὴν οἰκουμένην, καὶ πολυτιμήσας τοὺς ἐν ἡλίου πόλει θεοὺς ἀνιδρυμένους, ὃν ἥλιος φιλεῖ.

Verſus Secundus.

Apollo fortis is, qui reuera Dominus eſt diadematis, & Aegyptum gloria à ſe cumulatam poſſedit; is qui Solis vrbem ſplendidam fecit, & reliquum orbem terrarum condidit, & ingenti honore proſecutus eſt in Solis vrbe DEOS collocatos ac poſitos, quem Sol diligit.

ΣΤΙΧΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

Απόλλων κρατερὸς ἡλίου παῖς μαμφεγγὴς, ὃν ἥλιος περίκεινεν, καὶ Αρης Ἄλκιμος ἐδωρήσατο. ᾧ τὰ ἀγαθὰ ἐν πάντι διαμενῇ καιρῷ, ὃν Αμμων ἀγαπᾷ πληρώσας τὸν νεῶν τὸ φοίνικος ἀγαθῶν. ᾧ οἱ θεοὶ ζωῆς χρόνον ἐδωρήσαντο. Απόλλων κρατερὸς ἥρωνος βασιλεὺς, οἰκουμένης Ραμέσσης, ὃς ἐφύλαξεν Αἴγυπτον πρὸ ἄλλου ἔθνους. ὃν ἥλιος φιλεῖ. ᾧ πολυν χρόνον ζωῆς ἐδωρήσαντο θεοὶ, δεσπότης αἰωνόβιος.

Verſus Tertius.

Apollo fortis Solis filius, totus lucidus, quem Sol diligit, & Mars ſtrenuus donauit; cuius bona omni tempore permanent. Quem Ammon diligit, cum donaris expleuerit Phœnicis delubrum; Cui DEI vitæ tempus largiti ſunt. Apollo fortis Heronis filius, Rex Orbis terrarum Rhameſſes, qui ſeruauit Aegyptum poſtquam aliam gentem ſuperauiſſet. Quem Sol amat; cui longum tempus vitæ Dij largiti ſunt, dominus Orbis terrarum, Rhameſſes immortalis.

ΑΛΛΟΣ ΣΤΙΧΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Ηλιος θεὸς μέγας δεσπότης ἔρανῦ δεδωρήμαισοι βίον ἀπερίσκοπον, Απόλλων κρατερὸς κύριος διαδήματος ἀνίκητος, ὃν ἀνδρίαντας ἀνέθηκεν, ἐν τῇδε τῇ βασιλείᾳ δεσπότης Αἰγύπτου, καὶ ἐκόσμησεν ἡλίου πόλιν, ὁμοίως καὶ ἀυτὸν ἥλιον δεσπότην ἔρανῦ, συνετελεύτησεν ἔργον ἀγαθὸν ἡλίου παῖς βασιλεὺς αἰωνόβιος.

Verſus Secundus.

SOL DEVS magnus, Dominus Cœli largitus ſum tibi vitam ſatietatis expertem; Apollo fortis dominus diadematis incomparabilis. Quorum ſigna dedicauit in hac Regia; dominus Aegypti & exornauit Solis vrbem, itidem & ipſum Solem Dominum Cœli vna confecit opus bonum, Solis filius, Rex immortalis.

ΣΤΙΧΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

Ηλιος θεὸς δεσπότης οὐρανῦ Ραμέσῃ βασιλεῖ δεδώρημαι τὸ κράτος, καὶ τὴν κατὰ πάντων ἐξουσίαν. ὃν Απόλλων φιλαλήθης δεσπότης χρόνων, καὶ ἡφαιστὸς ὁ τῶν θεῶν πατὴρ περίκειται διὰ τὸν Αρεα, βασιλεὺς παγχαρὴς ἥλιος παῖς ὑπὸ ἡλίου φιλούμενος.

Verſus Tertius.

Sol Dominus Cęli Rhameſſi Regi largitus ſum potentiam, & in omnes dominatũ. Quem Apollo veri amator, & Vulcanus Deorum pater ſelectum habuit propter Martem, Rex longè gratiſsimus, Solis filius eſt à Sole amatus.

ΑΦΗΛΙΩ ΤΗΣ ΠΡΩΤΟΣ ΣΤΙΧΟΣ.

Ο ἀφ' ἡλίου πόλεως μέγας θεὸς ἐνεργέτιος Απόλλων κρατερὸς. Ηέρωνος υἱὸς, ὃν ἥλιος ἠγώγησεν, ὃν οἱ θεοὶ ἐτίμησαν; ὃ πάσης γῆς βασιλεύων; ὃν ἥλιος περίκειται, ὁ ἀλκιμος, διὰ τὸν Αρεα βασιλεὺς, ὃν Ἄμμων φιλᾶ; καὶ ὁ παμφέγγης ἐγκείνας αἰώνιον βασιλέα.

Verſus Primus.

MAgnus à Solis urbe DEVS Cęleſtis Apollo, fortis Heronis filius, quem Sol educauit, quem DEI honore proſecuti ſunt, qui Vniuerſo terrarum Orbi dominatur, quem Sol ſelegit, inclytus propter Martem Rex, quem Ammon amat, & is, qui totus lucet, longæuum Regem eſſe iuſſit.

Atque hæc eſt Hermapionis interpretatio; quam cum exactiori trutina cum hieroglyphicis Obeliſco Flaminio inſculptis examinaſſemus; inuenimus tantum id, de quo iam dudum ſuſpicabamur, hanc interpretationẽ nullâ prorſus ratione ſubſiſtere poſſe; atque nè Authori tot Authorum monumentis celebrato iniuriam faciamus, dicti Obeliſci quatuor laterũ principium ob oculos ponemus curioſi Lectoris, vt verba cum figuris collata, quam ineptè congruant, quam difficulter cohæreant, quam denique cuncta malè ſubſiſtant ἀποδεικτικὸς veritatis amantibus patefiat. Vt proindè vehementer ſuſpicer, Hermapionem loco interpretationis Obeliſci, quamcũque aliam inſcriptionem tantò audaciùs, quantò pauciores erant, imò vix vllus, qui eum de impoſtura inſimulare poſſent, ſuppoſuiſſe.

Interpretatio Hermapionis falſa eſt, & quare

In Obeliſco itaque quatuor conſideranda ſunt; primum eſt Argumẽtum ſeu thema Obeliſci; Secundum figuræ; Tertium, latera quaterna; Quartum, ordo & ſitus figurarum; nullum ex his Hermapionem attigiſſe hiſce rationibus oſtendimus. Ac primò quidem Argumentum Obeliſcorũ, laudes, victorias, triumphos, eximiaque facinora Regum, minimè cõtinere in præcedentibus diuerſis locis tusè dictum eſt; nam cùm hieroglyphica doctrina eſſet obſcura, ænigmatica, myſteriosa à profanorum intellectu lõgè remota, quam ſoli illi, quibus ad Regnum ſpes eſſet, quibuſque rerum ſacra

Hieroglyphica doctrina non continet laudes Regũ

ſacrarum cura erat commiſſa, callerent: Quamque ſub ſilentio maximo tenere, & ſub pœna vitæ vlli alteri, præterquam ſui ordinis hominibus propalare vetabantur; Certè obeliſci Regum geſta continere non poterant; Temerarius itaque, nè dicam, ſtolidus omnium opinione foret, qui geſta & magnifica Principis aut Regis alicuius geſta ex ſe, & ſua natura lucis appetentia poſteritati, vel ad ea imitanda, vel ad excitandam virtutũ in Poſteris admirationem, memoriamque conſeruandam propoſita traditurus, impenetrabili quodam ſcripturæ genere vteretur. Haud abſimile de Ægyptijs iudicium, ſi laudes, geſtaque Regum continerent, formare poſſumus. Quãdò itaque Herodotus, Diodorus Siculus, Plinius, alijq; dicunt, in Ægyptiorum monumentis Regum geſta fuiſſe, expenſaſque in varias fabricas & expeditiones per Orbem ſuſceptas, ſumptus quoque in allia, cœpaſque factos continere; de obeliſcis nequaquam intelligunt, ſed vel de pyramidibus, vel columnis aut tabulis, lapidibuſque templorum parietibus inſertis, intelligebant. Nam in columnis ſimilibuſque, res præclarè geſtas, hiſtoriaſq; eaſque vulgari charactere Ægyptijs vſitato, quem nos Coptum appellamus; incidere ſolebant. Cuiuſmodi complures vide apud Herodotum & Diodorum. In Obeliſcis verò ſolas res ideales, intellectualeſque, & difficiles captu, eaſque ſub obſcuriſſimis figurarum inuolucris, vti in ſequentibus apparebit, exhibebant. Cum itaque Hermapion in dicto obeliſco nihil aliud quã Regis Remeſſis laudes & gloriam deſcribat, vel ex hoc capite interpretationem menti Ægyptiorum ſacerdotum minimè correſpondere poſſe, cõfeſtim apparet. Sed veniamus ad figuras. Vbi vides in initio obeliſci figuras poni humanas, ſitu geſtibuſque ſacrificantium actiones ſignificãtes; quæ cum quatuor mundi partibus correſpondeant, ſinguli diuerſis rebus inſtructi conſpiciuntur. Sequuntur poſteà in ſingulis lateribus terni accipitres, tutulis conſpicui; vt hic in figura apparet; vnius enim lateris figuras hic potuiſſe ſufficiat, quos ſequuntur totidem boues, poſtea 4 brachia extenſa; adeò vt in ſingulis lateribus tres ordines & ſeries ſeu columnæ contineantur; quæ cum duodecim geniorum mundi per quatuor Obeliſci latera indicatorum myſteria & arcana contineant; videat iam, qui vel exigua iudicij mica pollet, quomodò interpretatio Hermapionis illis accommodari poſſit; cùm enim ſint duodecim accipitres, & totidem Boues in circuitu inſculpti, quæ haud dubiè vnam & eandem rem varijs ſolummodò effectibus differentem ſignificent; debebat is duodecies nominare eandem rem; quod dùm non fecit, neque veſtigium quidem harum rerum eluceſcat, meritò falſa eius cenſebitur interpretatio.

Herodotus arguitur area argumentum obeliſcorum

In Obeliſco Hermapionis laudes Rameſſis Regis contineri non poſſunt.

Alius error in interpretatione.

Accedit, quòd cùm in Obeliſco quatuor latera ſint, is verò ſex ponat; impoſſibile eſt, interpretationem rebus conſentire poſſe; verùm ſi quis dicat,

cat, illum tres ordines in vno tantum vel duobus lateribus contentos descripsisse, neque sic satisfiet difficultati, cùm nec sic verba cum figuris cohæreant. atque in primo quidem latere quod meridionalem plagam respicit, non tres sed quinque ordines; in latere verò Orientem respiciente, vnum tantum ordinem, vt in interpretationis contextu patet, describit; quæ quomodò cohærere possunt non video. Est itaque interpretationis series tota confusa & ἀσύστατος. Præterea verba interpretationis singulis ordinibus suffixa, adeò ab hieroglyphicorum abhorrent stylo, ingenioque, vt vel primâ fronte appareat, verum esse non posse, quod adeò ab Hieromystarum disciplinis dissonum, remotumque est. Quæ enim figuræ Rameſſem Regem? quæ tam glorioſa epitheta? tam ſpecioſam verborum conſtructionem oſtendat? comperire minimè licet. Quid enim Rameſſi, quid Apollini, quid Vulcano, & Heronis filio, cum ſacrificantium ritibus, cum accipitribus, bobus, cœteriſque commune poſſideat, non video? Accedit hiſce, quòd verba illa, quibus Hermapion explicat ſingulos ordines hieroglyphicos, ad tantarum rerum, quas ſub hieroglyphicis tegebant, ſignificationem oppidò pauca ſint. Auſim enim ſancte affirmare, tantam in ſingulis duodenis obeliſci ordinibus materiam contineri rerum reconditarum, vt ea non dicam folio, ſed ne integro quidem volumine pro dignitate ſatis explicari poſſit: quæ omnia in obeliſci Sanneſertei interpretatione, quam Oedipo reſeruauimus, ſatis ſuperque comprobabuntur. Ex toto itaque hoc diſcurſu, ni fallor, luculenter patet, interpretationem Hermapionis ab Ammiano Marcellino proditam, conſiſtere nullâ ratione poſſe. Quod initio probandum aſſumpſeramus. Vtrum verò Hermapion hanc deſcriptionem ex alio quopiam Aegyptiaco monumento deſcripſerit, quæ poſteà falſò huic obeliſco fuerit imputata; credat qui volet, noſtrum erat, hanc adductam Hermapionis interpretationem, obeliſci hieroglyphicis minimè quadrare, aut adaptari poſſe, paucis hiſce demonſtrare. Vt ſi obtrectatores nobis hanc interpretationem obijciant, quid de ea ſtatuendum ſit, cognoſceretur. Similes interpretationes inueniuntur in Annij Viterbienſis Beroſo apocrypho, verùm cùm illa ab ipſo Authore confictæ ſint, indignos exiſtimo, quibus adducendis, & tempus & charta teratur. Huius farinæ eſt Volaterrani inuentarum literarum Hetruſcarum interpretatio, quæ non ita prid m prodijt. Alter Oedipus Aegyptius poſteris temporibus fuit Hervvartius; qui tabulæ Bembinæ interpretationem aggreſſus, tàm infeliciter negotium expediuit, vt vel oppidò mirer, quid inſigni viro in mentem venerit, quod tam abſonam ab Ægyptiorum intentione interpretationem molitus ſit. titulus libri eſt. Admiranda Ethnicæ Theologiæ myſteria propalata. Vbi Auctor Lapidem Magnetem antiquiſſimis paſſim nationibus pro DEO cultum, & artem, quâ nauigationes Magnetis ope per vniuerſum Orbem inſtituerentur, à veteribus ſacerdotibus Ægyptijs ſub inuolucris Deorum Dearumque, & aliarum perindè fabularum cortice, ſummo ſtudio

Hervvartius alter interpres Tabulæ Bembinæ, à ſcopo aberrat.

occultatam esse, omnibus viribus demonstrare conatur. Ac primo quidem per hieroglyphicam illam toto Orbe celeberrimam Bembinam tabulam nihil aliud Ægyptios veteres, nisi nauigationem per vniuersum terrarum orbem, ope magneticæ pixidis & nauticæ seu hydrographicæ tabulæ subsidio peractam, indigitasse; adeò vt characterismis illius tabulæ hieroglyphicæ nihil aliud, nisi plagas mundi, ventosque significare voluerint; hoc autem vt probet, mirum est, quam in tota antiquitatis historia ad suum institutum detorquenda se fatiget, quàm tortè & coactè quæuis, velint, nolint, ad materiam suam applicare laboret; vt vehementer mirer, virum cęteroquin sapientem, atque antiquitatis peritissimum, variæque omninò lectionis, vel animo quidem hæc concipere potuisse. Hinc Zoroastris ἴυγγας, ventorum putat esse Rhombos, vti & αἰῶνας istos celebres ἀπὸ τοῦ τετράκτυος à Pythagoræis deductos, quatuor principales mundi plagas. Porrò magneticæ nauigationis mysteria per Orimasium & Arimanium Zoroastræa Numina symbolicas, vti per ansatam Serapidis crucem; imò & per salutiferum illud Tau indicata; hæc iterum Orphei ritibus, & mysterijs Isidis & Osiridis, mythræque sacrificijs, lapide Mnizuri Zoroastræo, Europæ ossibus Ellotiæ inclusis, curru Iouis & Neptuni, Tauris Erynnios, ac Ætæ, ceruâ Herculis, aquilâ Iouis, draconibus Medeæ & Triptolemi specubus, antrisque Nympharum, labyrinthis, pyramidibusque Ægyptiorum, verbo nullâ non fabulâ, hanc magneticam nauigationem præsignatam esse opinatur. Ego certè cùm primum hanc tabulæ Bembinæ nouam interpretationem examinassem, non parùm obstupui, & cùm meæ professionis proprium sit, in abstrusa illa veterum Ægyptiorum hieroglyphica disciplina, ex Orientalium libris instauranda, totis viribus, pro ingenij mei modulo versari, aliosque proindè Ægyptiorum in istiusmodi symbolis condendis fines, quam Magneticam artem ἀποδεικτικῶς cognoscerem; hanc adeò à vero aberrantem tabulæ interpretationem non potui non improbare; & quamuis eam suis locis refutandam statuerim, vt tamen & hoc loco ea paucis refutaretur, occasio ipsa, atque materia quodam veluti jure suo postulare videbatur. Veteribus igitur Ægyptijs, cæterisque Orientalibus, Magnetis in nautico negotio vsum nunquam cognitum fuisse, quatuor rationibus ostendo. Primò, si nautica pyxis Ægyptijs fuisset cognita, haud dubiè eius inter hieroglyphica symbola quædam vestigia reperirentur; sed in toto hieroglyphicorum ambitu, vti Oedipum meum examinanti patebit, nulla prorsus nauis, præter solam Barin (quod sacrum quoddam nauigij genus, quo Isidem Nilum trajecisse memorant, atque quòd ea de causa solum inter sacra symbola locum inuenit) neque aliud symbolum, quod nauticæ pyxidis, siuè ventorum rhombos referre posset, comparere certiùs est, quàm dici debeat: quæ tamen, si cognita ipsis fuissent, procul dubio inter sacra sua symbola, vti multa alia minoris momenti posuissent. Secundò, Aegyptios ne quidem nauigationi magnopere inten-

Tabula Bembina non cõtinet magnetis mysteria neque nauigationis artẽ

Refutatio interpretationis Hervvartianæ.

tos

tos fuisse; hinc suadetur, quòd terra abundantissima contenti, Deorumq; patriorum cultu assueti, cæteras extra Aegyptum regiones ferè, ceù rudes, ἀμύσους, & sapientiæ suæ indigas despicerent, vnde & legem, teste Plutarcho, quâ omnis extra Aegyptum peregrinatio interdicebatur, condebant; cuius legis latæ causas, & rationes alibi explicamus: Accedit, quòd Aegyptij à mari, religione quadam ducti, abhorrerent, vt pulchrè Plutarchus lib. de Iside & Osiride docet. Hinc Pythagoras ab Aegyptijs doctus, mare lachrymam Saturni vocat; putant enim, teste Xenophonte, Aegyptij, eâ, quâ Sol oritur parte, mundi faciem esse, quâ spirat Boreas dextram, quâ Notus siniſtram, vndè non malè dicunt Aegyptij de Nilo, eum ortum à læua, in dextra perire. Nilus enim ab Austro profluens læuâ mundi parte, in Boreali, se mari miscens, absorbetur, atque ideò sacerdotes mare auersantur, quod & Typhonis spumam appellant, vti & salem eius sobolem, quem & eandem ob causam mensæ non solent apponere. Imò eadem de causa homines nautices, & maritimos, veluti ex mari & cœpis (quas vt Lunæ, seù Isidi suæ contrarias abominabantur) vitam sustinentes, tamquam inhumanos, crudeles, feros, & Typhonis filios auersantur: piscem quoque ideò tantùm oderunt, vt, teste Clemente Alexandrino lib. 5. Stromat. ab ipsis in ipsius odij hieroglyphicum sit assumptus. Satis igitur, vel ex dictis patet, Aegyptios nauigationi, vel religione quâdam prohibitos, non tantopere, vt suprà citatus Author putat, addictos fuisse. Tertiò, cùm Aegyptij primi essent, qui in mundo sapientiæ laude florerent, aliasque omnes gentes ea ad se inuitarent, imò soli reconditæ sapientiæ sacramenta, de DEO, de Angelis, Dæmonibus, Genijs, Heroibus, eorumque attractu, de natura rerum, & mundo, de Medicina, Astrologia, sacrificijs, alijsque similibus, sub abstrusis huiusmodi hieroglyphicis characterismis non alijs nisi regni Primoribus sapientiâ & ætate conspicuis, cognita abderent, horumq; arcanorum, totiusque adeò hieroglyphicæ literaturæ Bembina tabula quoddam veluti syntagma sit. Quis jam non videt, Magneticas nauticæ artis mysteria sub huiusmodi symbolis abscondita, non tantùm ingenio Aegyptiorum, sed & historicis eorum monumentis repugnare, imò tantum abest, vt hoc asserendum, vt potiùs eius contrarium tenendum sit; vel enim nautica ars tunc temporis publica erat, vel priuata: si hoc, ergo falsum est, eius ope vniuersi Orbis peregrinationem peractam esse, cùm hujusmodi nauigationem nisi publicis, ijsque ingentibus sumptibus fieri non potuisse, modernæ nauigationes satis, superque doceant: Si ergo publica, quæ necessitas Aegyptios cogebat, artem ita publicam, quæq, inter Mathematicas tunc temporis, Clemente teste, in Ægypto penè vulgares, infima erat, & penes homines viles & infimæ sortis, cuiusmodi Nautæ sunt, imò & ipsis, vt paulò ante dictum est, abominabilis esset; quid in quâ, necessè erat, artem ita communem, & solis vtilitatibus publicis seruientem, tot symbolis abstrusis, & tanto ingenio excogitatis, obuelare; Alia igitur sub huiusmodi

Aegyptis nō inuentores nauigationis.

Mare Saturni lachryma.

Quæ dextra & læua mundi pars juxta Aegyptios.

Nautica ars, qualis fuerit.

ſymbolis, quàm Nautica latebant: ad altiora Ægyptiorum, quàm ad nauticam ferebatur ingenium, dum iſta conderent. Sed de ijs conſule Oedipũ noſtrum. Quartò, quod ſi ita ſolemnis erat Ægyptiorum nauigatio, ſi pyxis nautica tanto in honore habebatur, cur curioſiſſimum Mathematicum Pythagoram, qui omnia Ægyptiorum arcana tanto ſtudio inquirebat, hæc ſola adeò mira pyxis fugit? cur nullam eius in ſcriptis ſuis mentionem facit? Cur Plato, Ariſtoteles, atque innumeri alij philoſophi, qui expeditionem in Ægyptum diſcendi gratia ſuſceperant, eius in ſuis apud poſteros relictis monumentis mentionem non fecerunt? Nequaquam igitur pyxidis dictæ vſus antiquis fuit cognitus.

Laurentius Pignoria alter interpres Tabulæ Bembinæ.

Felicioribus auſpicijs eiuſdem tabulæ Bembinæ interpretationem aggreſſus Laurentius Pignorius, cuius enodatio melius Ægyptiorum intentioni quadrat; & lampada veterum olet, tametſi plus æquo ieiunè, & non niſi in paucis figuris mentem ſuam aperuerit. Poſt hos ego ſecutus, quid præſtiterim, meum non eſt determinare, oſtendet ſuo tempore Oedipus, in quo plenam huius tabulæ interpretationem exhibemus; omniumque eorum, qui huiuſmodi diſciplinis quouis modo imbuti ſunt appello tribunal, eorũ ſubdo trutinæ; vt æqua mente, quomodò interpretis officium executus ſim; examinent, quomodo non in Oedipi duntaxat, ſed & in ea, quam præſens Obeliſcus exhibet, interpretatione verſatus ſim, eorum ſubdo trutinæ iudicio, ſcrutinioque, quæ ſi non vndequaque eorum ſatisfaciat æſtimationi, operæ pretium tamen me feciſſe, aliquam in caliginoſiſſima hac antiquitatis ſemita, facem melioribus ingenijs prætuliſſe, viamque aſperam hucuſq; confragoſam complanaſſe iudicabor, memor illius, in arduis vel tentaſſe ſuam laudem mereri.

CAPVT X.

De Obeliſci ſeu pyramidis Τετραπλεύρῳ *hieroglyphicæ myſterijs in genere.*

VEtus Hebræorum adagium eſt: מרבה יופי מרבה משאון מרבה חאור מרבה עברון hoc eſt, *vbi multa pulchritudo, ibi multa deceptio, & vbi multum lumen, multa excæcatio.* Poſſem ego non incongruè ſanè idem de Sole pulcherrimo illo ac lucidiſſimo mũdi oculo dicere, quem incredibili pulchritudinis ſuæ ac claritatis aſpectu, alijs quidem in eo veluti in ſpeculo quodam diuinitatis eluceſcentis imaginem, egregiã ſanè ac copioſam philoſophandi materiam; alijs verò ob inacceſſum luminis fulgorem νυκτικοράκων ad inſtar cœcutientibus, varias paſſim ſuperſtitionũ occaſiones præbuiſſe, teſtantur cùm celebria priſcorum Theologorum de eius inſigni excellentia relicta teſtimonia; tùm deteſtanda illa ſtultæ antiquitatis, ex hoc vnico veluti ex Equo quodam Troiano profecta πολύθεια ad

Encomium Solis aſpectu decepta antiquitas idololatriam pepe rit.

omnem

omnem impietatem, ac falsorum Numinum cultum feneſtram aperiens. Quod ſanè inæſtimabilem huius, vt cum D. Gregorio Theologo loquar, αἰσθητικὴν τῶν ἡλιομάτων θεῶν, *ſenſibilis*, inquam, *huius mundi Numinis* excellentiam conſideranti, mirum nequaquam videri debet, cùm vel ipſum mortalium ſapientiſſimum eius pulchritudinis intuitu obſtupefactum, eo nomine, quo creaturam vix decet dignius, appellaſſe conſtet. Suſpiciendo enim cœleſtis illius fontem luminis attonitus exclamabat; *Vas admirabile opus excelſi.* Priſcæ quoque Theologiæ Magiſtri tantâ eum veneratione proſecuti ſunt, vt Anaxagoras interrogatus, cur nam ſe natum arbitraretur: *Cœli, Soliſque videndi cauſa*, reſpondiſſe feratur. Pythagoras quoque nefas eſſe dicebat, aduerſus eum lotium dimittere, præcepto proindè dato, πρὸς τὸν Ἥλιον τετράμενον μὴ ὀμιχεῖν. Plato Solem bonorum omnium veluti originem conſiderans, ipſius boni inaſpectabilis conſpicuum appellauit filium; perſpicuam quoque DEI ſtatuam eſſe arbitratus eſt, in hoc templo ab ipſo DEO poſitam intuentibus vbique præ cœteris admirandâ. Anaxagoras μυδρὸν ἄπυρον, hoc eſt, *candefactum ferrum*, ex quo omnia gigni, conſeruarique (ferrum enim ita diſpoſitum, in quod volueris opus transformabis) aſſeuerabat; Magnificentiùs Euripedes Anaxagoræ diſcipulus cum eodem ſentiens; *auream glebam* appellauit. Orpheus verò *Viuificum, ac æterni cæli oculum, luminis fontem*; & *cor cæli* Heraclitus; *naturæ lucernam* Plotinus. His & ſimilibus nominibus alij quamplurimi, quos breuitatis cauſâ prætereo, eius eminentiam atteſtati, aliquam ei diuinitatem affingere omnibus modis laborârunt. Quos omnes multis paraſangis, vt dici ſolet, in Solis colendi ſtudio ſuperarunt Aegyptij.; nam, vt rectè de his Lactantius Firmianus lib. 2. inſtitut: c. 14. cùm cœlo fruerentur ſereno, nulliſque malis impreſſionibus obnoxio, otio ad hæc, & delicijs, quibus vniuerſa Aegyptiorum tellus ſcatebat, torpeſcerent, decoram cœli faciem, cum reliquo ſtellarum ordinatiſſimo exercitu conſiderantes, cùm Solem in medio veluti viuificum mundi oculum, ac harmonici ordinis choragum, immortalem illum Iouem virtutis ſuæ ſigillo vniuerſa temperantem conſpicerent, eum aliquid ſupra naturam excellentius, nimirum πθὸν, quòd virtute ſuâ omnia moueat, mota diſtinguat, diſtincta ornet, calore veluti amore quodam ſympathico diſtincta vniat, arbitrati ſunt; quem ideò non inconuenienter vocabulo mundi animam appellabant; quæ ſphæram Solis totam implendo, per globum illum igneum, veluti per cor quoddam radiorum diffuſis ſpiritibus, vitam, ſenſum, motum toti tribuat megacoſmo. Hinc mundum Iamblicho teſte, animal quoddam eſſe credebant; cœlos etiam, & ſtellas eſſe animalia, exiſtentium verò rerum animas eſſe intelligendi vi præditas, mentem diuinam quadantenus participantes; inſuper cuilibet rei DEVM aut animam quandam præeſſe, omnia plena Dijs eſſe, quêis diuinos honores, preces item ſacrificia dedicabant, & diuerſo cultu venerabantur. Prætereà omnes huiuſmodi animas ad vnam mundi animam reducebant, totam

Solis excellentia.

Lotium aduerſus Solem dimittere nefas priſcis.

Plato de Sole.

Sol Dei ſtatua.

Anaxagoras.

μυδρὸς lapis candefactus.

Euripides. sol aurea gleba.

Orpheus.

Heraclitus.

Plotinus.

Vndè Aegyptiorum idolatria.

Sol mundi anima priſcis

Mundus animal quoddã.

In vno Sole omnes Deos repræſentabant.

tam nimirum portentosam, hanc Deorum architecturam in Osiride suo, seù Platonico illo Deorum patre Sole, in vno quasi capite repræsentatam. Quæ omnia graphicè more suo Mor Isaac c.6. serm. 5. describit his verbis:

M.S. Syriacũ Mor Isaac c. 6. serm. 5.

[illegible]

Et post hæc venit tempus, & surrexerunt homines corrupti, corrumpentes opiniones suas ex ignorantia, & ob cultum Dæmonum, & errauerunt in ijs, & putauerunt, vnum pro altero; & existimarunt eos rationales, (Stellas) & libertate præditas, & quòd penes eos sit dominium; & paulatim seduxit illos Sathan, ita vt crediderint eos esse creatores, & operatores rerum; imposito vnicuique eorum nomine DEI, ipsasque coluerunt, & adorauerunt, & erexerunt nominibus eorum statuas, & simulachra, & direxerunt figuras, & ædificauerunt altaria, & obtulerunt ipsis holocausta, & incensauerunt ante eas, aromata, & suffumigia, & mactauerunt victimas: iterum Sathan subindè loquebatur illis, ex vnoquoque simulachrorum illorum, & hinc deceptio & dolus; & manifestauit illis futura, & reuelauit arcana, & noua è locis remotis & mentem; reuelabant, quoque arcana cordis, & cogitationes, similiaque.

Permolestum enim compluribus videbatur intellectu tantummodò DEVM peruestigare, non etiam visu vsurpare, vt propterea Hebræos deriderent Ægyptij, quasi DEVM, vti Lucanus nominat, incertum colerent, aut, vt ait Petronius: *summas cœli aduocarent auriculas*; ac videtur Regius Psaltes Dauid non semel in Psalmis conquestus, exprobratum sibi esse, vbi DEVS suus foret, quasi nusquam esset, qui sub aspectum non caderet. Quapropter cùm nihil pulchriùs, vtiliùsque in conspectu, sese daret, Solem ipsum supremi Numinis loco adorarunt; cùm verò eundem Solem vnicum in diuersis mundi partibus diuersos effectus præstantem contemplarentur, innumeros Deos, quibuslibet rebus, locisque inseruêre. Hinc non ætheri tantùm, aëri, mari, terræ, sed & montibus, pratis, syluis, fluminibus, vrbibus, regionibus, cunctisque propèmodum mundi angulis suos tribuêre Genios, adeò vt, quod olim maximus Tyrius de Homero, οὐδὲν τῶ Ὁμήρου μέρος ἄθεον; *nullam partem Homero dijs vacuum esse*, dixit; meliori jure ego

Locorum præsides, Dij vndè?

Maximus Tyrius.

de

de Aegyptijs, οὐδὲν τὸ μέρος ὄθεον sentientibus, dicere possim. Atque hinc veluti ex fonte promanarunt superstitiosi illi diuersarum gentium ritus, ac in sacris obeundis ceremoniæ; hinc in Sole innumera falsorum Numinum à diuersis gentibus cultorum portenta sedem inuenerunt, quemadmodum satis, superq; monstrant monstrosus ille Persarum Mythras Perras, & Nunna Medorum, Aethiopum Ammon, Phœnicum Beelsemon, Adonis Assyriorum, Babylonicorum Belus, Græcorum Apollo, Arabum Attullan, Basilidis Αβράξας, Ιάω, & Σαβάω Gnosticorum, Valentini αἰῶνες, similiaque monstrifica Numinum portenta, quæ sequenti tetrasticho Nunnius in Dionysio complexus est:

Nomina, quibus diuersæ gentes Solem Deum nominabant.

Nunnius in Dionysiaco.

Βῆλος ἐπεύφρητάο λυβὺς κεκλήμμενος Ἄμμων,
Ἄπις ἔφυς νηλῶος, Ἄραψ κρόνος, Ἀσσύριος, Ζεὺς,
Εἴτ' σεράπις ἔφυς Αἰγύπτιος, ἀννέφαλες ζῶς,
Εἴ κρόνος, εἴ Φαέθων πολυώνυμος, εἴτ' σὺ μυθρὸς.

Atque hisce prodigiosis nominibus vnum & eundem Solem indicabant; siuè enim cum Statio, illum roseum Titana vocemus, Gentis Achimeniæ ritu, seù præstat Osirim frugiferum, seù Persæi, sub rupibus antri, indignata sequi torquentem cornua Mythram. Seù cum Martiano Capella, cum Nilo Seraphin, Memphique colono Osirim, dissono sacra Mythram, ditemque ferumque Tiphonem, siuè hunc cum Latio Solem vocitemus, omnia hæc apud reconditioris sapientiæ Magistros nihil aliud, quàm vnius solis diuersas virtutes, effectusque significare videntur, vti doctè Iamblichus, Iulianus, & Macrobius testantur. Quia tamen à rudiore plebe, succedentibus temporibus malè intellecta sunt, diuersarũ passim fabularũ, Deorumq; ac Numinum fabricandorum originem præbuêre; hinc omnis gentilitatis error, figmenta Poëtarum, diabolica sacrificia, & immolationes sacrilegæ; hinc Isiaca, Adonia, Ithyphallia, Pamelia, Omophagia, Passinuncia, Mythriaca scelera, non sacrificia scaturiginem inuenerunt. Hinc Aegyptia Tellus animalia, & monstrosa omnis generis portenta lararijs suis coluit & adorauit. Hinc quicquid colore, sapore, figura, actionum adhæc, atque operum similitudine Solis opera, virtutesque referebat, veluti Solis filium, animatamque eius effigiem, teste Eusebio, colebant, & sanctè venerabantur. Hinc Solares Angelos, animalia Solaria, Solares herbas, plantasque, lapidesque, & metallia Solaria cultu quodam præ cœteris singulari prosequebantur. Hos Dœmones, seù spiritus Solares varijs cantibus, adiurationibus, ac necromanticis quibusdam figuris prouocabant in idola, à quibus responsa accipiebant, vt supra ex Mor Isaac probatum fuit, in horum etiam virtute, teste Proclo, diuinationes, & rerũ futurarum euentus colligebant; horumque imaginibus magicâ methodo adumbratis, amuletorum phylacteriorumque loco vtebantur, omnia ijs morborũ genera, ac infelicitatem omnem pelli arbitrantur: figuras magicè adumbratas saxis & lapidibus insculpebant æternitati, credebant, juxtà illud Lucani lib. 3. Satyr.

Diuersos Solis effectus Genios appellarunt.

Sacrificiorũ nomina.

Aegyptus monstra cur coluerit.

Dœmones Solares.

Non-

Nondum flumineas Memphis contexere libros
Nouerat, & saxis volucresque feraque
Sculptaque seruabant magicas animalia linguas.

Cur in obeliscis sua exhibuerint Aegyptij.

Hinc sapientes Ægyptiorum, vt sai apud posteros admirationem relinquerent, ingentibus illis ac prodigiosæ magnitudinis saxis, arcana naturæ mysteria, Astrologicarum dein prædictionum commenta, artium diuinatorum deliramenta & vanitates, & reliqua magicæ sapientiæ sacramenta sua insculpebant; quæ quidem saxa eâ ratione concinnabant, vt quanta sub cõtento delitescerent mysteria, ipsum continens mysteriosa sua figura mox indicaret. Inter cętera verò saxa, ea maxime assumebantur, quæ figurâ suâ coloreque radios solares congruè mentiebãtur, vt sunt obeliscorum seu pyramidũ moles è saxo πυρραμίλῳ Verùm cùm Ægyptij magnã philosophicæ reconditioris partem in obelisci figura posuerint, quæ ea sit, & quæ per eã mysteria repræsentârint, priùs vsum fuit explicare, vt mysteria per has præludiones luculentius patefiant.

Obeliscorum Origo.

Principio itaque Principiorum inuocato atque artium, scientiæ, bonorumque omnium largitore DEO placato, suffragijs Deiparæ Sanctissimæ, ter venerandæ Matris, aliorumq; Cęlitum accitis, explicationem auspicamur.

DISTINCTIO I.

Pyramidis seu Obelisci mysteria hieroglyphica.

PYramidem nostram hieroglyphicam seu Obeliscum Definitore Ammiano Marcellino lib. 17. nihil aliud esse in primo libro diximus, quã *Lapidem quendam asperrimum, in figuram metæ cuius sum sensim ad procritatem consurgentem, excelsum, vtque radium imitetur, gracilescentem paulisper, specie quadrata, in verticem productum, manu leuigatum artificis, formarum verò innumeris notis, ad iam tum exorientis sapientiæ initia commonstrandè veterum authoritate ad inuentis, insignitum.* Quam quidem descriptionem, si ad mathematicam incudem reuocemus, nihil aliud obeliscum esse deprehendemus, quam pyramidem illam, quam Græci τετράεδρον ὀξύγωνον, Latini pyramidem acuram, eamq; quadrilateram, nè nimiâ suâ protensione plus æquo eleuaretur, truncatam appellant. Quæ quidem iuxta modernorum definitionem nihil aliud est, quàm figura solida, quæ planis continetur, ab vno plano ad vnum pũctum constituta: Perspicuum autem est, omnia plana quibus pyramis continetur, esse triangula, cùm omnia ad vnum punctum tendãt, excepto plano puncto illa, ad quod omnia tendunt, oppositio; hoc enim planum nihil impedit, quò minus triangulum sit vel quadrangulum aut pentagonum, quibus tota pyramis suam sumit denominationem: tot enim triangulos quælibet pyramis comprehendit, quot angulos seù latera dictum planum continuerit. Ex quibus clarè patet, obelisci figuram in schola Mathematicorum

Definitio Obelisci.

Pyramidum ratio.

corum

corum à pyramidis figura nil diuersum admittere; vti luculenter quoque in sequenti figura monstratur. Si enim obelisci latera in vltimum vsque prolongentur, produceres pyramidem quadrilateram ὀξύγωνον, quæ ab alia quauis pyramide æqualis basis nequaquam distincta, vtpotè super eandem fundata basin, nisi quod hæc obtusangula sit, acutangula illa. Inter obeliscum autem & pyramidem acutangulam quadrilateram, hoc solum discriminis interest, quod hæc integræ & completæ, ille truncatæ sortiatur pyramidis figuram, Vndè in Authoribus, qui interdictas figuras specificam differentiam constituunt, maiorem in mathematicis optarem peritiam. Cur autem Ægyptiorum sapientes obeliscis seù pyramidibus acutangulis truncatis vsi sint; triplex potissimum ratio adferri solet; quarum prior & principalis est illa, quod hæc acuminato fastigio, in modum obeli sensim assurgentis, exactiùs concinniùsque Solis (in cuius honorem erigebatur) radios, mentiretur. Altera ab opticis desumpta ratio est, quod obtusa pyramis ad hieroglyphicorum scripturam distinctè repræsentandam eminus intuentibus esset inidonea, vtpotè lateribus, quæ decliuiori suâ diminutione in punctum paulatim coëuntia, à perpendiculari visus incidentia nimium essent remota, in aspectum non rectè incidentibus; quo proindè facto, ea quæ inibi inscripta fuissent, iuxta opticas leges, non nisi difficulter discerni potuissent. Quem defectum incommodumque, acutangulorum ad perpendicularem visualis lineæ incidentiam magis accidentia latera, visuique se rectiùs insinuantia resarciebant. Tertia denique erat, quod hanc omnium solidorum figuram, sicuti primam, sic mysteriosissimam; vti in sequentibus copiosè ostendemus, comperirent. Dicitur porrò hæc truncata pyramis obeliscus ἀπὸ τῦ ὀβέλε instrumento scilicet ferreo, quod in prima sui parte crassum cũ sit, paulatim minuitur, donec in acutam cuspidem desinat. Non inconuenienter ideò ab Italis vocatur *Aguglia*, quasi diceres, acum veru instar, quo carnes ad ignem torreri consueuerunt; *pinguiaque in veruibus torrebimus exta colurnis* ad cuius similitudinem Sabini quoque telum, quo in bellis vtebãtur, veru appellauerunt. Et *teretí pugnant mucrone veruque Sabelli*.

Cur Aegyptij truncatis pyramidibus vsi sint.

Etymon Obeliscí.

Dicitur autè diminuto vocabulo ὀβέλισκος non obelus, ὑποκοριστικῶς Græcorum more. qui stellulas, regulos, rotulas, quas illi paruulos Deos Panes παϊσκους, καλαθίσκους, βωμίσκους ἀστερίσκους vocant. Finis denique principalis, quẽ Ægyptij in obeliscorum erectione habebant, erat, vt Osiridem & Isidem, hoc est Solem & Lunam in his figuris veluti mysticâ quadâm radiorum repræsentatione colerẽt, quasi hoc honore tacitè beneficiorum, per huiusmodi secundorum Deorum radios acceptorum magnitudinem insinuantes. Vt autem figuræ mysticæ color non esset dissentiens, lapidem nõ quemuis, sed ad Solis perpetuitatem significandam, durissimũ, & adamantina quâdã viae robore præditum, & nulla aëris, igniſque iniuria corruptibilem, quemadmodum ex innumeris propè huiusmodi fragmentis Romæ visendis apparet, assumebant; eumque, quem πυρόποικιλον, id est, igneo quodam colore

Finis obeliscorum.

Cur saxum adeo durum elegerint.

corruſcantem Plinius, Itali, *Granito roſſo*, ob particulas quaſdam ignei coloris ſparſim hinc inde reliquo lapidi intermixtas vocant; ad igneam Solis vim exprimendam aſſumebant, vt illo, qui inter lapides veluti Sol aliquis effulgeret, Solem illum diuinum tanto ſtudio colendum congruentius, vt in primo libro fuſius oſtenſum eſt, referrent.

Soli autem pleroſque obeliſcos dedicatos, adeò ex Herodoto, Diodoro, Plinio, alijſque paſſim Authoribus tritum eſt, vt hic de eo aliquid dicere ſuperuacaneũ ducam. Quod tamẽ non tantũ intelligi velim de Sole illo materiali, ſenſibili; ſed de Sole quoque illo ſupramundano, archetypo, inſenſibili, immateriali; hinc dixi pleroſque obeliſcos, ſiquidẽ, plures quoque; ſupremo, triformiq; Numini dicatos; vti hic noſter Pamphilius, ex ſequentibus patebit; de eorum primo inuentore maior inter Authores diſſenſio eſt, & controuerſia. Quam vt concordemus, ſciendum eſt, vti & in primo libro dictum fuit; quòd obeliſcorum primum inuentorem alij faciant Mercurium cognomento Ἑρμαΐσκον, alij Seſoſtrim, Pſammeticum, alioſque Reges Ægyptiorum. Diodorus Siculus, lib. 3. Semiramidi primam columnarum pyramidalium erectionem attribuit, aitque è montibus Armeniæ ſaxum ingens 150. pedes longum, 24. latum, extractum, à Semiramide in principali Babylonis platea, veluti primi poſt Cataclyſmum refloreſcentis ſeculi potentiæ ac fortitudinis teſtimonium, poſitum; primis autem mundi ſeculis conſuetudinem, ſaxis res geſtas inſculpendi fuiſſe, teſtatur Ioſephus lib. 7. antiquitatis Iudaicæ, quam & tribuit nepotibus Sem; Verba eius hæc ſunt. *Cum prædixiſſet Adam filijs ſuis exterminationem rerum omnium; Vnam ignis virtute, alteram aquarum vi ac multitudine fore venturam; illi pertimeſcentes, nè diſciplina rerum Cæleſtium, quam primi adinuenerant, dilaberetur ab hominibus, aut antequam ad notitiam veniret, deperiret, duas fecere columnas, aliam quidem ex lateribus, aliam ex lapidibus, & in ambabus, quæ adinuenerant, conſcripſerũt; vt ſi conſtructa ex lateribus contaminaretur ab imbribus, lapidea permaneret, cuius adhuc veſtigia in Syria conſeruantur. Si verò lapidea columna ab igne conſumeretur, lateritia remaneret.* Quæ omnia confirmantur à Beroſo Babylonico li. 1. antiq. cap. 4. Tunc, ait, multi prædicabant, & lapidibus incidebant, eam, quæ ventura erat, orbis perditionem. Et lib. 3. Exſiccata humo & terra torrefacta Noë cum familia ſua de monte Gordiæo deſcendit in ſubiacentem planitiem plenam cadauerum, quam vſque adhunc diem appellant Myriadam, hoc eſt, euiſceratorum hominum; & inſcripſit in monumentum, rẽ geſtam, cui conſentit Ioſeph Ben Gorion lib. 1. antiquit. hiſce verbis:

להתרומם עצמם ושמותיהם בני אדם יגרפו מעשותיהם באבנים

In principio mundi, filij Adam vt extollerent ſeipſos, nomina ſua inſculpſerunt in lapidibus. Cui Thargum Hieroſolymitanum, ijſdem ferè verbis adſtipulatur; imò in alio Thargum Samaritano ſic legitur:

Gonebr. de colum. fol. 6.

Veteres arte diluuium in columnis ſua ſculpebant.

Ioſeph Ben Gorion.



hoc eſt. *Dixerunt, ædificemus nobis ciuitatem & turrim ad Cœlorum vſque fines ſe extendentem, & ſcribamus nomina noſtra in eis, & faciamus in medio eius, adorationis locum & ſimulacrum, in cuius manibus ſit gladius*. Quo in loco Paraphraſtes Rabbi Schlomo commentans ait, in hac turri primam fuiſſe factam geſtorum veluti in vaſta quadam pyramide primorum hominum conſignationem. Sed vt reuertamur poſtliminiò ad Ægyptum noſtrum. Magna Authorum pars Ægyptiorum illius Obeliſci inuentionem Mythræ primo ÆgyptiorúRegi attribuit, aitq; eũ hunc obeliſcum conficiendum curaſſe, vt eum quaſi ex concepto voto Soli donum daret, in eoque rerum à ſe geſtarum memoriam varijs notis perſcriptam ad poſteros propagaret. Hic Mythras à diuerſis diuerſimodè nuncupatur; alij enim eum confundunt cum Mena, vti Diodorus, alij eundem eſſe volunt cum Perſarum Mythra; Euſebius eum vocat Meſtres, Plinius Meſphees & Meſtires. Chaldæi Mythram, Arabes Meſra &c. Quæ diuerſitas nominum magnam ſanè in re hiſtorica, vti in alijs rebus omnibus peperit narrationum diuerſitatem. Nos omnibus benè conſideratis, collatiſque diuerſorum Authoruminter ſe, de dicto hoc Rege hiſtorijs, ſententijs, & opinionibus, nullum alium hunc Mythram eſſe tandem deprehendimus, quam Miſraim memoratum Chami Noëmi filij filium, vti in præcedentibus jam ſæpè probauimus; cui in prima terrarum diuiſione Ægyptum contigiſſe, ſacra pagina memorat; Vndè & eadem Ægyptus eiuſdem nomine Miſraim ſemper appellata fuit, imò Chaldaico, & Arabico in hunc diem nomine Aegyptus Meſſra vocitatur, & olim eodem vocatum nomine teſtatur Plinij manuſcripta hiſtoria, cuius exemplar in Bibliotheca Vaticana reſtat, vbi lib. 36. c. 8. pro Mitres legitur Meſtres. Philo quoque Iudæus lib. Antiq. Miſraim vocat Meſram filium Chami, à quo antiqua Ægyptiaca lingua ⲭⲏⲙⲓ vocatur Ægyptus; de quo ſic Beroſus lib. 4. *Erat autem Noë filius ex tribus primis adoleſcentior Cham, qui ſemper magiæ, & veneficæ ſtudens Zoroaſtris nomen conſecutus eſt, eum inter homines huius dogmatis ſunt ſecuti Aegyptij; qui ſoli ipſum Saturnum inter Deos adoleſcentiorem fecerunt, & Ciuitatem ei poſuerunt dictam Chemenyn, à qua in hanc ætatem omnes ciues dicuntur Chemenites*. Cur porrò Miſraim cum Mythra confundamus, id non facimus niſi grauiſſimorũ ſcriptorum ad id credendum impulſi authoritate, ac inprimis Abenephi Arabis, qui id palàm verbis ſequentibus aſſerere videtur:

Mythras obeliſcorum Author.

Quis Mythras

Miſraim primus obeliſcorum erector.

ⲭⲏⲙⲓ quid?

Differentia inter Mythrã & Miſraim.

وكان ميظراس ملك مصر ويقال انة هو مصر بن حم بن نوح وهو اول الذي نقش في الاعمدة من حجره الاسرار الطبيعيه

hoc eſt, *Mythras Rex primus fuit Aegypti, dicitur ille eſſe Miſraim filius Cham*

filij Noë; primus, qui sacra naturæ mysteria ex hominibus, saxeis columnis incidit.

Nec id historiæ vllo modo dissentire videtur, cùm Misraim Synchronum Abrahami fuisse, è Chronicis luculenter pateat, eo nimirum tempore, quo ab Herodoto Rex Mythras in Aegypto regnasse fertur; quoue prima philosophiæ suæ fundamenta ponebant Ægyptij, à Mercurio, Mesramuthisis ætatis admodum exiguę in Regno administrando coadjutore, in omnibus astrologicis, magicis, & diuinatorijs scientijs instructi; Vndè ab Aegyptijs, ob cœlestium rerum scientiam ad Solem, Lunamque regendam assumptus, pro DEO passim habitus est, quem Aegyptiaco vocabulo nunc Mythram nunc Osirim, hoc est, πολυόφθαλμον, sicuti Persæ Mythram appellabant; hoc est, *multioculum*, aut plurium facierum. Quem & Basilides ex impia Gnosticorum familia nouator, prodigioso nomine Ἀβραξας, id est, Solarem intelligentiâ vocat, eumq; confudit cum Mitratron & Mythra, de quo S. Hieron. c. 3. in Amos: Ἀβραξας enim, si resolutione τῶ ἰσοψήφου facta, in numeros reducatur, eundem quem Mithras numerum continebit, nimirum 365, tot nimirum, quot Sol reuolutione annua constituit dies; de quibus loquitur S. Hieron. dùm ait; *Vnusquisque fingit, quod reuoluerit, & Basilides, qui omnipotentem DEVM, hoc est, שדי portentoso nomine appellat Ἀβραξας & eundem secundùm Græcas literas, & annui cursus numerum dicit in Solis Circulo contineri, quem Ethnici sub eodem numero aliarum literarum vocant Mythras.*

Mythras quando regnârit.

Abraxas quis Deus?

S. Hieron.

A	1
β	2
ρ	100
α	1
ξ	60
α	1
ς	200
	365

Vndè in hanc opinionem venio, Mitraton, Mithram eundem quoque esse apud Aegyptios, vtpotè ex Cabala Hebræorum, quibus permixti erant, & à quibus multa de eiusmodi spiritibus, & Angelis, quemadmodum in prolegomenis diximus, acceperant, mutuata; cùm enim jam antè multa de Mesræ stupendis operibus inaudissent; Hebræos ad hæc de Mitraton, qui, teste Zohar, proprius dicitur fuisse Moysis præceptor à DEO deputatus, de cujus maiestate, & potentia, cùm haud infrequenter in audissent disserentes; facilè vnum pro altero potissimum ob nominum huiusmodi affinitatem confundere potuerunt; quod adhuc meliùs patefiet, vbi Hebræorum de Mitraton traditionem intellexerimus; sic enim Elias Leuita de eo scribit in מטטרון שר הפנים אומרים שהוא המלאך תמיד רואה פני המלך יתעלה ועליו נאמר כי שמי בקרבו ששמו כשם רבו מטטרון בגמטרואה שדי hoc est, *Mitraton est Princeps facierum dicunt, Angelum illum esse, qui conspicit semper faciem DEI excelsi.* Ac de ipso dicit illud Exod. 23. *Quia nomen meũ in medio eius est.* Quippè cujus nomen est instar nominis Domini sui. Mitatron enim in Gametria, siue in numerandi per literas arte, idem est, quòd שדי videlicet cuius vtriusque literæ τῶ ἰσοψήφου, seorsim efficiunt 314. qui numerus apud Hebræorum Mecubalim mystice repræsentat processum rerum à DEO emanantem, vt partim in Oedipo nostro, tractatu de cabala Hebræorum, partim in sequentibus apparebit. מטטרון Mitatron itaque & מידרם Midras cabalicâ resolutione in numeros reducta nomina, sicut idem significant, sic numero quoque consonant. Sicut

Mitratron quis?

Saddai שדי quid?

ἀνάλυσις cabalica.

מ	40
ש	9
ט	9
ר	200
ן	6
ן	50
	314

enim

enim Mitatron, siuè Midras, est princeps facierum, hoc est, Virtus DEI omnia in hoc mundo conseruantis, & sustentantis, ac proindè dicitur in medio esse nominis DEI שדי *Saddai*, quod omnipotentiam & bonitatem DEI, veluti vberibus quibusdam, omnia quæ in mundo sunt, lactantis, & conseruantis notat. Sic Ægyptij Mythram, vel Midram, seu Osiridem principem nimirum facierum πολυόφθαλμον Solem Deum habebant omnipotens Numen, cuius virtus erat Isis, magna illa rerum mater, quam plenam vberibus effingebant, vt eius beneficio, quicquid in natura rerum est, vitam conseruare hoc symbolo tacitè insinuarent. Hinc Rabbi Camozi in 23. Exod. capite commentans, cùm interrogaretur, quo mundus conseruaretur? Respondisse fertur בשדי שר פנים id est, *vberibus Principis facierum.*

ש	300
ר	4
י	10
	314
מ	40
י	10
ד	4
ר	200
ם	60
	314

Atq; hinc patet, cur Basilides, eundem esse dixerit suum Αβραξας cum Mitatron, & Midras. Patet quoque, quomodò verba S. Hieronymi sint intelligenda de hoc prodigioso Basilidis Αβραξας & Mythra, & de numero, quem in se continent. Quod enim Cabalistis Hebræorum Mitatron, princeps facierum; Persis & Ægyptijs Midras, Mithras, Osiris, Isis; Gnosticis Αβραξας, Ιαω, Σαβαω similiaque, de quorum significatione mystica, & detestandis superstitionibus, quia in Oedipo dabitur copiosior loquēdi occasio, nunc tantum indicasse sufficiat, quanta fuerit Aegyptiorum cum Hebræis in naturæ mysterijs repræsentandis affinitas, & quanta similitudo. Porrò quamuis non improbabile videatur, Mythram, & Mitatron esse idem apud Aegyptiorum reconditioris literaturæ Magistros, vtpotè quorum nomina in mysteriorum intelligentia facilè confunderentur. Verisimilius tamen est, Mythram nullum alium fuisse, quàm Misraim ob præclarissima diuersorum Authorum id non obscurè insinuantium testimonia. Seruius enim 1. Æneid. Mythram filium dicit Beli, qui quidem alius iuxta Berosū supracitatum non fuit, quàm Cham seu Saturnus Ægyptiorum, vti & apud Xenophontem in columna à Semiramide Nino erecta sic legitur expressis verbis: Mihi pater Iuppiter Belus, Nini Auus, Saturnus Babylonius Nembrod. Proauus Cham, Saturnus Æthiops, Misraim Abauus, Saturnus Ægyptius.

Abraxas.

Mydras.

Atauus Noë Cœlus, Phœnix, Ogyges, ob Ogyga ad meum auum Sol orbem suum circumlustrauit semel tricies & centies, ab auo ad patrē quinquagies sexies, à patre ad me sexagies bis, columnam, templum, statuam Ioui Belo Socero, & Matri Rheæ in hoc olympo Semiramis dicauit.

Βῆλος ἀνὴρ ὁ βεκαρὸς κὴ κεραυνοχάρ,
Γίγας, ὃν ἁ Θεὸν ἐτίμηταν τὼ λεχοιδρίω Ρέαν,
Ὁ κρέινος τί, νιν σοφισᾶν τῇ γαμετῇ ἔτος,
ἁ ὁ κρέινος ἴχεν γυνᾶ κα τὼ Σεμιραμιώ.

Cum autem Misraim, vti paulò ante ex Beroso monstratum est; temporibus Semiramidis & Abrahami superstes adhuc fuerit, Mythræ quoque Regnum in idem tempus, ab Authoribus, vtpotè quem primum Ægyptiorum Re-

gem

gem ſtatuunt, incidiſſe dicatur, facilè apparet, nullum aliũ eſſe poſſe Mythram, quàm Miſraim, quem primum Ægypti poſſeſſorem ſacra Scripturæ teſtatur, niſi fortè dicamus, eum alteri ſceptro commiſſo ſe regno abdicaſſe, quod in homine gloriæ & dominandi cupiditate impotente, veriſimile non eſt. Sed audiamus Gregorium Turonenſem, qui noſtram ſententiam manifeſtis verbis ſtabilire videtur, dum ait lib. 1. hiſt. *Primogenitus Chami fuit Chus, hic fuit omnes artis magicæ inxbuente diabolo & primus idololatriæ repertor, primuſque ſtatuunculam adorandam ſtatuit, ſtellas & ignem de cælo labi magicis artibus mentiebatur; is ad Perſas cùm tranſiſſet, ab ijs vocatus eſt Zoroaſtres, quod ſtellam viuentem interpretantur.* Quam opinionem Gregorius hauſit è libro quarto Recognit. Diui Clementis, Perſas ſcil. genus ſuũ ducere ab vno ex filijs Cham, qui Miſraim dicebatur, quem poſt obitum Zoroaſtrem, id eſt, viuum Sidus appellarunt, quem Zoroaſtrem Laërtius lib. 1. ἀστροθύτην, id eſt, ſacrificantem aſtris ſignificare admonet. Author quoque hiſtor. Scholaſt. ad cap. 39. Gen. Ninum vocat Cham, qui adhuc viuebat & regnabat, & vocabatur Zoroaſtres, inuentor magicæ artis, qui & hanc, & ſeptem liberales artes in quatuordecim columnis ſcripſit, ſeptem æneis, & ſeptem lateritijs contra duplex orbis, quod aqua & igne futurum timebat excidium. Chriſoſtomus quoque in Orat Boriſt. Zoroaſtrem vixiſſe ait tempore Nini & Abrahami, quo maximè ignis cultum viguiſſe ſacræ paginæ teſtantur. Magna itaque Authorum de Zoroaſtre, Nino, Belo, Chus, Miſraim diuerſitas eſt, vtpotè qui vnum cum altero, & ſingula cum ſingulis confundentes, hiſtoricos textus reddidêre penè inextricabiles. Quare vt in maxima hac nominum confuſione aliquid certi ſtatuatur; Dicimus breuiter, vti & l. 1. c. 2. oſtenſum fuit, Zoroaſtrem qui Perſas primùm docuit magiam & ignis cultum, fuiſſe Chamum, eundemque & Belum & Saturnum dictum, à quo Miſraim filius eius in omnibus, artibus & magicis ſuperſtitionibus inſtructus, ob miras, quas ijs præſtabat faſcinationes, alter paſſim ab Ægyptijs Zoroaſter, & Saturnus Ægyptius, Miſraim filius Cham dictus; primus fuit ſuperſtitionis Ægyptiacæ Author & origo, quemque Ægyptij ob Solem, ſtellaſque magicis ſuperſtitionibus in terram deductas, teſte Hieron. l. 2. cont. Iouin. ſolo libidinis æſtu in Solem mutatum, viuum ſidus appellabant, & Ægyptiacâ linguâ Oſirim, hoc eſt πολυόφθαλμον· id eſt multi oculum appellabant. Vnum igitur & idem apud Aegyptios ſignificat Zoroaſtres, Miſraim, Mythra, Oſiris, Vulcanus. Zoroaſtres quidem fuit dictus, à Chamo parentis nomine; quod Chaldaicâ linguâ idem ſonat, ac recondita ſtellæ imago: צורת אש סתר id eſt, figura ignis abſconditi, vt fusè in 1. lib. cap. 2. demonſtratur, quem diximus Zoroaſtrem fuiſſe Perſomedum: Mythra vel Meſra fuit dictus ex nomine Miſraim corrupto; Oſiris ob Solem in quem tranſmutatum credebant; Vulcanum ob ignis inuentum vſum, de quo Diodorus lib. 1. cap. 1. Quemadmodum idem Oſiris ob diuerſos effectus Iuppiter, Bacchus, Mercurius, Hercules diuerſis nominibus Græcis

Author liſter. Scholaſt.

S. Chriſoſtom.

a. Zoroaſtres Cham.

2. Miſraim.

Miſraim ſiue Mythras cũ Oſiri confunditur.

Vulcanus etiam dictus.

Oſiris πολυόφθαλμος

appel-

appellatur. Atque hic fuit ille Mythras, qui Aegyptijs prima ſcientiarum, vt Aſtrologiæ, Magiæ, aliarumque artium profanarum fundamenta ſaxis inſculpta tradidit, directore & conſiliario Mercurio eo nimirum tempore adhuc ſuperſtite, quo

Nondum flammeas Memphis contexere biblos
Nouerat, & in ſaxis tantum volucreſque feraſque
Sculptaque ſeruabant magicas animalia linguas.

Quem poſteri Sacerdotes & Philoſophi ſecuti, fundamentis artium ab ijs iactis ſenſim ſuperſtruendis in eam paulatim perfectionem perduxerunt, vt totum orbem in ſui admirationem rapientes, ad veram, vt ipſi rebantur, philoſophandi rationem facilè attraxerint. Cùm enim profunditas ſcientiarum in Ægypto floreſcentium non minor fuerit potentiâ eorum, non eſt mirum, in tanta hominum multitudine, quæ ibi erat, vel ob ſoli naturalem fæcunditatem, bonitatem, amœnitatemque, ſiuè ob maximum, quod non ſolùm cum indignis, ſed & cum exteris habebant commercium, fuiſſe, qui in artium, aliarumque vitæ humanæ neceſſariarũ rerum inuentione ſeſe exercerent; Ideò nulli alteri nationi, vti hiſtoriographorum monumenta teſtantur, ſimilis fuit variarum artium attributa inuentio; præter mechanicas enim artes, ſculptoriam, pictoriam, plaſticen, architectonicã, illas quoque, quas liberales vocamus; arithmeticam, aſtrologiam, muſicam, geometriam, prætereà magiam, medicinam, totam denique philoſophiam theoreticã & practicã colebãt, quas poſt Ægyptios nullã aliam nationẽ aut ſciuiſſe, aut in ijs ſeſe exercuiſſe legimus. Et Arithmetica quidem ob ſingulare cum exteris commercium nata; Geometria ob limitum agrorum ex inundantis Nili limo eos ſepelientis confuſorum annuam, nouamq; dimenſionem, emerſit; Aſtrologia ob perpetuò ſerenam cœli Ægyptiaci faciem, obſeruandis motibus aptiſſimum; Muſica ob harmonicum cœlorum curſum, calamorumque muſicis modulationibus aptorum maximum copioſumque prouentum; Medicina ex continuò virtutum rerum naturalium ſcrutinio; Theologia ex rerum ordine ab vno profluente, & in vnum redeũte rerum omnium principio, & cauſarum cauſa mouente immota, tandem orta maximos progreſſus fecit. Quæ omnes ſcientia in bonam methodum redactæ per celeberrimum illum Mercurium Triſmegiſtum ad poſteros peruenêre. Hunc ſymbola quoque hieroglyphica ad ſublimiorem philoſophiam à profanorum lectione abſcondendam excogitaſſe; ipſe Iamblichus apertis verbis teſtatur. *Aegyptij Scriptores putantes omnia inuenta eſſe à Mercurio, inſcripſerunt. Mercurius præeſt ſapientiæ & eloquio. Pythagoras, Plato, Democritus, Eudoxus & multi alij ad Sacerdotes Aegyptiorum acceſſerunt: dogmata huius libri ſunt Aſſyriorum & Aegyptiorum & ex columnis Mercurij; Pythagoras, & Plato didicerunt philoſophiam ex columnis Mercurij in Aegypto, columnæ Mercurij plenæ doctrinis*: quæ ità clara ſunt, vt de eo dubitari amplius nemo poſſit. Vndè & Abenephi Arabs, ſcientia & doctrina cõſpicuus, de ijs ſic loquitur.

Mercurius Triſmegiſtus Author literaturæ hieroglyphicæ.

Ægypti Latis in rerum inuentione, artiumque traditione.

Arithmetica.

Geometria.

Aſtrologia.

Muſica.

Medicina.

Theologia.

Iamblichus.

Aegy-

وكان تعليم مصر هي من الاعمون هرميس وهو اول الذي وجده واتعلمه بنا ناس ✿

Omnis doctrina Mesræ ipsa ex pyramidibus Hermetis, & ipse inuenit eas, & docuit eas filios hominum: Vndè & ab ipsis Ægyptijs Hermanubis dictus, hoc est, Hermes sub figura canis latens, ob sagacitatem sic hieroglyphicè exhibitus, de quo fusè in Oedipo; nec mirum; sunt enim hieroglyphica tam appositè instituta, ac tanto cum ingenio ex naturæ arcanis deprompta, vt nullâ ratione fieri, nec excogitari potuerint, nisi ab homine omni scientiarũ genere præstantissimo, &, vt vno verbo dicam, totius naturæ consulto; quálem Mercuriũ fuisse, satis monstrant eius fragmenta, quæ ab iniuria temporum, veluti tabulæ quædam ex naufragio recollectæ, in hunc diem supersũt. Vndè & ⲑⲉⲩⲑ ab Ægyptijs dictus, diuinos honores promeritus est; primò illius honori mense Thot dedicato; Quæ omnia, tùm in præcedentibus tractata sunt, tùm in Oedipo tractantur amplissimè; Quare hæc paucula de Etymo, Origine, & inuentione Obeliscorum instituto nostro sufficiant; restat solummodo, vt, quid Ægyptij philosophi per Obelisci, seù pyramidis figuram tetragonam intenderint, exponamus.

Mercurius cũ Hermanubis dictus.

Hieroglyphica ingenio plana.

DISTINCTIO II.

De Pyramidis & Obelisci mysterijs.

CVm, teste Clemente lib. 6. Stromat. nihil apud Ægyptios actum sit mysterio non refertum, adeò quidem, vt vel ipsæ domus, templa, instrumenta; habitus, quos vel in Deorum cultu, vel in sacrificijs peragendis solenni pompa portabant, imò ipsi, quos faciebant nutus & gestus, mysticũ quoddam essent rerum altissimarum per huiusmodi significatarum ἔκτυπον; certè nequaquam temerè aut sine ratione, aut ornatus tantum gratia, vt multi perperam sentiunt, in hieroglyphica sua sapientia posteris repræsentanda obeliscis vsos esse putabimus; sed summo studio, & insigni quádam mentis inuestigatione eam sibi comparare voluisse figuram, quæ ipsamet mysterijs referta, mystico symbolorum contextui vndequaque responderet. Qualem pyramidem quadrilateram esse in sequentibus copiosè monstrabitur. Nam quicquid hierophantæ particularium rerum sub symbolis expressarum descriptione connotabant, hoc totum in exteriori Obelisci aut Pyramidis facie veluti in synopsi quadam, aut in saxei cuiusdam epigraphes rudimento ἀνακαι-φαλεωτικῶς vniuersim repræsentabant; adeò vt in naturæ penetrabilibus nihil adeò absconditum sit, quod hic non præfiguratum videatur. Atque hæ sunt illæ maximæ columnæ, de quibus Iamblichus, in quibus veluti sub sileno quodam astrologiæ, geometriæ, musicæ, arithmeticæ, theologiæ ac philosophiæ reconditioris maxima quæuis mysteria recõdita latent. Et de quibus Pythagoram, Platonem, aliosque inter Græcos philosophos doctrinam & veram philosophandi rationem didicisse, paulò ante

Apud Aegyptios omnia mysterijs plena.

Obelisci figura mysteriosa

te ex Iamblicho ostendimus. Sed vt, quæ verbis tantoperè iactamus, ea sic se habere opere ipso monstremus.

Dicimus primò, per pyramidem seù obeliscum Ægyptios rerum Naturam & informē illam materiā, quę innatum quendam ad formas recipiēdas appetitum habet, repræsentare voluisse. Sic enim Abenephius sentit, verba eius sunt: Materia prima per obeliscum figuram indicata.

ربصوره المسلات فرعون يعنون العنصر

hoc est, *Per ipsam figuram pyramidum signabant materiam primordialem*; cui consentit Artephi Arabs, in capite quo probat: *Ex puncto omnia.* & post eum apud Pierium anonymus quidam citatus, ex sequentibus verbis pulchrè deducit. Sicut enim pyramis à summo fastigio velut à puncto incipiens per lineas in superficies, & corpus abiens, paulatim in omnes partes dilatatur, sic rerum omnium natura ab vnico principio, & fonte, qui diuidi nequit, nempè à DEO summo Opifice profecta, varias deinceps formas suscipit, ac in varia genera atque species diffunditur, omniaque apici illi, & puncto, à quo omnia manant & profluunt, coniungit, quo sanè optimè repræsentari videtur primogenia illa mundi origo, quâ omnes mundi partes conformatę illam, quam nunc videmus, speciem effecerunt. Erat enim olim mundus informis & cœnosus, nondum discretis rerum notis integritatem suæ formæ adeptus; nam neque tellus centrum suum pro fundamento rerum omnium stabilierat, neque cœli perpetuus motus certa sede voluebatur, sed omnia sine Solis vsu immota, tristique depressa silentio languebant. Aliud extabat nihil, quàm informis diffusæ materiæ segnities, antequam principium illud, à quo producta, & constituta sunt omnia, salubrem vitæ motum depromens, mundum mundo redderet, cœlumque à terra, & pelagus à continente distingueret. Quo tempore prima rerum elementa quatuor, ex quibus ceù radice, ac generis principio nihil non gignitur, per pyramidis quadratam basin repræsentata ordinem suum ac formam propriam acceperunt. Aliam pyramidis rationem dat Agazaël Arabs lib. 1. de Astrolog. judiciaria, nimirum Astronomicā. Tradunt enim, inquit, in cęlesti illa machina circulū esse, sub quo Sol & reliqua errantia sidera cursus suos, circuitusq; conficiāt, & in quo omniū animantium vita, rerumque naturalium ortus atque interitus sit positus, adeò vt etiam Aristoteles lib: de ortu & interitu dicat, generationis & corruptionis, omnisque mutationis, vel incrementi causam esse accessum, & recessum Solis in circulo illo obliquo, quem ideò, quòd ab eo animantium vita dependeat, Astronomi appellarunt ζωδιακὸν. Hunc igitur circulum, cui soli inter cœlestes circulos latitudinem tribuit in duodecim partes, seù



Mundus rudis, indigestaque molēs.

4. Elementa per o[illegible] 4. latera indica[illegible].

Agazaël Arabs.

δεκαμόρια, quas manſiones vocant, partiuntur Ægyptij, iiſque ſingulis ſingulos angelos, ſeù Dœmones, quos minores Deos appellant, præficiunt, ajuntque cum illis diuidi etiam inferiora omnia, adeò vt quicquid ſub vno ex illis ad centrum vſque terræ continetur, id omne ei dodecamorio, eique præſidi Angelo ſubiectum dicatur: & hoc ſignum ſeù dodecamorium voluit eſſe, veluti pyramidem quandam, cuius baſis in Zodiaco, apex in centro terræ, de quibus ſic Iamblichus lib. de myſter. Ægypt. *Diuidentes*, inquit, *cœlum in partes duas, vel quatuor, vel duodecim, vel triginta ſex, vel harum duplas, vel aliter quomodocunque; principatus his quoque præficiunt aut pauciores, aut plures. Rurſum ducem vnum his anteponunt, atque ita hi Ægyptiorum tractatus de principijs eſt veluti per pyramidem, quæ à baſi, id eſt, à multitudine progrediens in vnum, ab vno deſcendit in multitudinem, ab vno videlicet gubernatam, à DEO vndique indefinita natura, ſub quodam termino definito ſit imperioſe comprehenſa. Præcipuè verò ab excelſa omnium cauſa vnitate. Materiam verò produxit DEVS materialitate, videlicet ab eſſentialitate ſubderiuata, quam opifex ceù vnitatem aſſumens, ſimplices, impatibileſque ſpharas effecit, ipſam verò poſtremùm accepit ad generabilia, & corruptibilia corpora conficienda.*

Zodiaci, Deorumque ſingulis eius partibus diſtributio.

Iamblichus.

Zodiaci, Deorumque ei præſidentium diſtributio.

Cùm itaque in hiſce pyramidibus omnia fiant, acceſſuſque Solis ortum rerum, receſſuſque ab illis earundem interitum cauſet, certè minimè incongruè rerum omnium naturam per pyramidem repræſentarunt, imò ſingulis iſtis duodecim dodecamoriorum pyramidibus, totidem Horoſcopos, decanos, Iſiarchos præfeciſſe, Author eſt Mercurius cap. 8. ad Aeſculap. qui ſic incipit: καὶ γὰρ δαίμονες εἰσὶ & ſic deinceps, hoc eſt, *Circa ipſum quamplures ſunt Genitorum cœtus, variis copijs conferendi, ac familiares, non procul ab immortalibus exiſtentes, hanc autem regionem ſortientes humanis Ephoros agunt; quæ autem à Dijs iubentur, exequi pergunt turbinibus, procellis præſteribus, ignis mutationibus, terræ motibus, inſuper furia è bellis impietatem vlciſcentes*; Et paulò poſt: *Sol autem eſt omnis generis conſeruator, & educator.* Et cætera, quæ ſequuntur, quibus verbis nihil aliud inſinuat, quam diuerſitatem effectuum ex diuerſarum ſtellarum, in diuerſis dodecamoris exiſtentium commixtione productorum. Atque hi ſunt duodecim illi Horoſcopi Dij, quibus præeſſe dicit Pantomorphum cum ſeptem Vſiarchis, de quibus multa citato capite Triſmegiſtus, qui quidem nihil aliud ſunt, quàm duodecim ſigna Zodiaci, quæ illi duodecim minores Deos, & ſeptem Planetæ, quos Vſiarchos, ſeù maiores dicebãt Deos, & Dœmones; Vndè Artephi, verba eius ſunt: وكان بعين شمس الهيكل شمس وفيه اثني عشر الاعمون متدليين اثني عشر البروج الاسرار العنصر *Fuit autem Heliopoli templum Solis, & in eo 12. columnæ ſignificantes duodecim ſigna Zodiaci, & elementorum arcana*; id eſt, 12. Horoſcopos Dœmones veluti duodecim Solis quoſdam Conſiliarios, ac rerum omnium inferiorum effectores, ac fatorum arbitros, diſpoſitoreſque. Erat autem hoc vnum inter cætera dogmata Aegyptiorum, vt crederent, omnium rerum in hoc mundo exiſtentium perfectiones, bonorum item ac

Zodiaci 12. ſigna cum Dijs ſuis.

Pantomorphos qui?

Vſiarchi qui?

Artephi.

12. Obeliſci Heliopoli.

ma-

malorum corruptiones, latentes rerum conſenſus & diſſenſus; item ſpiritus & materiæ in vnum compoſitum coëuntium mixturam, non fieri, niſi pyramidali quodam progreſſu; adeò quidem, vt ea entia, quæ ab omni corruptionis conſortio remotiſſima ſunt, pyramidis ſuæ baſin ſupra Solis Lunæque vias in Zodiaco ſupramundano fundantes, apice ſuo deorſum verſo corporearum rerum orbitam non tangant niſi in pũcto. Contrà verò illæ res, quæ terrenæ miſtionis inuolucro veſtitæ, in mundo elementari cernuntur, pyramidis ſuæ baſin contrario ſitu in corruptionis centro fundatam habẽt, apice ſurſum verſo, immortalium rerum orbitam nõ niſi in pũcto minimo tãgunt. Hinc illã ABC lucis, hãc DEF tenebrarum pyramidem appellabant, arbitrabanturque, pyramidem tantò plus terrenis rebus immixtam, & tantò maiorem de luciditate ſua iacturam facere, quantò plus inferioribus terreniſque rebus immixta, approximauerit. Alterã verò, quantò plus à rebus corruptibilibus remota aſcenderit, deque terrena & corruptiua qualitate expeditior fuerit, tantò plus lucis & fulgoris acquirere, donec in immenſitate luminis, velut in mari gutta quædam abſorbeatur, vt in ſubiuncta figura patet. Hinc animam lucidæ comparabãt pyramidi, corpus tenebroſæ; Nam Animam corporeis voluptatibus, & cœnoſis delicijs immerſam, grauem, torpidam, & tenebroſam; eam verò quæ rectæ rationis ductum ſecuta, ad incorruptibilium, & cœleſtium rerum contemplationem ſeſe eleuauerit, lucidam, cęleſtem, & angelicam appellabant; à Zoroaſtre ni fallor edocti, qui ab eadem, animam dicebat alatam eſſe, alas perdere, cum corporeis cupiditatibus, & vitijs acquieuerit, eas recuperare, cum ijs recreſcentibus cœleſtia petierit; vndè ſphynges ἱερογλύφους alatas efformabant; verùm de hiſce fuſius tractauimus in præcedẽtibus. Sed & Animam hominis, veluti igneæ naturæ, ſub pyramidis forma adumbrare, vtpotè quæ corpori non ſecus ac baſi, vel ignis fomento, adhæreat, voluiſſe videntur, dum magnifica Regum atque Heroum ſepulchra ſub ingentibus pyramidibus conſtruxerunt, vt teſtarentur, corpore ſoluto & corrupto, animam ſupereſſe, quæ cùm ſummo opifici viſum eſſet, hoc eſt, circulo illo Hermetico 36500. annorum circuitu, aliud corpus ſubintrans electura ſibi eſſet, eâ ferè ratione, quâ Pyramis vt Geometris notum eſt, vertice immoto manente, circumducta baſi, circulum deſcribit, & toto corpore conum, vt circulus annorum illud curriculum ſignificet, conus verò corpus, quod curriculo illo conficitur. Nam Ægyptiorum fuit illa opinio, de rebus in eundem ſtatum 36500. annorũ ſpacio reſtituendis, & ab illis ſe accepiſſe teſtatur Plato, cùm in Timæo ait, ſic factam fuiſſe à DEO animam, vnam accepiſſe illum ex Vniuerſo portionem, quæ procul



Lucida & tenebroſa pyramis quomodo ſumãtur.

Rabbi Moſes fol. 32.

Anima alata

Quid Aegyptij per Pyramides indicent.

Annus magnus Hermeticus quis?

Animæ compoſitio exilia tones.

Procul dubio vnita puncto illi, quod in pyramidis vertice est, significatur. Secundam autem primæ partis duplam; Tertiam secundæ sesquialteram & primæ triplam; Quartam secundæ duplam; Quintam tertiæ triplam; Sextã primæ octuplam, postremò septimam quæ partibus viginti sex primam excederet. Post hæc dupla & tripla interualla repleuisse, quibus numeris certè nihil aliud significat, nisi expansionem illam linearum, quæ à puncto ad basin tractæ angulos efficiunt, & per interualla ipsas superficies, quæ lineis clauduntur. Ex quo apparet, illum hæc quoque ab Aegyptijs accepisse. Quæ omnia egregiè nobis ob oculos posuêre Aegyptij per allegoricam illã duorum Deorum Arimanij & Orimazis ἀντιτεχνίαν qui eam à Zoroastre acceptam suis fabulis & mysticis narrationibus, sicuti multa alia inseruerunt; Rem sequentibus verbis narrat Plutarchus: *Enim verò illi multa quoque de ijs fabulosa narrant, cuius generis est, quod refert his verbis: Orimazen, natum aiunt è luce purissima, Arimanium è caligine, eos bellum inter se gerere; Sex DEOS fecisse Orimazen. Primum beneuolentiæ; Secundum veritatis; Tertium æquitatis; Quartum sapientiæ; Quintum diuitiarum; Sextum voluptatis. Arimanium totidem DEOS hic contrarios effecisse. Deindè Orimazen sese triplicasse, & à sole tanto sese interuallo remouisse, quanto à terra Sol abest, ac Cœlum stellis decorasse, vnamq; ante alias, tanquam custodem & speculatorem constituisse Syrium; alios porrò viginti quatuor DEOS condidisse & in ouo posuisse, ac totidem numero factos ab Arimanio, ouum illud perforasse, hinc mala bonis esse permixta.*

Allegoria de Orimaze & Arimanio.

Quid porrò Zoroastres hoc allegorico dicendi genere insinuare voluerit, multorum sanè torsit ingenia. Nos ad mentem Aegyptiorum ea sic explicamus: Arimanius ille & Orimazes, contraria denotantes principia apud Aegyptios nihil aliud fuerunt, quàm Osiris & Typhon; quorum ille totum id, quod bonum, constans æqualitate, ac naturæ, teste Sinesio lib. de prouid. consentaneum est; Hic totum id, quod mutationibus, corruptionibus, similibusque imperfectionibus obnoxium est, & vt recte Plutarchus ait, *non siccitas tantùm, aut ventus, mare, tenebræ, sed quæcunque naturæ pars damnosa est, & corrumpendis rebus apta, Typhonis est.* Bellum autem inter se gerere Typhonem Arimanium & Orimazen Osiridem, dicunt, ob naturæ omnia ex contrarijs pugnantibusque principijs componentis, consensum dissensũque, quâ

Interpretatio allegoriæ de Orimaze & Arimanio.

Sinesius de Prouid.

Orimazes Osiris & Arimanius Typhon natura contraria principia notat.

Frigida pugnan cum calidis, humentia siccis
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.

Quam proindè maximam contrarietatem Empedocles in ἐντιμίζει teste Aristotele ponit, cuius verba hæc sunt. Εμπεδοκλὴς φησὶν, ὅτι φύσις οὐδὲν ἐστιν ὄντων; ἄλλα μόνον μίξις καὶ διάλλαξις μιγόντων. *Quod natura nihil sit eorum, quæ sunt, nisi solum ad mistio mistorumque immutatio, quæ etiam duas facit ἀρχικὰς δυνάμεις, scilicet principiorum contrarietates longè discrepantes.* φιλίαν καὶ ὧν ἢ μὲν ἐστὶ, inquit Plutarchus lib. 7. ἐνοτικὴ τὸ δὲ διαστρεπτικὸν amicitiam & discordiam, quarum altera vnitiua, altera diuisiua, iuxta illud Lucretij.

Empedocles.

Id

Id quod Anaxagoras sibi sumit vt omnibus omnes
Res putet immistas rebus latitare, sed illum
Apparere vnum, cuius sunt plurima mixta.

Lucretius.

Porrò Orimazes sex DEOS fecisse dicitur, hoc est sex planetas, seu quos supra Vsiarchos Hermeticos diximus, veros Orimazis, seù Osiridis, aut Solis filios veluti à lucis fonte prognatos. Suntque:

Orimazes 6. Deorum cōditor, quomodo intelligatur.

Qui sunt in Archetypo mūdo.	Saturnus Æquitatis	quos alio nomine Iamblichus vocat.	Emeph	nos rectus ex disciplina Aegyptiorū vocamus	ϧⲉⲙⲫϯ
	Iuppiter Beneuolentię		Icthon		ⲁⲙⲙⲱⲛ
	Mars Veritatis		Phta		ⲡⲟ̄ⲥⲓⲣⲓⲥ
	Venus Voluptatis		Amun		ⲓ̀ⲥⲓⲥ
	Mercurius Sapientiæ		Vulcanus		ϧⲉⲣⲙⲁⲛⲩⲃⲓⲥ
	Luna Diuitiarum		Osiris		ⲛ̄ⲉⲫϯ

Quibus totidem contrarios Typhon Arimanius, id est, vnicuique Beneficorum, alium ipsi contrarium & maleficum, cuius maligno aspectu in agēdo remoraretur, opposuit. Sed audiamus verba Iamblichi. *Primus*, inquit, *Deus ante Ens & solus pater est primi DEI, quem gignit manens in vnitate sua solitaria, atque id est superintelligibile, estque exemplar ipsius, quod dicitur sui pater, sui filius, vni pater, & DEVS verè bonus, ille enim maior, & primus, & fons omniū, & radix eorum, quæ primum intelliguntur, & intelligunt, scilicet idearum. Ab hoc vtique vno DEVS per se sufficiens seipsum explicauit, ideoque dicitur per se sufficiēs sui pater, per se princeps. Est enim hic principium, DEVS Deorum, vnitas ex vno super essentiam, essentiæ principium, ab eo enim essentia: propterea pater essentiæ nominatur. ipse enim est supereminenter Ens, intelligibilium principium: hæc sunt principia omnium antiquissima, quæ Mercurius proponit Dijs Aethereis, Empyreis, Cælestibus, componens de empyreis, hoc est igneis, libros centum, totidemque de aëreis, mille de cęlestibus. Secundum verò alium ordinem, proponit DEVM Emeph Dijs Cęlestibus tanquam Ducem, quem ait esse intellectum seipsum intelligentem, atque in se intelligentias conuertentem. Huic vnum impartibile anteponit, quod appellat primum exemplar, aut expressionem aut effigiem, quod Icthon appellat, in quo est primum intelligens & intelligibile primum, quod solo silentio colitur, præter hos autem, rerum apparentium opificio alij Duces præsunt. Nam opifex intellectus, qui & veritatis est dominus atque sapientia, quatenus in generationem progrediens occultam, latentium rationum potentiam traducit in lucem, Aegyptiaca lingua vocatur Amun. quatenùs autem sine mendacio peragit omnia, Phta nuncupatur, & quatenus artificiosa simul cum veritate agit, Phta siue quod idem Vulcanus dicitur. Quantum verò effector est bonorum, appellatur Osiris, aliasque denominationes habet propter potentias, actionesq; differentes. Est & alius principatus apud illos super elementa tota, in generatione posita, virtutemque eorum, quem Soli tribuunt. Item alius principatus super naturam omnem, quæ in generatione versatur, Lunæ tribuitur.* Atque hactenus Iamblichus. Ex quibus apparet, hæc omnia Ægyptios iuxta analogiam in tribus diuer-

6 Contrariorum Deorum conditor Arimanius.

Iamblichus de mysteriis.

diuersis mundis, supramundano, cœlesti & elementari elucescentem considerasse, adeò quidem, vt Orimazes cum sex Dijs suis, quos supra eum creasse diximus, seù, quod idem est, suis assechis Dijs Emeph, Icthon, Phta, Vulcano, Amun, Osiri, idem sit in supercœlesti mundo seù Archetypo, quod in cœlesti Sol, cum sex reliquis planetis, & in Elementari mundo, quatuor elementa cum tribus rerum corruptibilium gradibus, Entitatiuorum, Vegetabilium, Sensitiuorum, in quę agunt, quèis ingeniosè insinuare volebat, horum trium mundorum, vnius ab altero dependentiam, adeò quidem, vt nec Elementaris sine cœlesti, nec hic sine supramundano mundo, speciali influxu agere possit.

3. Mundorū dependentia.

Quod porrò Plutarchus dicit: Orimazis Dijs Arimanium ἀντίθεον sex alios opposuisse, & hos inter duos medium fuisse Mythram à Persis Mesytem vocatum, significauerunt vim Planetarum beneficam per Orimazem Osiridem, & vim maleficam per Arimanium Typhonem. per Mythram autē Horum siue Apollinem, qui hic, vt in multis alijs locis confunditur cum Osiride, hoc est harmoniæ omnis Authore, qui calida frigidis, humida siccis, bona malis permiscens, per generationes, corruptiones, ortus & occasus, rerum, veluti in Heptachordo quodam grauia acutis, acuta medijs, media infimis, hæc supremis temperando, gratissimam in mundo excitat harmoniam iuxta illud:

Quid Mithras inter Orimazen & Arimaniū medias?

Mentis Apollineæ vis has mouet vndique Musas.

Mala igitur permiscentur bonis, vt bona in bonitate sua roborentur, & validiora reddantur. Sed vt illa omnia meliùs patefiant, antitheseos Deorum ἀντιτύπων paradigma quoddam hîc apponere voluimus.

Antithesis Deorum Oromazis & Arimanij.

Osiridis seù Orimazis virtus in	♄	Frigefacit	indurantur	tēperies siuè rerū melanconica complexio.
	♃	Calefacit	concoquuntur	Sanguinea rerum dispositio.
	♂	Siccat	maturantur	Cholerica rerum dispositio.
	☿ Salubriter	Humectat	nè marcescant conseruantur & fœcūdantur	temperies sanguineō-phlegmatica.
	♀	Cōglutinat	Vniūtur ex diuersis in vnum.	Rerum mistio diuersa, & disparata cōplexio.
	☾	Perficit.	formam à natura intentā acquirunt.	Perfecta temperies.

Vndè res in majori mundo — in elemētarimūdo

Mythras

Mythras seu Μιθρης, *Horus, Apollo, id est Harmoniæ Author.*

EST autem Horus filius Osiridis, seu Solis facultas, ac temperies quædam aëris ambientis, omnia seruans & alens.

Typhonis Arimanij virtus in	♄ Frigore nimio extinguit.	Vndè in majori mundo	Niuium, grandinis, glaciei, nociua vis.	Vndè in minori mundo	Melancholica cõplexio. ἄκρατος.
	♃ Calore nimio cõburit		Pericula fulminis, fulguris, & tonitrui.		Sanguinea complexio dissoluta.
	♂ Siccitate nimia humorẽ omnem tollit.		VndèCometę, Stellæ nouæ, igneæ impressiones.		temperies Cholerica causa cædium, bellorum, & litium.
	♀ Humore nimio suffocat.		Pluuiæ, imbres inundationes.		temperies Venerea in monstrorum generationem prona.
	☿ Omnia fraudulenter & malignè commiscet.		Prodigia & portenta in aëre.		temperies disparatissima, machinatrix malorum.
	☽ Vtriusque terminos caloris & humoris excedens.		Diluuiorum & terræ motus omnis corruptionis origo.		intemperies humorum & omnium infirmitatum causa.

Nè verò violenta ista Typhonis vis Osiridem penitus opprimat, ecce Mythras in medio eorum, rerum ille Horus Apollo, totius sanitatis, ac medicinæ parens, qui varia contra malignos illos radiorum incursus, media præstat; herbas, frutices, arbores, radices, animalia, gemmas, lapides producẽdo, quẽis ab omni frigoris, caloris, siccitatis, humoris vehementia; quin & à fulminis quoque grandinis, inundationis, sterilitatis, famis, similiumq; malorum periculis, tuti reddamur & securi. Quæ omnia confirmat Plutarchus hisce verbis. *Zoroastres autem inter Orimazen & Arimanium Mythram medium statuit, quem Persæ ideò* μιθρην, *id est, mediatorum seu intermedium nuncupant; docuitque eum placandi, oblatarumque victimarum illi immolandarum modum & rationem. Hinc aueruncandi mali causa institutas esse prophylacticas. Herbam enim quandam omomi appellatam, in mortario tundentes Ditem inuocant & tenebras, tum admixto lupi iugulati sanguine efferunt, & abijciunt in locum (scilicet in Arimanij Typhonis receptaculũ) quo radij Solis nõ pertingunt (credentes hoc contra Typhonem illum Arimanium esse veluti amuletum quoddam.) Nam & de stirpibus ita iudicant, quasdam boni genij esse, mali quasdam genij, & animalium alia uti canes, aues, echinos terrestres bono; aquatica (utpotè è Typhonica stirpe prognata) malo adiudicant. Itaque perbeatum illum prædicant, qui plura interfecerit.* Atque

Omomi herba quid præstet.

ex

ex hoc veluti fonte quodam omnis Ægyptiacæ superstitionis de Geniorum malorum & bonorum attractione profluxit insania; vt passim in toto hoc tractatu videbitur.

Præterea dicit Plutarchus; Orimazen sese triplicasse, hoc est, virtute sua triplici mundo supramundano, cœlesti, elementari communicasse, tanto interuallo supra Solem sese extulisse, quanto Sol à terra abest, hoc est, ad orbitam stellarum fixarum (quam à Sole antiqui putabant, tantum distare supra, quàm infra, terram) stellas etiam ornasse, id est, communicato lumine, inter cæteras naturæ res, maximè ob luminis, quod copiosiùs participabant, claritatem. His ita factis, viginti quatuor Deos conditos in ouo posuisse, viginti quatuor sidera, quæ essent veluti arbitri & rerum mundanarum dispensatores, quos in ouo, id est, mundo, quem, teste Eusebio, Porphyrio, Iamblicho, alijsque, vt in sequentibus copiosè probabitur, Ægyptij ouo comparabant, condidit. Cui totidem Arimanius δαίμονας ἀντίτεχνους oppositi in eodem ouo conditos, id est, totidem opposita sidera, in regione septentrionali posuit; quorum radij maligni Beneficorum radijs permisti, bonorum malorumque commistionis causa fuerunt. Quæ vt clariùs intelligantur.

Orimazes 24 Deos in ouo condidit, totidem Arimanius.

Nota Ægyptios quadraginta octo constellationes in Cœlo obseruasse, quæ ex eorum instituto recitat Aratus & Hyginius, quarum viginti quatuor ponebant in plaga Hemispherij Australis, quod ipsi, teste Plutarcho, vrnam lucis, Osiridis Regnum, dextrum mundi latus, salubre beneficium appellabant, & totidem ex parte Boreali, quam ipsi sinistrum mundi latus, malignum, veneficum, femininum, tenebrarum originem, Arimanij seù Typhonis regnum dicebant, atque ob eandem causam Nilum diuinum quid existimabant, & Osiridis defluxum, eò quòd ex Australi plaga Osiris, aut Orimazis regno originem suam duceret; mare, quod Ægypto erat Boreale, spumam Typhonis appellantes; veluti pessimum quid abominabantur: vtpotè in quo bonorum omnium largitor Nilus, Osiris defluxio seù lachryma fœcunda absorberetur, bonorum & malorum commixtionis esset causa.

48 constellationes ab Ægyptijs positæ.

Nilus Osiridis defluxus.

Spuma Maris Typhon dictus.

Atque hinc quoque per Typhonis insidias & tyrannidem, teste Plutarcho, significant vim exsiccatiuam humorum, quibus augetur & nascitur Nilus. Regina verò Æthiopiæ, quæ Typhonem adiuuasse dicitur in fabulis, flatus Australes ex Ægypto denotat, qui si vincant Etesias, à quibus versus Æthiopiam nubes pelluntur, prohibentque imbres decidere, quibus Nilus augetur, tum prævalens Typhon æstu vrit, ac planè obtinens Nilum in diuersam partem ob imbecillitatem fluentem cauo alueo, & humili in mare expellit. Hæc Plutarchus.

Ex quibus patet, hosce viginti quatuor ἀντιθέους nihil aliud esse, nisi viginti quatuor constellationes Australes, totidemq; Boreales, de quibus sic de Chaldæorum Dijs philosophus loquitur apud Bulengerum: *Post Zodiacum circulum*, ait, *alia viginti quatuor sidera definiunt. Quorum alteram partem ad Boream,*

Boream, alteram ad Austrum collocant, & eo numero siderum, quæ sub aliorum sensum cadunt, in lucida regione viuentibus assignant; quæ aspectum fugiunt, in tenebrarum regno, mortuorum esse volunt. Atque hos Vniuersi ordines constituunt. Hæc itaque vnà cum Sole, eas annua reuolutione perlustrante, pyramidibus actionum suarum παραλλήλως obuersis, magnarum passim in hoc mundo mutationum sunt causæ; Cuius typum aspice.

Oui Zoroastræi mundani vera Effigies.

IN quo vides 24. stellas in Borea, & 24. in Austro, cum totidem obuersis pyramidibus, 24. candidis, & totidem nigris positas; qui Geniorum lucis & tenebrarum supradictorum radices sunt.



Atque ex his apparet manifestè, quam benè hæc allegoria de duobus oppositis principijs à Zoroastro conficta quadret cum ijs, quæ supra de duodecim Horoscopis, septem Vsiarchis, triginta Decanis, alijsque Hermeticis Genijs ex Iamblicho de Opifice illo intellectu, de Icthon, Amun, Emeph, Phta, Vulcano, Osiride, & eorum principatibus & substitutis retulimus, quæ benè inter se comparata, tametsi diuersis nominibus, & de alijs fabularum, ænig-

ænigmatumque inuolucris inſtituta, diuerſa quædam ſignificare videãtur, eadem tamen naturæ myſteria, & idem in varias formas transformatum repræſentare videbimus; in quantum, vt diximus, per ea nihil aliud, niſi ſecundam illam radiorum, ex Solis, Lunæ, reliquarumque ſtellarum corporibus, in vniuerſi mundi partes, pyramidali quodam proceſſu deriuatorum naturam omnia penetrantem, omniaque virtute ſuâ impregnantem, ſapiẽter denotant. Sed de his ſatis.

ΕΠΙΛΟΓΙΣΜΟΣ.

De Numeris myſticis, ſub Obeliſcorum figuris contentis.

NVnc porrò, quâ ratione prædicta naturæ myſteria per myſticos numeros in Obeliſcorum figura contentos expreſſerint, videamus. Cùm enim Iamblichus, Pythagoram & Platonem omnem ſuam philoſophiam reconditiorem (cuius maiorem partem geometricis figuris ac numerorum, proportionumque harmonicarum velamentis tectam, ſuis diſcipulis ſub magno ſilentio tradidit) è Mercurij columnis ſeù pyramidibus didiciſſe luculenter dicat; Moſen quoque hũc, cùm in Aula Pharaonis educaretur, incubuiſſe, quin & Arithmeticâ, Muſicâ, ac totâ reliquâ Ægyptiorũ ſapientiâ imbutum, Philo in vita eius teſtetur; manifeſtum eſt, eos ſummo ac ſingulari ſtudio in myſticas illas numerorum, ac Muſicæ proportiones in naturæ maieſtate eluceſcentes, ritè percipiendas ſummo ſtudio incubuiſſe; maxima myſteria ſub ijs latentia adumbraſſe, vti ex ijs, quæ iam dicemus, patebit.

Moſes Aegyptiorum ſapientia imbutus.

Vnitas in Obeliſco.

ESt itaque in pyramide apex, punctum, vnitas, numerorum omnium fons & origo, quâ Ægyptij innuebant diuinæ creaturarum originis, æternique principij genuinum archetypon, vnum illud ac ſupremum rerũ faſtigium; à quo, & per quod, & ad quod omnia ſunt, & ordinantur, & permanent, continentur & implentur: Circulus nimirum ille Hermeticus, cuius centrum vbique, circumferentia nuſquam. Sicut enim apex eſt principium pyramidis, à quo veluti ab vnitate omnes reliqui pyramidis numeri per lineas & ſuperficies radioſas profluunt, ſic vnitas ſupremi illius rerum opificis, omnis ſcilicet, creaturæ origo genuit peperitq; multitudinẽ entium, ab indiuiſa vnitate, quaſi ſuum quendam motum à numerorũ choro procedentem; Atque hic eſt Pythagoricus ille Apollo, ſeù primus ille opifex intellectus; hic, Iamblicho teſte, Pantomorphus ille Hermeticus, ac Ægyptius Proteus in omnes ſeſe formas transformãs, de quibus in præcedentibus; & ab Hebræorũ Macubalim benè repræſentatur per אין סוף Enſuph, magnũ illud in arbore Zephiroth ſacramentũ, quæ eſt vena & fons vitæ, primis & altiſſimis

Apex in obeliſco quid indicet.

Enſuph apud Cabaliſtas quid?

mis principijs, atque indè per analogiam quandam phyſicis elementis applicatus. Vnitas igitur, Proteus propriè dicitur, eò quòd in omnibus rebus πρῶτον, id eſt, primas teneat. Quia autem res in ipſo vno nihil inter ſe differunt, ſed omnes vnum ſunt, vti Platonici demonſtrant è Parmenide, factū eſt, vt de vno diceretur, omnes res fieri; & ſicut omnia in vno ſunt, ita vnū fieri omnia; non aliter atque ex vno omnis numerorum diuerſitas enaſcitur. In varias igitur ſpecies vnum permutatur, in omnibus tamen vnitas illa Protei primas tenet. Ex vno ergò primùm procedit πῦρ. id eſt, Ens, quo vnum ad actu eſſe, contrahitur; quod ità Pythagorici ab Ægyptijs edocti demonſtrant: Vnum ergò principio parit duo, in hoc infinitam ſuam potentiam perdens, eodem modo materia vni reſpondens, infinitæ eſt potẽtiæ, & in omnia rerum genera, quæ per puncta, lineas, ſuperficies, corpora in pyramide repræſentantur, permutatur; atq; idcircò illa πρωτεία à Peripateticis vocatur ob eãdẽ rationẽ, ob quã vetuſti philoſophi Protea, eã nominarũt. Quemadmodum igitur ab vno omnia procedunt vti primo & generaliſſimo principio, omnibus rebus intrinſeco, & in apice ſubſtantiæ intexto; ità à materia quoque omnia corpora tanquam à primo principio dependent. Atque per hanc Analogiam ab Homero Protheus pater dictus eſt idotheæ, non ſecùs ac vnum pater eſt reſpectu duorum vel entis; præterea à qui primũ domus quærit principium, ad fundamenta deſcendit, ſic qui corporum omnium primum quærit principium, ad materiam primam deſcendit. Sed iam ad Binarium procedamus.

Vnitatis deſcriptio.

Quid Protheus?

Dyas in Pyramide.

EST in pyramide δυὰς per duarum quorumuis laterum linearum fluxum indicata, quæ cùm diuerſitatis, inæqualitatis, diſſimilitudinis ſit principium & vnitatis diſtinctio, caluſque ſit primus ab vno, non immeritò diſſectionis in omni diſciplina cenſetur numerus, quo ab Ægyptijs oppoſitarum inter ſe diſtributio, & pugnantium in natura qualitatum viciſſitudines non incongruè à Perſarum Magis, ſub Arimanij & Orimazis allegoria, ſeù ab Ægyptijs ſub Oſiridis & Typhonis hiſtoria repręſentatæ indicantur. Hinc Pythagorici, teſte Plutarcho, vtrumque principium diuerſis afficiunt nominibus, vt bonum, vnitatis, finiti, quieſcentis, recti, imparis, quadratæ, æqualis, dextri, ſplendidi: Malum verò, binarij, infiniti, in motu verſantis, curui, paris, alterâ dimenſione longioris, inæqualis, ſiniſtri, tenebricoſi, nomine indigitant; atque hæc eſſe principia ortus rerum ſtatuunt. Hinc Oſiris dicitur omne id, quod, vt ſupra dictum eſt, beneficum eſt, teſte Syneſio lib. 1. de prouident. Typhon autem omnium, vt cum Syneſio loquar, malorum officina, quem & Seth, Bebon & Smy appellant Ægyptij; quibus verbis violentam quandam inhibitionem, contrarietatem & euerſionem indicant, ſine quibus Horus, ſiuè mundus ille ſenſibilis conſeruari

Binarij numeri ſignificatio

Nomina Typhonis.

nequaquam potest; Ac proindè rectè Ægyptij, vt apud Manethonem in Plutarcho legitur, ossa Hori magnetem dicebant, Typhonis ferrum; sicut enim ferrum in magnete diuersos tractionis & repulsionis motus experitur, ita mundi motus salubris, bonus, & ratione constans aliquomodo versat, ad se ducit, atque molliorem reddit obsequentem sibi duram illam & Typhoniam vim. Hinc Mercurium fabulantur, teste Plutarcho, Typhonis neruos excidisse, ijsque pro fidibus vsum concinnando vniuersum, id de dissonante consonum reddidisse, & vim interea mundi non oboleuisse, sed impleuisse, vndè fit, vt ea imbecillis atq; languida, in hoc mundo mutationum, affectionumque variarum corporibus adhærescat, & in terra quidem cōcussiones, tremoresque, in aëre æstus, ventosque intempestiuos, tùm turbines igneos atque fulmina moliatur; aquas etiam & spiritus pestilentiæ lue inficiat, & vsque ad Lunam excurrat, seseque efferat sæpè splendidum obfuscans aërē; atque hæc duo rerum principia, benè in pyramide per duarum linearum ex vno puncto fluxum denotant: quamuis alij hunc binarium ad formarum productionem torqueant. Quemadmodum enim ab vno binarius oritur, ita seruatâ ratione similitudinis è potentia materiæ primò educitur forma, atque idcircò ab Homero non εἶδος, sed εἰδοθέα, id est, formarum Dea nominata. Hæc ergò fuit antiquorum consideratio, qui omnia ab vno, perpetuâ quâdam, & continenti per omnes rerum gradus, catenâ deducebant, & ijsdē passibus ad vnum referebant. Quia igitur in resolutione vltima est materia, necessariò erit prima in corporum compositione, quod benè per apicē pyramidis patet, qui dum in lineas, superficies, corpus, & ex his in se ipsū redit, pulchrè hunc processū docet, atq; ea de causa meritò materia Proteus erit in physicis, quemadmodū vnum, Proteus in prima sapientia dicebatur; & quia forma penultima est in resolutione, vt secunda sit in compositione, atque ita rationem subeat binarij, cuius natura Pythagoricis fœminea est; idcircò optimè illi prisci, siuè Sophi, siuè Magi, aut etiam Sacerdotes, naturæ ordinem in rebus componendis & resoluendis secuti, materiam Proteam nominabant, & DEVM, formam secundam statuebant, illius proindè filiā, sicuti dualitas est vnius; quam & Ægyptij per Oceanum Patrem & Tethyn matrem innuebant; sed de huiusmodi hic satis.

Ossa Hori magnes Typhonis ferrū

Typhonis neruos excisos in Lyram animauit Mercurius

Τρίας *in Obelisco hieroglyphica*.

POrrò ex binario & vnitate nascitur τρίας, quæ in pyramide significatur per. Δ, quod initium ducit à puncto seu monade pyramidis, & per duo quælibet latera in basim extenditur, quâ. Δ. constituitur. Sacra illa & tot antiquorum scriptis celebrata trias; illud Hori Archetypon, verum Platonicum triplicis mundi exemplar, & ideę, vera illa trutina iustitiæ Pythagoricæ ad medium duorum vitiorum vtrinque reducta, numerorum omniū principium, diuinæ triangonum naturæ, totius imperfectionis magistra ac

Ternarij numeri laus.

naturæ

naturæ mancæ complementum, formarum appetitus in Proteo vigentis vnicum centrum, pyramidis myſticæ fundamentum, fons & origo corporum, quâ ad myſticas ſignificationes & reconditas rerum explicationes nihil vberiùs. Sicut enim par primus, nempè dualitas eſt diuiſio, primaque diuerſitas, ac caſus, vt diximus, primus ab vno, ſic ternarius primus numerus impar eſt, quaſi reditus ad vnum atque principium, & perfectior eſt pari, cùm illum comprehendat, non ab eo comprehendatur, vndè aptiſſimus numerus eſt juſtitiæ, ſiquidem in paribus juſtitia quaſi diſſoluta eſt ſine medio, vt rectè admonet Plato lib. 1. de legibus, nec vllum, quo innitatur, cardinem habet, ſed in ipſo impari, ſuper ipſum vnum, eſt medium quaſi centrum atque Numen, quo æqua diſtributio, & ad quod quaſi finem regitur: impar etiam propter medium ſuiipſius vinculum, vt rectè Plotinus dicit, ſuiipſius vinculum intra ſe poſſidet, & propter centrum circulare exiſtit, & propter comparationem exrtemorum ad medium, vniuerſi ordinis principium eſt; in ternario enim principium, medium, finis eſt. Vndè & τὰ τρία πάντα, & priſci quoque Theologi, vt principium, medium, & finem in DEVM referenda deſignarent, tria in ſacrificijs offerebant.

Terna quidem diuis cæleſtibus hoſtia, & ipſa
Candida mactanda eſt, terna & terreſtribus atra. Apoll. Oracul.

Item Stratus.

Forma ſacrificij perfecti priſca,
Tres panes offerre iubet.

Et apud Theocrit. Idi. 2.

Ἐξ ἐξ ἀποσπένδω καὶ ἐξ ταῦτα πάντα φωνῶ·
Ter libo, ter & hæc pronuncio myſtica verba.

Hinc Ægyptij ter quoque, teſte Plutarcho ſuas ſuffumigationes manè, meridiè, & veſpere inſtituebant, & certè hunc numerum plenum myſterijs in ſumma ſemper veneratione fuiſſe, teſtantur tot trigonæ rerum ſpecies, & formæ, tot nimirùm pyramides, tripodes, triangula, item varia, quæ paſſim tùm in Obeliſcis, tùm potiſſimum in Bembinæ tabulæ ſchematiſmis occurrunt, quæ ſuo loco fuſè interpretabimur. Potiſſimum tamen per triangula in pyramide repræſentata, nihil aliud inſinuare voluerunt, teſte Plutarcho, niſi vniuerſi naturam, & ideam quandam Oſiridis; Iſidis & Hori, per tres operationes & effectus repræſentatam; nam Typhon ille crudelis, quem per binarium ante repræſentauimus, diuellendo corpus Oſiridis, & in multas partes diſſipando, ab vno ad multa, à perfecto in imperfecta, à toto ad partes, à bono, quòd ex integra cauſa, ad malum è quouis defectu, conſtat, procedendo, multas in natura rerum diſſenſiones, & inimicitias periculoſas diſſeminauit per binarium ſignificatas, quas impedire cupiens prouida naturæ pars Iſis, Oſiridis diſſipatas partes ſedulò inveſtigans, inuentas partes partibus, membra membris adaptando in integrum reſtituit Oſiridem, ex quorum deindè congreſſu natus ſenſibilis illa pars mundi Horus, quę per trigonum hoc noſtrum apprimè exprimuntur; Ritus ternario numeri peracti.

tur; ſed audiamus Plutarchum, de hiſce veluti eâ tripode loquentem: *Iam*, inquit, *præſtantior & diuinior natura ex 3. conſtat, o quòd mente cernitur & materia, & quod ex his compoſitum eſt, Græcis κόσμος, id eſt, mundus dicitur. At Plato quidem primum illud ideam, exemplar, patremque nominat. Materiam matris, nutricis, ſedis, & regionis ortuum capacis vocabulo notat; quod ex vtroque conſtat, prolem, ortumq; nominare ſolet; Ægyptios autem probabile eſt Triangulorum pulcherrimo inprimis comparaſſe vniuerſi naturam, quâ comparatione etiam Plato, in Rep. videtur vſus, vbi figuram nuptialem, γάμου γραμμὴν, componit. Conſtat id Triangulum tribus lateribus, quorum baſis eſt 4. rectum angulum ad eam conficiens triangulum, & hunc ſubductum angulo latus 5. ſcrupulorum, & alterũ 3. tantùm poteſt, quantùm latera eum conficientia. Intelligendum autem eſt, linea ad rectum angulum alteri inſiſtente marem, baſi fœminam; ſubtendente prolem vtriuſque repræſentari; & Oſirin eſſe principium, Iſidem receptaculum, Orum effectum; Ternarius quippè primus eſt impar, ac perfectus numerus* Hæc Plutarchus. Ex quibus ſanè patet, nihil hoc loco aliud nobis deſcribi, quàm celeberrimam illam Hecatomben Pythagoricam; tot myſterijs celebrem, tam infiniti in Mathematico negotio vſus; vt proindè vehementer dubitem, ne fortè Pythagoras tantum arcanum geometricum ab Ægyptijs primò acceptum, deindè ſui juris, inuentioniſque fecerit. Si enim quinque ſcrupulorum ſubtendentem trianguli lineam in ſe duxeris, prodibunt 25. quadratum; & totidem ambientium laterum lineæ 4. & 3. ſcrupulorum quadrata 16. & 9. conficiunt. Quibus ſanè maxima in natura myſteria innuebant; ſed de his alibi. Ex his itaque patet, quanto ingenio per trigonum huiuſmodi, & quanta myſteria exhibuerint. Sed ſignum hic annexum confidam.

Tetras, ſiuè Quaternarius in Obeliſco.

TEtradem, ſiuè quaternarium numerum in Obeliſcis exhibebant, per 4. latera; ſed diuerſo modo: Primò in pyramidio quaternarium triangularem, deindè in reliquo trunco Obeliſci quaternarium quadrilaterum; per illum occultè innuebant mundum angelicum, in quantum ex centro diuinitatis, quæ per apicem obeliſci appoſitè judicatur, in naturam genialem diuinæ naturæ immediatum ſignaculum trigono diuinitatis charactere inſignitę diffunditur; per 4. latera, mundi quadripartiti prę ſidiũ in 12. mundi arces diſtributum, quod aptè ſinguli 3. numeri, 4. triangulariũ ſuperficierum denotant; 3. enim in 4. ducta, conficiunt 12. Iterum 3. ad 4. iuncta, vti 7 conſtituunt, ita totius naturalis perfectionis Genialis mundi ſacramentum judicant. Quatuor verò latera triangularia ad 4. latera quadrangula juncta, 8 conſtituunt, influxus angelicæ naturæ in mundum corporeum aptiſſimum ſymbolum, quibus ſi baſis accedat pyramidis, jam enneadem myſticam angelici & corporei mundi ſymbolũ, pulchrè indicabant, quem & 9. anguli ſolidi, qui in obeliſco quolibet conſiderantur, notabant. His demiq; ſi accederet apex pyramidis, jam 10. conſtituebantur, totius naturæ,

& trium

& trium mundorum archetypi, angelici, ac corporei mundi complementum innuebant; quem numerum tetras illa siuè quaternarius numerus implicitè continebat; si enim 1 2 3 4. ordine posita sibi inuicem junxeris, prodibit decas illa mystica, siuè tretractys tanto à Pythagoricis silentio celebrata, tantis mysterijs inuoluta. Quæ per duos quinarios pulchrè indicabant, quorum prior influxũ diuinæ naturæ in mundum Angelum, ex apice in quadripartitum mundum angelicum; alter verò creaturarum siuè corporei mundi sinum, ex quadrangula basi sursum, versus centrũ continuâ diminutione laterum facta, aptè insinuabant. Præterea vnitatem formalem in sinu Diuinitatis latentem per apicem indicatam, cuicunq; rerum ordini adjunxeris, semper 10 constitues, rerum omnium complementũ; Diuinæ perfectionis typum, & exemplar. Si enim 1 ad 9 tripartitã angelici mundi triadẽ adjunxeris, 10 constitues, numerũ omnia exhaurientẽ, typum Diuinitatis omnia complectentẽ; si ad 2 in quibus vnitas duplicata residet, 8 junxeris, habebis Angelicæ, per vnitatem formalem in mundum inferiorem influxum, videlicet in mundum sensibilem, per 8 cubicum numerum aptè insinuatum. Si iterum 3, id est, Triadem illam totius perfectionis exemplar, 7 perfectionis mundanæ symbolo adjeceris habebis iterum 10. Si deniq; quaternarium, siuè tetractyn illam tantopere à Pythagora celebratam 6 siuè senario numero operationum mundanarũ symbolo adjeceris, denuò resultabunt 10; si deniq; 5 duplaueris; id est, duos quinarios simul junxeris, idem denarius numerus emanabit; vides igitur quomodo ordines mundanarum constitutionum sibi inuicem adjuncti, semper producant 10, id est, vnitas formalis in singulis classibus implicata, reliquis numeris creatarum rerum symbolis adiuncta, semper 10. constituat; totius vniuersitatis cum authore suo aptum hieroglyphicũ; Præterea 1 ad 2 juncta dant iterum triadem, hæc ad triadem juncta generat tetradem, & hæc rursus tetradi juncta, pentadem; & sic singulis numeris ordine naturali continuatis illa adjuncta, generat hexadem, heptadem, octadem, enneadem, decadem, omnium complementum, vltra quam nullus alius, nisi replicatus numerus datur. Hanc itaque philosophiam mysticam sub numeris opportunè in obeliscorum figura exhibuerunt veteres. Verùm cùm ex instituto hanc philosophiam arithmeticã tractemus in Oedipo, hic fusiores esse noluimus. Quibus quidẽ ritè explicatis, jam tertiũ hujus operis librum aggrediamur, ex quo luculenter apparebit Græcorum, veteres, hujusmodi mysticas Ægyptiorum rationes æmulatos, in architectura Deorum, cæterisq; fabulosis narrationibus, ad diuinitatis arcana, rerumq; naturam indicandam, singulari studio, & sub mysticis symbolorum involueris à profanorum intellectu remotis, exhibuisse.



OBE-

OBELISCI PAMPHILII
LIBER III.
MYSTAGOGIA AEGYPTIACA

QVA

Non Aegyptiacæ duntaxat doctrinæ in sacris Sculpturis ratio, sed & Græcanicæ sapientiæ ad normam Aegyptiacæ παραλλήλως institutæ, methodus traditur demonstraturque.

PRAEFATIO.

ADYTI Aegyptiaci fundamentis in præcedenti libro iactis, hoc est, origine, fabrica, ordine, ac hieroglyphicæ doctrinæ symbolis καθ' ὅλως demonstratis: nihil porrò restare videbatur, nisi vt Sacramentorum latentium penetralia altius subeuntes quid tandem per tantum symbolorum apparatum intenderint: quid propriè significare voluerint, aperiremus. Quod nos in hoc tertio libro DEO dante præstituros confidimus; in quo non Aegyptiacæ duntaxat in sacris disciplinis obseruatam rationem, sed & Græcorum doctrinæ mysticæ, quæ Aegyptiacæ parallela hic methodum ἀκριβῶς demonstrabimus, vtriusque sapientiæ, fabularum inuolucris variè occultatæ, interpretationis specimina daturi: Ex quibus, ni fallor, benigno Lectori satis superque patebit hieroglyphicam sapientiam, tum Aegyptiorum, tum Græcorum Aegyptiacæ parallelam doctrinam, ad quatuor potissimũ facultatum principaliũ, Theologicæ inquã, Magicæ, Physicæ, ac Politicæ mysteria repexisse;

xisse; quæ quidem per appropriata symbola eo ingenio conficta expreßerunt, vt vnum & idem symbolum per analogiam quandam in quatuor mundorum Archetypi, Astralis, Elementaris, Politici sibi subordinatorum dispositione clarescentem, dictis quatuor facultatibus subdicta analogia consideratis, pulchrè applicuerint. Patebit quoque ex hoc libro, Græcos nullo nõ tempore in sacrorũ Aegyptiacorũ affectatione, veluti simias quasdam egisse; vt proindè, huiusmodi vestigijs strictè insistentes, alueumque secuti, ad primam, ex qua omnia ad se deriuarunt, fontis scaturiginem, sagacitate duce, facilè nos peruenturos speremus. Verum obmissis verborum ambagibus, rem ipsam cum bono DEO auspicemur.

CAPVT I.

De Mystica fabularum interpretatione.

SACERDOTIBVS Philosophis, cæterisque Ægyptiorũ Hierogrammatistis, cùm acri essent ac subtili ingenio, ac profundâ quadam mentis contemplatione, in disquirendæ veritatis studio continuò occuparentur, ea quæ à vero remotissima passim de Osiride, Isíde, aliorumque Numinùm varia metamorphosi narrarentur, tanquam vera persuadere, difficilè omninò erat. Nam cùm rectæ rationis dictamine, ac naturæ lumine fulti, præter vnum aliquod summum, æternum, infinitum ac incommutabile Numen, à quo quicquid est, veluti ab ideali fonte profluxisset, aliud nõ cognoscerent, nec cognosci posse scirent; cùm præterea admirabilem illam in rebus omnibus eluceſcentem naturæ maiestatem, ordinatissimum illum cælorum concentum, vimque eorum in inferiorem mundum diffusam, nexũ præterea elementorum, ac in omnibus mixtis ἐυκρασίαν illam optimam, consensum etiam latentium in rebus proprietatum dissensumque intuerentur, ea nec à se ipsis, nec aliâ fatali quâdam necessitate existere, sed ab vno illo Numine Numinum ineffabili sic intenta & ordinata, & esse, & conseruari, serio sibi persuadebant. Quare altioribus intenti contemplationibus, fabulas illas, atque historias Deorum, vel confictas, vel occasione narrationum falsarum perperam intellectas, quas rudis, & ad quiduis credendum promptus populus simpliciter intelligebat, illi veluti res rebus difformes, ac incongruas, allegoricâ quâdam, ac symbolicâ interpretandi methodo, excogitatis ad id certis quibusdam symbolis literisque, arcana quâdam similitudine rebus significandis conformibus, tùm ad mores, tùm ad naturæ mysticas significationes, ac denique ad ipsum rerum omnium archetypon transferentes, vt imperitam plebem ea celarent; pyramidibus, obeliscis, cippis, tẽplis, marmoribus, ad excitandam de se posterorum admirationem, incideruntur. Innuit dicta Palæphatus libro περὶ τῶν ἀπίστων λεγομένων, *seu de non credendis fabulosis narrationibus*; scriptor antiquissimus.

Quid Aegyptij per allegoricam illam dicendi rationem intenderint.

Quomodo ex ordine rerum mundi alium in cognitionem vnius Numinis peruenerint.

Palæphatus de fabulosis narrationib.

Hominum inquit alij & ij maximè, qui ab omni ſapientia & eruditione alieni ſunt, omnibus illis, quæ vtique dicuntur, perſuaſi fidem adhibere conſueuerunt. Quidam verò naturâ duce prudentiores curioſique magis, & in rebus negotijſque plurimis verſati, omnia illa, quæ traduntur fieri, vt penitus credant, adduci nequeunt: mihi autem omnia quæcunque dicta iam fuerint, fieri quoque videntur: Neque enim nomen duntaxat fuiſſe exiſtimandum eſt; nullus alioquin ſermo ſuper his exiſteret. Verumtamen ex ipſa primum, reſque fuerunt, ac ſic demum ſermo ijs ſuperinductus eſt. Quæ autem facta reuera fuerant, Poëtæ, nugatoreſque plerique in incredibilia magis, atque admirabilius quodpiam conuerterunt, vt iſta legentes homines in maximam raperent admirationem. Ego verò talia minimè eſſe poſſe, qualia dicuntur, agnoſco.

Poëtæ res ideo ampliarunt, vt poſteros in admirationem raperent.

Hactenus Palæphatus, cui certè aſtipulantur, quotquot de natura Deorum vnquam ſcripſerunt. Ita quidem Lapitharum, teſte cit: Palęphato, qui primi omnium equos aſcenderunt, in equis comparentium ſpectaculum, Hippocentaurorum fabulæ dedit occaſionem. Pari ratione Minois ſcriba, cuius amore Paſiphaë capta, & Tauri ob ſtuprum illatum in exilium amãdati, furor, inſania, & in obuios quoſuis crudelitas originem paſſim præbuit fabulæ de Minotauro labyrintho incluſo. Porrò quid aliud per Actæonem à proprijs canibus deuoratum antiqui inſinuare voluere, niſi Actæonis canũ venationiſque ſtudio nimiũm intenti, curamque rei domeſticæ penitus negligentis, facultatum omnium, ac vitæ denique defectus? Ita nil aliud Heſperidum hortus pomorum aureorum ferax, à dracone cuſtoditus, quæ Hercules dracone interfecto abſtuliſſe fertur, niſi oues (quæ μῆλα, Græcè dicuntur, quo nomine & poma Græcè dicuntur) Heſperidum filiarum Heſperi cuiuſdam Mileſij, quæque ob bonitatem aureę dicebantur, & à paſtore quodam, Dracone nomine, cuſtodiebantur; nihil, inquam, aliud Μυθικῶς quã oues aureas ab Hercule, vnà cum Draconę Paſtore abducto, ſignificat. Vnde ſermo hominum poſtmodum exortus χρύσια μῆλα κλεπτόμενα ἔναι fabulam peperit de malis aureis ab Hercule ſublatis, dracone interfecto. Quid aliud Prometheus plaſmator hominũ primus nobis indicat; niſi quod hic primus fuit, qui homines per leges ſanctè pièque conditas, ad politicam viuendi rationem barbaros & brutales homines formauit. Non ſecùs de reliquis fabuloſis narrationibus, vti de Sphynge Dimorpha, de Ganimedis equis homines deuorantibus; de Dædalo & Icaro, de Aeolo, de Dædali ſtatuis, de Gerione tricorpore; de Orpheo, Pandora, Cerbero, Medæa, alijſque innumeris figmentis à Poëtis traditis ſentiendum eſt. Omnes ſiquidem huiuſmodi fabulas originẽ ſuam, vel à prouerbijs hominum malè intellectis, vel à nominibus rebus conformibus, vel à nominum geſtorumque æquiuocatione, vel à diuerſis denique rebus ſpecie differentibus in vnam conflatis traxiſſe, tradũt citatus Palæphatus, & Fulgentius in myrthologicis quos conſule.

Hippocentaurorum hiſtoria quid denotet.

Minotauri hiſtoria quid? Actæonis fabula quid?

Heſperidum hortus.

Hercules draconis interfector.

Promethei fabula.

CA-

CAPVT II.

De Deorum mystica significatione.

VIrtutes rerum apparentium Deos seù Genios appellatos, testatur S. Augustinus de Ciuitate Dei, Lactantius Firmianus, Eusebius, alijque, quos in sequentibus adducemus. Veteres enim vim cæli, Elementorum essentias, astrorum potentes operationes, latentem denique consensum rerum intuẽtes, totum mundum animal quoddam ingens innumeris genijs, quos singulis rebus vniuersi assignabant, stipatum credebant, de quibus M. Cicero multa ex Stoicorum sententia in 2. de naturâ Deorum: inter cœteras autem πολυθείας rationes ea reposita est ratio, quæ physica est appellata, ex qua plurima Deorum multitudo profluxit, qui specie humanâ inducti fabulas Poëtis, si non Historicis suppeditauerunt, & hominum vitam omni superstitionis genere referserunt; quæ vetus quidem opinio non Græciam modò, sed & nostros, & totum denique orbem oppleuit. Scribit Dionysius Halicarnas. lib. 2. Antiq. Romanos Veteres fabulosa illa Poëtarum figmenta, tanquam omnis superstitionis seminaria prohibuisse, vtpotè, quibus Dij inter se pugnantes, dissidentesque, & adulteria homicidijs miscentes ea facere finguntur, quæ nequidem de Viris probis, taceo de Dijs ipsis, dici possint. Dicta confirmat Eusebius his verbis: *Videtis ne igitur vt à physicis rebus benè & vtiliter inuentis, ratio sit tracta ad commentitios Deos? quæres genuit falsas opiniones, errores que turbulentos, & superstitiones penè aniles. Nam & formæ Deorum nobis, & ætates, & vestes, & ornatus noti sunt*, &c. quæ subiungit: *Quin etiam Varro, antiquos ait simulachra Deorum & insignia, ornatusque finxisse, quæ cum oculis animaduertissent, his qui adijssent doctrinæ mysteria, animam mundi, & partes eius, id est, genios veros animo videre possent.* Hebræi sanè hosce Genios post Ægyptios pro cœteris gentibus, rebus creatis attribuisse videntur; Nam vti in superiori Syntagmate ostensum est, existimabant ij totum mundum plenum Genijs seù formis quibusdam. Inter cœteros autem 70. numerabant, quorũ R. Ioseph Ben carnitol in Cabalica arte celebris magister, in 14. Exod. hisce verbis meminit: ונשרו כל אומות מוסרות ביד שבעים שרים hoc est: *Et relictæ sunt omnes gentes, traditæ in manus 70. Præsidum seu Geniorũ*; Legunt quidam hîc pro שרים *Scharim* שדים *Sedim*, Dæmones, vtroque modo benè; quales autem hi sint, quæ eorum officia, & vnde nomina cõtraxerint, dicemus DEO volente in tertia parte Oedipi, vbi hanc cabulam fusiùs pertractauimus. Alij prædictis consentientes, asserunt nullam herbam in terra esse, quæ non stellam aliquam, aut Dæmonem sibi præsidentem habeat, ita Rambam in Moreh Nebuchim: אין לך כל עשב מלמטה שאין לו מזל ברקיע שמכה אותו ואומר לו גדל *Non est, inquit, tibi vlla herba, aut planta infertus, cui non sit stella in firmamento, qui fulciat eam & dicat ei*

Virtutes rerũ veteres Genios opinati sunt.

Cic. 2. de nat. Deorum.

Vnde multitudo Deorũ?

Dionys. Halic

Eusebius.

Hebræi 70 genios inducunt.

R. Ioseph Ben Carnitol.

Rambam in Moreh Nebuchim.

Elias Leuita in Thisbi. *cresce*. Elias Leuita in Thisbi similia referens, ait: המזילות קורין לשנים עשר משרתים ברקיע שכל אחד מהם משרת לחדש וקורין מזל לחצליח ומזל רע

12. Ministri bonorũ & malorum causa. *Planetas vocant sapientes nostri, duodecim ministros, qui sunt in firmamento, eò quòd vnus quisque præsit vni mensi, & vocantur prosperitas, seu genius bonus & malus:* eò quòd hi duodecim ministri bonorum omnium & malorum causas astruant. Arabes quoque eò lego deuenisse superstitionis, vt inter cœtera sua præcepta, illud quoque de astris non temerè aspicendis posuerint:

Arabes astra DEOS putãt *Caue intueri splendorem astrorum:* اختدز من النظر في شعاع النجوم Existimabant enim Arabes astra DEOS, quæ ob summam reuerentiam fixius intueri nefas putabant, vel vt alij explicant, quia malignorum Geniorum, quos in astris certis residere credebant, noxias influentias incurrere timebant. R. Aben Ezra Exod. 12. cum reliqua Cabalistarum turba eiusdẽ superstitionis putãt; noxios quosdã genios singulis anni quadrãtibus, quos תקופות *Thekuphoth* appellãt, præesse: ait enim, quòd per singulas quartas, seù *Tekuphas* Soli specialis deputetur genius & director, & in illo momento, quo Sol ipse priorem compleuit Tekupham, & sequentem inchoat, priusquam vnus director alteri locum cesserit, שדים seù genij maligni omnem possint in aqua, aëre, terra, igne exercere tyrannidem; non secùs, quàm cùm imperator quispiam moritur, minores Domini interim in hostes suos grassantur, donec alius instituatur Rex, qui eos à sua præsumptione possit coërcere. Vnde aiunt, quod si quis in illo momento, vel tantillum biberet aquæ, hydropisin, vel aliam grauem infirmitatẽ euadere non posset. Hinc est, quòd illarum 4 Thekupharum initia tam superstitiosè custodiunt, & בליחותם id id, Calendariorum tabulis diligenter inscribunt: verba Abenezræ alibi citabimus. Hos secuti videntur, qui DEOS iuxta elementorum numerum, Terrestres, Aqueos, Aërios, Igneos constituerunt. S. Augustinus in 4. de Ciuitate DEI refert tria Deorum genera, vnum à Poëtis, a Philosophis alterum, tertium à principibus Ciuitatis. Primum genus nugatorium fuisse scribit: quod multa de Dijs fingerentur indigna. His commodè afferre possumus eam Theologiæ diuisionem, quam M. Varro in lib. antiquit. fecit μυθικὸν, φυσικὸν, καὶ πολιτικὸν, scilicet: Primum erat mendacissimum, & turpissimum; Secundum à populis remotum, in quãtum nimirum totius vniuersi naturam sub obscuro fabularum velamento indigitabant; Tertium ciuile & populare ab antiquis institutum. Porrò Ethnici cùm considerarent admirandum illud microcosmi opus, & partium singularum consensum mutuũ, vnumquodque à DEO suo gubernari credebãt, quemadmodum benè obseruat Placiades, Fulgentius: Hinc Iouem caput; Mineruam oculos; Iunonem brachia; pectus Neptunum; lumbos renesque Martem; Venerem genitalia; Mercurium denique pedes sibi vendicare existimabant. Ita in φυσιολογουμένους Democritus notat: Vnde Homerus.

R. Aben Ezra

Quid Tekupha apud Hebræos, & de Dæmonibus eis præsidentibus.

Dij iuxta Elementorum numerum.

S. August. 4. de Ciuit.

M. Varro.

Placiades Fulgentius.

Dij præsidẽt partibus humani corporis.

Democritus.

Homerus.

Ὄμματα, καὶ κεφαλὴν ἴκελος δὶ τέρψι, κεραυνῷ
Ἀρεῖ δὲ ζωὴν στέρνα καὶ ποσεδαώνι.

Nam

Nam & Tyberianus Poëta in Prometei fabula ait: Deos ſingula ſua homini tribuiſſe: quin & Seruius in Bucolicis Virgil. etiam illud obſeruat, ideò à Poëta dictum: Cynthius aurem vellit, quia auris memoriæ conſecrata ſit, quod & Plinius ſcribit: quam auris partem atteſtantes, dùm in ius vocabãt, eo attingere ſolebant. Conſecrata & frons Genio. Hinc DEVM venerantes frontem tangere, & ad frontem manu indita Numina adire ſolebant. Dextra Fidei, digiti Mineruæ, genua miſericordiæ, vnde hæc rogantes tangebant, hinc etiam ſupplicantes ad ea procumbere, & amplecti moris fuit, conſecrata fuerunt; quæ omnia cum ijs aſtris, quæ Aſtrologi humani corporis membris affingunt, conſentiunt, de quibus M. Manilius & Firmicus.

Tyberianus Poeta.

Frons conſecrata Genio.

Namque Aries Capiti, Taurus ceruicibus hæret,
Brachia ſub Geminis cenſentur, pectora Cancro,
Te ſcapulæ Nemæe vocant, teque ilia Virgo,
Libra colit clunes, & Scorpius inguine gaudet,
Et femur Arcitenens, genua & Capricornus amauit,
Cruraque defendit Iuuenis, veſtigia Piſces.

M. Manilius Firmicus.

Porrò addam & hoc animi gratia, quod ab Higynio de hominis formatione ſcribitur in libro fabularum cap. 120. Cura, inquit, cùm quendam fluuium tranſiret, vidit cretoſum lutum, ſuſtulit cogitabũda, & cępit fingere hominem; dum deliberat ſecum, quidnam feciſſet, interuenit Iuppiter, rogat eum Cura vt ei daret ſpiritum, quòd facilè à Ioue impetrauit, cui cũ vellet Cura ſuũ nomen imponere, Iuppiter prohibuit, ſuumque nomen ei dandũ eſſe dixit: dum de nomine Cura & Iuppiter diſceptarent; ſurrexit & tellus, ſuumq; nomen ei imponi debere dixit, quandoquidem corpus ſuum præbuiſſet. Sumpſerunt Saturnum Iudicem, quibus Saturnus ſecus videtur iudicaſſe. Tu Iuppiter, quoniã vitam & ſpiritum dediſti, corpus recipito: Cura quoniam eum prima finxit, quam diù vixerit eum poſſidebit, ſed quoniam de nomine eius controuerſia eſt, homo vocetur, quoniam ex humo videtur factus. Hæc Higynius, quæ omnia elegantiſſimè formationi hominis in 2. Geneſeos cap. expreſſa, ſub ſymbolico quodam verborum contextu recitata, congruunt. Quid enim aliud per curam, niſi Diuinum illud ab æterno de homine in tempore formando conſilium, his verbis proditum: נעשה אדם בצלמינו כדמותנו hoc eſt *Faciamus hominem ad imaginem noſtram, & ſimilitudinem noſtram*: quid aliud Iuppiter, niſi cœleſtis ille Prometeus, Pater, inquam, æternus, Verbo virtu-

Higynius.

Fabula.

Cura finxit hominem, Iuppiter ſpiritum dedit.

Geneſ. 2.

huiuſmodi fabulæ originẽ è ſacris literis petunt.

virtutis ſuæ conceptum illud opus perficiens, iuxta ſequentia verba: ויצר יהוה אלהים את האדם עפר מן האדמה ויפח באפיו נשמת חיים ויהי האדם לנפש חיה *Et formauit Dominus Deus hominem puluerem de terra, & inſufflauit in faciem eius ſpiraculum vitæ & fuit homo in animam viuentem*: Reliqua Epimethij laboribus, & curis hominis, quas poſt lapſum incurrit, congruunt. Ex quibus omnibus patet, multas gentilium fabulas originem ex ſacræ Hiſtoriæ contextu traxiſſe, quas ob ſublimitatem eius, vel non intellexerunt, vel ſi intellexerunt, ita tamen allegoricis ſuis figmentis velauerunt, vt fabulis quam ſacræ hiſtoriæ viderentur ſimiliores, aut certè rebus naturalibus applicauerunt.

Geneſ. 2.

Empedocles Agrigentinus.

Origenes Simplicius.

Xenocrates Chalcedonius

Speuſippus. Alcmæon Crotoniates.

M. Varro.

Hinc Empedocles Agrigentinus, 4 naturas, quibus omnia conſtare cenſuit, Diuinas eſſe voluit; atque ex eodem diuerſiſſimæ illæ philoſophorum de rerum principijs opiniones. Origenes ait, Empedoclem litem, & inimicitiã atque ignem principia poſuiſſe vniuerſi. Simplicius vtraque commiſcuit, hoc eſt, quatuor elementa, & litem, & concordiam. Hinc aliqui, eò quòd DEOS nihil aliud niſi naturalium rerum virtutes æſtimarent, veluti Theodorus, & Protagoras Abderita Atheorum nomen meruëre. Xenocrates Chalcedonius DEOS octo prodidit, 5 in ſtellis vagis, vnum qui ex omnibus ſideribus, ſeptimum Solem, octauum Lunam conſtituit. Speuſippus ex Platonis ſorore natus, vim naturalem Deum eſſe ſtatuit. Alcmæon Crotoniates Soli & Lunæ, & reliquis ſideribus, animo præterea Diuinitatem dedit; qui, vt ait Cicero, non ſenſit ſe mortalibus rebus immortalitatem dare. M. Varro Terentius Deum ait ſe arbitrari animam eſſe mundi, ipſumque mundum Deũ eſſe; mox ſubiungit, mundum diuidi in partes duas, id eſt, in cęlum, & terrã;

Omnia mundana ſpecta plena Genijs & animabus.

Cęlum quoq; bifariam, in ætherea & aërea. Terram verò in aquam & humum; quas partes omnes animarum eſſe plenas in æthere & aëre immortalium, à ſummo autem circuitu cœli vſque ad circulum Lunæ, æthereas animas eſſe aſtra ac ſtellas, eaſque cœleſtes Deos non modo intelligi eſſe, ſed etiam videri. Inter Lunæ verò gyrum, & nimborum, ventorumque cacumina aëreas eſſe animas; ſed eas animo, non oculis videri, & vocari Heroas, & Laruas & Genios ſeu virtutes rerum. Sic fragilis & laborioſa mortalitas in partes iſta digeſſit infirmitatis ſuæ memor, vt portionibus veluti quibuſdam vnuſquiſque id, quo maximè indigeret, coleret. Itaque nomina alia alijs gẽtibus, & Numina in eiſdem innumera reperimus, adeò quidẽ, vt non immeritò Panegyriſta canat, quaſi de abſcondita Dei natura querulus. *Te*, inquit,

Apoſtrophe Panegyriſtæ ad DEVM

ſumme rerum fator, cuius tot nomina ſunt, quot gentium linguas eſſe voluiſti, quem enim te ipſe dicere velis, ſcire non poſſumus: ſiue in te quædam vis, menſq; diuina eſt, quæ tota infuſa mundo omnibus miſcearis elementis; & ſine vllo extrinſecus accidente, vigoris impulſu per te ipſe mouearis: ſiuè aliqua ſupra omne cœlum poteſtas eſt, quæ hoc opus totum ex altiore naturæ arce deſpicias, te inquam oramus, &c.

Colligitur itaque ex hucuſque traditis, innumeras rerum in hoc vniuerſo comprehenſas formas, virtuteſque occultas imperceptibiles, innumerorum quoque Deorum, Dearumque confictarum originem præbuiſſe, de

qui-

quibus iam in particulari initium ab Ægyptiorum Dijs & Theologia de ijs confícta faciemus.

CAPVT III.

Apud Ægyptios Sacerdotes nihil non myſticum fuiſſe.

LOngiſſimam eſſe viam ad Sapientiam, iterque omni difficultatum genere pleniſſimum, ſatis ſuperque demonſtrant labores in ea acquirenda antiquorum aſſumpti, teſtantur itinera terrá, marique plena periculis ſuſcepta; teſtantur demùm omnium eorum, quæ quouis modo ab eius inquiſitione retardare poſſent, ſtudioſa declinatio. Huius quidem ſapientiæ inquiſitioni Ægyptios præ cæteris mortalibus impenſiùs incubuiſſe, Plato tradit in lib. de Rep: nam cùm ſummi Numinis felicitatem rerum omnium optimarum, & pulcherrimarum cognitione conſtare inprimis exiſtimarent, atque ex eo, quòd non præſentia, ſed futura, & præterita intelligit, immortalitatem jure illi tribuerent, ab omnibus, quæ aliquo modo eam impedire poſſent, abſtinebant. Nam quicunque mortalium ad diuinitatem anhelant, illos maximè ſapientiæ, & veritatis amore raptos, caſtitatem, rerumq; ſacrarum cultum ad eam faciliùs adipiſcendam amplexari videmus. Id quod Græci omnium commodiſſimè ſignificarunt, quum Ægyptiorum Deam ISIM, quaſi ſcientiam, eiuſque hoſtem Typhonem, id eſt, ignorantiam myſticè appellarunt. Cuius Deæ ſacra, ideò parcitate victus & ciborum quorundam abſtinentia, cæterarumque voluptatum, potiſſimùm Venereæ cohibitione celebrant; quibus omnibus puritas mentis, & acumen ingenij ſcientiæ cauſa exquirebatur. Vnde & illius Sacrarium ISÆVM, id eſt, ſcientiæ diuerſorium appellarunt: & ipſam ideò alij à Mercurio, alij à Prometheo natã dixerunt, quorum alterum ſapientia & prouidentia; alterum Grammaticæ & Muſicæ inuentio illuſtrauit; laneis quoque veſtimentis non amiciebantur, ſed lineis induti veſtimentis, raſiſque capitibus ſacra peragebant Iſiaca, quibus inſinuabant ab omni impuro, vt ſunt pelles, vellera, capilli, vngues, ciborum retrimenta abſtinendum: ſolo lino florem æthereo ſplendori ſimillimum proferenti, ex immortali tellure nato, nulliſque beſtiolis creandis obnoxio, gaudendum.

Plato in lib. de Repub.

Veteres omnibus abſtinebant ad ſapientiam faciliùs acquirendam.

Iſis myſticè Sapientia: Typhon ignorantia eſt.

Quin ab omnibus ijs, quæ vel intento ſapientiæ ſtudio obeſſe poſſent, ita abſtinebant, vt ne ſalem quidem, eò quòd ad manducandum, bibendumque appetentiores redderet, adhiberent; ob eandem cauſam Nili lympha, eò quòd obeſiora faciat corpora, nunquam vtebantur; ſatiùs enim putabãt leui & expedito corpore animum includi, quominùs eius diuinitas opprimatur: nam, vt rectè ſenſit Galenus, animus adipe, & ſanguine ſuffocatus cœleſte aliquid prævidere non poteſt. Alludit etiam ad hoc egregium dictum Iarchæ Inderum Regis & philoſophi, quo Apollonium Thyanæum allo-

Soli abſtinebãt eo quòd ad manducandum, bibendumque appetentiores redderet: & Nili aqua eos non obeſiores.

Dictum Iarchæ Inderũ Regis ad Apollonium.

alloquebatur, his verbis: οὐ μὲν θαυμάζω Ἀπολλόνιε ὅτι πᾶσαν τὴς μαντικῆς γνῶσιν τετυχήκης, ἐὰν τόσον τοῦ ἀέρος ἐν τῇ καρδίᾳ σοῦ συνέχῃς. *Non equidem miror Apolloni, te omnem diuinandi scientiam adeptum esse, cùm tantum in corde tuo aëris geras.* Prætereà Ægyptij cæremonias multas obseruant, quibus philosophari laudi sibi ducebant. Quin & Reges ex instituto sacrarum literarum mediocriter admodum bibebant, authore Hecatæo, eò quòd Sacerdotij dignitate initiati essent. Præsertim vinum, quod nec Dijs quidem (eò quòd vinum eorum, qui olim cum Dijs dimicarunt, sanguinem putarent) tanquam gratum offerebant. A piscibus quoque plerique, veluti tristitiæ & malorum symbolis & Nili, marisque nigri, ac tristis, elementi miscellanei, ac omnis impuritatis sentinæ notis, abstinebant, cœpas quoq; auersabātur, eò quòd appetitum Venereum excitent, & lachrymas prouocent, vt Zenophon testatur: adde eas illiberali suo odore à Sacris cohibitas, atque eadem de causa allium gustantibus introitus in magnæ matris templum interdictus videtur, vt Athenæus tradit. Sues quoque cùm ob salaciam, tùm immunditiem carnis, lepram, psoramque progenerantis, tùm, quia porcis animam pro sale datam rebantur. Denique ob sympathiam quandam, quam cum crocodilo Typhonis symbolo habent, detestabantur: quibus omnibus innuerunt voracitati, delitijsque, & gulæ irritamentis Sapientiæ studiosum nuntium mittere debere. Tradidit Diodorus columnam à Technate Vuechorei patre Thebis in templo positam execrationes habentem contra Menidē Regem, qui primus omnium Ægyptios ab inopi & frugali victu ad pecuniarum vsum deduxit. vnde rectè Hesiodus stultos homines, quos scilicet transuersos agit nimius voluptatis appetitus, ignorare, quanta foret in malua & asphodelo vtilitas; testati sunt & hoc Persarū Magi, qui ad meliùs philosophandum omnibus ciborum condimentis spretis, solo victitabant nasturcio. Horum itaque admirandum sapientię studium, cùm in Græcia percrebuisset, Græcorum sapientissimi eius gustandi allecti desiderio, Solon videlicet, Thales, Plato, Eudoxus, Pythagoras, & Lycurgus in Ægyptum ad consuetudinem cum Sacerdotibus contrahendam sese contulerunt. Eudoxus quidem Conophęum Memphiten audisse dicitur: Solon Sonchiten Saiten. Pythagoras Oenuphęum Heliopolitem, qui & omnium maximè approbasse fertur hominum eorum philosophandi rationem; teste abdita illa, quam de rebus tradidit, non multum ab hieroglyphicis disciplinis discrepante philosophia. Quicquid igitur portentorum coluit Ægyptus: quicquid fabularum de Dijs suis, Osiride, Iside, Typhone, Horo alijsque tradidit, ijs Sacerdotes sapientissimos, nequaquam existimandum est, vel fidem habuisse; aut stolidâ quâdam, ac insipiente persuasione (vti plebs faciebat) inductos, simulachra veluti Numina quædam adorasse; hoc enim quam maximè ab animo sapiente alienum esse, nemo non nouit. Sed magna ijs mysteria, vt in sequentibus dicemus, significasse, neque hęc ratione carere, sed certas causas habere, vel historiâ, vel naturâ introductas, symbolis istis

Hecatæus

A piscibus abstinebant.

Sues abominantur. *Alsena.* δειπνοσ. 2.

Columna erecta contra Menidem Regem. *Diodorus. Hesiodus.*

Plerique Philosophi ex Græcia in Aegyptum migrant.

Præceptores in Aegypto qui nam fuerint Græcorum philosophorum.

Sub fabularū corticibus magna mysteria.

tam

tam multiformibus luculenter confessi sunt. Non enim Mercurium verè canem existimabant, sed custodem & peruigilem animalis naturam, quæ hospitem ab hoste diiudicat; vt ait Plato per Ficinum relatus, Deorum perspicacissimo tribuunt. Neque solùm putant ex Loto editum nuper infantē, verùm ita Solis ortum & ex humidis eleuationē interpretantur. Quando & sæuissimum Persarum Regem Ochum non solum Parricidam, sed & ipsius Apis occisiorem, quem sibi ac socijs in mensam proposuit, Machæram vel ad hoc vsque tempus vocant, non hominis proprietatem; sed mores expressè ferunt instrumento, quod parricidio accommodatum æquiparabant. Cùm itaque varij variè de Ægyptijs Dijs loquerentur, eorumque gesta diuersimodè alij quidem ad literam, alij ad mores, alij & ad naturam, nonnulli etiam ad ineffabilia Dei mysteria trahentes interpretarentur. Mirum sanè nō est, Ægyptiorum historiam adeò variam esse & diuersam, quam apud Authores deprehendimus; fieri enim nequit, vt opinionem varietas rebus gestis, earumque circumstantijs non vehementer officiat. Ne tamen varietas dicta hieroglyphicorum expositioni obicem aliquem quouis modo ponat; visum fuit hoc loco de vario Theologię & Philosophię Ægyptiacę sensu agere; vt varietas ista rerum in vnum collecta, distinctione facta luculentiùs appareat:

Quid per canē Aegyptij notent.

Quid per Lotum.

Historia Aegyptiorū cur tam varia sit

CAPVT IV.

De Quadripartita Aegyptiorum Theologia super historiam Osiridis & Isidis fundata.

EX quadruplici hominum genere, quadruplex Ægyptiorum quoque exorta Theologia est. Primum genus hominum referebant rudes & illiterati, seu Idiotæ, qui Deorum suorum historiam, cæteraque eis connexas fabulas non nisi ad literam intelligebant: atque ab ijs detestabiles illæ, ac omnibus seculis inauditæ superstitiones, de quibus supra actum est, prodiere. Sub secundo hominum genere comprehendebantur ij, qui animum ad sapientiæ studium adijciebant, atque hi paulatim relictis fabulis & inconcinnis figmentis, literalem cum mystico conuingentes sensu, historiam ad naturæ sacramenta transferebant; vndè Theologia seu Philosophia naturalis: Tertium genus constituebant ij, qui sapientum nomine nuncupabātur: atque hi commenta Deorum ad naturam partim, partim ad mores τροπολογικῶς traducebant, vndè Theologia moralis seu Ethica. Vltimum denique genus, idque præ cęterisin altissimo dignitatis gradu constitutum, repræsentabant Sacerdotes, qui naturæ morumque scientiâ iam sufficienter instructi, animos ad altiora leuantes, historiam Deorum sublimi quâdam & anagogicâ interpretandi ratione sub obscura, sed ingeniosa symbolorum ad tegenda mysteria consultò excogitatorum repræsentatione, ad mundum illum Archetypum & intelligibilem deflectebant; Vnde mysteriosa illa Ægyptio-

Quadruplex interpretandi ratio Aegyptijs vsitata.

rum ſapientia, cuius nobis veluti fragmenta quædam ſuperſunt profluxit. Verùm vt majori cum ſoliditate in ſequentibus procedamus: quadruplicem illam Ægyptiorum Theologiam hoc loco totidem capitibus perſtrictam præmittemus. Vt & varia illa de Dijs, eorumque geſtis relatio concilietur: & hieroglyphicorum enodatio huic magna ex parte nixa, diſſolutis nodis faciliùs expediatur.

CAPVT V.

De Hiſtoria Oſiridis, Iſidis, Typhonis, Hori.

AIunt Ægyptij, teſte Plutarcho, Rheam furtim in Saturni complexum veniſſe, & mox vnà cum Sole congreſſam: ſed quaſi prægnatione damnatam, neque menſem, neque annum, quo pareret inueniſſe, Mercurij quoque amore captam, cum eo concubuiſſe, ſubindè autem cum Luna ludentem Aſtragalis, diei cujuſque ſeptuageſimam abſtuliſſe. Ex quibus dies quinque confecit, eoſque 360. convinxit, eos nunc Ægyptij μεσι, hoc eſt, ἐπαγομένους, ſiuè ſuperinductos vocant; hoſce & Deorum natales vocant. Nam prima Oſirim genitum, quo nato ajunt, teſte Diodoro Siculo, vocem auditam, omnium dominum in lucem prodidiſſe; alij Pamylem quandam celebrant. Hanc Thebis è Iouis templo aquatum egreſſam, audiſſe vocem, quâ jubebatur magni Regis, & Benefactoris Oſiridis proclamare natiuitatem; quæ cùm Oſiridem educaſſet, in eius poſtea memoriam Pammyliorum celebritatem inſtituit, de quibus copioſè alibi. Secunda die ajunt genitum Aruerin, quem alij Apollinem, alij ſeniorem Horum appellant. Tertia Typhonem, neque tempore, neque loco, ſed è coſta vulnere adacto exilijſſe comminiſcuntur. Quarta Iſim in Panygris, hoc eſt, publicis conuentibus editam. Quinta Nephte, quam mortem, & Venerem, quidam Victoriam etiam ſuſpicantur.

Tabella ἡμερῶν ἐπαγομένων, ſeù natalium Deorum.

Πρώτη - - - - - - - - - -	Οσῖρις.
Δευτέρα - - - - - - - - -	Αρούηρης.
Τρίτη - - - - - - - - - -	Τυφωεὺς.
Τετάρτη - - - - - - - - -	Ισις.
Πεμπτη - - - - - - - - - -	Νέφθυς.

Nephtem autem & Typhonem conjungunt: Oſirim verò & Iſim antequam maternâ aluo prodîſſent, mutuo ſe amaſſe, ac ſimul concubuiſſe proditum eſt, ex quo concubitu Horum, ſeù Aruerin genitum, ait Menethon apud Plutarchum. Porrò Oſirim toto peragrato Orbe, rerumque vtiliſſimarum, inuentione clariſſimum (de quibus aliàs.) Græci poſtmodum vocarunt Dionyſium, quem & ob efficaciſſimam illam perſuadendi

Manethon apud Plutarchum.

vim

vim, dicendique facultatem, pingere solebant cum catena ex ore eius ad auditorum producta aures; vndè & fabula de Hercule Ogmio ortam tradit Plutarchus, quare claua ei Oleaginea attributa, Herculem eum assignabant. Osiride verò peregrinante nihil nouarum rerum Typhon molitus est, Iside accuratissimè ad eius excubante machinationes. In redeuntem Osiridem, ac rerum gestarum gloria Orbi jam conspicuum, inuidia stimulatus Typhon, eidem insidias posuit, cum eo 72. erant coniurati, accedente quoque Asonis Reginæ Æthiopum, vt Mnaseas refert, auxilio, conspirantibus Titanibus, eò quò sequitur modo, clàm Osiridis corpus dimensus Typhon, ad eius magnitudinem arcam construxit, hâc mirâ arte, ornatuque fabrefactam, in conuiuium à Typhone allatam, omnes in admirationem rapuisse compertum est. Per jocum itaque Typhon recepit dono se daturum ei, cuius illa corpori quadrare videretur. Omnes itaque conuivæ periculum hujus facientes, cùm nulli quadraret, tandem & Osiridem ajunt ingressum, quo facto omnes conjurati accurrentes operculum injecêre, clauisque violenter adactis, liquenti etiam plumbo perfudere, & ad flumen deuectam per os Taniticum in mare dejecére, quòd ostium nunc etiam inuisum, & detestabile nuncupatur; & hæc quidem facta memorant 17. Mensis Ἄθωρ, cùm Sol Scorpium permearet, & Osiris annum jam 28 Regno potiretur; cùm verò Panes & Satyri, qui circa Chemnim accolunt, omnium primi rem gestam resciuissent, & de repente magnas turbas, magnosque tumultus, qui ad hoc vsque tempus Panici vocantur exciuissent: Isis hæc audiens, protinus capillos totondit, & lugubrem stolam induit, ex quo Vrbi Copto nomen adhuc manet. Quamvis alij per hoc nomen Ὑπὸ τοῦ κόπτειν deductum priuationem significent. Tùm omnium inops, omnia latè pererrans, neminem prætermittebat, quem de Osiride non percunctaretur, quin & pueros etiam super arca rogabat, quorum aliqui rei gestæ conscij, quid de arca factum prodiderunt. Ex quo tempore vim præsagiendi pueris inesse suspicati sunt, eorumque diuinationem obseruant, dùm ludunt, garriuntque in templis sine discrimine quicquid in mentem venit. De abiegna etiam corona rescitum est, quem apud Nephten Osiris reliquerat. Aliqui etiam puerum, ex quo Isis rem intellexit, sub Anubis nomine coli putarunt, quem natum Nephte tradunt. Et illam quidem timore Typhonis correptam, ante maturitatem puerum ejecisse potiùs, quàm peperisse, atque ita Dijs custodem additum, ceù canes mortalibus adhibentur. Intelligens ergo Isis fluctibus marinis arcam Byblum impulsam, atq; ibi pulcherrimum tetradicis germen fortè obuiam eam amplexam esse; cujus magnitudinem Rex admiratus id pro fulcro tecto supposuit; omnia diuino quodam famæ nutu resciscens. Isis itaque atque Byblum profecta, neminemque alloquendo in lachrymas resoluta, ad crepidinem fontis resedit; cuius pulchritudiue, officiositate, sapientiâque perspectâ Regina Bybli, in nutricem infantis Regij accersitur, puerum igitur alebat, loco mam-

Inuidia Typhonis.

Mnaseas.

Dolus Typhonis.

Osiris arcâ clauditur.

Ἄθωρ mensis.

Panici tumultus.

Isis Osiridem inquirit.

Vis præsagiens pueris inesse creditur.

Abiegna corona.

Anubis immaturus partus Nephte.

Tetradi germen.

Inter Deos refertur Ifis.

mæ, ſeù papillæ digito in os eius inſerto; tandem Iſis miris geſtis ſuis in Deorum almum relata, tectum aſcendit; cæſamque undique tetradicem auferens, linteo, vnguentoq; aſpergens Regibus tradidit. Quod & in hunc diem, vt Manethon ait, in templo Iſidis apud Byblos aſſeruatur, coliturque. Tùm arcam naui imponens, Phœdrû flumen indignata, quod ſub auroram

Flumen exſiccat.

vehementiùs fluctuaret, exſiccauit. Cùm verò Iſis ad filium Horum, qui in Buto alebatur, profecta eſſet, Typhon noctu in ven ationem exiens, corpori

Diſcerpitur Oſiridis corpus.

Oſiridis accurrens, in 14. partes diſcerptum abjecit. Quòd cùm Iſis reſciviſſet, ea truſta per paludes baride, ſeù papyraceâ naue perquiſiuit (quare nauigantes hujuſmodi cymbis, minimè à crocodilis Deę memoriam timentibus lædi tradunt) Iſis itaque honoris viri cupida, cùm inuentas partes ac diſperſas hinc indè minimè reperiret, potiſſimum pudendum, quòd à Phagro & Oxirincho deuoratum dicebant, ex cera phallum finxit, ſtatuaſque

Pudendum Oſiridis.

effigiauit, quas, vt aliàs quoque relatum eſt, ſacerdotibus colendas tradidit.

Phallophoria.

Hinc phallophoria Ægyptiorum celebritas originem inuenit, quin & Oſiridem ferunt aliquando ab inferis redeuntem, cum Horo exerceri, & belli munia obire conſueuiſſe. A quo Horus aliquando interrogatus, quid pulcherrimum exiſtimaret, reſpondiſſe dicitur, parentes injuria affectos vlciſci; tùm & illud percunctatus eſt Oſiris, quodnam animal ad bellum deſcendentibus commodiſſimum putaret, eum verò equum reſpondente, Oſirin admiratum, quòd non leonem potiùs, quàm equum dixiſſet: ſed Horum cauſam ſubjeciſſe. Leonem enim auxilio indigenti potiorem; ad fingendos verò, deprehendendoſque hoſtes equum magis præſtare. Ad Horum etiã aliquãdo dicitur acceſſiſſe Thueris Typhonis pellex, quã ſerpens perſe-

Thueris Typhonis pellex.

quebatur, ſed hanc ipſam ſerpentem Hori miniſtri occiderunt. Quare in ſignum & nunc funiculum, in medium jacientes truſtillatim comminuunt.

Funiculus truſtillatim diminutus.

Iuſtâ etiam pugnâ Horus Typhonem ſuperauit, quem vinctum Iſidi tradidit, ſed illa ſolutum dimiſit: quod Horus iniquo animo ferens matri manus

Horus ſuperat Typhonẽ

injecit, & coronam detraxit, cuius vice Mercurius ad eam galeam è caluariâ bubulâ attulit. Cœterùm ferunt Iſidem ab obitu cum Oſiride concubuiſſe, ex eoque gemellos ſuſcepiſſe Helitomenon, & inferioribus membris luxatum Harpocratem, quem alij cum Horo confundunt. Cœtera de Divinis honoribus ei affictis alibi diximus. Atque hæc ſunt ferè capita fabulæ, quæ ex Plutarcho, Diodoro, Syneſio ad verbum ferè deſcripſimus. Nunc quid ea ſibi figmenta velint, videamus.

CA-

CAPVT VI.

Historia Osiridis, Isidis, Hori, Typhonis ad physicas significationes traducta.

ARchemachus Euboicus, antiquus Græcorum scriptor, cùm multa de antiquis Deorum nominibus dixisset, tandem totam quoque Osiridis historiam ad naturam traducere conatur; ait enim sicut apud Græcos Saturnus nihil aliud quàm tempus, Iuno aër, natalis autem Vulcani; aëris in ignem mutatio; ita apud Ægyptios Serapim non alium quàm Plutonem, nec aliam Isidem quàm Proserpinam esse. Osirim autem nil aliud esse quã Nilum, & Isidem nil aliud quàm terram, cũ qua illa concumbat: Typhonem mare, in quod mare sese exonerans, consumitur & aboletur. Quanta verò telluris pars Nilum admittit, & cum eo admiscetur, tantum fertilitate commendatur. Astipulatur huic Macrob. qui ait Saturni causa (sic enim mare vocant) quotannis luctum renouari; vocat etiam Pythagoras eam ob causam Saturni lachrymam mare. Putant enim, Xenophonte teste, Ægyptij, eâ quâ Sol oritur parte mundi faciem esse, quâ spirat Boreas dextram, qua Notus siniſtram. Vnde non inconuenienter dicunt Ægyptij de Nilo, eum ortum à læua in dextra perire. Nilus enim ab austro profluens, læua mundi parte in boreali tractu se mari miscens absorbetur, ac ideò Sacerdotes mare auersantur, & salem ortum ex eo, quam & Typhonis spumam appellantes, eandem ob causam mensæ non solent apponere, imò homines quoque Nauticos veluti ex mari vitam sustentantes, tanquam inhumanos, crudeles, feros & Typhonis filios auersantur. Piscem verò ideò intantum oderunt, vt ab ijs in odij sit assumptus hieroglyphicum, teste Clemente Alexandrino. Innuit simile quiddam Pythagoras Aegyptiorum ritibus apprimè excultus, cùm à piscibus abstinendum esse præcipit. Aegyptij enim Sacerdotes, mare vt dictum est, perniciem vocabant, quod cùm totius alimenti sui beneficia ex Nilo consequeretur, corrumpi eum simul ac mari cõmisceretur, aduertebant, atque adeò dicebat, id quod humano generi vtilissimum, vitiare & corrumpere mare. Refert paulò ante citatus Clemens, in Saipro vestibulo templi Palladi dedicati, huiusmodi symbola incisa videri. Infans, Senex, Accipiter, Piscis, vltimo hippopotamus. puer quidem & Senex, humanæ naturæ à pueritia vergentis ad senium, iterumque repuerascentis cõditionem indicare videntur. Accipiter & Deum amorem, quodque in nobis diuinum est, ac vitam ipsam vitalem ostendebant. Piscis, odiũ simul atque mortem, quod exitium atque perniciem appellabant. Equus verò fluuiatilis impudentem violentiam notabat, vt qui ne patri quidem suo parceret, & vt matris fruatur cõnubio, eũ interficieret. Symbola verò ista

Physica significatio.

Macrobius. Mare Saturni lachryma dicitur. *Xenophonte.*

Mare Typhonis spuma.

Nautas & Pisces odio habent.

Clemen Alex. lib. 5. Strom. Pythagoras.

Clem. citatus.

sic

Hieroglyphica symbola vestibulo incisa.

Omnis vis humida Osiris dicitur.

Typhon quicquid squalidum.

Cum pallidis ægrè conuersantur Aegyptij.

leguntur: *Nascimur, Senescimus, Viuimus, Morimur, Naturæ Dissidio*. Atque hæc obiter & nõ nisi per transennam à nobis dicta sint. Porrò qui præstant inter Sacerdotes sapientia nõ modo Nilum Osirin dicunt, & Typhonem mare, sed omnem vim humefactiuam, dicunt Osirin, atque in hoc eum cum Dionysio confundunt, quam causam dixerunt generationis & maturationis primigeniam. Typhonem verò contra, quicquid squalidum, igneum, exsuccum humiditati reluctatur, aut clarius; Typhonem dicebant omne id, quod fęcundæ humiditati Nili vi suâ siccatiuâ, & adustiuâ, vt Boreales venti, nocere solent. Quare & Typhonem rufo corpore natum fabulantur, pallidumque affirmant; Neque admodum libenter, aut auspicato, cum huiusmodi hominum genere conuersandum existimant. Osiridem rursus nigro colore fuisse tradunt; quod id sit aquæ ingenium, vt terram, vestes, nebulas, cæteraque quibus miscetur denigret, vel ob colorem atrum, quo imbutum videtur humidorum elementum. Atque ob eandem causam & Bos Neuis ab Heliopolitanis cultus, nigro imbuebatur colore: Sed & ipsam Aegyptum, quam ob fertilitatem, ac terræ pinguedinem μελάγγειον hoc est vas nigrum dicere possumus, χημίαν appellant, quam tamen pupillam oculi interpretatur Plutarchus, eò quòd sicut pupilla rerum species repræsentat, ita & Aegyptus; alij cor quoque eo significant. Est enim Aegyptus calida & humida, atque in australibus mũdi partibus collocata, quas leuam mundi partem supra diximus, non secùs cor calidum & humidum in homine læuam adeptum est. Solem item ac Lunam, Eusebio teste, non curribus, sed nauigijs, ab humido scilicet eorum alimentum generationemq; arbitrantes, circumferri existimant. Hinc Homerum & Thaletem Aegyptiorum edoctos disciplinis, aquam omnium principium sensisse, refert Giraldus. Imò Osirin cum Neptuno confundẽtes, Oceanum; Isin verò cum Thetide, tanquam alentem educantemq; omnia, credunt. Nam & Græci effusionem seminis ἀπουσίαν, quasi absentiam; commistionem verò συνουσίαν, & αἰὸν filium, ἀποτοῦ ὑδάτος & ἀποτοῦ ὑείν ab aqua & pluuia Dionysiũ seu Osirin ὑὴν, quasi humidorũ dominũ appellauerunt, ac proinde Nebridas sibi iniicientes, thyrsosq; arripiẽtes in Dionysij origiasmis & vlulatibus, excursibusque, quasi DEO afflati, teste Apollodoro, vtebantur, Testatur autem Eudoxus, Aegyptios nõ Nilum duntaxat, sed quicquid humidum est Osiridis effluxum putare, quod significare volunt, vase aqua pleno

Bos Neuis cur niger

Aegyptus χημία dicitur.

Eusebius

Giraldus.

Apollod. lib. 1. Biblioth.

Eudoxus

pleno ei sacro die prò foribus posito. Humidum porrò principium generationis, Thrio folio siculneo; quod & signaturam habet, seù similitudinem membri genitalis, & propinationem, seù humoris significat inuentionem; notabant hoc etiam Regem, australemque plagam significabant. Sed & à Thrio phallophoria originem traxisse aiunt; vnde & fabula de pudendo Osiridis à Typhone in mare coniecto. Dicunt præterea Aegyptij Apopin Solis fratrem fuisse, & contra Iouem arma tulisse; cùm verò Ioui Osiris suppetias ferens hostem in fugam vertisset, à Ioue in hlium ascitum ac Dionysium appellatum: quam fabulam ita ad naturam trahunt. Iuppiter spiritus est, cui infensa quam maximè ignea vis est, quæ non quidem ipse Sol, sed cum sole cognationem habet. At humidum, aridum, siccumque exhalationem augendo comprimendoque destruit; exhalatione autem ventus coalitus proflat. Cœtera videri possunt in Hermæo Mnasea, Anticlide, apud Plutarchum & Eusebium; qui Isidi ideò quod aquas inuehat Sirium attribuunt. Verùm vt exactiùs hæc omnia dilucidentur; sciendum est; humidum seù Osirin per se agere nil posse, nisi cum terra commistione facta, ac proinde Isidem terram fingebant: è quorum concubitu Horum genitum tradunt. Est autem Horus nil aliud, quàm spiritus quidam, virtute suâ omnia alens & conseruans; quem supra Apollinem non incongruè diximus: Estque ipsa aëris temperies, virtute Solis calefactiuâ attemperata. Hunc Horum circa Butum in paludibus educatum ferunt, & profectò ita est; vliginosa enim tellus & aquis redundans, exhalationes alit, quæ ariditates & siccitates perimunt. Nephthyn verò oram, quam mare alluuione allambit, vocat; cùm verò superfluens exundãsq Nilus vlterius sese diffundit, Osiris Nephthy commiscri dicitur. Nephthys quoque primò Typhoni iuncta sterilis fuisse dicitur; vt intelligatur ab initio terram infœcundam sterilemque extitisse. Typhonis verò impotentiam & tyrannidem, nil aliud fuisse, quàm squalloris vim præcellentem, & genitabilem naturam humectationis suffocantem. Aethiopum Regina, de qua supradictum est, in auxilium vocata, australes ventos ab Aethiopia spirantes, refert, propellentesque nubes, quas Aethiopiam versus Etesiæ inducunt, vndè incrementum sumit Nilus. At Typhõ ille luridus, victorque humentis naturæ, extenuatum Nilum coarctat, cogitque tenuem admodum atque reductum in mare descendere. Atque hæc est illa Osiridis in arcam coniectio conclauatioque, id est aquæ ipsius interitus & occultatis. Proindè Osiridem mense Athyr occidisse ferunt; quo tẽpore, deficientibus planè Etesijs, Nilus in alueum redit ac terra detegitur. Tum rursus cum nocte crescente, tenebrisque lux attenuatur. Sacerdotes tùm alia faciunt, tùm bouem pullâ veste, & eâ quidem byssinâ induentes, Deæ lugenti ostendunt, Osiridem Isidi, quæ omnia diebus 4 post 16 mensis Athyr solemniter peragunt. Quatuor enim occurrunt mœroris causæ, videlicet Nilus decedens; vis borealium fatuum Typhonis, dierum breuitas; terræ denique denudatio, & arborum, virgultorumque tristis interitus.

Osiridis effluxus omne humidum. Thrio folium Ficulneum folium similitudinem phalli. Apopis Solis frater.

Euseb. l. 3. c. 2. Plutar. l. de reg. 10. & 11.

Isidi Sirius attribuitur.

Isis terra Nilus Osiris è quorum coniunctione nascitur. Horus.

Quid Nephthys.

Quid Typhonis impotẽtia.

Quid Regina Aethiopum.

Osiridis in arcam detrusio.

Bos pulla veste indutus.

4 Mœroris & luctus Isiaci causæ.

Decima

Decima nona verò die noctu ſtolati Sacerdotes ad mare deſcendunt, & ſacrã ciſtam efferunt, auream arculam intus continentem, in quam poculentam aquam effundunt. Interim magnus aſſantium clamor exoritur, quòd Oſiris inuentus ſit. Mox aquæ glebam miſcent, ingerenteſque aromata, & pretioſa ſuffimenta, Lunæ ſimile effingunt ſimulachrum, quod ſtolâ exornant atque in medium proferunt. Iſide itaque Oſiridem ſuſcipiente. Horoque nebulis & euaporationibus victum quidem Typhonem, non tamen occiſũ innuunt. Neque enim permiſit terræ Domina, aduerſam humectationis naturam prorſus perire, temperiem volens perpetuò manere. Cum integer mundi ornatus conuentuſque nullo modo eſſe poſſit, ignea vi depereunte. Atque hæc ex Plutarcho ferè deſumpſimus. Cœterùm alij aliter interpretantes, aiunt Oſiridem nil aliud quàm virtutem ſeminalem ſeu generatiuam eſſe, ac proindè humana eum forma depingebant cum erecto genitali. Iſidem autem dicebant eſſe vim illam naturæ fęmininam, & totius ſuſceptricem generationis; propter quod τιθήνη id eſt Nutrix & παιδοτρόφος id eſt ſuſceptrix à Platone nuncupata eſt; à Plutarcho μυρίώνυμος dicta, omnes enim ideas atque imagines admittit, habet enim congenitum amorem erga id, quod primum ac ſummum eſt inter omnia; quod ſanè ipſum bonum eſt; adhoc enim rapitur, hoc optat, hoc ſequitur; quod verò malum eſt fugit & auerſatur. Hinc non abs re Oſiridis animam incorruptam & ſempiternam teſtantur, corpus verò à Typhone dilaceratum; Iſidem verò id quærere atque in artus reſtaurare. Nam quod perpetuum eſt, id deſultorio, ac mutabili multò præſtantius, & quas à mutabili imagine ſumit, nec perennant, nec ſemper eædem ſunt, ſed quaſi è cera ſigilla, & impreſſiones, veſtigiaque delentur. Cum has igitur præter rationem admittit ac mutuatur, tunc aduerſus Horum manus conſerere dicitur, quem Iſis ceu ſenſibilem intelligibilis mundi imaginem progenuit. Quid porrò aliud prodigioſus ille Apollinis ſeu Hori ex Iſide & Oſiride cõceptus indicat, niſi primam adhuc & imperfectam generationem factam ante viſibilem mundi conditionem? Et quid aliud per Horum oculis à natiuitate captum, niſi rude quoddam & impolitum mundi naſcentis ſimulachrum? Porrò Horus perfectior iam & adultior Typhonis conatus infregiſſe traditur, ac proinde in Copto Hori ſimulachrum, alterà manu tenens Typhonis pudenda, depingitur. Mercuriũ quoque aiunt euulſis Typhonis neruis pro chordis vti, ſic innuentes, quod opifex ratio vniuerſum hoc coaptans, concentum fecit ex diſſonis, & tabificam quidem vim non deleuit, ſed repreſſit & retudit. Ea tamen adhuc licet admodum luxata perturbat, immutat, implicat, miraſque rebus mundi viciſſitudines affert; motuſque aridos excitans, terram quatit; in aêre verò importunos ſpiritus euocans, præſteres & fulmina iaculatur, aquas etiam inficit, & citra Lunam cuncta ſubuertit, pulcherrima atque fulgidiſſima quæuis conſpurcans. Cœterùm potior è tribus conſtat, intelligibili, & materia, & eo, qui ex utroque coaleſcit, quam nos mundum, Græci κόσμον appellant.

Lunæ effigies mystica.

Cur Typhon non omnino occiſus ſit.

Oſiris vis ſeminalis & ſimulachrum eius.

Iſis amor ſeu appetitus omnis boni.

Quid Horus.

Mercurius Typhonis neruis exciſis pro fidibus vtitur.

Typhonis effectus in mundo.

At

At Plato intelligibile, nunc ideam, nunc exemplar, nunc Patrem; materiã verò matrem, aliàs nutricem, nõnunquam ſedem locumque generationis; quod autem ex ambobus eſt, ἔγγονον, ideſt, progenitum, aut certè generationẽ ſolent appellare. Quod ſanè elegantiſſimè per triangulum ὀρθόγωνον Ægyptij demonſtrarunt, cum illum vniuerſi naturæ appoſitè comparant. Perpendicularem enim aſſimilant mari ſeu Oſiridi, vt principio actiuo; Baſin verò fœminæ ſeu Iſidi principio paſſiuo. Subtendentem denique ſeu ὑποτεῖνοῦσαν Horo ex vtroque progenito, vt in figura patet:

Triangulum ὀρθόγονος ſymbolum vniuerſi.



Huc alludit, quòd Horum Cœmin vocant, hoc eſt viſibilem; sẽſibilis enim eſt mũdus, & ſubiectus obtutui noſtro. Iſin verò modò Μοῦθ, modò Ἄθυρι, modò Μέθυερ nuncupant: quorum Nominum primum, matrem; ſecundum Hori domum mundanam, quam Plato generationis regionem, conceptaculumque dixit, tertium ex multitudine & cauſa compoſitum ſignificat. Adhoc quoq; Socrates in Sympoſio Platonis alluſiſſe videtur; quando ex Peniæ cum Poro cõmiſtione amorem natum comminiſcitur. Eſt enim Iſis Dea tanquam materia, quam Peniam appellamus, in amorem ac deſiderium Oſiridis ſemper intẽta. Incurrendo autem vel extrema deuaſtando mœrere, ac lugere dicitur, reliquias etiam & fragmenta Oſiridis modò legere, modò ſtolâ contegere, quem deindè refectum reſtitutumque in artus oſtendat. Nam in cœlo & aſtris ſpecies, & effluxus Dei perennes, in terra verò & mari, vt plantis, cœteriſque animantibus diſſipata, & latentia videmus, cum generantur. Quam ob cauſam Typhonem & Nephthyn conuenire, fabula traditum eſt, & Oſirin clandeſtinum concubitum exercere; quoniam extremas materiæ partes, quas Nephthyn & Teleutin, id eſt, finem vocant, corruptibilis & tabifica potentia maximè infeſtat; genitalis autem, & lauguidam vim habet à Typhone profligata, ex qua id tantum ſupereſt, quod Iſis aſſumpſit, & in fidem recepit, vnde Iſin παρὰ τὸ ἰέσθαι, id eſt, ab eundo, prudentem ſcilicet naturæ progreſſum appellant. Sicut Typhonem & Σηθ & Βεβὼν & Σμὺ è contra nuncupant, quibus nominibus vim quandam ad prohibendum, reluctandumque, & ſubvertendum factam indicant. Ad hæc Sideritim ſeù Magnetem lapidem oſſa Hori; Typhonis autem ferrum vocant, vt Manethon ſcriptum reliquit. Sicuti enim ferrum ſubindè trahitur, nunc in aduerſum reploſum

Nomina Iſidis. μοῦτ Ἄθυρ μέθυερ

Peniæ cum Poro commiſtio.

In cœlo effluxus Dei perennes.

Typhon Σηθ Βεβὼν Σμὺ

Typhon ferrum. Magnes oſſa Hori.

retro abit, ita bonus & ſalutaris mundi excurſus conuertitur, obuiuſque occurrens, molliorem facit perſuaſionem magis, quàm vi duritiem illam planè Typhoniam frangat. Sed rurſus cohibitus & retroactus in ſeipſum facultate ſuâ deficitur. Si autem lubet rem in compendium referre, dicunt aliqui, neque aquam, nequem Solem, ueque terram, neque cœlum Oſirin aut Iſin rectè nuncupari; neque Typhonem rurſus ignem, neque ſquallorem, neque mare. Sed ſi quid in ijs eſt immodicum, & ab ordine ſejunctum Typhoni tribuamus: quod verò ad ornatum, & bonum, & commodum, eſt quaſi Iſidis opificium; imaginem autem & exemplar, & rationem Oſiridis colamus, ac veneremur, neutiquam incongruum ſit.

CAPVT VII.

De Sole & Luna per Oſiridem & Iſidem ſignificatis.

QVamuis alibi de hiſce ſignificationibus actum ſit, viſum eſt tamen hoc loco vberiùs, & particulariùs de ijs tractare, cùm huic veluti fundamento pleræque hieroglyphicorum explicationes innitantur. Ægyptij itaque, quemadmodum & aliæ gentes Oſirin Solem, Iſidem Lunam interpretati ſunt, eò quòd horum aſtrorum dominio, influxuque tota natura ſuſtineatur; exprimit id appoſitè fabula de Hercule, qui comes Soli additus, cum eo cœleſtes percurrit ambitus. Lunæ verò Mercurium; nam quæ ad Lunam attinent, philoſophiæ & rationi, quæ ad Solem ſpectant, fortitudini, atque ſummæ actiuitati comparant; ſed locus hic poſtulare videtur, vt fabulam ſupra citatam etiam Soli & Lunæ accommodemus. Oſiridem itaque 17. die Menſis Athyr perijſſe fabulantur, quo numero oſtenditur elongatio Lunæ à Sole, quam plenilunium ſeù παυσέληνον Græci; Pythagoræi ἀντίφασιν id eſt, interſegmentum appellarunt, & hunc numerum omninò abominantur. Cùm enim 16. ſit tetragonus, id eſt, quadratus numerus. 18 autem altera parte longior, ſeù parallelogrammum, quibus ſolis inter numeros, æquas habere contingit dimenſiones. 17. occurrens vtrumque interſecat, diſtinguitque ἐπόγδοον, id eſt, ſeſquioctauam proportionem, ideò hunc numerum, & imperfectum, & infortunatum abominantur. Annorum autem numerum, quibus Oſirin regnaſſe ferunt, nimirum 28. ad dies, quibus Luna vias ſuas obit, ſeù ad menſtruum ſpatium referunt; ac proindè Oſiridis ſepulchra ornant, varijſque rebus Lunæ figuram imitantibus, eò quòd Luna Soli appropinquàs lucere deſinat, & oculis noſtris auferatur. Oſiris verò in 14. partes diſcerptus, nil aliud deſignare videtur, niſi dierum inter coniunctionem atque oppoſitionem, Lunæ intercapedinem. Vndè diem, quo ſe Luna Solis radijs ſubducit, perfectum bonum, teſte Manethon appellant. Oſirin verò tunc beneficum, robuſtum, valentemque interpretantur; quin & alterum Dei nomen Omphin, rectiùs Momphta, ἐυεργέτην, id eſt,

Oſiris Sol, Iſis Luna.

28. annis Oſirin regnaſſe quid myſtice?

Oſiris in 14. partes ſectus

Manethon.

id est, benefactorē ideò vocat Homerus, eò quòd Osiris qui & Nilus dicitur, ad luces Lunæ incrementum capit aut decrementum; maximum enim incrementum, quod fit circa Elephantinam cubitorum 28. periodico Lunæ motui comparatur, minimum autem, quod circa Mendetem & Zoin, 6. cubitorum contingit, ad Lunam διχότομον, id est, semidimidiatam transfertur. Mediocre verò, quod & iustum est, & circa Memphin annotatū cubitorum deprehenditur 14. cui plenilunium respondet. Adde Apin Osiridis imaginē nō alia de causa animatā fingi, nisi quod cum Luna firmā, cōstantemq; lucem nacta fuerit, eū gigni & in libidinē incitari tradatur; neq; maculæ illæ nigræ albis cōmixtæ, insinuant, nisi vt iā sæpè dictū est, bicolorē Lunæ faciē. Confirmant hoc festo, quod ingressum Osiridis in Lunam dicunt, mense Phamenoth initio veris celebrato. Vndè & Osiridem veluti principium actiuum, Isidem passiuum statuunt. Nam & à Sole Osiride impletur & concipit; & eadem rursus in aërem semina quædam seu principia genitalia destillat; vnde origo Hori sensibilium huius mundi rerū imaginis, cum quo Typhon inimicitias exercet, quod nil est aliud, quàm indissolubilis illa generationis & corruptionis simultas, quando sic se habet inferior mundus, vt alternatim corruptionem detrimentis compensēt, nunquam noua sobole & generatione carens. Porrò quid aliud defectus luminarium designant, nisi lugentem atro vestitu Isidem, Osiridisque à Typhone occisi in arcam detrusionem? Quid verò, quod enixa Nephthys Anubim, Isis subijcitur. Nempè quod Nephthys ea est obscuritas, quæ sub terrâ latet, seu in hemispherio tenebroso: Isis ea lux, quæ in hemisphærio lucido. At circulus finiens, quē horizontem appellant, vtrique communis, Anubis dicitur, & non immeritò cani comparatur, eò quod cœlo terraque polleat; & in hac significatione eandem apud Ægyptios vim habere videtur Anubis; quam apud Græcos Hecate. Verùm vt hactenus dicta concilientur; nos dicimus Osiridem nil aliud esse, quàm Solem ipsum, virtute suâ quadruplici omnia, quæ in mundo sunt alentem ac sustentantem, cui Isis Luna veluti socia, ac coniux, Sole eam impręgnāte fęcundior facta, pro aspectuum, & coitus diuersitate, diuersos quoque effectus producit in sublunari mundo, qui effectus Horus communi vocabulo appellantur, vt suprà innuimus. Typhon verò non malè quiuis malignus Planeta, aut planetæ maligni influxus vtriusque salutares influxus impediens dici potest. Intitulatur autem Osiris varijs nominibus pro ratione effectuum, quos producit; ita Bacchus dicitur, ob virtutem videlicet Solis humectatiuam, vimque genitalem. Hercules ob virtutem Solis cōsolidatiuam, maturatiuamque. Apollo ob vim calefactiuam, illuminatiuam, constrictiuam. Mercurius denique dicitur ob vim, quam in attrahēdis vaporibus habet, exhalationibusq; ad nubes & pluuias producendas, ordinatis. Isis verò Minerua vocatur, eò quòd è capite Iouis, id est, Osiridis nata, artes & scientias doceat. Solis enim radij in Lunā velut in speculū quoddam coniecti, ad nos auctis viribus reuerberantur, quarum vis & efficacia docuit

Omphis Osiridis nomen quid?

Incrementū Nili 28. cubitos?

Phases Lunæ incremento Nili respondent.

Quid maculæ in Lunæ?

Generationis & corruptionis vicissitudo?

Defectus luminarium.

Nephthys.

Horizon.

Anubis dicitur.

Multiplex Solis & Lunæ virtus multitudinē Deorum peperit.

Isis Minerua dicta cur.

docuit homines certo & oportuno tempore semina mandare terræ, ligna ad ædificandum apta cædere, alijs agriculturæ operibus insudare; vnde artes vitæ vsuique humano necessarias exortas testatur Columella lib. 1. de re hort. Vocatur autem Isis Iuno ob virtutem seminalem, quam aëri continuò vi sua humectatiua influit. Venus ob generatiuum appetitum, quo omnia inferiora ad similis procreationem inclinantur; tum ob fœcunditatẽ summam quâ in rebus producendis pollet, vnde non malè à Poëtis è genitalibus Saturni abscissis & in mare coniectis nata fingitur. Proserpina denique dicitur, ob dominium in terræ filios, plantas inquam, arbores, semina, aliosque fructus: eò quòd humidis suis influxibus terræ communicatis accedente Solis virtute adolescere faciat, seu proserpere plantas, frutices, folia, semina. Horus denique omnes illos effectus, qui virtute Solis & Lunæ in terra generantur, refert. Vnde pingitur infans ob plãtarum teneritudinem, cum cornucopia ob abundantiam rerum, quas producit indicandã. Typhon verò nil aliud referre videtur, quàm vel excessiuum humorem, quo Horus veluti in mare coniectus submergitur, vel radios Saturninos seu vim quandam adustiuam, quâ Horus inopia humoris violẽter veluti à Typhone mori cogitur. Nihil enim plantis, fructibus seu floribus adeò nociuum est quàm nimia humiditas, quibus offocata computrescunt; aut nimia siccitas, quâ exarescentibus radicibus contabescere necessariò coguntur, nisi mox ab Iside inquirantur; hoc est à Lunæ radijs benignè aspecta, ad vitam restaurentur. Atque ex his omnibus patet, quanto ingenio, & eruditione antiqui Ægyptiorum sapientes fœcundũ illum Naturæ genium, sub symbolica hac Osiridis, Isidis, Hori, & Typhonis historia repræsentârint. Sed quâ ratione tandem ad mores transtulerint series iam postulat vt dicamus.

Columella lib. 1. de re Rustic.

Horus pingitur infans & quare?

Typhõ quid?

CAPVT VIII.

De Tropologica significatione, seu morali interpretatione Osiridis Isidis, Hori, Typhonis.

Arist. l. 1. Eth.

Tres partes Ethicæ.

MOralis philosophia teste Aristotele tripliciter considerari potest: vel enim respectum dicit ad homines priuatos, & mores formãdos spectat, & ita dicitur ἠθικὴ; vel familiæ alicuius gubernandæ leges præscribit; & hoc modo Oeconomia appellatur; vel denique Remp: seu communitatem aliquam spectat, & vocatur Politia: quæ tres partes Philosophiæ iunctæ cõstituunt

ſtituunt integrum illum & politicum κόσμον, ſeù mundum omnibus numeris abſolutiſſimum; vt rectè lib. 1. de Rep. docet Plato. Hinc pulchrò ſanè Syneſius diſcurſu monſtrat, hanc de Oſiride, Iſide, Horo, Typhone hiſtoriam ſpeculum quoddam eſſe moralis diſciplinæ omnibus propoſitum, vt in eo quid amplexandum nobis, quid fugiendum ſit, videamus. Sicut enim in maiori mundo Solis, & Lunæ inoffenſa coniunctione, & operatione, omnia inferiora reguntur & ſuſtentantur, ita in politico mundo juxta analogiam quandam Sol & Luna quædam datur, quorum vnanimi conſenſu, totum reliquum politicum corpus foueatur & ſuſtentetur: Solem verò hunc & Lunam in philoſophia morali nil aliud dicimus eſſe, quàm intellectus & voluntatis concordiam per Oſiridem & Iſidem repræſentatam. Sicut etiam Oſiris ſeù Sol illuminando & calefaciendo, tùm Lunam, tùm reliquum inferiorem mundum idoneum facit ad generationes: ſic intellectus illuminando voluntatem, ſeù Iſidem, eamq; per veri boni repræſentationē ad amorem incitādo habilem reddit ad bonorū operū ꝓductionem. Ex quorum mutua concordia, naſcitur Horus, verus ille Apollo, muſicæ & harmonicarum proportionum inuentor, quo concinente, ſumma imis, ima ſummis, ima denique, ac ſumma medijs; ſummâ vbique proportione reſpondentibus; hoc eſt, exterieres potentiæ interioribus ſubiectæ, appetitu ſenſitiuo rationali conformato; ſubjectâ voluntate intellectui, reliquis potentijs in vnum veluti conſentientibus, ac in bonum vnanimiter intentis admirabilem quandam menti pacem non malè per adiunctum Apollinis cornucopiæ, floreſque adumbratum parere comperiuntur. Cùm verò omnia in rebus humanis miſta ſint, & bona contemperata malis, atque, vt Homerus ſcripſit, duo in Iouis limine dolia, quorum diſpenſatorem ac veluti inſtitorem non vnum credi par eſt, ſed duobus contrarijs principijs, & repugnantibus potentijs erogari; quorum hæc dextrorſum recta prouehatur, ſiniſtrorſum illa obliquè feratur; Fit vt harmonia illa microcoſmi ſubindè turbetur, Oſiris à Typhone occidatur, & diſperſus in mare conijciatur. Iſis lugeat, & ſimulata corporis eius inuentione in artus deluſorio quodam ſimulachri figmento reſtauret; hoc eſt potentia rationalis ab appetitu ſenſitiuo & brutali, verò Typhonis ſymbolo, ſuperetur, obnubileturq, ſplendore luminis eius in brutorum affectuum caligine extincto. Veré enim tunc à Typhone Oſiris occidi dicitur, cùm intellectus vanâ concupiſcentiâ illectus, & à brutali appetitu victus, id quod legi naturæ, ſeù rectæ rationis dictamini è diametro contrarium faciendum eſſe judicat. Iſis lugere dicitur & Oſiridem quærere, cum obnubilato intellectu, & proſtrato, voluntas bonum quærens, idque verum obducentis & proponentis defectum reperire nequit. Falſum Oſiridem deluſoria arte fingit, cùm in bono apparente & falſo ſibi acquieſcendum putat. Adumbrarunt hanc diſcordiam olim appoſitè ſymbolicis ſuis figmentis Mercurius ter-maximus & Zoroaſter, qui rationalem & ſenſitiuum dictos appetitus ſibi adeò contrarios ſub

Plato lib. 2. de Prouidentia.

Syneſius de Prouid. lib. 1.

Quid in Ethica Sol & Luna?

Horus eſt concordia & pax in politico mundo.

Quando Oſiris occidatur.

digi-

Deorum nomine, quorum ille bonorum, hîc malorum opificem dixit, in-
Horomazes & Arimanius Dij ἀντιπαχνος. digitauit, meliorem Horomazen, Ariminium verò deteriorem vocans, illumque ſimilem luci, hunc obſcuritati & caligini aſſimilabat; inter hos verò Mithram medium ſtatuebat. Priorem precibus & ſacrificijs continuis exorari: alteri amuleta auerruncatiua, & ſacrificia funeſta, execrationibus adhibitis, offerri debere ſtatuit. Inter cætera etiam herbam quandam Omo-
Herba Omomi. mi nomine in mortario conterunt, inuocanteſq; Ditem & Scotum, hoc eſt, tenebrarum numen, admiſcenteſque lupi ſanguinem in locum opacum deferrentes proijciunt; quâ quidem deſcriptione, nil aliud inſinuare vult, quàm ceremonias quibus Ægyptij Oſiridem & Typhonem illũ veluti Genium optimum, ſacrificijs, ſuffimentis, alijſque innumeris ritibus: hunc veluti dæmonem infortunatum execrationibus, ac luctuoſis ſiſtrorum ſtrepitibus depellentes, quid in potentiarum diſcordia in Oeconomicis controuerſijs, ac denique in Rerum publicarum tumultibus, ac ſeditionibus faciendum eſſet, ſubobſcurè ſignificare volebant. Cùm enim, vt ſupra diximus, philoſophia moralis tripliciter conſideretur, vel quoad priuatas perſonas, vel quo ad Oeconomiam aliquam, vel denique quoad Rempublicam concernit. Quod enim Oſirin inter & Iſin, contumax ille ac perduellis Typhõ
Comparationes parallelę. in anima rationali; hoc in Oeconomica Repub: maritum inter & vxorem diffidentia, zelotypia, ſuſpicio. In politico verò mundo Magiſtratum ſeù principem inter, & ſubditos rebelles, detrectatoreſque bellum, tumultus, ſeditiones, legum ſalubrium contemptus; & vt à primo incipiam; ſi enim potior pars hominis, id eſt, ſuperior ab inferiori ſubiugetur, occiditur à Typhone Oſiris: totius perit harmonia animi; ita ſi in Oeconomia quapiam coniuges ſint diffidentes, zelotypi, ſuſpicaces, nullam inter ſe habentes confidentiam, Oſiris occiditur à Typhone, & eius corpus diſcerptum in varias partes abijcitur, hoc eſt qui debebant eſſe veluti duo in carne vna, adulterijs ac vagâ quâdam fornicandi libidine in diuerſa, ac varia commiſtione maculati, veluti in multas diſtrahuntur partes. Iſis luget, id eſt, ob timorem, ſuſpiciones, dolores, alia que accidentia ſimilibus propria coniugibus. Fugandus itaque Typhon, ſiſtris, execrationibus, alijſque medijs Aegyptijs conſuetis. Denique ſi Magiſtratus, Rex aut Princeps à ſubditis diſſonet, ſi leges conditæ ad bonum commune conditæ contemnantur; Occiditur a Typhone Oſiris, id eſt, Architectonicus legislatoris intellectus fit in recipientium ſubditorum animis difformis; & ex varia & iniqua legum interpretatione diſcerpitur Oſiris; vnde bella, ſeditiones ciuiles, cædes inhumanæ, aliæque malorum Iliades, quæ hanc diſcrepantiã, veluti corpus vmbra concomitari ſolent, exoriuntur; de quibus egregiè diſcurrentes, vide-
Syneſ. lib. de Fround. Syneſ. lib. de prouidentia, Marſilium Ficin, lib. de legibus. Inter cæteros
Marſilius Ficinus lib. de legibus. autem eleganter ſanè Plutarchus dicta ſub fabula Deorum ἀντιπαχνων oſtẽdit:
Plutarchus. ita enim, vt ſuprà citauimus, tradit, duos eſſe dęmones Horomazẽ & Arimanium, illum é puriſſimo lumine, hunc é tenebris genitum, & vtrumque ad

inui-

inuicem pugnare, ex Horomaze 6. prodijſſe Præfectos, quorum primum beneuolentiæ, alterum veritati, tertium optimis legibus præfuiſſe fingit, è reliquis verò vnum Sapientiæ, alterum opulentiæ, poſtremum deliciarum, ſuauitatumque Opificem, aduerſus quos Arimanius totidem æquato numero protuliſſe memorat. Horomazen itaque ſeſe attollentem tantùm ſupra Solem euectum, quantùm Sol ipſe è terra, abſceſſiſſe; mox alios quatuor & viginti Deos molitum eſſe, quos omnes in ouo condidit. Tùm Arimainum ex aduerſo totidem procreaſſe; qui perforantes ouum eodem ſeſe coniecerunt, atque ita mala permiſta bonis, antipathiam & diſſonantem iſtum mundi concentum cauſata eſſe: addit ſecutum poſtmodum fatale tempus, quo ſubducto Arimanio, maliſque depulſis, terram æqualem, & ſolidam factam eſſe, vnamque felicium hominũ Remp. euaſiſſe. Quæ omnia haud incõgruè prædictis adaptari poſſunt. Pulſo enim Typhone Arimanio redit pax, reſtauratur Oſiris Orimazes, Horus ad immortalitatem reuocatur, lætatur Iſis de nunquam ſatis quæſito Oſiride tandem inuento, leges ſalubriter latæ, ab omnibus beneuolè recipiuntur. Vita denique omnis doloris & malorum experte viuitur: omnes denique intentam, diuq; concupitam tranquillitatem, pacemque adepti, ea feliciter, & ſine tædio perfruuntur; ſed hæc de morali explicatione ſufficiant.

Fabula de Horomaze & Arimanio.

CAPVT IX.

De Hiſtoriæ Oſiridis, Iſidis, Hori, & Typhonis interpretatione anagogica, ſeù de ſublimi Ægyptiorum ſapientia per hanc indicata.

CVm à Dijs immortalibus, dicit Tullius, omnia bona peti oporteat, tùm maximè eam, quæ de ipſis conſtat ſapientiam, quæri oportet, quâ imbutus magnus ille Macedonum Rex Alexander dicere ſolebat, multo ſibi jucundiùs de Dijs rectè ſentire, quàm vel multis gentibus imperare. Nam neque maiùs quicquam à Dijs dari, nec ab homine præclariùs quicquam ac digniùs accipi poſſe, illa, quæ in ſummi illius ac incomprehenſi boni cognitione conſiſtit veritate ac ſapientiâ, rectè ac ſapienter judicabat. Hinc Ægyptiorum ſapientes viri ingenio ſubtiles, & ad ſublimium rerum ſcrutinia aptiſſimi, cùm abominandam illam, ac planè ridiculam ſuperſtitioſæ gentis in Deorũ cultu rationem intuerentur, nec inueteratam iam idololatriæ conſuetudinem, ac imbibitam ſemel pertinacis turbæ de ridiculis Dijs conceptam opinionem adimere ſeſe poſſe viderent. Sub hiſce fabularum figmentis, maxima quæuis myſteria de DEO, de mundo, de Angelis, & Dœmonibus, teſte Iamblicho, ad anagogicas confugientes explicandi rationes, exprimere ſunt conati; indignum enim eſſe rebantur, ijs rebus, quæ vel ex natura ſua imperfecta ſunt, aut ex diuerſis compoſita ſpeciebus, vel

Cicero.

Fabuloſæ narrationes ad myſteria Diuina transformatæ.

vel quæ corruptione, aut etiá prauis animi affectionibus, vt libidine, inuidiâ, timore, obnoxia essent, ei, quod intellectu concipi potest, optimum, nobilissimum, atque excellentissimum, Diuinitati nimirum affingere; tùm maximè ijs rebus, quæ cùm à ratione, tùm sensu longè sunt remotissimæ, vti salax ille Apis, seù Mneuius Taurus, Mendesiorum Hircus, immanis crocodilus, insensatus Nilus vitaque carens, olera hortorum numina, bestiarum pabula, similiaqua portenta Deorum, quæ non res sacras duntaxat in risum contemptumque vocabant, quæ minima improbitatis pars esse poterat; sed merâ & intolerabili superstitione, varijsq; dæmonũ imposturis aliorum mentes implicabant, aliorum autem in ferinam & pudendam impietatem, ac conclamatam denique peccandi licentiam trahebant. Quis enim adeò philosophicæ disciplinæ ignarus, qui ἱερακόμορφον, κυνοκέφαλον, similiaq; πολύμορφα simulachra, Deos credat? Deos autem, vti Ægyptij putabant, vim Typhonis formidantes in diuersa transformatos, nunc Ibium, Canũue, nũc accipittum, vaccarumque corpora induere, omnes fabulas, omnia excedit portenta. Nequaquam ergo existimandum est, sapientissimos Ægyptiorũ Sacerdotes, hisce aut quicquam tribuisse, aut falsâ quâdam opinione persuasos, ijs quicquam Diuinitatis inesse sensisse; sed hisce duntaxat fabulis veluti symbolis quibusdam ad sublimium rerum sacramenta, ab indignis contegenda vsos, altiorem philosophiam indicasse. Tantum enim lumine naturæ valebant, vt illud ens, quod nos DEVM dicimus, finitum, corruptibile, mobile, multiplex esse, fieri non posse crederent. Ac primo quidem infinitatem DEI naturali mentis ratiocinio, vti ex Zoroastre, Trismegisto, alijsque apparet, colligebant è rerum omnium conseruatione, rerumque creatarum essentiali à DEO dependentia: quod finito & mobili enti conuenire impossibile est. Hinc sapienter Orpheus in hymno Saturni: *Qui omnes mundi partes habitas, generatio es ex ers*, quem secutus Parmenides Pythagoræus, Deum dixit ens vnum, immobile, infinitũ; præterea fatetur Trismegistus, Deum non misceri alicui: nullius proprium esse Ducem, sed communem existere; si communis ergo est, commune eidĕ competet munus; & si esse commune sit rebus omnibus; esse igitur vbicunque sit, pendebit ab eo. Quod mysticè tangens Zoroaster dicit: *Omnia esse vno igne genita*; Et Orpheus Deum ideo appellat necessitatem, cum necessitatem vbique dominari asserit. Sed audiamus Trismegistum clarius de infinitate Dei tractantem Dialog. 12. *Deus, ait, circa omnia simul atque per omnia, actus enim est omnium atque potentia, nihil etiam est in omni, quod non sit ipse Deus: itaque nec magnitudo, neque locus, neque qualitas, neque figura, neque tempus circa Deum, omne enim est:* Quem secuti Plato, Pythagoras, Plotinus, alijque Ægyptiacæ sapientiæ alumni, non absimilia de prædictis (vt interim Aristotelem sileam) retulerunt. Compertum est in animalibus neruum quendam esse circa Nucham, quem qui trahunt, cuncta simul animantis membra, ita mouent, vt singula proprijs motibus concitentur; & sic Ægyptij,

Veteres sapientes non credebant πολύθεον.

Zoroastrus. Trismegistus.

Deus vnus.

Zoroaster.

Trismeg. dial. 12.

Neruus in animali quo moto omnia in animali mouentur.

ptij, & post eos Aristotel. lib. de mundo; à Deo causarum causâ mundi membra moueri tradidêre. Cùm igitur vnum Deum dicerent ens necessarium, infinitum, immobile, circulum illum æternum, & immensum, cuius centrum vbique, circumferentia nusquam; à quo, & in quem, quicquid est, prodiens reuertitur; Deorum pluralitatem consequenter consistere impossibile arbitrabantur, quia lumine naturæ docti ductiq; plura principia, præter vnum esse, posse ἀδύνατον existimabant. In quolibet enim rerum genere, illud quod est generis illius summum, vnum esse duntaxat sciebãt, & si plures essent Dij, vnum alterius perfectione cariturum, & consequenter defectui alicui obnoxium, quod Diuinæ naturæ repugnat, cognoscebant. Vnum igitur Deum, naturam naturantem, seu essentiam essentiantem, principium & finem rerum omnium confitebantur; motus autem ordoque per tot secula adeò æqualis, tam ingentis ac multiplicis machinę eos docebat indefessum esse, adeoque infinitam quandam in Gubernatore potentiam; finita enim, vt rectè Aristoteles docet, potentia, tempore finito siue infinito motum, sine fatigatione continuare nequit. *Arist. l. 4. phis.* Sed vt ad scopum tandem veniamus, hunc Deum, cuius multiplices virtutes & perfectiones Ægyptij sapientes subobscurè nobis per Osiridem, Isidem & Horum indicare voluerunt, dum illum omnium rerum principium & authorem, sapientiam verò eiusdem per Isidem, quam supra ex vi nominis, nil aliud, nisi prudentem naturæ progressum significari è Plutarcho retulimus) omnia moderantem & disponentem adstruxerunt. Per Osi. Isid. Typh. Horũ Deitatem expresse, ût veres. Per Horum denique exteriorem illam ac sensibilem mundi fabricam, à Deo summa sapientia productam, innuere voluerunt. Atque hoc ita sese habere testatur Iamblichus de mysterijs Ægypt. tractans. Nam cùm discipuli eius quærerent, quidnam primam causam esse iudicaret? vtrum intellectũ? an aliquid supra intellectum? vel vtrũ vnum aliquid solum? an vna cum alio quodam sine alijs? vtrum corporeũ? aut incorporeum? vtrum cum opifice mundi idem, an eo superius? similiaque circa primum principium quærerent. Iamblichus respondisse fertur hisce verbis. *Iamb. de myst. Aegyptiorum.* *Ego verò, ait, causam in primis tibi dicam, ob quam sacri & antiqui Aegyptiorum scriptores de his varia senserint, & insuper huius sæculi sapientes, non eadem de his ratione loquantur. Cùm enim multæ in vniuerso sint essentiæ, ac si multifariam inter se differant, meritò earum, & multa earum tradita sunt principia habentia ordines differentes, & ab alijs Sacerdotibus alia principia quidem tota vniuersaliaque, vt narrat Seleucus; Mercurius ipse tradit 20000. voluminibus vel sicut Maneth refert 36000. itemque 6526, & in his perfectè omnia demonstrauit. Oportet igitur de his omnibus veritatem breuiter declarare, atque primum, quod primo quæritis. Primus Deus ante ens, & solus, pater est primi Dei, quem gignit manens in vnitate sua solitaria: atque id est super intelligibile, atque exemplar illius, quod dicitur sui pater, sui filius, vni pater, & Deus verè bonus; ille enim maior & primus, & fons omnium & radix eorum, quæ prima intelligũtur & intelligunt; scilicet idearum. Ab hoc vtique vno Deus per se sufficiens, se ipsum explicauit, ideoque dicitur* Merc. 20000. rationibus scripsit principiorum rationes. *Seleucus.* *Maneton.*

per ſe ſufficiens ſui pater, per ſe princeps. Eſt enim hic principium, Deus Deorum, vnitas ex vno ſuper eſſentiam, eſſentiæ principium, ab eo enim eſſentia; propterea pater eſſentiæ nominatur; ipſe enim eſt ens, ntelligibilium principium; hæc ſunt principia omniū

Scripta Mercurij de Dijs. Emeph quid

antiquiſſima; Quæ Mercurius proponit de Dijs Aetherijs, Empyrijs, Cæleſtibus, componens de Empyreis libros centum, totidemque de Aetherijs, mille de cæleſtibus. Secundū vero alium ordinem proponit Deum Emeph, *Dijs cæleſtibus tanquam ducem, quem ait, intellectum eſſe ſe ipſum intelligentem, atque in ſe intelligentias conuertentem. Huic vnum impartibile anteponit, quod primum exemplar aut expreſſionem vel effigiem, quod* Ichthon *appellat. In quo eſt primum intelligens, & intelligibile primū; quod ſolo ſilentio colitur. Prater hos autem, rerum apparentium opificio alij duces præſunt. Nam opifex intellectus, qui & veritatis Dominus eſt, atque ſapientiæ, quatenus in generationem progrediens, occultam latentium rationum potentiam traducit in*

Ichthon quid?

Amun quid?

lucem Amun *Aegyptiaca lingua vocatur; quatenus autem ſine mēdacio peragit omnia, & artificioſè ſimul cum veritate* Phta *nuncupatur. Græci hunc Vulcanum nominant, artificioſum duntaxat conſiderantes. Quantùm verò effector eſt bonorum omnium, appellatur Oſiris; qui ob ſuum principatum multas alias habet denominationes, propter potentias, actioneſque, quas exercet differentes:* atque hactenus Iamblichus. E quibus apparet Ægyptios diuerſitate nominum, quæ Deo affingebant, nil aliud, niſi diuerſos vnius Dei in mundo producentis effectus innuiſſe; ab Hæbræis & Chaldæis, vt ego arbitror, edocti, qui omnes Dei effectus notabiles, totidem nominibus exprimebant. Hinc ex eſſentiali Dei nomine tetragrammato, & vt ipſi vocant שמהמפרש deducunt 12. alia Dei nomina, ex hoc iterum 42. & demum 72. de quibus in ſequenti ſectione fuſiùs tractabitur. Cùm itaque, teſte Marſilio Ficino, in citatum Iamblichi locum, multiplices illi Ægyptiorum Dij, nil aliud notent, quàm diuerſam vnius Dei vim & potentiam, nec aliud conſequenter Phta, Amun, Emepht, Ichthon, Oſiris ſit, niſi intellectus opifex, mundanorum opificum proximus Dux, omnia diſponens; optimè dicemus Oſirin ſupremum illum rerū omnium Archetypon intellectum eſſe. Iſidem verò, eius prouidentiam, & amorem, quorum virtute Horus Apollo natus eſt ſenſibilis ille mundus, & admirandus ille rerum omnium concentus & harmonia, ab antiquis ſub fabula, qua Harmoniam Apollinis filiam ex Marte & Venere natam finxerunt, myſticè indicata. Ex Marte ſimiliter & Venere; Harmoniam, ob ſimilium videlicet rerum cum diſſimilibus conuenientiā, & ob rerum latentium conſenſum diſſenſumque, in quibus ſola mundi pulchritudo & muſica conſiſtit, natam finxerunt. Oſirin autem Archetypon intellectum eſſe, oſtendit ipſum nomen, quod pulchrè ſanè ideò πολυόφθαλμον ſignificare tradit, id eſt, multioculū, ob multiplices nimirum virtutes & operationes quas exercet, & diuinorum radiorum omnia penetrantem potentiam; atque ob eandem cauſam Oſirin ipſum Solem eſſe, atque Iſidem Lunam imaginem Solis, eiuſque in ordine ad Horum genitum influxu ſuo conſeruandum coadiutricem dicebant. Sicut enim lumen Solis idem totum continuum

Phta.

Oſiris.

Hebræi eandem cum Ægyptijs ſcientiam profitētur. *Marſilius Ficin.*

Oſiris intellectus Archetypus.

eſt

eſt vbique, neque in partes diuidi poteſt, nequè alicubi claudi, neq; à fonte propriè ſeparari, neque licet ei adſit, aëri miſceri: ita DEI lumen totum indiuiduum, toti mundo penitus adeſt, licet parti cuidam præcipuè vim ſuam ſibi accommodatæ impertiat. Interea tamen omnia quodammodo implet, ob perfectam potentiam, & dominium in omnia penitus immenſum. Vndè perficit omnia, vnitque cum extremis extrema per media comprehendens in ſe omnia, & ſe ad ſe reflectens ſibi prorſùs vnitum; quod quidem munus imitatur, & mundus circulari motu, partiumque in vnum connexione, & conciliatione quadam, elementa viciſſim in elementa, virtutemque ſuperiorum ad inferiora mittente. Quod autem de lumine Solis ſeù Oſiridis dictum eſt; de Iſidis ſeù Lunæ quoque dictum ſit; eſt enim Iſis nihil aliud, vt dictum eſt, quàm Sapientia illa, amor, & prouidentia intellectus Archetypi, quo mundus, ſeù Horus naſcitur & conſeruatur; quæ quidem ſemper inſeparabiliter ſunt connexa: qui enim videt lumen Lunæ, videt & Lumen Solis à Lunæ lumine indiſtinctum, cùm lumen Lunæ nil aliud ſit, niſi reflexum ad nos Solis lumen. Ita igitur qui videt Sapientiam, prouidentiam, & amorem DEI, in hoc mundo eluceſcentem, ipſum DEVM videt, teſte enim D. Dionyſio, omnes res creatæ nihil aliud quàm ſpecula quædam ſunt Diuinæ Sapientiæ radios ad nos reflectentia. Hinc Ægyptij ſapientes, Oſirin rerum cura commiſſa Iſidi, totum mundum incognitum peragraſſe finxerunt, quo quid aliud ſignificatur, niſi virtus DEI inuiſibilis intima quæuis penetrans? Iſis enim ſeù Sapientia DEI & prouidentia in rebus omnibus apparet; intellectus verò à quo procedit, ſeù Oſiris inuiſibiliter omnia mouens, non niſi per imaginem eius in Iſide expreſſam apparet; ſed audiamus illuminatiſſimi Plotini de hiſce opinionem, ſic enim in libro de 3. hypoſtaſibus: *Mundum*, ait, *hunc ſenſibilem, ſi quis admiretur, magnitudinem, pulchritudinem, & perpetuum motus ordinem conſiderans, & Deos qui ſunt in eo alios viſibiles, alios inuiſibiles. Dæmones etiam atque animalia, plantas, cæteraque omnia, ad primitiuum exemplar mente aſcendunt, & ibi cuncta intellectualia contemplentur, eorumque omnium æternam mentem atque ſapientiam præſidentem.* Et paulò poſt: *Quis igitur hunc genuit? ille ſimplex ſcilicet, qui in ordine ante hunc eſt, qui cauſa eſt vt ille ſit, & tantus ſit, qui numerum facit. Non enim numerus primus eſt. ante dualitatem enim vnum eſt; deindè dualitas eſt ab vno nata.* Et paulò poſt: *Amat autem omne quod genuit, & maximè quando ſola ſunt generans & generatum. Quando etiam optimum eſt illud, quod genuit, neceſſariò cum illo eſt, vt in eo ſolummodo, quod alius eſt ſeparetur. Ideò Plato quoque terna omnia eſſe circa Regem dicit, primum circa prima: deindè circa ſecunda, & tertia circa tertia, ipſam quoque cauſam rerum patrem habere dicit, cauſam rerum intellectum appellans, Creatorem enim intellectum eſſe cenſet, & ab hoc animam eſſe creatam in illo cratere. Cùm itaque cauſa intellectui ſit ipſum bonum, quod vltra intellectum & vltra ſubſtantiam eſt, patrem eius appellat, multis autem in locis ipſum ens, & intellectum ipſum, ideam nominat.* Hæc Plotinus. Hinc Nu-

Iſis amor & Prouidentia.

D. Dionyſius

ἀπηχήματα.

Plotinus lib. de 3. hypoſtaſ.

Plato.

Terna omnia circa Regem.

menius citat Zoroastrum dicentem, Deum per Sapientiam & Amorem suum omnia produxisse: cui subscribit Thargū Hierosolymitanū, vbi loco בראשית ברא אלהים את השמים id est, *In principio creauit, &c.* habet Thargum Hierosolymitanum בחכמתא ברא יי׳ ית שמיא וית ארעא *In Sapientia creauit DEVS cælum & terram.* Hinc in arbore Sephiroth apud Cabalistas ג׳ מדות seu tres proprietates DEO affinguntur, quibus DEVM omnia fecisse memorant, suntque כתר. חכמה. בינה *Corona, Sapientia, Intelligentia:* quas R. Abraham in Iethsirah appellat סופר ספר מספר id est, *numerantem, numerum, & numeratum,* quæ tria exactè respondent tribus suprà à Iamblicho citatis nominibus, *Amun, Phtha, Emepht.* Quemadmodum enim Hebræi אין סוף illud suum בלי תחילה הראשית אב סבה חסבות sine principio patrem & causam causarum statuunt. Ita Ægyptij, Emepht primum intellectum, Opificem, quem & in secunda causarum sensibilium serie per Osirin seu Solem præfigurant. Iterum sicuti Hebræi חכמה Sapientiam dicunt mundi creatricem; ita Ægyptij Sapientiam intellectus primi vocant *Phtha*, quo nomine Isidis consiliarium Mercurium, quin & ipsum Isidem vocant, quæ est plena Osiridis primi intellectui imago ac exẽplar, quam ideò Orpheus non inconvenienter Palladem dixit; & ob dictã quoq; causam ex cerebro Iouis natã finxerunt antiqui. Amun verò respondens Hebræorum בינה seu intelligentiæ, est vtriusque vis actiua ad extra, quâ producitur mundus HORVS. Vnde varia ista supellectilis hieroglyphicæ, quibus Horum Hieromãthæ passim exprimebant, schemata; Baculus videlicet κανονικὸς μορφὸς, id est, vpupæ insignitus capite: lituus quoque & gnomon, à tergore verò triangulum, cui circulus annexus est, quæ nil aliud indicant, quàm mundum à Deo per sapientiam suam productum, admirabili rerum varietate per vpupæ caput significata. Summa harmonia per lituum, concinno denique ordine per gnomonem indicato, elucescere; Verum quandoquidem hoc hieroglyphicum schema fusiùs alijs in locis prosequimur, eò Lectorem remittimus; Nos mystica resumamus. Horum itaque ab *Emph* per *Phta* & *Amun* productum, Plato studiosus Ægyptiorum discipulus sat hisce verbis, dùm mundum hunc sensibilem ex Archetypo illo Trigono profluxisse asserit, demonstrat; quod & Triangulus ille cum globo affixo inter cætera Hori symbola luculenter indicat, & admodum pulchrè eleganterque sequenti Schemate exprimitur.

Deus per sapientiam suã omnia produxit.

Tharg. Hieros. Cabalistæ in arbore Sephiroth.

R. Abraham.

Parallela cõparatio.

Pallas è Iouis cerebro nata.

Atque



Atq; ex his apparet & omnibus manifestum fit, Sacrosanctam & terbenedictam illam Triadem Fidei Christianę mysterium, vti maximum, sic ter sublime, nullo non tempore, etiam sub obscuris fabularum figmentis adumbratum esse.

Quod porrò Osiris nihil aliud sit, quā primus intellectus, Sol ille æternus, ac primus rerū omniū productor, qui per Isidem coniugem sapientiam suā Horum, mundū videlicet produxerit, Hieromātę varijs Hieroglyphicorum schematismis indicabant, quemadmodum columnæ multis in locis erectæ testātur, vnius celebrem inscriptionem Authores referunt his verbis.



Quæ

Quæ sanè apprimè æternæ DEI Sapientiæ congruunt; Intellectum autem supremam Sapientiam generãtem, pulchro hieroglyphico prænotant in tabula Bembina. Vbi præter hieroglyphicas inscriptiones, *Osiris* siuè *Hemphta* apparet, throno insidens variegato, accipitrina facie formidabilis, alijsque symbolis operationes eius declarantibus; per accipitrem, supremum Archetypon intellectum; per tabulam forma Calathi conspicuum capiti impositum, cui Persææ fructus insertus, potentiam fœcundatiuam, indicant capiti imponitur, ad notandam intellectus fœcunditatem, velo nigro cingitur caput, ad indicandam naturæ diuinæ caliginem inaccessam, manu extensã imperium in omnia; per sceptrum quod altera manu gerit, superius incuruatum, influxiuam in omnia superiora, hoc est, cœlestia, potentiã; Sedi variegatæ insidet, ad authoritatem in omnia inferiorum mundorum, demonstrandam. Quorum explicationem vide in sequentibus varijs authoritatibus stabilitam. Horus verò pingitur puer, vt ostenderetur mundum in tempore veluti infantulum à DEI Sapientia productum; cum cornucopiæ verò exprimitur; vt indicaretur varietas, abundantia, & plenitudo rerum in mundo creatarum; in cubo stat, ad mundi indicandam stabilitatem, soliditatemque. Trigonus cum globo cubo inscriptus significat HORVM è trigono archetypo profluxisse; Baculus Vpupæ capite insignitus, indicat mundum rerum varietate veluti fulciri, & sustentari. Lituus harmoniam vniuersi. Gnomon ordinem, & admirabilem rerum dispositionem designat. Horus denique labra premens, digitoque silentia suadens, ad ineffabilitatem mysteriorum indicandam.

Vide Schema figuræ præcedentis.

Interpretatio symbolorum Hori.

E præcedentibus itaque inscriptionibus omnia ea, quæ hactenus de secreta Ægyptiorum Theologia per *Osiridem, Isidem, Horum*, significata diximus, luculenter sanè demonstrantur. Porrò quòd Osiridem in partes à Typhone discerptum, & arcæ inclusum fingant, suâ nequaquam carent significatione, dùm nihil aliud hisce indicare volunt, nisi intellectus humani ignorantiam & tenebras, qui cùm ineffabilem illam & simplicissimam Dei essentiam ingenij viribus comprehendere non valeat, per analogias & similitudines rerum creatarum, quæ sunt veluti quædam, vt cum Horatio loquar, Diuinæ particulæ auræ, eum cum rebus corporeis corruptibilibus; imperfectisque confundendo, quasi in partes quasdam distrahere videatur. Fuit enim hoc, teste Porphyrio, Ægyptijs solenne, vt supremum illud Numen cum eo animali, in quo eximia quædam vis & proprietas eluceseeret, compararent. Hinc Zoroaster Deum accipitris caput habere dixit, non alia de causa, quàm vt infinitam perspicacitatis vim in Deo vigentem indicaret; quod symbolum in hunc diem superstes, apud Ægyptios receptum fuisse videmus, hominem videlicet ἱεροκόμορφον, vti in præcedente schemate patet, quo Osiridem seù Hemepht, primum illum archetypum intellectum significare volunt; quod hieroglyphicum alibi interpretabimur. Hinc tot multiformes Deorum imagines ac simulachra. Hinc tot mul-

Quid in Theologia Aegyptiorum Osiridis occisio?

Zoroaster.

Deus accipitris caput habet.

multiformes Deorum imagines, quæquidem nihilaliud, quàm multiplicẽ Dei virtutem diuersis animalium proprietatibus adumbratam notant. Distrahitur igitur Osiris in partes cùm per ignorantiam intellectusque caliginem, Deum cum rebus creatis confundendo, rebusque corporeis applicando, id quod ei non conuenit, nec conuenire potest, tribuentes, veluti ex toto in partes distrahũt. Siquidem rectè Plato dicit, Deo pluralitatem nequaquam conuenire, cùm omnia, quæ multitudinem important, ab vnitate recedentia, tantò sint imperfectiora, tantòque peiora, quantò ab ea magis recedunt. In arca Osiris concluditur à Typhone, cùm intellectus hominum terrenarum, ac carnalium rerum cupiditate obscuratus, cælestium rerum, Diuinorumque amori, & contemplationi nuntium mittens, sibiipsi obstaculum ponit, seq; incapacem facit ad Diuinos Osiridis radios percipiendos. Quæritur autem Osiris perditus per Isidem, & inuentus mutilatusque in integrum restituitur, hoc est per veram sapientiam & amorem, cum sistris, id est, crebris laudum canticis, inde in creaturis, veluti per partes quasdam dispersus, recollectus, ac in vera fide adoratus, vnitati suæ restituitur. Quo facto mox ingens menti exoritur iubilus, quæ per Ægyptiorum cerimonias non inconuenienter in celebri illa τῶ Ὀσιρίδος ἐυρέσει repræsentantur.

Multiformes Ægyptiorũ Dij quid?

Quomodo restaurandus sit Osiris?

Atq; ex hoc discursu patet, quàm hęc concinnè & fidei nostræ mysterijs adaptari queant. Quid enim aliud Osiris indicat, quàm Solem illum æternum, intellectum primum Archetypon, vitam primam ac fæcundissimam, patrem illum immensæ maiestatis, qui intelligendo se ipsum, & in se ipso omnia, perfectam totius sui, & omnium perfectionum notionem in se ipso concipiendo, producit æqualem, plenam, perfectam & consubstantialem sui imaginem ac vitam, & quoad naturam indistinctã ideam, quæ est Verbum Patris, & Sapientia æterna, repræsentata per Isidem. Vtriusque autem virtute consubstantiali producitur *Horus*, id est admirabilis illa mundi machina, absolutum pulchritudinis & perfectionis eminentissimæ exemplar. Quod Hebræorum secretiores Theologi in 1. Gen. confirmant, asserentes א per ב, hoc est *Aleph* per *Beth* creasse mundum, hoc est *Patrem* per *Filium*. Explicat ea clariùs Picus in Heptapto suo in voce בראשית, quod metathetica quadam Cabalisticæ disciplinæ resolutionis methodo hunc efficit sensum:

Applicatio ad fidei nostræ mysteria

Hebræorum Theologi qui exprimãt sacram Triadẽ. *Picus Mirand. in Heptapto circa finem.*

אב בבר ראשית שבתברא ראש אש שת רב אישבר ת תוב

hoc est, *Pater in Filio principium, quietem, finem; creauit, caput, ignem, fundamentum hominis magni* (subintellige Microcosmi) *fœdere bono*. Quibus nil aliud insinuatur, quàm admirabilis ille trium mũdorum Angelici, magni, & parui pulchra quædam analogia sibi correspondentium ordo, dispositio, ac concentus absolutissimus. Diuinæ Triados exemplar simillimum. Dùm ad trinam hanc imaginem, tres in mundo Angelico exhibet Hierarchias, in qualibet tres ordines. In maiori mundo tria spatia, elementare, sydereũ, empyreum, tribus qualitatibus; figurâ, luce, motu distincta. In quouis cõposito mixtoúe, materiam, formam, virtutum in omnibus mensuram, numerum

Mundus ad SS. Trinitatis imaginem factus.

merum & pondus, præterea principium, medium & finem. In Microcoſmo videlicet in te ipſo, memoriam, intelligendi vim, & voluntatem; in ſciētijs, naturalem, rationalem, & moralem facultatem; in qualibet Triadum ſerie, primum, Dei potentiam per Oſiridem repræſentatam, ſecundum, ſapientiam per Iſidem tertium, amorem ſpiritum videlicet illum מרחפת על פני המים incubantem aquis, Ægyptiacè *Amun*, ac fœcundo illo Diuinitatis ſuæ flatu mundum fęcundantem adornantemq; vtriuſq; virtutem, quâ *Horus* productus eſt commonſtrat. Sit *inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, conſpiciuntur*. Pater igitur æternus cum Filio ſuo æterna ſapiētiâ ineffabili gloriæ maieſtate refulgens, cùm maiori mundo producto, minorem ſeù microcoſmum hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam creatum, ac omnibus gratiæ & naturæ talentis inſtructum, eius veluti præſidem introduxiſſet; ecce Typhon, qui iam ob ſuam in Deum rebellionē, omni gratiâ & luminis ſplendore priuatus, vnà cum aſſeclis ſuis & confœderatis Titanibus in abyſſum erat datus, inuidiæ, rancoris, & indignationis plenus, vindictæque repetendæ percitus œſtro, Oſiridis gloriam, nullis non machinamētis euertere pertētare cępit. *Erat autē, vt Apollodorus ſcribit, Typhon formidandus vel ſolo aſpectu, horroris imago. Nunc enim inuſitata quadam humanæ ſtaturæ formà, ita vt omnium montium cacumi nibus altior eſſe videretur, apparebat. Sed & caput ſæpè numero aſtra pertingebat, manu eius alterà in Heſperum, alterà in Orientem vſque pertingente. Ex his centum Draconum capita eminebant; in cruribus maximas viperarum ille ſpiras continebat; quarum volumina ad verticem ipſum vſque extendebantur.* Talis itaque Typhon humani generis hoſtis contra Oſiridem & ſupremum Iouem ibat, hiſce maleuolentiæ, inuidiæ, malitiæ ac ſummæ peruerſitatis ſymbolis depictus, candentes in cœlum iaculans lapides, cum ſibilo virulento, & boatu horribili, magnam ex ore ignis procellam eructans, cum fruſtra ſupremum numen laceſſeret, fraudulentâ quâdam ac callidâ adinuentione, Oſiridem in arcam concluſum, poſt in fruſta diſcerpſit; quo facto in *Horum* quoque filium iram exercens, interfectum in mare proiecit. Sed quid ſibi hæc velint videamus. Conditus eſt Oſiris in arcam cum protoplaſti parentes maligni Typhonis perſuaſione inducti, legem Diuinam tranſgreſſi ſunt: quo facto, teſte D. Auguſtino, è lucis filijs, tenebrarum filij facti, humanuſque intellectus, qui admirabili quodam gratiæ fulgore coruſcabat, in extremam ignorantiam, cęcitatem, errorūque caliginem delapſus, ac quaſi Lethæo quodam intoxicatus poculo, cùm Dei, tùm omnium cæleſtium obliuionem incurrit. Porrò non ceſſauit hîc Typhonis ſæuities, corpus Oſiridis abſconditum, in partes diſcerptum, in flumen abiecit, Horum quoque interfecit, quo quidem nil aliud niſi idololatria ſignificatur, quâ genus humanum maligni ſpiritus ſuggeſtione infectum, à vera Dei cognitione cultuque declinauit, factumque eſt vt ſimpliciſſima illa Dei entitas, natura ſiuè eſſentia pluribus rebus attributa, veluti in partes diſtraheretur. Hinc alij Solem, Lunam, & reliquorum aſtrorum

Figura Typh.

Allegorica Typhonis deſcriptio.

exer-

exercitum: alij homines virtute ac rebus gestis conspicuos, alij bestias & bruta animantia, resque nomine indignas Diuino honore prosequebantur. Alij denique quicquid vel malignus genius suggerebat, aut stolida phantasia vnicuique persuadebat, Dei nomine & colebat, & sacris placabat. Vnde diuersi ritus & cerimoniæ gentium, abominanda sacrificia ac superstitiones penitus ridiculæ, quibus mundus, veluti serpentinis quibusdam Typhonis spiris intricatus miserè detinebatur, ac sub potenti hostis tyrannide & dominatu incassum luctabatur, veluti ex equo Troiano profluxerunt. Hinc Regius Psaltes catastrophen hanc olim contemplatus, plenus admiratione clamabat. *Deus de cælo prospexit super filios hominum, vt videat si est intelligens aut requirens Deum, omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt; non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* Atque hîc est Horus ille proiectus in mare; tunc enim Horus Osiridis & Isidis filius proijcitur in mare, cùm mundus humanus ad imaginem & similitudinem Dei factus; peccatis à Deo deflectens in æstuante terrenarum voluptatum Oceano submergitur; Dùm itaque Typhon tyrannidem dictâ ratione exercet, Osiride discerpto, atque idololatria per mundũ vniuersum disseminata; Horo itaq; omni iniquitate submerso, æterna Dei sapientia humanos miserata labores, Isis, inquã, illa cælestis æternitatis suæ regiam derelinquens, in hunc mundum, lugubri humanitatis nostræ vestimento induta venit, innumeris laboribus, persecutionibusque subiecta, partes Osiridis, hoc est, gentes diuersorum Deorum cultu dissentientes ad veri Dei vniusque cognitionem, atque in vnius Dei, vnius fidei, ac vnius legis professione insignem ascisens recollegit; quâ Diuinâ vocatione contigit, vt partes dispersæ in vnum corpus veluti mysticum iterum coaluerint. Horum etiam à Typhone interfectum ad immortalitatem reuocauit, id est, mundum peccatis submersum, verbo virtutis suæ ad vitam reuocans, pristino nitori, coërcito extincto que Typhone, restituit, quibus omnibus peractis, electis duodecim Apostolis Sacerdotibus, quibus certas de Deo Osiride restituto, colendoq; leges seruandas præscribens, illa vnde venerat, in cælum cum Osiride æterno Patre, æternum regnatura, postliminio remeauit. Atque hæc sunt, quæ de mystagogia Ægyptiorum breuiter dicẽda existimaui. Nunc ad discipulos eorum reuertamur, hoc est Græcorum Hebræorumque, & quid mysteriorum sub multiplici illa Deorum, Dearumq; mythologia lateat, discutiamus: Ex his enim non exiguum incrementum, emolumentumque apparatui nostro accessurum confido.

Isis æterna, Dei sapiẽtia.

CAPVT X.

De mystica significatione Deorum Cœli, Saturni, Iouis, Iunonis, Neptuni, Plutonis.

Tertullianus. RECTè Tertullianus, Ethnicos, vbi fabularum, quas de Dijs commentabantur, pudebat, ad naturalium rerum interpretationem, dedecore fabularum ingenij lusibus obumbrato, confugisse: vndè rectè Lactantius Firmianus, hanc Satanæ in Angelũ lucis se transfigurãtis, ad mortalium animos excœcandos, versutam inuentionem fuisse tradit. Nam cùm doctis viris nequaquam sufficientem videret Poëtarum authoritatem, ad falsas de Dijs opiniones comprobandas, ansam præbuit immorandi, ingeniumq; exercendi circa moralia & physica interpretamenta, vt hoc saltem nomine inania illa deliramenta, quæ antiqua confixerat superstitio ad infimæ sortis hominibus imponendum, neutiquam damnarent. Certè Empedoclem, vt suprà diximus, Deorum naturas ad elementorum facultates, naturãq; vniversi adaptasse tradit Athenagoras, quod & Palæphatus libro περὶ τῶν ἱστοριῶν ἀπίστων. Phornutus, Fulgentius Cartaginensis, alijque egregiè præstiterunt, quòd quidem aliundè non didicerunt, quàm ab Ægyptijs, quibus nihil tam vile erat & contemptibile, quod non ad mysticas rationes reuocarent. Græci itaque ad omne superstitionis genus procliues, ab Ægyptijs edocti, similes quoque disciplinas, quibus sub mysticis rationibus θεογωνίαν istam prodigiosam faciliùs tuerentur, confinxerunt; quæ vt omnia κατὰ τὴν μέθοδον ostẽdantur: à primis Deorum omnium Cœlo & Saturno incipiemus, vt quid per eos, eorumque progeniem mysticè expresserint, patefiat.

Lactantius.

Athenagoras.

Palaphatus.

Græci Aegyptiorum imitatores.

SATVRNVS Cœli filius, vt M. Cicero tradit, & Lactantius cum Servio. COELVS autem Græcè οὐρανὸς, juxta Phornutum quasi οὖρος dictus, hoc est, omnium, quæ suprà sunt, conseruator, & ὁρίζων, hoc est, finitor, & terminus vniuersæ naturæ. Hic, inquam, Cœlus genuit Saturnum, hoc est, temporũ authorem, imò tempus ipsum, quòd juxta Aristotelem nihil aliud est, quàm ἀριθμὸς τῆς κινήσεως οὐρανοῦ κατὰ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον, hoc est, *numerus motus cœli secundùm priùs & posteriùs.* Vndè & κρόνος dicitur, eò quòd cursum & conversionem spatiorum ac temporum contineret. Filios suos comedisse fertur, quod tempus omne, quodcunque gignit, consumere dicatur. Falcem autem, vt Fulgentius ait, fert, siuè quod omne tempus in se vertat, vt falcium curuamina; siuè propter fructum, vndè & castratus dicitur, quod omnes fructuum vires abscissæ atque in humoribus viscerum veluti in mare projectæ, sicuti ibi Venerem, ita & libidinẽ gignant, necesse est. Serpentem illi coniunctum fingunt; caudam suam deuorantem, symbolum anni temporis filij. Quòd porrò aliqui eum ex Alcmone natum dicant, obscurè significarunt τὸ ἄκμητον τῆς περιφορᾶς, id est, *incorruptibilem, seu indefessam cœli vertiginem, & circumuolutionem.* Macrobius quoque παρὰ τὴν Σάθην, hoc est, à veretro dictum putat, eò quòd omnis corruptionis & generationis author sit tempus,

Cicero. Lactantius. Phornutus. Vranus seù Cœlus.

Macrobius.

pus. alij inter quos Apollophanes in Epico carmine Saturnum, quasi sacrum νοῦν, aut satorem ἰδέας, quasi sensum & mentem creantem, dictum vult, eò quòd omnis ratio, sensus, animus eruditus tempore acquirantur. Quòd autem Saturnus sit tempus, ac nihil aliud, quod omnia destruit, & omnia producit, indicat illud Orphei in hymno Saturni: *Apollophanes.* Saturnus vnde dictus?

Ὃς δαπανᾷς μὲν ἅπαντα καὶ αὐξεῖς ἔμπαλιν αὖτος.

Omnia qui profers, consumis, & omnia rursus.

Nec mirum est, cùm tempus esse Saturnum dicimus, illum fuisse Deum existimatum, quando Sophocles in Electra tempus palàm Deum appellavit Orpheus in hymno Saturni.

Χρόνος γὰρ ἐυμηχὰνης Θεός.

Deus profectò tempus est, facillimus. *Sophocles.*

Cùm enim Sol nunc ad Septentrionem, nunc ad meridiem declinet, motu suo veluti cũcta mundi loca perlustrãdo, jam dies, modò noctes, nunc hyemes, nunc æstates faciat, atque pro mutationibus temporum, omnia quæ terrâ, mariq; nascuntur, initia, causasq; ab eo accipiant sui ortus, meritò dictus est Saturnus, ab Orpheo, *pater hominumque, Deùmque*; qui falcem quoque illi attribuerunt, nil aliud putasse videntur, nisi tempus ipsum, à quo omnia inciduntur, prosternuntur, atque labefactantur; Platonicorum præterea classis, cùm Cœlum illum, cuius Saturnus fuit filius, Deum esse putarent, an non sublimé illud corpus, quod, omnia continet, mentemque illam Diuinam, quæ cœtera complectitur, quam & dicunt, modò Iouem, modò Venerem, modò Saturnum siuè mentis virtutem é cœlo prouenientem, & in omnia corpora diffusã, innuerũt. Cùm enim Diuina illa mens æthereã regionem gubernans intelligitur, tunc vocatur Iuppiter; ast vbi inferiora corpora descendit ad ea per generationem concitanda, tunc appellatur Venus. Hinc accidit; vt is Saturnus, mens superna aliquando intelligatur, in qua sit lux vniuersa rerum omnium atque prouidentia, quæ ad ordinem & vitam, & mutationes omnium, fortunarum pertineat. Alij tamen eius Sphæræ, quæ ἁπλανὴς nuncupatur, animam; at inferioris Sphæræ, Saturnum dixerunt, qui ordo postea seruatur in cæteris. Hinc non desunt qui totam de Saturno fabulam ad Astronomicas res detorqueant, quæ vide apud Natalem Comitem lib. 2. Myrthol. Chymistæ quoque ad suam hanc artem retorserunt. Dicunt enim fictum fuisse ab antiquis, quòd Iuppiter Saturno genitales partes abscíderit acutâ falce, easque in mare abjecerit, ex quibus & è spuma nata sit Venus, quia Saturnus sal sit quidam, pater Iouis præparati salis scilicet, & qui fit ex eo præparato. Sed quoniam cùm Iuppiter in vase vitreo existit, in peracutam, tenuemque aquam soluitur propter vim ignis, quæ sumitur etiam ab ipso Ioue, cùm viriles partes secum afferat, incidens ac separans sulphur intimum ac sale latens, quæ recidunt in vas, quod accipiendis apponitur: idcircò & Saturno amputatas viriles partes dicunt; & cùm sal in aquam tanquam in mare decidat, ex illo sale, ac sulphure gignitur Venus. Mystica symbola Saturni. Diuina mens variè accipitur. Fabula de Saturno ad Astronomicas res deducta. Chimica interpretatio.

Saturnus Oſiris Aegypti Rex.

Quidam ex antiquis ſcriptoribus Saturnum cum Oſiride confundentes, dicunt Saturnum in Ægypto regnaſſe, ac Rheam ſororem duxiſſe in matrimonium; ex quibus nati ſint Iuppiter & Iuno, qui ob virtutem, præſtantiſſimaque animi ornamenta, vniuerſo terrarum Orbi imperârint: ex hiſce natos eſſe 5. filios, Oſirim, Iſim, Typhonem, Apollinem, Nephten ſiuè Venerem, de quibus lege Plut. ſupra cit. lib. de Oſiride & Iſide: Græci verò in hoc variantes Saturnum Iouem tantùm; Iunonem, Neptunum & Plutonem genuiſſe aſſerunt; de quibus iam vlterius dicendum.

Plato.

IVPPITER, Quemadmodum igitur Microcoſmus animam habet, quâ gubernetur, ſic macrocoſmus animam quoque habet, quam vniuerſalem Plato vocat. Poëtæ Iouem, Hebræi Mitatron; atque hic eſt filius Saturni Iuppiter dictus, vel quòd vitam & eſſe præbeat omnibus animantibus. Vel quòd per eum ſtent & conſeruentur omnia; cuius poteſtatem, vim ſummumque orbis dominium pulchrè expreſſit ſequẽtibus verſibus Orpheus antiquus Græcorum Theologus apud Euſebium:

Orphæus.

Iuppiter omnipotens eſt primus & vltimus idem,
Iuppiter eſt caput & medium, Iouis omnia munus.
Iuppiter eſt fundamen humi, & ſtellantis Olympi,
Iuppiter & mas eſt, & neſcia fœmina mortis.
Spiritus eſt cunctis, validi vis Iuppiter ignis
Et pelagi radix, Sol, Luna eſt Iuppiter ipſe.
Omnipotens rex eſt: Res omnis Iuppiter ortus,
Nam ſimul occubuit, rurſum extulit omnia lœto
Corde ſuo è ſacro, conſultor lumine rebus.

Orp. vus in hymn. Iouis.

Albricus Philoſophus de Deorum imaginibus eum ſcribit pictum in throno eburneo in ſuâ maieſtatis ſede collocatum, qui ſceptrum regium tenens in manu ſcilicet ſiniſtra; ex altera verò ſcilicet dextra, fulmina ad inferos mittens, & compreſſos fulmine gygantes ſub pedibus tenens, cæli, terræq; dominio potiri. Alij Iouem referunt nubibus inſidentem, & ſeminudum. Nam vt explicat Porphyrius ab Euſeb. relatus lib. 3. præparat. prouida credebatur eſſe & viuifica rerum vis, ſedere pingebatur, vt immutabilis eius ſoliditas exprimeretur; nudabantur ſuperiora, quoniam conſpicua eſt eadem virtus intellectualibus ac cæleſtibus partibus. Inferiora tegebantur, vt occultari mortalibus humi degentibus indicaretur. Eandem hanc expoſitionem affert Suidas verbo ζεὺς, & vt apparet ex Suida Georgius Cedrenus lib. de Origine Conſtantinop. Attamen non rerum tantùm creatrix virtus & mẽs cenſebatur Iuppiter, ſed quandoque cœlum aut aër: & vt præ cœteris teſtatur Seneca lib 4. quæſt. nat. cap. 45. omne illi nomen conueniebat, quo vniuerſitatis ratio innueretur aut gubernatio, quemadmodum & de Oſiride in præcedentibus dictum eſt. Hinc de Ioue apud D. Auguſt. legimus 7. de Ciuit. Dei cap. 9. Deus eſt inquiunt habens poteſtatem cauſarum, quibus aliquid fit in mundo, vndè ab Orpheo dictus:

Albricus Philoſ. Imago Iouis. Euſebius. Georgius Cedrenus. Seneca. Orpheus.

Παγτοχνιθλ' ἀ ἐχὴ πάιτων, πάιτων Ϲ πλευτὴ.

Mar-

Martianus Capella lib. 1. de nupt. Philolog ita in Senatu Deorum Iouem finxit in capite flammantem coronam habuisse ait & super ea velamen rutilum Mineruæ manibus confectum, & veste candidâ indutum, hyalino quoque crebris veluti stellis quibusdam interstincto amictu exornatum; manu dextrâ duos orbes porrigentem aureum alterum, ex electro alterum: quâ figurâ rotundâ scilicet virtutem prouidentem & viuificam significari, testatur Porphyrius; lævâ verò chely enneachordæ inniti videbatur, calceos in pedibus habere virides, ijsque suscinam premere, hâc imagine hieroglyphicâ Martianus totius naturæ præsidem Iouem significasse videtur. Nomen porrò Iouis à Græcis plusquam 10 monosyllabis efferri obseruatur, sunt que Ζεὺς, Ζῆν, Δεὺς, Βλεὺς, Ζᾶν, Ζῆς, Δὶς, Δὴν, Δᾶν, Δζεὺς: quæ omnia à Græcis ei ob multitudinem effectuum, quos in mundo operatur imposita sunt, præter aliorum nominum farraginem, quæ legi potest apud Lyliũ Synt. 1. in quo quidem Ægyptios Græci secuti sunt, quorum proprium erat Osiridem illũ suum Iouem Ægyptium, nouis semper adinuentis denominationibus, veluti naturam vniuersi condecorare. Iouem autem vniuersi naturam ex Orphei hymno supracitato patuit, & ex sequentibus meliùs patebit. Nam supracitatus Orpheus, dùm Iouis omnia plena esse dicit, dùm in eo terram, aquam, aërem, ignem, diem, noctem refert; quid aliud facit, nisi imaginem totius vniuersi, cuius caput coronâ fuluâ coruscum, lucidum cœlum fulgidis astris ornatum repræsentat: cuius præterea oculi radiantes Solem & Lunam, latitudo pectoris aërem, humeri spacioſi magno alarum remigio eminentes ventorum velocitatem, promptitudinemque Dei in operando designent. Quæ quidem imago ab Orphëo ita expressa, eadem penè est cum imagine qua Pana Græci olim exprimebant, nec absque ratione. Iuppiter enim aliundè non nisi ab vniuersi dominio πᾶν dictus est; quod & symbola sat ostendunt. Cornua (teste Bocacio) ei apponebantur ad significandos radios Solis & Lunæ; cœterarumque stellarum: facies verò rubicunda & inflammata, ignem æthereum. Barba longa elementa masculina, maculosa pellis, stellarum fixarum sphæram. Baculus recuruus rerum, quo potitur & potissimum anni in sese recurrentis dominium. Heptaulum denique in manu harmoniam cœlestem in planetarum motibus potissimum eluceſcẽtem denotabant. Præterea vti partes inferiores pilosæ & asperæ cum pedibus caprinis nil aliud, nisi terram duram, asperam, inæqualem, arboribus, ac omnigena herbarum plantarumque varietate coopertam; ita pudendum & pes caprinus nihil aliud, nisi fœcunditatem, quam mundo largitur, mysticè innuebat. Est enim Satyrus animal lasciuum, salax, & generationis mirum in modum appetens, hinc & Iouem Lycium seù Pana ob salacitatem videlicet & generationis appetitum, quem rebus conferre credebatur, non sine ratione Ægyptij & Græci sub caprina forma referebant. Sed de his hieroglyphicis vide quæ tradidimus in hierogrammatismo hiria. Verùm vt mysteria Iouis Panis meliùs intelligas, visum fuit simulachrum eius penitus hieroglyphicum, prout ab Orpheo alijsque expressum est, hîc proponere.

Martian. Cap. Alia descriptio Iouis.

Porphyrius.

Lylius Giral.

Iuppiter vniuersũ natura.

Iuppiter dictus est Pan, eo quod omnia.

Panis seu Iouis Lycij imago.

Talem

Iouis siue Panos hieroglyphica Repræsentatio.

A Facies rubicunda, caloris vis in Mundo.
B Radiorum cœlestiũ in sublunaria virtus.
C Elementa masculina,
D Potestas in annũ omnesq; reuolutiones.
E Virtute eius omnia fulciuntur.
F Dominium in firmamentũ, seu fixarum Stellarum Sphæram.
G Terra (elementum fæm.) hispida plantis, satis, arboribusque.
H Aquæ & liquoris fons (elem. fæm.) rigatione fæcundans terram.
I Agri, segetes, aliaq; vegetabilia
K Harmonia 7 Planetarum.
L Aspera & inæqualia montes indicant.
M Vis fæcundatiua
N Stabile fundamentum.
O Vis ventorum, & celeritas in agendo.

Talem itaque antiqui finxerunt Pana Iouis filium. Inferiore parte hispidum, & hircum referentem designantemq; asperitatem terræ. Superiore verò hominem. Nam æther propterea, quod in ipso ratio sita sit, tenet totius mundi imperium. Lasciuum & libidinosum eum fingunt, ob multas seminum causas, & commixtiones quæ ex ipsis fiunt. In locis desertis eum morari tradunt, vt eius indicent vnitatem, mundus enim vnus est & vnigenitus. Nymphas prosequitur, siquidem gaudet exhalationibus, quæ ex humido prodeunt, sine quibus impossibile est, vt mundus appareat. Indutus esse dicitur nebride aut pelle Pardi, tùm propter pulchram rerum omnium varietatem, tùm etiam propter colores, qui in mundo cernuntur; hisce eum symbolis describit Cornutus. Ex quibus patet Pana cum Ioue quidem esse eundem, distingui tamen; quòd Pan idem sit quòd mundus iste corporeus; Iuppiter autem eius mens quasi sit & gubernator; plerumque tamen cõfunduntur: quemadmodum omnia alia numina inter se, de quibus vide, quæ alibi copiosiùs tractamus; hîc enim omnia perstringere operis moles non permittit; ad Iunonem progrediamur.

Panis exacta descriptio & symbolorum explicatio.

Pan & Iuppiter distinguũtur.

IVNO, Iouis & soror, & coniunx simul, Iuno est, quæ aërem denotat: coniungitur enim statim Ioui & cohæret à terrâ sublata, illo enim cum ea coëunte, ipsa essentia in tenuissimum diffluens, ignem atque aërem constituit. Et hanc ob causam Rheam horum matrem fabulati sunt, patrem autẽ Saturnum, siuè quòd certâ temporum reuolutione hæc fiant, aut quia ob materiæ commistionem ac ebullitionem, vt ait Phornutus, elementorum discrimen reddatur; cœterùm ob hanc causam & *Neptunum* dicebant veteres esse Saturni & Rheæ filium, quem eo, quòd eum tertium aquarum elementum constituerent ποσειδῶνα nuncuparunt; quasi ποιοῦντα εἴδην, quod nos latinè facientem imaginem dicimus, eò quòd hoc solum elementum in se formet imagines spectantium. Tridentem verò in manibus eius effigiant, eò quòd aquarum natura triplici fungatur virtute, liquidâ fœcundâ, potabili. Huic Neptuno consociatur Amphitrite, idest ἀπὸ τοῦ ἀμφὶ καὶ τρίτη eo quòd hoc elementum cæteris tribus conclusum sit, & in cœlo, aëre, nubibus, terraque reperiatur. Accedit tandem *Pluto* horum frater, quem, cum Fulgentio dicimus, Præsulem terrarum, seù ipsam terram, πλοῦτος enim seu diuitiæ soli terræ deputantur: per tenebras autem, quibus eum addictum finxerunt, sub obscurè innuerunt materiam terræ omnibus obscuriorem, vel etiam materiam primam, quam philosophi ὕλην vocant, vel denique quòd omnes corruptioni obnoxiæ res in eam tandem resoluantur. Alij Plutonem volunt esse Solem inferorum. Verùm antequam vlteriùs progrediamur, visũ fuit hoc loco scrutari Proserpinæ raptus mysteria tantoperè apud Mythologos celebrata.

Rhea Iunonis mater.

Phornutus.

Imago Neptuni.

Pluto.

Fulgentius.

Pluto subterraneus Dęmõ

Mystica significatio raptus Proserpinæ: Vide Schematismi sequentis figuram primam.

QVamuis varij variè hanc fabulam interpretati sint; nos Plutonem raptorem; Cererem, matrem cum Lampadibus sollicitè quæritantem, Herculem, Plutonis quadrigam pręcedentem; insidentem nubibus Iouem, breuiter hâc ratione explicamus.

PLVTO quadrigâ vectus nil aliud est, quàm Solis illa virtus terræ insita, ac intimorum viscerum penetratiua, quâ impręgnata terra varias producit fruges, ad vtilitates ac humanę vitæ sustentandæ emolumenta, iuxtà id quod de Plutone appositè dicit Claudianus:

Qui vitam lethumque regis. Nam quicquid vbique
Gignit materies, hoc te donante creatur
Debeturque tibi certis ambagibus æui.

Macrobius 1. Sat. cap. 29. Macrobius quoque 1. Satur. cap. 29. huic astipulatur. *Inferi, inquit, nomen Soli datur, quum inferiori hæmisphærio, id est, hyemalibus signis, cursum suum peragit. Superi quum partem Zodiaci ambit æstiuam.* Hybernus itaque sol Proserpinam rapuisse dicitur, vt benè Phornutus, quia hybernis mensibus semina, sub terris latent, ac Solari vi fouentur, vt suo tempore in herbas prorumpant. Nam Proserpina, quam vel fruges aiebant esse, vel aridorum seminum virtutem, tunc ad lucem reduci & reuisere matrem dicebatur. *Phornutus.* *Porphyrius.* Huic consentit illud Porphyrij per Eusebium relati: *Quia verò, inquit, virtus est quædam proiectorum humi seminum, illam subtrahit Sol sub hæmisphærium currens hyemali tempore. Proserpina quidem est illa virtus seminum, Pluto verò Sol est terram subiens, atque occultum percurrens orbem, hybernumque solstitium, atque ideo raptam ab eo Proserpinam dicunt, quam sub terra latitantem Ceres quæritat.* Nec abludit Phornutus cum ait: ἁρπάσαι δ' ὁ ᾅδης τὴν θυγατέρα τῆς δημητέρος ἐμυθεύθη, &c. *Rapuisse fertur Pluto Cereris filiam; quia frugum semina ad aliquod tempus terrà occultantur.* Arnobius quoque huic subscribit his verbis: *Ille qui raptam à Dite Proserpinam dicit, non, vt reris, in turpissimi appetitus voraginem dicit raptam, sed quia glebis occulimus semina isse sub terras Deum, & cum Orco significat fœdera genitalis conciliare fœturæ.* Phornutus etsi insinuare velit per Plutonem crassum istum aërem terræ vicinum, non sumit tamen eum, nisi virtute solari dispositum ad generandas fruges, vt benè Cic. 2. de Nat. Deorum: *Terrena, inquit, vis omnis atque natura Diti patri dedicata est.* Hinc Orpheus hymno in Plutonem:

Quid Proserpina propriè — Pluto quid? — Ceres quid? — *Phornutus.* — *Arnobius.* — *Phornutus.* — *Cic. 2. de Nat. Deor.*

Πλουτοδοτῶν γενεὴν βροτέην κάρπους ἐνιαυτῶν.
Diuitias humano generi largiens fructibus annuis.

Orpheus in Pl.

Galea quid? Per galeam autem Plutoni attributam, nil aliud significatur, nisi hybernus Sol, per crebras nebulas & nubes nostro conspectui subtractus; Raputi itaque Proserpinam seu τὴν περσεφώνην, vel frugum semen, aut, vt alij Proserpinam

nam seù segetem ne in lucem proserperet à Græcis dictam ἑκάτη, quia centuplicatum seges proferat fructum, teste Fulgent. 1. mythol. & D. Augustin. 7. de Ciuit. cap. 20. *Augustin. 7. de Ciuit. cap. 20.*

Porrò sociæ Proserpinæ fuisse memorantur Minerua & Diana, quod aliud non est quàm solaris vis lunari coniuncta ad fruges fructusque producendos; Mineruam enim & Dianam pro Luna accipi, testatur Euseb. 3. de præparat. cap. 2. ὅπερ σὲ Απόλλων ἐν ἡλίῳ, τοῦτο ἄθηνᾶ ἐν σελήνη. Diogenianus verò in prouerbijs ait, Mineruam, Dianam, Hecaten seù Proserpinam vnam esse. Est itaque Minerua nil aliud, nisi calor lunaris; humida vis Diana, quam fontibus delectari aiebant. Proserpina verò, quatenus lunaris virtus terræ commista, ad fruges gignendas est apta. Cur verò Ceres eam facibus quærat docet Fulgent. his verbis: *Hanc, inquit, Proserpinam cum lampadibus mater quærere dicitur; vnde & lampadarum dies Cereri dicatus est; illa videlicet ratione, quòd hoc tempore cum lampadibus, id est, cum Solis feruore seges ad metẽdum cum gaudio requiratur.* Iouem quoque & Herculem raptui interfuisse fingunt; per Iouem nil aliud indicare voluerunt, quam vim seminalem, quam Iuppiter cęli dominus in magnam matrem demittere censetur iuxtà illud Maronis: Minerua Diana quid? *Diogenianus in prouerbijs.* *Fulgentius.* Lampades. *Hercules.* *Virgil.*

Tunc Pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in gremium lætæ descendit, & omnes,
Magnus alit magno permistus corpore fœtus.

Per Herculem commodè intelligi potest labor & industria ad agriculturam necessaria. Nam, vt benè Palladius ait lib. 1. *benè colendi ratio 4 constat, aëre, aqua, terra & industria, hoc est, Plutone, Proserpina, Ioue & Hercule, ob labores huius, quibus semper in vita fuit subiectus.* Verùm vt hæc omnia faciliùs intelligantur, visum fuit hic hieroglyphicum schema Proserpinæ raptæ ex tabulis heliacis Hieronymi Alexandri ob oculos ponere. *Palladius.*

Explicatio symbolorum fig. I. Schematismi III. qui sequitur.

A, Ceres, magna frugum mater seù terra.
B, Lampades, vis feruida Solis, quâ maturantur fruges.
C, Sulcus agrorum, seù vis Terræ insita ad producendas fruges.
D, Minerua, Lunaris calor.
E, Diana, humida vis Lunę
F, Proserpina, Fruges herbæ, plantæ.
G, Pluto, Sol inferus seu hybernus.
HH, Quatuor anni tempora, seu 4 res, quibus in terra præest, Terra, mineralia, Plantę, fruges.
I, Hercules, laborem & industriâ in agricultura, seu tempus ipsũ.
K, Iuppiter, vis seminalis, id est, quam è cœlo mittit.
L, Calathus inuersus, hybernum tempus, quo flores pereũt, indicat.
M, Motus cœli & consequens inde tempus, necessarium agriculturę.

Raptus Proserpinæ hieroglyphica repræsentatio quâ ratio totius agriculturæ indicatur ex Hieronymi Aleandri tabulis Heliac

Schematismus III

Fig: I. uide fol. 224 et 225.

Ex museo Cl. manedry

Fig: III. uide fol. 233

MERCVRIVS

Fig: II uide fol. 230

Hieropolitanorum Osiris & Isis

Fig: IV. uide fol. 234

Ex ædibus Mathæorũ

Petrus Miotte Burgundus sculp:

Quòd porrò per Herculem tempus commonstretur, sat liquet ex Orpheo, qui in hymno Herculem vocat πάμφαγον παγγενέτωρα omnia consumentem, omnia gignentem, nec alio spectabat voracitas Herculis passim decantata: lubet verò hic ascribere, quod de Hercule tempus referente, deque rerum initijs ex Orpheo tradidit Athenagoras Apolog. pro Christian: ἦ γὰρ ὕδωρ ἀρχὴ κατὰ αὐτὸν τοῖς ὅλοις ἀπὸ δὲ τοῦ ὕδατος ἰλὺς κατέστη ἐκ τοῦ ἑκατέρου ἐγεννήθη ζῶον δράκων προσπεφυκῆαι ἔχων κεφαλὴν λέοντος, διὰ μέσου δὲ αὐτῶν Θεοῦ πρόσωπον ὄνομα Ἡρακλῆς, καὶ χρόνος. *Fuit aqua ex ipsius sententia rerũ omnium principiũ, ex aqua verò lutum ortũ est, ex vtroque progenitum animal draco, cui adnatum erat caput Leonis; mediam autem hæc duo continebant faciem Dei, cui nomen Hercules, & tempus.* Quæ quidem omnia Orpheus dixit de Hercule Ægyptio, vt alibi probabimus. Sed hæc de raptu Proserpinæ sufficiant. Nunc ad reliquas Deorum significationes ostendendas progrediamur. Orpheus. Athenagoras.

SATVRNVS itaque fingitur descendisse de cœlo, vt terræ commisceretur. Iouem autem hunc exsecuisse, eiusque violentiam refrænasse. Iuppiter enim eum regno eiectum ad tartara misit, atque hoc fabularum obscurâ positione significant vniuersæ generationis ordinem, nimirùm abundantem Osiris fluxum, hactenùs factum in terra contraxisse, cùm exhalationes faciat subtiliores. At mundi natura influxus infundens, quem Iouem esse diximus, abundantem impetum mutatione cohibens vegetali humore & calore optimè temperauit. Porrò quod ea genitalibus Cœli resectis, & in mare proiectis nata sit Venus, significare voluerunt, seminalem illam Cœli virtutem, ac generatiuam à Ioue virtute mundi omnia disponente deriuatam in mare, quâ mare fuerit redditum fœcundum, & ad generationem idoneum. Nata verò Venus ex mari videtur, eò quòd ad omnem geuerationem opus sit motu, & humiditate, quo vtroque mare valere nemini incognitum est. Venus enim Dea à Latinis nuncupata, à Græcis ἀφροδίτη generationis, voluptatisque Dea, & formæ credita à gentibus, ideòque dicta Venus, aut quòd ad omnes veniat, aut quòd per eam omnia proveniant; ita Cicero. Varro verò: *Poëtæ*, inquit, *de cœlo, quod semen igneum cecidisse aiunt in mare, ac natam è spuma Venerem coniunctione ignis, & humoris quam haberent, vim significantem Veneris, à qua virtute natis dicta vita juxta illud Lucilij,* Saturnus. E genitalibus Cœli Venus nata quid? Venus vnde dicatur?

Vis est vita vides, quæ nos facere omnia cogit.

Ἀφροδίτη autem dicta est, eò quòd spumosa sint animantium semina, aut vt Euripides comminiscitur, eò quòd Venere furientes, ἄφρονες, seù mentis sint impotes. A Venere porrò natus est AMOR, seù CVPIDO, quod nihil aliud est, quàm naturalis ille omnibus ad simile sibi procreandum appetitus. Pingitur instar pueri alati cum pharetra, & sagittis, & face, eò quòd amantes sint animo imperfecto, vt Phornutus, aut ob rerum naturalium appetitum non satiatum. Sagittæ indicant, quòd amore capti ab aspectu quasi vulnere à longè feriantur; aut contra quod ab aspectu formæ cupi- Amor & Cupido. Cupidinis imago. Phornutus. Symbolorum explicatio.

dine vulnerentur; alas gerit, quia nihil amantibus leuiùs, nil mutabiliùs inuenitur, vt apud Virgilium de ipsa Didone abundè probat Seruius Honoratus in 1. Æneid. facem gestat ob igneum amoris vim, & libidinis ardorem, quo veluti consumuntur, quæ symbola Cupidinis pulchrè describit Propertius.

Seruius Honoratus.

Virgil. 3. Eleg.

Quicunque ille fuit puerum qui pinxit Amorem
Nonne putas miras hunc habuiße manus?
Hic primum vidit sine sensu viuere amantes,
Et leuibus curis magna perire bona;
Idem non frustrà ventosas addidit alas.
Fecit & humano corde volare Deum,
Scilicet alternà, quoniam jactamur in vndà
Nostraque nonnullis permanet aura locis,
Et meritò hamatis manus est armata sagittis,
Et pharetrà ex humero Gnossia vtraque jacet,
Ante ferit quoniam, tuti quam cernimus hostem,
Nec quisquam ex illo vulnere sanus abit.

Sed hæc παίζων tantùm, nunc ad scopum reuertamur. Quoniam verò neque Saturnus, neque Iuppiter, aut Venus, siuè Amor quicquam prosunt, nisi per industriam & artium mechanicarum inuentionem applicentur; Veteres Vulcanum & Mineruam finxerunt ex Ioue prognatos, quorum hæc Sapientiam, industriamque ex cerebro Iouis prognatam denotat, quâ habiles simus ad omnis generis res vitæ necessarias excogitandas; ille laborum excultor, quatenus ignis vsum toti mundo monstrans, omnia instrumentorum genera homini necessaria fabricatur, nullum enim elementorum, igne homini magis necessarium est, teste Arist. lib. 2. de gener. Atque ideò Vulcanus vocatur ἀφαιστὸς ab incendendo sic dictus. Hinc eum aliqui, ex Iunone prognatum dixerunt, quam supra aërem diximus. Nam crassiores ac pinguiores flammæ quodammodo ex solo incenso aëre materiam sumunt. Cur autem à Ioue de cœlo sit præcipitatus, insinuat Diodorus Siculus; eò quòd ignis primo inuentus sit ex ardenti fulminis jactu.

Vulcanus & Minerua.

Aristoteles.

Mythica Vulcani.

Cœterùm ei Venerem & Gratiarum vnam connubio junctam fingunt, quo velle videntur significare, mechanicas artes apud omnes gratiam obtinere, eò quòd ijs nullus carere possit; vel etiam ob vehementem caloris vim in actu Venereo se exerentem. MINERVA autem è cerebro Iouis prognata, nil aliud dicit, quàm ipsius Iouis intellectum, præcipuam animæ partem, Sapientiq; sedem, quâ solo à brutis distinguitur homo, quæ ei data est, tùm ad DEVM factorem cognoscendum, amandumque, tùm ad vitæ res necessarias sibi excogitandas.

Gratia & Venus ei juncta.

Iterum vt humanum genus omnibus rebus necessarijs instructum maiori in pace & tranquillitate viueret, & vt se ab iniuria hostium ei bellum subinde inferentium faciliùs defenderet, ex Ioue fictus est *Mars* & *Bellona*, quo-

Bellona.

quorum ille Deus belli, belligerandi artem inuenit, vnde & Ἄρης dictus à tollendo hostium sæuitiem, eorumque contumaciam oppositis armis frangẽdo, idque in mundo politico; In mundo verò sublunari *Mars* nil aliud est, quàm vis illa actiua res ipsas coaptans vnde non malè ex ipso Harmoniam fieri fabulati sunt antiqui. *Bellona* verò ipsa fortitudo, tùm viris martijs in bello necessariam, tùm robur illud, quo in mundo res fulciuntur. Cùm verò bellorum incommodis mirum in modum Respublicæ disturbentur, agri deuastentur, scientiæ & artes obliuioni tradantur: finxerunt ex Ioue nouem Musas prognatas, quarum subsidio, animus curis & doloribus fractus refocillaretur, agri fundorumque loci, iustè denique inter homines distribuerentur, animi mortalium bellorum rigore immanitateque efferatiores facti, humaniorum Musarum cultu, denuò mansuescerent & cicurarentur. Sed de his in sequentibus plura. Denique ne homines, aureis seculis redeuntibus, virtutis obliti, præcipites in omne voluptatum genus sese immergerẽt, tres *Parcas* è Ioue natas dixerunt sapientes, quæ nil aliud sunt, quàm breuitas huius vitæ, rerum humanarum inconstantia, & mors ineuitabilis, quorum consideratione homines in continuo virtutis exercitio, veluti retinaculis quibusdam, vt Seneca dicit, constringerentur. Parcæ autem dicuntur ἀνπεφάσκαις eò quòd nemini parcant, ita Seruius. Tres fingebant, vnam loquentem, alteram scribentem, tertiam fila ducentem, atque ideò Martianus Capella in nuptijs philolog. eas librarias seu scribas superùm vocat, & Archiui, custodes, vocantur autem *Clotho, Lachesis, & Atropos*; seù quod idem est, Euocatio, Sors, & sine ordine, hoc videlicet innuere volentes, quod prima sit Natiuitatis euocatio. Secunda vitæ Sors. Tertia mortis cõditio, quæ sine lege venit. Alij primam *Clotho* deriuant ἀπὸ τὴ συνελθόντων, quod reuoluat & contrahat omnia. *Lachesis* ἀπὸ τῦ λαγχάνειν, id est, fatum sortiatur. *Atropos* autem quasi inuertibilem & incommutabilem explicant. Sunt alij, qui Parcas ita interpretentur. Per *Clotho*, 7 Planetas, per *Lachesin* res sublunares. Per *Atropon* Aplanen seù sphæram stellarum fixarum denotent. Non desũt qui *Clotho* præsenti tempori, *Lachesin* futuro, *Atropon* præterito, vt Aristoteles: communiter ita eas statuunt Poëtæ, vt vna colum teneat, altera fusum, tertia filum rumpat iuxtà illud:

Clotho colum retinet, Lachesis net, & Atropos occat.

Hesiodus Parcas νυκτὸς, nocte & Erebo natas dicit, ob occultam & abditam futurorum vim; Lycophron maris puellas dixit, ob feram & immitem fatorum legem. Vides igitur quanta sit Deorum Dearumque cum rerum naturalium, moraliumque progressu connexio? Certè quam veteres nihil sine mysticis rationibus finxerint, vel ex dictis luce meridianâ clariùs patet.

Mars.

9. Musæ.

Parcæ.

Clotho. Lachesis. Atropos.

Hesiodus. Lycophron.

CA-

CAPVT XI.

De Mystica significatione Apollinis, Bacchi, Herculis, Mercurij.

HOs quatuor Deos diuersis insignitos nominibus, nihil aliud esse quàm vnius rei Solis nimirum, diuersos effectus testatur Phornutus, Fulgẽtius, Apollodorus, & ex recentioribus Hieronymus Aleander in tabulis Heliacis; in quo quidem Macrobium, alioſque veteres omnia numina ad vnũ Solem reducentes, ſecutus eſt. Nos eos ſequemur initium ducturi ab Apolline.

APOLLO, quem Themiſtius oratione 16. nominat ἥλιον τὸν πρόγονον τῷ Ἀπόλλωνος, pingebatur adoleſcens intonſo capite, aureoque capillitio inſignis, cythara, arcu ſagittiſque inſtructus, à cuius latere tripus ponebatur, coruus ſeù cygnus & calathus floribus fructibuſque refertus; imaginem eius exhibendam duximus, vti in fig. II. Schematiſmi præcedentis fol. 226.

A, Solis radij.
B, Iuuenilis ſpecies, ortus Solis quaſi renaſcentis quotidie.
C, Cæſaries aurea, ſplendor Solis.
D, Arcus & ſagittæ, vis Solis radios iaculantis.
E, Harmonia Mundi quam motu efficit.
F, Tempus præſens, præteritum, futurum.
G, Coruus, noctis nigræ ſymbolum.
H, Fruges quas calore producit.
I, Cygnus albus, diei ſymbolum.
K, Paſtoris habitus, indicat pecorum per herbas quas producit conſeruationem.
L, Nubes, quas trahens in pluuius deſtinat.
M, Habitus Medici, vis medicinalis herbis inſita.

Quid aliud iuuenilis ætatis repræſentatio indicat, niſi renaſcentis per ſingulos dies Solis vigorem, pulchritudinem vimque caloris, vnde omnia vitam hauriunt & in eſſe ſuo conſeruationem vt pulchrè oſtendit Poëta.

Sol ſemper Iuuenis, rapidum qui diuidit axem.

Fulgent. Et Fulgent. 1. mythol. *Renaſcendo ſemper eſt iunior*. Intonſum verò caput velut aureo quodam capillitio radians, quid ſibi velit oſtendit Martianus Capella, lib. 1. de nupt. philolog. his verbis: *Sol, inquit, auguſtum caput radijs perfuſum circumactumque flammantibus veluti auratam rutili verticis cæſariem imitatur*. Arcum quoque ſagittaſque nil aliud repræſentare oſtendit Macrobius, cui aſtipulatur Fulgentius his verbis: *Arcum quoque ſagittaſq; circumſcribunt, quod de circulo eius radij in modum ſagittarum exſiliant*. Subſcribit huic Lucianus de Aſtrologia: Solis iacula nil aliud quàm radiorum eius iactus eſſe coniiciens. Conſentit Phornuti Dianæ ſeu Lunæ ob eandem rationem, longam dico radiorum iaculationem, ſagittas attribuentis interpretatio;

Sol radioſus.
Martian. Cap.
Fulgentius.
Lucianus.
Explicatio ſymbolorum.

ratio; vnde radij ab Ausonio tela diei, à Prudentio spicula, à Chaldæis טליקין à vibratione sic dicta comperiuntur. Quamuis aliqui κατὰ τὴν ἀλληγορίαν per radios intelligant illustrationem humanæ mentis in diuinationibus & vaticinijs, quorum præses Apollo fingitur. Per Tripodem verò adiunctum nil aliud, teste Fulgentio, significatur, quàm triplex temporis præsentis, præteriti, futuri quæ effectus est motus Solis, differentia; vel vt Martianus vult, & Suidas τριποῦς κατὰ τοὺς τρεῖς χρόνους μαντευόμενος ἐν ἑστῶτα παραλλελυθότα καὶ μέλλοντα. Pingitur verò Apollo & introducitur sub forma Musici seu Cytharædi, ad ostendendum Solem, Suida teste, harmoniam vniuersi esse; Phornutus causam huius dat sequentibus verbis: *Quia Sol, inquit, debita mensura ferit regitque omnes mundi partes, efficitque vt vbique mutuo concentu concinnus sit mundus, nullà apparente dissonantia. Mēdicus fingitur; quia Sol virtutis suæ influxu tēperatissimo ac calore maximè proportionato, cordis vigorem promouendo, atque calorem naturalem fouendo, omnium censetur esse conseruator animantium.* Pastor fingitur, eò quòd Sol producendo fruges, herbas, gramina, virgulta, pecora pascere censeatur. Coruus verò & Cygnus, ei dedicari consueti, nil aliud sunt, quàm effectus Solis, item vicissitudines noctis dieique, quarum hæc per cygnum album, illa per coruum nigrum significatur. Atque hæc ferè sunt quæ Apollini à Poëtis afficta sunt; nunc ad Herculem progrediamur.

Tripus.

Mart. Capella.

Suidas.

Cur Medicus

Pastor quare?

Coruus & Cygnus dedicātur.

HERCVLES est ratio vniuersis rebus insita, quâ natura fortis est ac valida iuxta Phornutum. Nos dicimus Herculem nil aliud esse quàm Solis virtutem confortatiuam & roboratiuam rerum omnium, in quas dominiū obtinet. Sicuti Apollinem esse diximus eam virtutem, quæ in illuminatione atque efficacia radiorum diffusorum consistit; patet id maximè ex instrumentis & habitu quibuscum pingitur. Quid enim aliud pellis illa Leonina, nisi ūim & efficaciam, quam igneâ suâ virtute inferioribus rebus imprimit, significat? Ælianus sanè ideò Solis domicilio Leonē Ægyptios præfecisse, ait quod animal sit forte, efficax, calidum & igneum; cui astipulatur Horapollo, Plutarchus & Proclus. Cur verò clauâ sit instructus pulchrè docet Porphyrius: *Clauam, inquit, illi & pellem Leoninam accommodant, alteram, vt inæqualitatem motus indicent; alteram verò, quoniam in Leone præcipuè vires suas ostendit.* An non duodecim illi labores, quibus exantlandis Hercules robur suum probasse memoratur à Poëtis, optimè congruunt effectibus Solis, quos duodecim cœli domicilia quotannis percurrendo operatur? certè in id Orphea quondam respexisse patet ex sequentibus:

Hercules quid?

Symbola Herculis eorumque mysteria.

Plutarchus Proclus. Porphyrius.

12. Labores.

Ὁς περὶ κρατιφορεῖς υἱῶ καὶ νύκτα μέλαιναν
Δώδεκ ἀπ' ἀντολιῶν ἄχρι δυσμῶν ἄθλα διέρπειν.

Qui fers auroram validè noctisque nigrorem
Sex bis ab occasu exantlans certamina ab ortu.

Porrò arcus & sagittæ, quibus instructus cernitur, eum ab Apolline virtute radiorum penetratiuâ distinctum non esse sat monstrant. Ostendit etiam id ipsum proprij nominis ἔτυμον, quod iuxta Porphyrium & Macrobiū,

Arcus & sagittæ.

nil

nil aliud est quàm gloria aëris ἥρας κλέος, illuminatio videlicet; & forsan huc alludit fabula, quâ Herculem totum orbem peragrasse, & ad inferos penetrasse, Hortum Hesperidum pomis aureis spoliasse fingunt. Solem enim virtute suâ totum orbem peruadere notiùs est quàm dicere expediat; quid porrò aliud descensus ad inferos, nisi Solis occasus? Et quid aliud spoliatio pomorum aureorum in Hesperidum horto facta, nisi ortus Solis, quo facto cœlum, qui est veluti cœlestis quidam paradisus, sideribus suis, quæ per aurea poma denotantur, priuari videtur. Quòd verò eum aliqui Medicum dicant & Musicum seù μουσηγέτην, vti Plutarchus, Hesichius, Macrobius, alijq; hi eum cum Apolline seù Sole eundem esse significauerũt; quoniam à Sole rerum omnium salus dependet & harmonia vniuersi. Sicut igitur Apollo sagittifer, medicus, μουσηγέτης dicebatur ob prædictos Solis effectus, ob eosdẽ ijsdem nominibus insigniebatur Hercules. Et sicut per coruum, cygnũq; vicissitudines dierum & noctium, ita per Herculis Coronam ex populo, (cuius folia ab vna parte subnigra, ab altera alba sunt, aut quia hæc arbor, Dioscoride teste, transacto solstitio æstiuo folia vertit) contextam eosdem significabant. Sola differentia inter eos facta, quod Apollo, vt dixi, sit virtus illuminatiua & penetratiua; Hercules verò Solis virtus sit consolidatiua, seù confortatiua, aut genialis illa solis vim, quæ non incongruè repræsentatur fabulâ, quâ Herculi ex 50. fœminarum compressione vna nocte facta, numerosam prolem affingunt. Plutarchus de frat. amor. Apollodorus. Denique victorias seù Herculis labores 12. non malè ad effectus Solis quos Sol in 12. domibus per 12. menses exercet, adaptari possunt, quamuis alij ad mores ita transferunt.

Hortus Hesperidum.

Plutarchus Hesichius.

50. Fœminas comprimit. Apollod. lib. 2. Bibliothe.

12. *Labores Herculis ad mores translati.*

1 Centauros Semihomines interimit.	Hoc est,	Carnales affectus virtute animi mortificat.
2 Leonem domat.		Superbiam & iram verà domat mansuetudine.
3 Cerberum ligat.		Gulam, vanam gloriam, & inuidiam virtute contrariâ ligat.
4 Hortũ Hesperidũ spoliat, Dracone interfecto.		Virtutum fructus non capit, nisi vitiorũ impedimenta tollãtur.
5 Hydram perdit.		Dum quicquid pacem tollere potest, euitat.
6 Archeloum filium Thetidis capit.		Occasiones vitiorum studiosè declinat.
7 Cacum occidit.		Malitiam voluntatis, virtutum studio in bonum inflectit.
8 Diomedem occidit.		Dum iustitiam vindicatiuam seruat in delinquentibus.
9 Antæum Gigantem superat.		Libidinem velut pestem fugit.
10 Aprum Chelidonium interfecit.		Virtutis constantia omnes superat difficultates.
11 Gerionem bicipitem canum tollit.		Terrâ marique animi magnitudinem probat.
12 Athlantem iuuat.		Literatam virtutem summo studio amplectitur.

BACCHVS, quem vino præesse finxit ingeniosa antiquitas, nil aliud censetur esse, quam vis Solis humectatiua & maturatiua, quâ omnes omnino res ab autore naturæ in vtilitatem hominum conditæ, debitam sibi perfectionem consequuntur, arbores, vites, plantæ succo replentur, turgescentes fructus peptica hâc Solis virtute ad maturitatem reducũtur, maximè verò vinum ob consimilem cum Sole naturam, quod & insignia ei afficta satis superque demonstrant, ideò sine hedera, racemis, vitibus, vuis, pomis, alijsque

alijsque fructibus nunquam comparet. Quòd verò Iuuenis, delicioſus, ſalax, furibundus, aureis cornibus, hederaceus pingatur; oſtenditur eum ab Apolline & Hercule non diſtingui. Iuuenis enim pingitur, ob ſolem quotidiè renaſcentem, delicioſus & ſalax ob vini reliquorumque fructuum abũdantiam, quam virtutis ſuæ influxu producit; & quod homines dulcedine rerum productarum allectos, in omne lætitiæ genus diffundi faciat. Hinc etiam, quia Sol fœcunditatis largitor eſt, Bacchum ſalacem finxerunt & Priapi parentem, ſatyroſque ei addiderunt, eò quòd magna illi naturalis ſeminis ſit copia; vndè & in ſacris eius phallus circumferebatur. Aurea porrò ei cornua afficta, Solis radios metaphoricè non malè exprimunt. Quòd autẽ ei Tigres, Lynces, Pantheræ velociſſima animalia & calidiſſima ſint conſecrata, indicat Solis pernicitatem, ac igneæ naturæ vim. Pellis verò Hebridis, quæ ei à Diodoro tribuitur, nil aliud notat, quàm aut aſtrorum diuerſitatem, quorum Sol præſeſt & gubernator, teſte Martiano, vel rerum in ſublunari mundo virtute ſuâ productarum varietatem; priùs confirmat Orpheus in hymnis hiſce verbis:

Α'ϛεσον δ'αιδαλέων μιμηϛ' ἱερῆ ϵ πόλοιο. *Orpheus.*

Ad inferos deſcendiſſe fingitur Bacchus, ad occidentem Solem indicãdum; orbem peragraſſe fertur, ad vim Solis ſupra indicatam demonſtrandã. Indos perdomuiſſe, ad feruorem Solis ſub Zona torridâ ingentem deſignãdũ, ad quod & illud alludere videtur, quod de Baccho ex vtero matris, ignis opera prodeunte fingunt; vnde eleganter vetus Poëta:

Sic Apollo deinde liber ſic videtur legiſer
Ambo ſunt flammis creati proſatique ex ignibus,
Ambo de comis calorem, & ambo radios conſerunt
Noctis hic rumpit tenebras, hic tenebras pectoris.

Sed hæc de Baccho ſufficiant.

MERCVRIVS Græcis ἑρμῆς, Ægyptijs Thoth, ſermonis Deus creditus ab antiquis Mercurius dictus quaſi medicurrius, quòd ſermo ſit medius inter homines; à nobis nil aliud dicitur eſſe, quàm virtus Solis tractiua, de cætero ab Apolline, Baccho, Hercule &c. non diſtingui. Probant id inſignia ei afficta in fig. III. Schematiſmi præcedentis. Quam extraxi ex antiquario clariſſimi Domini Claudij Menedrij, in qua omnium propè Deorum ſymbola occurrũt. In radijs capitis Apollinẽ: in conibus Ammonem: in hederacea corona Bacchũ: in Leonina pelle Herculem; in ſerpentibus Æſculapium: in pharetra & ſagittis Dianã: in galea Palladem: Mercuriũ denique in pedibus humeriſq; alatis. Prætereà in alijs Schematis, alæ capiti pedibuſq; adnexæ; imberbis ſimulachri ſpecies. Pingitur cũ Heptachordo pſalterio, galea partim nigra, partim alba, tricolore virga, ſimilibuſque quæ poëtica ei affinxit garrulitas. De iuuenili forma in præcedentibus dictum eſt; per alas ei affictas, celeritatem Solis ſignificari incognita atque ſecreta patefacientis teſtatur Artemidorus lib. 2. his verbis πάντα γὰρ ἐξελέγκει καὶ ὑποπτεύει πτερὰ, vel me-

lius quò virtute ſuâ tractiuâ vapores & exhalationes ſuſtollens in altum volare faciat : atque ideò eum mythologi furem fabulantur, eò quòd Sol inferiora ad ſe trahendo, veluti furari videatur. Confirmat opinionem Cleanthes apud Macrobium, qui Mercurium, ideò dicit appellari Lycium, quòd ad inſtar lupi pecora rapientis, ille humores rapiat, & exſugat, in eum enim omnia terrena redire, dùm immiſſo calore rapiuntur, rectè ſentit citatus Macrobius 1. Saturn. Lyra porrò ſeù pſalterium ἑπτάχορδον, nil aliud niſi 7. planetarum orbitas, quarum dux & moderator Sol eſt, ſignificat ; diu noctiſque viciſſitudines demonſtrat galea λόφος μέλαινα. Fabula verò de Argo πολυεφθάλμῳ à Mercurio interfecto, quid aliud inſinuatur, niſi ortus Solis cœlum aſtriferum oculis (ſunt enim ſtellæ nil aliud, niſi majoris mundi veluti oculi quidam) priuantis, ipſamque cœli faciem interimentis? Muſicam quoque Mercurium inueniſſe, Medicinam, teſtudinem trichordam; ſeù fidium tres voces, acutam, grauem, & mediam aſſerunt, quæ harmoniam in mundo latentem, Solis vi caulatam innuunt. Gallus ei dedicatur ob crepuſculum ſeù auroram quam Sol effigiat, galluſque cantu ſuo annunciat. Lucius Apuleius eum ſic ſcribit: *Puer*, ait, *luculentus, niſi quod Ephœbi chlamyde ſiniſtrum tegebat humerum, flauis crinibus conſpicuus : inter comas eius aureæ pinnulæ ſimul coniunctæ prominebant cum caduceo & virgula* ; quæ deſcriptio non differt ab ea, quam ſupra de Apolline adduximus; Solis enim radios ſingula ſignificant. De virga verò & caduceo, varia à varijs traduntur; nos dicimus Mercurij virgam, ſymbolum fuiſſe concubitus Iouis & Rhææ, ſeù Cereris, ex quo orta Proſerpina ; ſiquidem id peractum eſſe ſub forma draconum traditur, quod Ætheris & Terræ conjunctionem deſignat ad frugum procreationem, idque ad Solis vim pertinere nemo ignorat : fuit autem arundinea, ex qua tela, ſymbolum radiorum Solis, olim ſicbãt, Tricolor etiam aurei videlicet glauci & nigricoloris ad cœleſtia, aërea & terreſtria loca, quibus ſe Solaris vis exerat, indicanda : etſi Fulgentius Phornutus, Albricus, Apollodorus dicta ad eloquentiæ vim trahant ; quod optimè fiet, ſi eloquentiam veluti myſticum quendam Solem conſideremus.

Macrobius.

Fabularum de ☿ explicatio.

Mercurij ἑπτάχορδον.

Gallus ei ſacer.

Luc. Apuleius.

Imago Mercurij.

Caduceum Mercurij.

Arundinea virga.

Hieropolitani denique, qui ſunt gentes Aſſyriæ, omnes Solis effectus atque virtutes ad vnius barbati ſimulacri ſpeciem redigebant ; cujuſmodi ſimulachrum Schematiſmi III. figura IV. fol. 226 exhibet, eundemque Apollinem vocantes venerabantur. Hujus facies, prolixa in acutum barba figurata erat, eminente ſuper caput Calatho ; ſimulacrum thorace munitum, dextra erectam habebat haſtam, ſuperſtante victoriæ paruulo ſigno ; ſiniſtrâ floris porrigebat ſpeciem ; ſummis ab humeris Gorgoneum velamentũ redimitũ anguibus, tegebat ſcapulas. Aquila deinde volãs viſebatur. Ante pedes imago fœminea erat, è cuius dextra, læuaq; icones erãt fœminarũ, quas cingebat flexuoſo volumine Draco. Radios in terram ſupernè jaci, barbâ demiſſâ ſignificari docebant Theologi. Calathus aureus ſurgens in

Deſcriptio Numinis Hieropolitanorũ

in altum, monſtrabat ætheris ſummum, vndè Solis eſſe credebatur ſubſtantia. Haſtæ atque Loricæ imago adjungebatur Martis, quem eundem, ac Solem eſſe exiſtimabant. Victoria teſtabatur omnia ſubmitti iſtius ſideris poteſtati. Floris ſpecies, florem rerum proteſtabatur; quas illum Deum inſeminare, progenerare, fouere, nutrire, maturareque erat fides. Species fœminæ terræ imago eſt, quam Sol deſuper illuſtrat. Signa duo æquè fœminea, quæ ſerpens ambiebat, Hylen, naturamq; ſignificabant. Draconis effigies flexuoſum iter ſideris demonſtrabat; Aquila, volatus velocitatem, & altitudinem Solis oſtendebat; addita erat Gorgonea veſtis, quod Minerua, quam huius præſidem accipiebant, Solis virtus eſſe crederetur. Sed Schema fol. 226. conſidera.

Explicatio ſymbolorum fig. IV. Schematiſmi III. fol. 226.

A, Aureus Æther.
B, Radij demiſſi in terram.
C, Robur Solis.
D, Vegetabilium vita.
E, Motus ex Oriente.
F, In Occidentem ſeù volatus.
G, Omnia eius poteſtati ſubijciũtur.
H, Penetratio Solis, ſeù Martialis vis.
I, Hyle.
K, Terra.
L, Natura.
M, Flexuoſum iter Solis.

Verùm antequam myſtagogiam 4. Deorum, Apollinis, Bacchi, Herculis, Mercurij, ſiuè, quod idem eſt, quadruplicem Solis virtutem, in quadruplici 4. anni temporum ſpatio ſe exerentem concludamus; ſequentem tabulam, ſiuè typum Solis hieroglyphicum, apponendum duximus, ex quo, quæcunque hucuſque dicta ſunt, luce meridianâ clariùs patebunt. Tabulam olim ex ædibus Aldrubalis Mathæi Marchionis extractam Hieronymus Alcãder tabulis ſuis Heliacis inſeruit, quã nos hìc ad incudẽ reduximus.

Explicatio ſequentis figuræ.

A, Apollo Iuuenilis formę; Solis ortus.
B, Radij Solis,
C, Vis penetratiua in pharetra.
D, Vis penetratiua, & jactus radiorum.
E, Habitus Medici, ſeù Vatis, ob divinationis &
F, Vaticinationis vim, quã mõſtrat.
G, Vis in plantas, flores, fructus, arbores.
H, Robur Solis in pelle leonina Herculis.
I, Clava Herculis, vis ſolidatiua Solis.
K, Poculum Bacchi, vis humida & concoctiua Solis.
L, Stabilitas agendi.
M, Acerui Mercuriales Agrorum cuſtodia.
N, Harmonia mundi, ac Solis effectus.
O, Vita mundi, & dominium in omnia.
P, Vis radiorũ Solis in virga arundinea.
Q, Septem Planetarum conſonantia cum Sole.
R, Virga mediâ parte nigrâ, noctem.
S, Alba diem ſignificat.

Typus Hieroglyphicus SOLIS, *eiusque effectuum.*



Vides igitur, quam appositè in hoc typo Apollinea vis Solis æstiua, radiosa, medica, frugifera, per radiosi capitis iuuenilem formam, per pharetrã sagittasque, per corymbum omni genere fructuum florumque conspicuũ, quo totum annum cohonestat, exhibeatur; cognoscas & Herculeam Solis virtutem, id est solidatiuam rerum omnium, in claua, ægide vestita, exhibitam, sc. hybernã; vti & in pampineo vase Bacchicam Solis omnia maturantis autumnalem vim, & in aceruis Mercurialibus caduceisque vim Solis ἀρπαγικὴν, verno tempore exhibitam. Ad alia itaque progrediamur.

Eru-

Erutus est anno 1626. Treuiris Moneta, seù numus quidam, in quo sequens non absimilis ei, quam modò exhibuimus, expressa imago cernebatur.

Caput erat quatuor brachijs fultum, quorum primum spiculo, secundum poculo, tertium caduceo, quartum clauâ instructum cernebatur, vt hic apparet in figura. Per quod hieroglyphicũ ego quidem nihil aliud significari existimo, quã quadruplicem Solis virtutem, sub symbolis 4. dictis Dijs mysticè attributis repræsentatam: ita quidem vt per spiculum Apollo, siuè illuminatiua Solis virtus, per poculum Bacchus seù humectatiua & decoctiua vis Solis, tractiua vis eiusdem, seù Mercurius per caduceum, per clauam denique Hercules, seù solidatiua proprietas Solis indicaretur. Quamuis prædicta 4. symbola non inconuenienter quoque 4. Elementis accommodari possint, ita quidẽ vt spiculum virtutem ignis penetratiuam, & vt cum Porphyrio loquar: πάλαι τὸν ἀκτίνων, quam antiqui ob similitudinem quandam caloris splendorisque Solem appellabãt, repræsentemus. Caduceus verò Mercurij, nil aliud sit, nisi aër fluidus peruiusq; volatilibus, nec minus superiora pertingẽs, quã inferiora. Aër enim summa imis cõiungens, medius vbiq, interuenit, vt bene Sen. 2. Nat. atq; ideò ab Arnobio Mercur. quasi Medicurrius obseruatur. Aquam verò optimè poculum, quod Baccho olim tribuebatur, ob vim in humida, quemque ideò Plutarchus vocat πάσης ὑγρᾶς φύσεως κύκεων, καὶ ἀρχηγὸν repræsentare videtur. Clava demùm nil aliud, nisi Herculem vimque Solis roboratiuam designat, seù terram: fuit enim, teste Apollonio Rhodio lib. 4. clava Herculis ex olea, quæ magnam cum terra affinitatem habet, vt Theophrastus & Plinius tradunt; dicta confirmant veteris gemmæ sculptura, symbola, 4 elementorum præferens ex Abrahami Gorlæi gazophylatio ab Alcandro deprompta.

Significabat illa per fulmen A, ignem; per Delphinum B, aquam; per caduceum C, aërem; per aridum denique truncum D, terram. Verùm vt ad

scopùm nostrum reuertamur, optimè sanè supra posita tabula 4 anni temporibus, quæ motu suo Sol efficit, adaptari potest. Si per Mercurium Ver, per Bacchum seu poculum Autumnus, Hyems per Herculẽ, per Apollinem denique Æstas intelligatur. Atque vt ab hac incipiamus, quid aliud radiosus ille ac tam multiplici sagittarum supellectile instructus Apollo sibi vult, nisi summam, quam æstiuo tempore exerit virtutem? & vt Hesiodus dicit κάματον ὑγρὸς ἠελίοιο robur acuti Solis, omnem putredinem noxiosque humores exsiccantis? ad quod fortè alludere videtur πύθω putredo, seù Draco ab Apolline interfectus, per laurum verò coruũ-

Hesiodus

que

Philostr. lib. imag. Cassiod. lib. 1. var. le ct. Lucanus li. 4. de Cæsare.

que res natura calidissimas, sicut Apollinis seù Æstatis complexio, Albrico teste; ita incendium Phaëtontæum iuxtà Philostratum, Cassiodorum, Lucanum, imò commune illud (ab Apollinis disco percussus est) Apollinem per æstatem denotari, sat superque demonstrant. Per Bacchum verò nil aliud repræsentari, quàm Autumnum, ostendunt vina & cornucopiæ, raiemi, vites, arbores, plantæ, quę ei affingebantur, & in tabula præcedentis Encarpus iste, seù corymbus omnigena fructuùm varietate refertus, de quibus Virgil.

2. Georg.

. . . tibi Pampineo grauidus Autumno
Floret ager, spumat plenis vindemia labris.

Phornutus quoque ob eam caulam arborum tutorem Deumque, astipulante Athenæo, dictum tradit. Demarchus in certaminibus dionysiacis virgineas aureos canistros omnium fructuum primitijs refertos, instante Bacchi solennitate ferre solitos. Huc quoque facit, quòd Porphyrij verbis apud Eusebium refertur: τῶν ἀκροδρύων, καὶ ὅλως τῶν φυτικῶν ἡ δυνάμις Διόνυσος ὀνομάζεται. *Plantarum & omnium virtus appellatur Bacchus.* Quòd verò Autumnus sequatur æstatem, fabula Bacchi ex ardente matris aluo extracti indicat. Inconstantiam verò, varietatem, atque autumnalis auræ vicissitudinem varia Bacchi μεταμόρφωσις referebat ab antiquis repræsentata.

Lib. 3. de præparat. Euangeli.

Herculem porrò Hyemem denotasse, hispida barba, pelles, claua, teste Phornuto ostendunt. Est enim hyems nil aliud nisi quoddam Anni senium, quo rigescentibus gelu campis, & incanescentibus, arbores omnes virore & floriditate sua priuantur; at remedium se à frigoribus defendendi maximũ, sunt pelles: Βαθαγὼς dicitur Hercules seu Hyems, eò quòd boũ labores consumat, vt Athæneus tradit & Callimachus. Aduersabatur autem Hercules Iunoni, eò quòd hyems, nubibus, niuibus, pluuijs perturbet & inamœnum reddat. Depulsor malorum dictus est Hercules, eò quòd morbosissimam anni partem autumnum frigore suo depellere soleat.

Lib. 10. Hym. in Dianam.

MERCVRIVM denique ipsum veris tempus denotare, tradit Remigius Monachus apud Alcandrum; eo quod ipse feminibus maris & terræ præesse feratur: vnde Fauonius, qui à Philostrato alatus dicitur & formâ venustâ appellatur. Congressus verò Mercurij nil aliud insinuare videtur, quã luxuriosum illud veris tempus, quo omnia ad Venerem excitantur, iuxta illud Lucretij.

Nam simul ac specie patefacta est verna diei
Et reserata viget, genitabilis aura fauoni
Aeriæ primum volucres te Diua tuumque
Significant initum perculsæ corda tuà vi.

Et Columella de Hort. cultu:

Nunc amor ad coitus properat; nunc spiritus orbis
Bacchatur Veneri, stimulisque cupidinis actus
Ipse suas partes adamat, & fœtibus implet,
Hinc maria hinc montes, hinc totus denique mundus,
Ver agit; hinc hominum, pecudum, volucrumque libido.

Hinc

Hinc etiam antiqui Mercurio & Floræ ſacra faciebant hoc menſe. In antiquæ quoque gemmæ ſculptura Mercurius arieti inſidet, eò quod Sol verno tempore arietem animal libidinoſum ingrediatur. Erat denique Mercurius dictus Hermaphroditus, quo nomine herbas intelligit Theophraſtus & Ariſtides orat. in Bacchum; propterea, ait, maſculus & fœmina is Deus vtroq; pollet ſexu. Sed de his hactenus.

CAPVT XII.

De Muſarum & Apollinis myſtica ſignificatione.

DE Muſis diuerſa eſt Authorum ſententia, alij tres tantum ponunt, cœli terræque filias, ob trichordum ab eis inuentum, quod ὑπάτην μέσην καὶ νήτην continebat, hoc eſt, imam, mediam & ſupremam, quâ nil aliud niſi triplex mundus elementaris, Æthereus & ſupercœleſtis, vt Plato docet, indicatur. Alij 9. à Ioue & Mnemoſyne congenitas ſcripſerunt, de quibus Ouid. 5. met. qui à Matre Mnemoſydas eos appellat.

Mnemoſydas cognorat enim, conſiſtite dixit.

Diodorus verò celeberrimè eas interpretatus eſt, quaſi eorum quæ ad muſicam artem ſpectant, propria vnicuique deſcribens officia. Homerus quoque incredibili eas celebritate proſecutus eſt. Dictæ verò ſunt Muſæ, eò quòd bona & vtilia homines ignorantia laborantes doceant. Nam cùm, vt ſupra dictum eſt, Iuppiter nihil aliud ſit, quàm pater & anima mundi, reliquæ verò ſtellæ ſeu planetæ, aut etiam elementa eiuſdem veluti cenſeãtur filij & filiæ, Apollo autem primogenitus Iouis filius Sol nimirum, rector, ductor & gubernator ſit filiorum ſeu ſtellarum & elementorum; ſapientes antiqui ſub obſcuro hoc fabulæ tegumento de Muſis à Ioue progenitis, & ab Apolline doctis, totius naturæ coniugium eiuſque concentum admirabilem inſinuare voluerunt.

Ex cuius frequenti contemplatione, ac curioſa inquiſitione tandem artes prodiêrunt ſeu Muſæ, vti Aſtronomia, Geometria, Arithmetica, Muſica, Rhetorica, Dialectica, &c. Quæ ſunt veluti filiæ quædam memoriæ & imaginationis. Cùm enim homines, conſtantes cęlorum leges cum ſumma admiratione deprehenderent, crebris obſeruationibus adhibitis, & motibus firmiter per imaginationem intellectui impreſſis, tandem exorta eſt Aſtronomia. Verùm cùm motus tam multiplices inueſtigare non poſſent ſine quantitatis tàm continuæ, quàm diſcretæ cognitione, hypotheſes enim & phænomena ſine geometricis ratiocinationibus nequaquam demonſtrari poterant, vti nec numerus motuum ſine arithmeticis, eius occaſione Geometria & Arithmetica originem traxere. Cùm verò admirandum illum tam diuerſarum rerum, ac toto cœlo differentium naturarum mutuum nexum ac ordinem concinnum, ſumma imis, ſumma denique ac ima mediis, ſummâ

Artes.

Aſtro'ogia.

Geometria

Arithmetica

Musica. mâ vbique proportione respondentia contemplarentur, harmonicas rebus rationes in esse rati sunt, vndè & Musica nata. Sed enim cùm de ijs rebus firmiter atque distinctè differere non possent; modum in ratiocinando Dialectica. Rhetorica. seruandum certis quibusdam regulis comprehenderunt, vndè Dialectica & Rhetorica. Ecce seriem genealogiæ Musarum. Porrò alij ex Apollinis capite eas deriuatas fingunt juxtà illud Poëtæ:

Mentis Apollineæ vis has mouet vndique Musas.

Quæ quidem non discrepabunt à nostra sententia, si ea, quæ suprà de idẽtitate Iouis & Apollinis diximus, rectè cõsiderentur: Anaximãder Lãpsacenus, & Zenophanes Heracleopolites aliter in suis libris Musas ipsas sunt interpretati; quod & alij, vt Pisander Physicus, & Euximenes libro θεολογιμένων affirmare videntur. Namque ad necessaria humanæ voci instrumenta Musas ipsas ordine comparant. Fit enim vox 4. dentibus è contra positis, ad quos lingua percutit. At duobus superioribus vnam ex Musis ascribunt, alteram inferioribus, quod cum alterum eorum defuerit, sibilum potiùs quàm vocem reddi asseuerant. Duobus item labijs veluti cymbala verborum modulationi commoda duas ex Musis apponunt. Alteram linguæ applicant, quæ vt plerumque percutiens quendam vocalem spiritum format. Palato quoque vnam ex Musis dicarunt, cuius concauitas sonum præfert, à gutturis fistula alteram deducunt Musam, quæ tereti scilicet rotundo meatu spiritalem præbet excursum. Rursus Pulmoni, qui veluti aërius follis conceptam reddit vocem, & reuocat, vnam ex ipsis appetant. Nonam quieti atque silentio ascripserunt. Si enim ex his nouem veritatis instrumentis, quicquam defuerit, vox perfecta non erit. Fulgentius verò μυθολογικὰ lib. 2. nouem Musas doctrinæ & sapientiæ dixit repræsentare modos; vndè juxta allegoriæ leges hoc ordine ponuntur.

Pisander. Euximenes. Humanæ vocis instrumẽta denotant. *Fulgentius.* Sapientiæ rationes denotant.

Primo loco *Urania*, id est, humanæ intelligentiæ sublimitas. Secundo, *Polyhymnia*, id est, capacitas memoriæ. Tertio, *Euterpe*, id est, voluntatis oblectatio; Nam intelligentia memoriæ jungitur, & voluntati. Quarto, *Erato* ponitur; hoc est, amabilis, nullâ enim re voluntas plùs delectatur, quàm similium collatione; hoc autem sine profunda cogitatione fieri non potest, ideò subsequitur *Melpomene*: huic verò *Terpsichore*, quasi artium delectatio associatur; cogitationum enim perfectio sine disciplinarum perfectione fieri nequit. His omnibus omnis humanæ locutionis venustas gignitur, quæ *Calliope* dicitur; indè *Clio*, hoc est, bona fama nascitur, sub qua *Thalia*, quæ in vltimo loco posita est, hoc est, germinatio virtutum; omnis enim virtus per pulchram appetitus famam, & gloriam, ideòque albo alite, id est, cygno sustollitur, stagnisque mox deponitur, quia gloriæ & famæ bonæ semina in altum & sublimè elata, dein per humum, hoc est, inter mortales, & ora hominum disseminantur, & diffunduntur, juxtà Fulgentij itaq; considerationem, vti scientiæ atq; disciplinæ, ita Musarum munere perquiruntur, vt velle, delectari, insistere, capere, memorari, inueni-

re,

re, indicare, eligere, pronuntiare, successiuè, & necessariò quadrare cognoscuntur. Est autem & hoc consideratione non indignum; quid sibi ἑπτάχορδος Apollinis, de quo Homerus (qui est, ad Mercurium) hymno ἑπτάχορδον

Ἕπτα δὲ συμφώνους ὀίων ἐτανύσατο χόρδας.

Et apud Virgil.

Est mihi disparibus septem compacta cicutis,
Obloquitur numeris septem discrimina vocum.

Macrobius lib. 1. Satur. scribit Apollinis lyram septem fuisse chordarum, per quas tot cœlestium sphærarum motus præstat intelligere. Diodorus autem Mercurium ait lyræ repertorem fuisse, atque eam tribus instituisse chordis instar trium anni temporum, tres item voces desumptas, grauem ab hyeme, ab æstate acutam, à vere mediam magnâ autumni iniuriâ, qui hinc fructibus onustus immeritò exulat. Orpheum, alij, quatuor chordis lyram instituisse tradunt, vel ad eadem anni tempora, vt iniuriâ affectus Autumnus postliminio suæ restitueretur dignitati, vel ad quatuor elementa, vt alij scripsêre, denotanda. Alij δεκάχορδον Apollini attribuunt, adeò fœcunda est mens nostra quoties sese ex summis difficultatibus extricare nequit. Vt igitur vno verbo, quid de hac sententiarum varietate cēseam, dicam. Per τρίχορδον Apollinis attributum à Diodoro, triplex mundus, de quo supra, vel triplex Iouis dominium, in cęlestia, terrestria, & inferna, vt expressé Orpheus in hymno Iouis supracitato demonstrat, significatur. Orphei verò τετράχορδον. 4. elementorum symbolum fuisse & 4. anni temporum, testantur, quotquot de hac materia tractarunt, Authores; qui verò ἑπτάχορδον ei attribuunt 7. planetarum orbitas seorsim insinuant; cui si cœlum stellarum fixarum accedat, efficitur ὀκτάχορδον; qui denique ἐννεάχορδον, ei affigiunt, terram octochordo annumerant, vt Glareanus, quod nouem musarum nominibus exprimunt: sic diuersarum rerum ordinibus diuersa polychorda sunt affixa. Ita Thaliā dicunt concentū non habere itaq; silentio & terræ eā ascripserunt, quam tricipiti Cerbero, Apollinis pedibus prostrato comparāt. Clio verò cum Luna hypodorium modum & chordā προσλαμβανόμενον mouent. Calliope & Mercurius hypophrygium modum & chordā ὑπάτην ὑπατῶν possident. Terpsichore cum Venere hypolydium παρυπάτην ὑπατῶν cōtinent. Melpomene cum Sole Dorium & lychanohypaton coaptant. Erato cum Marte Phrygium cum ὑπατημέσων custodiunt. Euterpæ & Ioui lydius & παρυπατημέσῃ conueniunt. Polyhymnia & Saturnus myxolydium & lychanomeson seruant. Vraniæ & Cœlo stellato chordæ νηταὶ ascribuntur. His autem omnibus nil aliud demonstrare videntur, quàm totius vniuersi harmoniam. Summus enim ille cęli stelliferi cursus, cuius conuersio cùm sit concitatior, acuto & excitato mouetur sono, grauissimo autem hic lunaris & infimus, quorum Cicero his verbis meminit. *Nam terra in mobilis manens, ima sede semper hæret, complexa medium mundi locum: illi autem 8. cursus, in quibus eadem vis est duorum Mercurij & Veneris modorum, 7 efficiunt distinctos*

Macrob. lib. 1. Sat. Diodorus. τρίχορδον. Orpheus. τετράχορδον δεκάχορδον Triplex mūdus. Orpheus in hymno. 4. Elementa, & 4. anni tēpora. 7. Planetarū orbes. Musici T. Cic. 6. de Rep. lib. Cursus Planetarum musicus.

interuallis sonos, qui numerus rerum ferè omnium modus est Verùm operæpræ-tium faciam, si prædicta verba Ciceronis paulò minutiùs discutiam; apparet enim, quod in hac præceptione, quam Plinius refert, interuallorum rationē ex 8. tantùm cursibus 7. sonos fieri collegerit, extremos pro eodem sono intelligendo, vt fit in διαπασῶν. Et consonat vulgatum Musicorum dictum: *De octauis idem esse iudicium*; quanquam vt dicam quod sentio, Ciceronis locus haud dubiè hoc loco corruptus est, & Macrobius exactè eum non intellexit, tametsi 4. longissima in eum scripserit capita. Theodorus Gaza eximiæ eruditionis vir, cùm eum locum in Græcum sermonem verteret, & ipse quædam, quæ in vulgatis Ciceronis codicibus sunt, obmisit, vt hæc verba: *Mercurij & Veneris modorum*. Quædam aliter vertit, vt ὧν δίτη αὐτοῖς προσεστὶ δύναμις, quod in vulgatis quibusdam latinis codicibus frequenter ita legitur. Illi autem 8. cursus, quibus eadem vis est modorum, à Theodori verbis longè discrepans lectio. Quædam in his Ciceronis verbis 7 *efficiunt distinctos interuallis sonos*, verbum, *septem*, ad ablatiuum *interuallis* coniungendum existimant, hoc sensu: octo hi cursus efficiunt sonos distinctos 7. interuallis: sed hoc haud dubiè coactum est, & à Ciceronis phrasi & iudicio longè alienum. Ego hunc Ciceronis locum ita legendum censeo. Illi autem 8. cursus, in quibus eadem vis est extremorum, septem efficiunt distinctis interualla sonis; seù vt Musici doctiores, species 7. qui omnium ferè rerum modus est. Hæc verba, siquidem ita leguntur, & secundum naturam prolata videntur, & traditioni Musicorum consentanea erunt, natura enim ita habet, vt octo phtongis seù vocibus, secundùm rationem musicam dispositis, certoque modulandi genere dimensis, octauus sit eiusdem naturæ cum primo. Et cum sint 8. phtongi, 7. tamen duntaxàt sint interualla, quæ septiès variata quouis modulandi genere 7. efficiunt διαπασῶν species, quarum frequentissimè omnes authorum libri meminêre; in cuius loci difficultate enodandâ, cùm toties vidissem à doctissimis viris laboratum, eum hîc quoque præterire nolui.

Axioma Musicorum. Macrobius.

VII. Διαπασῶν species.

Hebræorum quoque sapientes, cùm intuerentur multiformem istam mundi figuram, discordemque rerum concordiam, eam à certis quibusdā præsidibus Angelis gubernari crediderunt. Vnde & Aristotelis intelligentias, & nouem Musarum commenta profluxisse certum est. Verùm vt contextum historiarum, processumque disciplinarum ab Hebræis ad Ægyptios, & ab his ad Græcos aliosque meliùs percipias, visum fuit hic totam de mundi harmonia Hebræorum sententiam traditionemque adiungere.

Hebræorum dogmata.

Hebræi itaque ad benè rerum omnium differentias gradusque distinguendos, tres mundos figurant (quemadmodum & Platonem fecisse legimus) primus est supramundanus, quem Philosophi ἀρχίτυπον seu intellectualem, Hebræi עולם המלאכים id est, *Mundum Angelicum*, in quo creaturæ nullo terrenæ mixtionis inuolucro vestitæ, per literas א, ב, ג, ד, ה, &c. in alphabeto mystico, vsq; ad י *Iod* significatæ enumerantur. Proximum huic cœlestem appellant עולם הגלגלים, mundum sphærarum, quem per literas à כ vsque

De Mundi harmonia Hebræorum dogma. Triplex mūdus.

que ad ע denotant. Postremum omnium sublunarium, quem nos incolimus, illi dicunt עולם היסודות mundum elementorum, in quo עולם קטון mũdus minor, seù μικρόκοσμος, indicaturq; per literas à ע ad ת vsq;. Atq; hoc est τριχορδον illud trium mundorum, inexplicabilem Creatoris sapientiam in musica illa rebus singulis impressa demonstrans, vel 4. Elementorum τετράχορδον, de quo supra, quæ si coniungantur ἑπτάχορδον construes, omnium ferè rerum nodum supra explicatum, & à Cicerone insinuatum. Est autem summa horum mundorum dependentia à se inuicem. Mundus sidereus quidem ab Angelis; elementaris autem ab vtroque & Angelico, & siderio, à quorum influentijs dirigitur dependet. Primus mũdus cõstat nouemplici Angelorũ ordine per nouem literas priores indicatus. Primus qdẽ ordo vocatur חיות הקדש id est, animalia sancta, qui per literam, seù summarum, & altissimarum rerum, quæ primâ emanatione Diuinæ bonitatis subsistunt, notam designãtur; atque hi sunt spiritus illi inferiora illuminantes. In secundo ordine cõprehenduntur Ophanim אופנים formæ seu rotæ, quibus respondet ב litera sapientiæ; hoc sequuntur ארלים *Aralim*, id est, *Angeli fortes, & robusti*. Post hos, ordo Angelorum, qui השמלים *Hassemalim* dicuntur, sequitur. Deinde שרפים *Seraphim*, & postea מלכים *Melachim*, אלהים *Elohim*, בני אלהים *Benelohim*: Demum כרובים *Cherubim* agmen claudunt; qui omnes Angeli certa sua officiâ habent in gubernatione mundi; Mundus verò completur per symbolum, fœcundæ Dei naturæ. Sequitur כ Caph ea litera, quæ primũ mobile denotat ab ipso אל שדי tãquam à prima causa immediatè; licet per rationalis vitæ spiritũ communicatiuè motũ, qui est Angelus Metatron, & dicitur intellectus mundi sensibilis per formarũ penetrationẽ inferioribus omnibus vitam prębens, influens virtute suâ in omne id, quod est mobile, atq totũ hoc antiqui per Apollinẽ Iouis filiũ, quem supra animam mundi diximus, 9. Musarum per 8. sphæras cœlestes, & elementarem mundũ repræsentatarum ductorem insinuasse videntur; iuxtà illud Poëtæ:

Harothscha kadosch.

Orphanim.

Aralim.

Hassemalim.

Seraphim.

Melachim.

Elohim.

Benelohim.

Cherubim.

Metatron.

Mentis Apollinæ vis has mouet vndique Musas.

Atq; ob eandẽ causã pingebatur hieroglyphicè cũ cythara & heliotropio stipatus tribus Gratijs. Aglaia, Euphrosyne, & Thalia. In Throno sedẽs pedibus innixus caudæ serpẽtis tricipitis, quorũ capita terræ affixa reliquũ corpus supra cęli, Solisq; vias extẽdebatur. Per cytharã nil aliud significabãt, vt iam dictũ est, nisi mũdi cõcentũ; Per heliotropiũ rerũ inferiorũ cum superioribus nexũ. Tres Gratiæ significabãt Apollinis in hoc vniuerso splendorẽ, liberalitatem, fęcunditatẽ; quorum primũ per Aglaiã, Secundũ per Euphrosynẽ. Tertium per Thaliã deniq; significatur. Serpens autem referebat Apollinis vim genitalem per vniuersũ mundũ diffusã: tricipitiũ verò terræ innixũ, significat triplicem, quâ terrã fęcũdat virtutem, humectatiuã, calefactiuã & seminalem, quas ad omnem generationem cõcurrere, pręter Aristotelem, omnes alij testantur philosophi. Atq; ex his omnibus luculenter patet, quàm pulchrè diuersa diuersorũ cõmenta in eandem rem cõueniant. Verũ vt omnia, quæ hactenus dicta sunt faciliùs percipiantur, placuit hîc totius discursus schema ob oculos ponere.

Apollo Dux Musarum stipatus tribus Gratijs.

SCHEMA SYMBOLICVM NOVEM MVSARVM ET APOLLINIS
iuxta mentem Mythologorum & Græcorum & Hebræorum Iconis. IV.

Verùm vna adhuc nobis restat soluenda difficultas, quam nobis novenarius ille Musarum numerus obtrudit. Designat enim hic rerum, & operum imperfectionem, ac diminutionem. Dico itaque Nouenario absolui sensibilem hunc mundum. Firmamentum quidem, quod Prisci maximum & supremum sensibilium corporum crediderunt; sequitur Planetarum septenarius numerus; infra lunam quatuor supersunt elementa, ignis, aër, aqua, terra; quæ licet heterogenea sint, & ab inuicem differentia, quia tamen vnâ simplicique ratione, quâ & corruptibilia, & inuicem transmutabilia, continuaque, & sensibilium omnium seminaria quædam sunt ab ætherea, cœlestique substantia distare cognoscuntur, simplicique nomine ea complectimur, vocamusque corpus elementare; quatenùs vniuersus iste sensibilis mundus duobus corporibus, elementari scilicet, & cœlesti, atque id totum, quod à centro ad firmamenti connexam superficiem clausam tenetur sensibilem mundum, totiusque sensibilis mundi corpus, & quicquid est sensibile, nuncupamus. Nouenarius numerus.

Nunc à Pythagoricis hæc demonstrata fuisse probemus. Scias itaque Pythagoræos hanc proprietatem in numeris notasse, vt in omnibus perfectis numeris ad suas partes multiplicem continentibus proportionem, quoties dempta fuerit vnitas, toties nouenarij relinquatur pluralitas. Nam si numeri 2. 8. notas aggregaueris, conflabis ex 2. & 8. denarium, à quo subtracta vnitas relinquit 9. Pari ratione 496. perfectorum tertij collecti constituunt 19. à quibus vnitas abstracta relinquat 18. binam nouenarij pluralitatem: atque hoc mysterio arithmetico nil aliud significare volebant, quàm quod nulla extet numeri perfecti substantia, nisi vnitas copuletur novenario, vsque adeò nouem, vt perfecta sint, indigent vno. Ita similiter 9. Angelorum ordines sine vnitate illa, quam illi אין סוף *En suph*, id est, infinitum vocant, in fluere nequaquam possunt, neque Musæ sine Apolline, seù anima mundi quicquam præstare possunt; neque sphæras cœlestes per Musas repræsentatas quicquam sine Mitatron, seù primo mobili, cuius virtute omnia cœtera mouentur, efficere posse scimus. Accedunt ad hanc comprobandam 10. Categoriæ, seù 10. prima rerum genera in substantiam, & accidens distincta, de quibus dici solet. Mysteria Pythagoræorũ in numero.

Magnus Aristoteles, trutinando cacumina rerum,
In duo diuisit, quicquid in Orbe fuit.

Substantia enim vnum est prædicamentum, reliqua 9 sunt accidentium. Substantia vtpotè omnibus numeris absoluta, & per se existit; & seiuncta ab omnibus accidentibus considerari, & mente percipi potest. Nouem verò accidentia ita sunt affecta, vt per se existere nunquam possint, sed in subjecto, quod est substantia semper esse necesse est. Dicunt enim Logici aliquid esse in subiecto, quod cùm in alio sit, sine eo esse non possit, & tamen non est pars eius. Ex quibus patet nouem musas nil posse sine complemento Apollinis, neque perfectam esse posse mundi harmoniam, nisi de-

denario compleatur. Binarius enim, ſeptenarius ac nouenarius diſcordes in muſica reperiũtur. Sunt enim ſecundæ & ſeptimæ &c. maximè diſſonantes; at cùm octaua omnium conſonantiarum perfectiſſima redeat ad primam, nona ſimilis erit ſecundæ, quare & diſſona, quòd ſi vnitatem ei adjunxeris, habebis numerum perfectiſſimum, omnes harmonicas proportiones in ſe complectentem, nimirum 10, decachordũ illud mundanum admirabile omnes in ſui concentus admirationem conuertens: Symbolum totius naturæ; de quo Picus in ſuis concluſionibus: *Fruſtra adeat naturam & Protheum, qui Pana non attraxerit.* Et concluſ. 68. Cabal. *Qui ſciuerit quid ſit denarius in Arithmetica formali, & cognorit naturam primi numeri ſpherici, ſciet ſecretum 50. portarum lucis: & 32 ſapientiæ ſemitas, & Iubilæum magnum.* Hunc Pythagoras veluti omnia complectentem, diuinumque reuerebatur. Nam ſi numerum quaternarium juxtà ſeriem naturalem deducas hoc modo 1. 2. 3. 4. videbis junctos hoſce numeros denarium conſtituere omnia continentem. Nam & elementorum ordo, terræ, aquæ, aëris, ignis vnicuique conueniens, hiſce numeris luculenter apparet. Proportiones harmonicæ omnes hic manifeſtæ fiunt, cuiuſmodi ſunt. Vniſonus, Diapaſon, Diapente, Diateſſaron, ita quidem, vt 1 ad 1 Vniſonum, Diapaſon referant 1 & 2: duplã videlicet proportionem; ſeſquialterã 3 & 2 Diapente: Diateſſeron deniq; proportionem 4 & 3 ſeſquitertiã. Diapaſon cũ Diapente 3 & 1: Diſdiapaſon demùm 4 ad 1. proportionem videlicet quadruplam. Verùm quia de hiſce & ſimilibus in Muſurgia noſtra vniuerſali copioſiùs tractauimus, ſuperuacaneum eſſe ratus ſum ijs diutiùs immorari, hæc enim omnia minutim ſcrutari noſtri ꝓ hoc tempore non eſt inſtituti; Sat erit Lectori ex dictis mentem noſtram in hoc hieroglyphico 9 muſarum & Apollinis Schemate manifeſtatum percepiſſe.

Harmonica proprietas.

Picus Concl 8 Cabal.

Omnia clauduntur denario.

CAPVT XIII.

Deos omnes ad vnum Solem ad Lunam omnes Deas reuocari.

ITa natura humana comparatum eſt, vt ſpretis ijs quæ ſenſibus inuia, ea verò obiecta quæ grata ſunt, vtilia & benefica omni affectu proſequatur. Permoleſtum compluribus videbatur intellectu tantummodo perveſtigare DEVM, non etiam viſu vſurpare. Quapropter cùm nil Sole pulchriùs, vtiliùſque in conſpectum ſeſe daret, Solem ipſum Deum arbitrati ſunt, vtpotè quem, etſi non omnia corporis ſui magnitudine occupare, terras tamen & plantis ſalutem ac vitam afferre, reliquis inſuper aſtris lumen impertiri, cœlumq; ipſum conſpicuũ reddere, viderent; elegãter Minutius Felix in Octau: *In Solẽ adeò rurſus intende: cælo affixus, ſed terris omnibus ſharſus eſt: pariter præſens vbique intereſt, & miſeretur omnibus*; ac ſanè vel ipſe Plinius, qui fabulo-

Minutius Felix in Octau.

Plinius.

ſam

sam de Dijs persuasionem irridet. Num quis præter Solem Deus sit ambigere videtur. Non desunt qui ideò ἥλιος forsan ab Hebræo אל, quod Deum significat, deriuatum velint. Certè Macrobius præ cæteris pluribus argumentis euincere contendit, Deos omnes ad Solem referri, idque vnum esse Numen, quod sub varia nominum appellatione gentes venerentur. Verùm vt hæc omnia profundiùs discutiantur, paulò altiùs rem ordiri visum est. Primis itaque post diluuium seculis, cùm supremum illum totius vniuersi Dominum φάος οἰκεῖον ἀπρόσιτον difficulter caperent, cœlestium verò corporum imperium in omnia vitæ commoda, vti paulò ante dictum est, delegatum non sine religione suspicerent; neque ab eo, quod merum est, & supremo proprium, impij distinguerent, Diuinitatem temerè sensu metientes, haud alium Deum, præter illum, qui lucis & tenebrarum, motus & silentij, statarq; noctium, dierum, & annorum vicissitudines, & tempestates dispensaret, agnoscebant, etiam naturalis rationis ductu impulsi, & seducti, vt voces sunt, quas retulimus sacræ. Ab hac causa Chaldæi etiam in primis post diluuium temporibus, veri DEI cultu exuto, hanc ipsam philosophiã amplexabantur, vti in 1 & 2. libro dictum est. Et Rambam suprà citatus fusè docet. Omnium autem maximum Numen Solem (quem & μόνον ἀρχικὸν Θεὸν nuncuparunt Phœnicum Theologi) æstimabant. Planetis, & quæ sunt cætera sidera, veluti nutum eius obseruantibus, vti & Ægyptijs priscis δωδεκαμοίρια significari Θεοὶ βουλαῖοι seù Dij consiliarij; Planetæ verò ῥαβδοφόροι, hoc est, lictores, qui accensi Solis consistorio adstent, censebantur. Nec sanè post diluuium tantum hunc impietatis errorem primò homines inuasisse puto, sed etiam, non ita multis post rerum primordia seculis eum imbiberunt: ita illud Moysis intelligo Genes. 4. vers. vlt. tunc cœptum est: אז הוחל לקרא בשם יהוה profanari in inuocando nomine Iehoua. Nam חלל & pro incipere, & profanare exponitur, juxtà illud Leuit. 19. לא תחלל שם אלהיך. *Non profanabis nomen Domini Dei tui.* Et Hebræis illis porrò consonum est. Tunc profanatum est in inuocando nomine Iehouæ; quod fatentur item Onkelos, & alter Paraphrastes Chaldæus siue Vzielides sub Ionathanis nomine tritus, Rassi, Radak, alijque, qui Moysen cò loci de nouorum Numinum initijs intelligunt. Profanari autem in inuocando nomine Iehouæ, idem est, ac si dixisset, Sacrosanctum illud nomen, quod totius Vniuersi Creatorem ac Dominum designat, rebus creatis impiè tributum; id optimè innuit F. Iosephus, cùm per 7. generationes scribit, homines Vnicum DEVM Optimum Maximum δεσπότην εἶναι τῶν ὅλων sensisse. Deinceps verò ἐκ τῶν παρόντων ἐθισμῶν degenerasse; hoc est, res creatas, siuè cœlestia corpora adorasse. *Macrobius.*

Hinc Ægyptiorum prima in Dijs fabricandis commenta: qui quidem omnes ad Osiridem & Isidem, hoc est ad Solem & Lunam reuocabantur; quorumque virtutes per varias animantium formas mysticè indigitabantur, ita per accipitrem Solis aut Lunæ vim igneam, per hircum fœcundam, *Rambam.*

hu-

humidam per Crocodilum; per ibim vim noxiorum conſumptricem; per boues vim in omnes fruges,& ſic de cœteris, de quibus toto hoc opere copiosè tractatur. Pari ratione ſymbolum Chaldæorum erat ignis, Perſarum Mythras, Babyloniorum Belus, Thamutz Hebræorum, Phœnicum Adonis, &c. Qui primum Theologiæ, quam tractamus genus maximè amplexantibus, vti Solis cœlorum regis Ἐπίτροπος, vicarius, ſiuè ſignum habebatur. Cùm enim ob cœleſtium corporum diſtantiam, ſacra eis ad votum fieri haud ita commodè potuerint; ſymbola huiuſmodi, quæ viderentur inprimis congrua, in eorum honorem conſecrare equum eſſe iudicabant. Neque Phiſtinorum Draconem, figura ex humana & marina ſimul miſta, aliud quàm Neptunum, Amphitriten, Salaciam, Oceanum aut Thetyn, aut hoſce omnes, id eſt, mare ipſum (communis enim vnicuique Deo vterque ſexus erat; quod pluribus, multis in locis oſtendimus) veluti magni in auguſto naturæ procerum conſeſſu, Numinis ſymbolum æuo ſimpliciori denotaſſe æquum eſt, vt opineris. Nam, vt defuncti ſimulachrum fuerit, figuræ myſterium non patitur; id ipſum de piſcibus ei ſacris dicendum; qui quod ſymbola maris eſſent, colebantur, haud aliter quàm iuuencæ apud Ægyptios, quæ à lactis beneficio, primum veluti Telluris matris & nutricis, poſtea & Iſidis ſeù Lunæ (benignis enim Telluris & Lunæ viribus alimenta præcipuè deberi agnoſcebant) vti & Tauri ſignati Solis ſymbola, ſummo honore eoque diuino excipiebantur; dum enim beneficas tantùm naturæ vires primis ſeculis venerarentur, accedente dæmoniorum cultu, ad varia, vt fit ſuperſtitioſorum placita, & dæmonia ſub mortuorum nominibus, & Sol & Luna, & quæ reliqua ſunt, ob lucem ante alia conſpicienda ſidera, mare item & Tellus, & qui reſtant naturæ veluti diſpenſatores, eiſdem ſacris ad eaſdem etiam ſtatuas & columellas ita ſimul celebrabantur, vt procedente tandem in infinitum errore, nec mortuos ipſos à Dæmonijs, nec horum alterutra à naturalibus vniuerſi machinæ facultatibus, neque has ſatis adinuicem diſterminare impij potuerint. Inde & Luna, & Venus, & Tellus in Aſtarthæ figura. Luna, Venus & Mare in Dagonis, & hæc omnia in Iſide, Sol, Iuppiter, Saturnus in Baale, & Moloch in Oſiride; vnicuique porrò idolo, cognomine dæmonio ſiuè Heroë ſæpiùs inuocato, inextricabili hallucinatione confundebantur. Hinc Dij patrij & genij innumeri, de quibus in ſequentibus; hinc etiam vix pauciores Lunæ, Veneres, Soles, Ioues, Saturni; inde innumeræ illæ vbique gentium ſtatuæ, fictis à vetuſtate Dijs, poſitæ, quæ gentilia nomina ſingula capientes, haud aliter fermè diſcrepabant. Neque enim ſacrorum ritus diuerſi efficiunt, vt ipſa numina re differant. Atque ſic veteres ex vnius numinis multiformi cultu πολυθεΐαν emanauit, de qua dictum eſt hucuſque. Secuti enim Ægyptios, Hebræos, Chaldæos, Babylonios, Phœnices, Græci, ijs omnibus complementum dederunt, innumeras Deorum genealogias texendo; quas tamen omnes omninò ab vnius Solis aut Lunæ ſtirpe deducũt; ita quidem, vt teſte Macrobio, alijſque paulò ante citati, Saturnus Iuppiter,

Origo πολυθεΐας

Pluto,

Pluto, Apollo, Bacchus, Mercurius, Hercules, Æsculapius, Neptunus, Vulcanus, Mars, Pan, Æolus, nihil aliud fuerint, quàm diuersæ vnius Solis facultates.

Sol enim in quantum motu suo tempora moderatur & annum, Saturnus dicitur; vt cœlestium corporum & totius mundi Dominus, Iuppiter; vt radijs omnia illuminat & penetrat, Apollo. Mercurius, quatenus tractiuâ vi meteororum omnium causa est. Neptunus dicitur ob dominium in mare & flumina. Pluto ob dominium in subterraneas partes; Bacchus, quia vini ac cœterorum liquorum sine quibus nihil ad maturitatem peruenire potest, præses est; in quantum verò corroboratiuâ vi pollet, Hercules appellatur. Vulcanus verò ab ignea vi Solis nomen habet, vti Mars à feruore quem in animantibus excitat: vnde rabies, & insania, & bella, & homicidia, & similia Martis opera. Æsculapius ob vim salubrem de substantia Solis animis corporibusque mortalium subuenientem. Pan ob fœcunditatem omnia penetrantem. Æolus denique quatenus multâ exhalationum copiâ attractâ, ventos causat, & tempestates, denominatur. Cùm verò varias hasce virtutes in alijs quoque sideribus & planetis potissimum inuenirent, stellas quoq; quæ solari luce impregnatæ similes effectus præstarent luce Solis adiutæ, simili nomine nuncuparunt. Porrò quemadmodum Solem vnum substantia, virtute multiplicem, actiuum rerum omnium principium dicebant, ita Lunã eandem vnam quidem re, vi tamen solius nominis multiplicem, ac tanquã rerum principium passiuum, ac Solis coniugem statuebant; magnam quoque Deorum matrem hanc dicebant, eò quòd quicquid Dearum sit, ad hãc reuocetur. Dicitur itaque primo Luna *Rhea* eò quòd influxui Solis veluti viro mulier subsit, & generationis rerum mater quasi sit: *Ceres* dicitur inquãtum frugibus præsit: *Lucina*, quia discussis tenebris nocturnis, benenolo lumine inferiora mundi fœcundat; *Venus* ob fœcundam seminalem vim, appetitumque ad generationem rerum, quæ cùm in humido consistat, ideò ex spuma maris nata dicitur *Iuno*, seù ἀπὸ τοῦ ἀεῖν ab aëre, cui præest, sic denominatur à seminibus terræ plantisque, quas proserpere facit, *Proserpina*; à floribus graminibusque, *Flora*. *Diana* ab humectatiua vi Lunæ, quâ in syluosa & fruticosa loca multùm agit. *Minerua* verò à calore lunari, vti suprà diximus, qui ingenijs prodest plurimum, nomen meruit. *Hecate* infera & subterranea Luna à centenis rerum generibus, quas in subterraneis locis producit, dicitur *Thethys* à mari & fluminibus, quæ influxu concitat. *Bellona* à feruore quem multiplicata bile in corporibus producit, quorum typos vide in sequentibus. Verùm vt nequicquam nostris verbis asserere videamur, hactenus fusè dicta, vnico Eusebij testimonio confirmanda putaui.

Hic, inquit, *diligẽter aduerte, Ignis virtutem Vulcanum dicunt & in forma humanis ei simulachrum cõstituunt, in cuius capite pileus est cæruleus, cæl stis symbolum volutionis, vbi integer sinceruſque ignis inuenitur. Nam qui à cælo in terram dilapsus est, cùm imbecillior sit, materiaque indigeat, claudicans fingitur, quam virtutem in Sole* Euseb. l. 3. c. 3. præp. Euang.

Apollinem appellarunt, à radiorum videlicet motu, quoniam πάλλειν græcè mouere est. Nouem autem circa Apollinem Musæ concinunt, 7. scilicet planetarum orbes octaua sphæra & hæc vltima, quæ Luna est. Laurum ei dedicarunt: quoniam hæc arbor ignea est, vnde odio à dæmonibus maximo habetur, & quoniam si vritur plurimum sonat, quod prædicendi virtutem designat. Hunc ipsum, quia ægrotis medeatur & morbos pellat Herculem appellant, & duodecim ei tribuunt certamina, quoniam per duodena signa pertranseat. Clauam & Leonis pellem accommodant, alteram vt inæqualitatem motus significent; alteram, quoniam in Leone maximè vires suas ostentet. Huius salutarem virtutem Aesculapius designat, cui bacillus traditur ægrotantium sustentaculum. Serpens inuoluitur animæ atq; corporis signum salutare: inter naturalia enim, cætera quidem reptilia crassioris dicunt & terrestrioris esse substantiæ. Serpentem verò esse perspicacissimum animal aiunt; quod & imbecillitatem corporis exuat, & ad medicinam perspicacissimum esse videatur. Nam & ad acuendum visum herbam inuenisse, & reuiuiscendi quandam herbam cognoscere traditur.

Ignea Solis virtus, quâ fructus maturat. Dionysius nuncupatur; quâ verò ratione anni tempora circumuolutus conficit Horus *dicitur. Virtus autem eius, quâ ex agricultura fructum percipimus, quia diuitiarum largitrix est, Pluto esse asseritur; quæ cũ virtutem etiam corruptiuam contineat, vnà cum Serapide dicitur habitare. Cerberum triplicem dicunt, quia superioris Solis regionibus tres sunt, Ortus, Occasus, Meridies. Lunam etiam Dianam nuncuparunt, quæ quamuis virgo sit, Lucina tamen est, quoniam nouilunij virtus ad pariendum, non parùm conferat. Quòd autem Apollo in Sole est, id in Luna Minerua, quâ prudentia designatur. Rursus Luna* Hecate *dicitur ob varias eius corporis figuras, quas à distantia Solis sumere videtur. Triformis enim virtus eius est. Nam nouilunij virtutem candidis & aureis vestibus & ardente face significant. Cista verò cum iam media sit designatus, quoniam crescente lumine fruges maturat. Plenilunij autem virtutem ferrugineo colore denotarunt. ramus ei aureus attribuitur, quoniam à Sole ignea fit, papauer ob fertilitatem & multitudinem animarũ, quæ in ea tanquam in ciuitate inhabitant. Ciuitatis enim symbolum papauer est. Arcum habet vt Diana, quoniam partus dolores acuti sunt. Fructuum quoque generatiuam virtutem, quam Cererem appellant, Lunæ cohabitare dicunt, ad augendam virtutem eius; continetur enim Bona Dea lunari potestate. Dionysium quoque sibi accommodant, partim propter cornuum productionem, partim propter nubium locum, qui Lunæ subiacet. Saturni autem virtutem, quoniam tardam & frigidam esse viderunt virtutem ei temporis attribuerunt; quem seniorem depingunt, quia tempore vniuersa senescunt. Quatuor verò anni tempora, alia Soli quæ aëris tamquas aperire dicuntur; alia Cereri attribuimus. Cistas quæ ferunt duas, alterã florum, quâ ver, alterã spicarũ, quâ æstas significatur. Virtutem verò Martis, quoniam ignea est atque sanguinea, bellis præfecerunt. Venerem generandi virtutem possidere dicunt, spermatis & cupiditatis causam, quæ & ex mari esse perhibetur, quod elementum humidum calidumque est, & motu crebro spumas ejicit, quæ res spermatis symbolum est. Orationis autem & interpretandi virtutem Mercurium appellarunt, qui protensus atque rectus fingitur ob orationis vigorem, quamuis & spermaticum sermonem-*

monem, qui per omnia tendit significare confirmatur. Sed cùm oratio compositæ sit, aliam in Sole ponunt, & Mercurium appellant; in Luna aliam, quam Hecaten: *aliam in vniuerso, & apellant* Hermopan, *in omnibus enim seminalis vis est.* Atq; hactenus Porphyrius apud Eusebiũ. Verùm vt quæ hucusque dicta sũt faciliùs percipiantur; visum fuit totum hunc discursum de multiplicibus Solis & Lunæ viribus, quas nos Deos & Deas explicauimus, sequentibus symbolicis schematis ob oculos ponere.

Explicatio figuræ siuè Schematismi sequentis, fol. 252.

POnuntur in sequenti schematismo duæ figuræ, quarum prior Solis; altera, Lunæ figuram refert; Vtraque 12 radijs coruscat, quæ sunt duodecim veluti digiti, diuersorum in natura rerum effectuum operatores; vel quod idem est diuersę virtutes; quibus Sol & Luna, mundi Gubernatores, omnia administrant, quasque veteres sub diuerso Deorum nominibus indigitabant; quæ quidem nomina iuxtà diuersarum gentium denominationes, incircumferentia diuersis nominibus insignita spectantur.

12. Maiores gentium dij, prout diuersis vnius Solis virtutibus correspondent, sunt sequentes.

1 Iuppiter, vis penetratiua vniuersi
2 Apollo, vis radiorum calefactiua.
3 Pluto, vis effectiua mineralium.
4 Aeolus, vis effectiua ventorum.
5 Mars, vis bilis excitatiua.
6 Pan, vis genitalis totius vniuersi.
7 Neptunus, vis in naturam humidam.
8 Aesculapius, vis Solis salutifera.
9 Hercules, vis Solis corroboratiua.
10 Mercurius, vis attractiua vaporũ.
11 Bacchus, vis in liquores & vinum concoctiua.
12 Saturnus, vis temporum effectiua.

12. Maiores gentium Deæ, prout diuersis Lunæ virtutibus respondent, sunt sequentes.

1 Ceres, vis productiua frugum.
2 Vis beneuola luminis ☽.
3 Flora, vis productiua vegetabiliũ
4 Diana, vis in syluas, feras, arbores
5 Minerua, calor Lunæ salutiferus.
6 Thethys, vis Lunæ in maria, & omnia humida.
7 Hecate, vis Lunæ subterranea.
8 Bellona, vis Lunæ domitrix rerũ.
9 Proserpina, vis Lunæ herbarum productrix.
10 Iuno, vis Lunę illuminatiua aëris.
11 Venus, vis seminalis Lunæ.
12 Rhęa, omne influxui solari subiectibile.

Schemata Symbolica in quibus tanquam in anacephaleosi omnis Deorum Dearumque dictarum turba ad unicum Solem & Lunam reuocata videtur.





Atque ex hiſce Schematis clarè patet Deos iſtos, Deaſque multiplices à Mythologis confictas nil aliud eſſe, quàm vnius Solis, vel Lunæ multiplices virtutes, quas ex mutua radiorum commiſtione facta, veluti è centro deductas, in vniuerſam diffundant naturã. Ex his enim quicquid ſenſibilis ille mundus continet, fulcitur & ſuſtentatur. Ab his annorum, menſium, aliorumque temporum diſtinctio eſt. Ab his omnis vegetabilium, ſenſibiliumque vita dependet. Ad hunc Solem, Lunamque eius coniugem omnis gentilium Theologia alludit, quam quidem, vt iam ſæpè memorauimus; ab Ægyptijs didicerunt, qui primi mortalium hanc Deorum architecturam machinati, ad Solem, & Lunam, quorum illũ Oſiridem, hanc Iſidem vocabant, cuncta reduxerunt: quos ſecuti Chaldæi Saturnũ & Rheam, Oſiridi & Iſidi veluti parallela, quibus omnia attribuerũt, ſtatuerunt. Hos Hebræi imitati Βααλ & Αſtaroth condiderunt. Phœnices Adonidem, ſeù Tamuz & Venerem; Perſæ, Mythram & Annaitidem; Chananæi Moloch, & dictam Venerem; Moabitæ, Chamos, & Beelphegor; Philiſtini, Dagon, & Atargatin.

Verùm vt in tanta Deorum, Dearumque apud diuerſas gentes cultarum varietate, Lector cognoſcere poſſit eorum differentiam, viſum fuit hoc loco adnectere parallelam quandam dictorum Deorum repreſentationem, vt quâ quiſque virtute ab altero diſtinguatur, aut cum altero congruat, eluceſcat. Etſi enim, vt paulò ante viſum eſt, omnes Dij, Deæque ad vnum quid, videlicet, Solem aut Lunam reuocentur, & vnum quid ſint cum Sole materialiter: quia tamen Dij, Deæque nil aliud ſunt, quàm virtutes & operationes Solis variæ, quæ cùm diſtinctos proindè conceptus in intellectu noſtro ob formalitates quam quælibet virtus ab alia diſtinctam habet, fundent. Certè ratio dictat, eas nequaquam confundendas; quare, ne confuſio aliqua Lectori oriretur, omnes cæterorum Gentilium Deos ad Ægyptiorum Numina, à quibus profluxerunt, reducemus, quod & de Deabus faciemus, vt ſic diſſertationis noſtræ ratio luculentiùs patefiat.

Paral-

Parallela prædictorum Deorum repræsentatio.

Quod ÆGYPTIIS est	Hebræis, Chaldæis, Babylonijs cæteriſq; Orientalibus eſt	Græcis & Latinis
OSIRIS	Thamuz Belus, Saturnus, Rephan	Iuppiter Ζεὺς, Ammon
ARVERIS Διόνυσος	Chamos, Moth	Bacchus, Βάκχος
CHON	Sandes, Diodas, Deſanaus, Dorſanes	Hercules, Ἡρακλῆς
PHALLOSIRIS	Baalphegor	Priapus
ANVBIS	Marcolis, Margemat	Mercurius, Ἑρμῆς
HORVS	Adonis	Apollo, Φοῖβος
SERAPIS	Thamuz	Pluto, Dis.
CANOPVS vel NILVS	Dagon, Annedotus	Neptunus Ποσειδῶν
TYPHON	Moloch, Mythras	Mars, Ἄρης
ISIACÆ STATVÆ	Theraphim, Chamanim	Pattæci, Dij Auerunci
Quod ÆGYPTIIS eſt	Hebræis cæteriſque Orientalibus eſt	Græcis, & Latinis
ISIS ſuperna	Aſtartha	Venus, Ἀφροδίτη
NEPHTE	Derceto	Thethys
ISIS inferna	Atargatis	Proſerpina, Ceres
ILITHYA	Militta	Hecate
ISIS COELESTIS	Beliſama	Anaitis
ISIS multimammia	Succoth Benoth, Nabar, Venus Aſiatica	Militta ſeù magna Deorũ mater, Terra.

Atque hæc ſunt quæ de Myſtagogia Græco-Ægyptia dicenda exiſtimauimus.

OBE-

OBELISCI PAMPHILII

LIBER IV.

IDEAE HIEROGRAMMATICAE

Quotquot in Obeliſco Pamphilio continentur, ſeorſim expoſitæ, & ex omnigena doctrina demonſtratæ.

PRAEFATIO.

IDEAM *Hieroglyphicam vocamus ſublimem magnæ alicuius rei argumenti conceptum. Symbolum verò, per quod huiuſmodi conceptus indicatur; ſi ſimplex fuerit, vocamus Hierogramma; ſi compoſitum ex multis, vocamus Hierogrammatiſmum.*

Cùm itaq; reconditas ſinguli doctrinas, & in reconditiſſimorum Scriptorum libris fundata dogmata contineant, atque adeò difficulter idealis Lectionis hieroglyphicæ cõtinuatus cõtextus, in tanta rerum adductarum multitudine ſibi conſtare potuerit. Hinc viſum fuit, ſingulos illos maioris momenti Hierogrammatiſmos eorſim exponere, hoc eſt, ideam doctrinæ, quam veteres per ſingulos huiuſmodi hierogrammatiſmos ſignificabant, ſeorſim interpretari, interpretationem ex pliſſimis ex omni doctrina adductis teſtimonijs comprobare; quòd eò à nobis conſilio factum eſt, nè Lector in verbali Obeliſci interpretatione, filo rerum Authoritatumque adductarum multitudine, & varietate abrupto, pulchroque ſymbolorum contextu, veluti amiſſo, confunderetur; ſed in ipſo interpretationis contextu, omiſſis fuſioribus allegationibus, Lector ad hierogrammatiſmos hoſce veluti ad propria quædam diuerticula, in quibus omnes explicatarum rerum rationes, authoritatibus ex veterũ monumẽtis ſtabilitæ laterent, remitteretur: Sic enim interpretationem, & clariorem, & Lectori ſapidiorem fore confidebam. Sed vt maiori cum

methodo

methodo progrediamur, hunc librum ita partiemur, vt primò, quadrupedum; Secundò, volucrium; Tertiò, insectorum; Quartò, vegetabilium; Quintò, variarum figurarū, instrumentorumque hierogrammatismos explicemus. Ab Alpha itaque, hoc est, Boue initium faciamus.

IDEA

Siuè

HIEROGRAMMATISMVS I.

De Bouis eiusque hieroglyphica significatione.

Diuinitas per omnia diffusa.

AEgyptij Hieromantæ doctrina ab antiquis Patriarchis tradita, cùm diuinitatem per omnia diffusam cognoscerent; hoc vnicum sategerunt, vt diuinitatis effectus, in singulis naturalium rerum, entiumq; gradibus, ordinibusque latentes, detegerent, detectos conuenientibus, atque ex natura rerum desumptis symbolis propriè exhiberent; Hinc ad singularum animantium vires, proprietatesque inuestigandas, animum adiecerunt. Cùm præterea à singulis rebus suos à Deo Genios deputatos opinarentur, studio summo egerunt, vt in cuius Genij tutela vnaquæque ex rerum naturalium classibus substantia esset, cognoscerent. Quo cognito certò sibi persuadebant futurum, vt eum per cõuenientia symbola, sacrificia, hymnos, ritus, cerimonias, vitæque castitate, propitium redderent. Quo propitiato, omnem sibi perattractum eius, felicitatem spondebant; huius omnia mala auerti credebant; huius ope quoque felicem post huius vitæ curriculum, statum se nacturos confidebant.

Finis doctrinæ Hieroglyphicæ & cultus animatum.

Atque hæc erat totius sub arcanis hieroglyphicæ literaturæ mysterijs abscondita summa, & finis; quam tanto studio, & cura celabant, vt nefas morte piandum illud reuelare, crederent; timebant enim, si eos reuelarent, alijs contrarijs ritibus, cerimonijs, sacrificijs facilè eos ab Antagonistis auerti posse. Cùm etiam scirent, certæ alicui Regioni certos Genios præsidere, sub quorum tutela, omnia illius Regionis essent, eosque alterius Regionis præsidibus putarent contrarios; hinc sola Ægyptiæ Telluris animantia in sacræ magiæ vsum assumpsêre; nè alterius Regionis assumptis animantibus, quorum naturam nescirent, in Genijs placandis, errore commisso, potiùs indignationem, quàm beneuolentiam eorundem accerserent; tanti momenti putabant, in sacrificijs, ritibus, & cerimonijs summa cura, & exactissima industria versari, vt vel vnica circumstantia omissa, irritam omnem eorum intentionem crederent, à quo veteres Romani instructi, tanto studio nomẽ genij tutelaris celabant, vt illud reuelare crimen morte piandum ducerent.

Genij alicuius Regionis contrarij alterius.

Cur Aegyptij tantum in ritibus & cerimonijs curã adhibuerint.

Verum his ita obiter præmissis, iam quemodo singula Aegypti animantia

expres-

expreſſerint, quibus ſymbolis exornauerint, quidquid per ſingula ſignificauerint, videamus, à Boue, quem ipſi nunc Alpha, nunc Ἄπις, quod in lingua Copta idem ac magnum, hoc eſt, bouem ſignificat, Deorum videlicet maximum, initium facturi.

Cùm id, teſte Euſebio, Ægyptij omnium maximâ veneratione colerent, à quo maxima ijs beneficia emanabant, illa autem beneficia in rerum ad vitam ſuſtentandam, atque benè beatèque viuendum neceſſariarum indeficiente ſuppeditatione conſiſterent; omnia autem hæc agricultura adminiſtraret; Agricultura autem ſine Boue perfici neſciret, hinc Bouem in benefici Numinis ſymbolum primæua aſſumpſit antiquitas, adeò ut Bouem primum omnium, prima Alphabeti litera ipſi dicata, & à nomine eius Alpha intitulato conſtitueret; ita Plutarchus lib. 9. Sympoſ. q. 3. Καδμὸς φησὶ πρῶτα μὲν πάντων ἀρξαμένῳ ἀπὸ τῆς Φοινίκων, ἃ καλοῦσι βῆτα, ἄλφα λέγειν, ἅτε ἕνα τινὰ (ὥσπερ Ἡσίοδος) αἶνον ἀρχὴν πάντων ἡγουμένων. *Cadmum ferunt ideò Alpha primam literam poſuiſſe, quod βῆτα, ita Phœnicum lingua dicitur, quem non ſecundum aut tertium, uti Heſiodus, ſed primum inter res neceſſarias locum obtinere putant.* Nam, vt rectè Chaldaicum onomaſticum Maſij docet, vocabulum אלף *Aleph* non tantùm doctorum, Magiſtrum, ducem, principem, ſed & Bouem ſignificat; à quo Græci deindè primam Alphabeti literam *Alpha* mutuarint. Cùm præterea Diuinitatem in ſingulis animantibus ſingulares effectus præſtare ex traditione tenerent, tùm in Boue maximè diuina beneficia eluceſcerent, humanæ vitæ ſuſtentandæ per agrorum cultum conceſſa; hinc ſub Bouis forma Deum hominibus comparere, atq; agrorum ritè colendorum rationem docere, aliaque ad vitam ſuſtentandam neceſſaria tradere credebant. Hinc ſummo ſtudio naturales eius affectiones, inclinationeſque obſeruabant, quos nutus & præſtigias Dei vocabant; neque tamen ſingulos Boues promiſcuè hoc honore dignabantur, ſed illos, qui peculiaribus notis, ſignis, colore, prodigijſque veluti latentis Diuinitatis internuncijs inſigniebantur, aſſumebant. Signa verò obſeruabant, omninò viginti nouem; primum, ſi à fulgore afflata vacca bos fuiſſet conceptus. Secundò, ſi laudibus & hymnis puerorum afficeretur. Tertiò, ſi vaticinandi donum ex laudibus præmiſſis ſuccederet in pueris. Quartò, ſi dira & proſpera, cibo ex offerentium manu ſumpto, vel eodem auerſato, portenderet. Quintò, ſi in ſeptem dierum Natalium Apis nemo à crocodilis tangeretur. Sextò, ſi cornibus propè figuram Lunæ cornicularem exprimeret. Septimò, ſi nodum, quem ſcarabæum, ſiuè cantharum dicebant, ſub lingua haberet. Octauò, ſi oculos fulgidos, & rotundos formam radiorum emittentes. Nonò, ſi dextro latere candidum haberet maculam. Decimò, ſi aquilæ figuram in dorſo. Vndecimò, ſi toto corpore niger eſſet. Duodecimò, ſi in fronte maculam haberet figuræ quadratæ. Decimotertiò, ſi duplices in cauda pilos. Decimoquartò, ſi teſtes maximos, turgidos, & geniturâ plenos. Decimoquintò, ſi crebro verſus ortum vel occaſum ore-

Bos inter animantia primum locum cur habuerit?

Bos cur Alpha dictus?

Alpha prima literaGræcorum vnde?

Numen ſub Bouis forma hominibus comparere creditum.

Signa Bouis diuiniſque honoribus culti, quot & quænam?

hiante moueretur. Decimosextò, si tempus præsagiret. Decimoseptimò, si caudam, totumque corpus pilis in contrariam partem, quam in alijs bobus inclinatis, nactus esset. Si denique per reliquum corpus notabili duodecim macularum differentia signaretur; per has enim stellarum vires denotabant, singulasque vni ex duodecim maioribus mundi Genijs applicabant, adeòque in vniuersum viginti nouem signis vt constaret, tot videlicet, quot in Zodiaco conficiendo Luna diestransigeret, necesse erat. Verùm ne quicquam propriâ authoritate confixisse videamur, authoritates singulorum jam tempus est, vt adducamus. Primò, Plutarchus Osiridem & Isidem, quos æternos Deos Ægyptij aiunt esse, eosdemque cum Sole & Luna faciunt, ob beneficium agriculturæ, alterum sub Tauri, alterum sub Vaccæ specie, sub quibus, primis hominibus comparuisse credebant, fuisse cultos, copiosè describit in libro de Isidе & Osiride, quem Lector sæpè sæpiùs diuersis huius operis locis allegatum adire poterit. Porrò Bouem varijs signis distinctum fuisse, veluti diuinitatis latentis indicijs, primò Ælianus docet his verbis: *Apis*, inquit, *apud Aegyptios efficacissimus Deus creditur ex vacca, quæ fulgure afflata conceperit, nascitur. Epaphum Græci vocant, atque huius generis antiquam stirpem repetentes, Ιω Argiuam, Inachi filiam illius matrem fuisse testantur. Sed hunc sermonem, vt mendacem Aegyptij reijciunt, temporis longinquitate testem citantes; Epaphum enim multis post seculis extitisse ferunt. Primum verò Apim permultis annorum millibus in homines venisse. Insignes eius notas Herodotus & Aristagoras explicant. Quibus tamen Aegyptij non assentiuntur, sed vigenti nouem eas huic sacro Boui aptas & consentaneas esse tradunt. Quænam sint, tum quemadmodum per corpus sparsæ, tùm vt ipsis quasi floribus insignitus sit, aliundè intelligendum. Cuiusnam autem ex sideribus naturam vnumquodque insigne per notas designet, Aegyptij satis superque declarant. Etenim Nili ascensum, vnum insigne significare aiunt: aliaque insignia aliarum rerum significationes esse haud profectò prophanis, & Diuinæ historiæ imperitis intellectu facilia.*

Et paulò post. *Iam verò quas pompas, quæ sacrificia Aegyptij conficiant, cum quæ alluuionis aduentum, tum Dei exortum celebrantes, quas etiam saltationes tunc peragant, quos conuentus habeant, tum quemadmodum omnes vrbes & viri immortaliter gaudeant, longum esset explorare. Is autem, ex cuius armento hæc diuina bestia exorta fuerit, beatus habetur, summamque Aegyptiorum admirationem habet. Is Eos præsensione valet. Pueri quoque diuino afflatu concitati extra ludentes, atque interse ad numerum saltantes, consulentibus futura prædicunt.* Hæc Aelianus. Plinius lib. 8. cap. 46. hisce astipulatur his verbis: *Bos*, inquit, *in Aegypto etiam Numinis vice colitur. Apim vocant, insigne ei in dextro latere candicans macula cornibus Lunæ crescere incipientis. Nodus sub lingua, quem cantharum appellant;* Et paulò post: *Sunt delubra ei gemina, quæ thalamos vocant, augurium populorum: alterum intrasse lætum est, in altero dira portendit; responsa priuatis dat, è manu consulentium cibos capiendo. Germanici Cæsaris manum auersatus est, haud multò post extincti. Cæterum secretus cum se proripuit in cœtu, incedit summoto lictorum grex-*

que

Plutarchus.

Aelianus.

Apis, quis fuerit, & cur sub forma Bouis cultus?

Herodotus & Aristagoras.

Qualitas bouis colendi.

Plinius.

Maculæ Bouis.

Apis manum Germanici Cæsaris auersatus, quid portenderit?

que puerorum comitatur carmen honori eius canentium, intelligere videtur & adorari velle. Hi greges repentè lymphati futura præcinunt; aureamque pateram argenteamque in loco, qui phiala dicitur mergentes diebus, quos habet natales Apis, septem hi sunt, mirumque, neminem per eos à crocodilis attingi, octauo, post horam diei sextam, redire helluæ feritatem. Consentiunt hisce ea, quæ apud Porphyriũ leguntur, libro de abstinentia. *Lunæ*, inquit, *præterea taurum dedicarunt Aegyptij, quem Apim nuncupant, nigrum præ cęteris & signa Solis, & Lunæ habentem; mutuatur autem ex Sole Luna lumen, Solis symbolum est coloris nigredo; Nam & Solis ardor nigriora reddit humana corpora, & qui sub lingua est scarabæus; Lunæ verò coloris diuisio.* Quomodò verò tot ac tanta signa in boue reperibilia essent, pulchrè ostendit S. Augustinus lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 5. his verbis: *Ille autem bos, quem mirabili varietate decepta Aegyptus in honorem eius delicijs affluentibus alebat, quoniam cum sine sarcophago viuum venerabantur, apis non serapis vocabatur, quo Boue mortuo, quoniam quærebatur & reperiebatur vitulus coloris eiusdem, hoc est, albis quibusdam maculis similiter insignitus, mirum quiddam & diuinitus procuratum esse credebant, non enim magnum erat Dęmonibus, ad eos decipiendos, phantasiam talis tauri, quem sola cerneret, ostentare vaccæ concipienti atque prægnanti, vndè libido matris attraheret, quod in eius fętura iã corporaliter apparebat. sicuti Iacob de virgis variatis, vt oues & capræ variæ nascerentur, effecit; quod enim homines coloribus & corporibus veris, hoc Dęmones figuris fictis facilè possunt animalibus concipiẽtibus exhibere.* Hucusque Diuus Augustinus. Iam quid Ægyptij per hieroglyphicum Bouem indicârint, aperiamus.

Porphyrius.

S. Augustinus.

Quomodo factum sit vt bos tot notis distingueretur.

Cùm itaque beneficam diuini Numinis munificentiam atque inaccessam inuisibilemque eiusdem essentiam, nulla re corporea denotare datum sit, per sensibilis Dei, ita enim Solem vocitabant, imaginem eandem adũbrarunt; sicuti & per vaccam similibus maculis insignitam, lunaris Numinis vim. Cùm prætereà varias Solis proprietates in boue per abdita quædam signa repererint, hinc bouem veluti viuum solaris Numinis receptaculum, in quo per signa sibi appropriata homines doceret, eosq; in rerũ necessariarũ vsu institueret. Certè per singula paulò ante enarrata signa, nihil aliud nisi diuersos Solis in terra, hoc est, Isis effectus denotabant. Quid aliud cornua nisi radios Solis? Quid sub lingua scarabæus, nisi Numen solare, & vt cum Eusebio loquar, ζῶον τοῦ Οσιρίδος ἄγαλμα? quod sub lingua lateat, quid aliud, nisi quòd dictum Numen varias res humano generi necessarias, cum hominibus veluti sermocinando doceat? Quid aquilæ figura in dorso (vel vt ego iuxta mentẽ Ægyptiorũ veriùs interpretor, accipitrem expansis alis dorsum bouis veluti inumbrantẽ) nisi vis illa Numinis vniuersi penetratiua omnium animalium alitrix? vt posteà in accipitris hierogrãmate dicetur. Quid nigredo illa albedini permixta, quâ totum bouis corpus variatum est, nisi vicissitudinem dierum & noctium, sine qua generatio rerum perfici nequit? Quid duplicis in cauda coloris pili, nisi posteriora Numinis, id est, effectus sensibiles, quos dictum solare Numen mundo exhibet? Quid deni-

Hieroglyphica Bouis eiusdemque significatio.

Bos diuersis notis maculatus diuersos Solis affectus noret.

Osiridis simulacrum.

Symbolorum bouis interpretatio.

que candidæ illæ maculæ ex nigro coruſcantes, niſi principes ſtellarum in firmamento virtutes? quas Sol, dum duodecim ſenſibilium Deorum habitacula permeat, exerit. Quid præſentiens in boue ratio, niſi manteuticam ſiuè diuinatricem in Sole virtutem, quâ per virtutes Numinis in boue operantes, clarè futurarum rerum euentus præſagiebant, ſcil. de futuro Nili aſcenſu, de fertilitate ac ſterilitate anni, atque de ſimilibus accidentibus, & ſignis proſpera vel dira portendentibus, ex qua famoſa illa Ægyptiorum μαντεία ſiue ſcientia diuinatrix & oniromantia proceſſit. Hinc ſi bos hiante ore Boream læuam mundi partem reſpiceret, dubium rerum euentum interpretabantur. Hinc oblati pabuli benignam ſuſceptionem, veluti beneuoli Numinis fauorem; contrà, eiuſdem recuſationem, irati Numinis ſignum interpretabantur. Hinc pallium Eudoxi Philoſophi, dum linxiſſe bos dicitur, magnum eum futurum Ægyptij rebantur. Quæ Laërtius ſequenti epigrammate oſtendit.

Vnde Aegyptiorum diuinatrix ſciẽtia.

Pallium Eudoxi Iambes bos quid portenderit.

A boue cornuto propri-m prædicere ſortem,
Eudoxum fama eſt quondam Memphitis in vrbe:
At quia ſermonem vitulo natura neganit,
Nil dixit, ſtolam lingens, quod vellet, agebat.

Laertius.

Hinc iterum ridiculi illi ritus & cerimoniæ, quibus in ſacrificijs boum mythriaciſque ſacris vtebantur, ad irati Numinis placationem inſtitutæ, primum originem inuenerunt. De quibus copioſè tractantem conſule Herodotum in Euterpe. Hinc allegoria illa ſolennis Ægyptiorum de Oſiride in arcam coniecto, quem ab euentu Serapin dixerunt. ϲⲱⲣⲁⲡⲟ̄ⲥ, hoc eſt *Serapis*. Eſt enim, vt in Dictionario noſtro Copto interpretati ſumus, *Sora*, idem quod arca, *pos* verò idem quod dominus, quaſi diceres, Arcæ Dominus; & S. Auguſtinus pulchrè docet lib. 18. de Ciuit. cap. 5. cuius interpretationem fabulæ, cùm in tertio libro, vti & in Oẽdipo fusè dederimus, eò Lectorem remittimus. Quantò autem ſtudio Ægyptij huiuſmodi bouẽ obſeruârint, pulchrè deſcribit Abenephius his verbis:

Serapis vnde deriuetur.

وقالوا الحكما مصر ان تحت الصورة الثور كان يكتم الملك الذي هو النفس الدنيا
ويحسبوا ان كل علامه التي كانوا ينظرون في جسده هي علامه الاهوت وحرف لطبيعه

Dicebant autem Aegyptij quod ſub Boue habitaret Genius, ipſe eſt anima mundi, & omne ſignum, quod obſeruabant in corpore eius, illud putabant ſignum diuinitatis & characterem Naturæ. Et paulò poſt: ومن صوره الراس يتعلمون اولا الحرف صورته
الصليب ومن حزو اخر ين الحروف اخرا ✿

Et ex figura capitis didicerunt characterem Thau ſiuè Crucis, & ex alijs partibus alios characteres & literas. Hunc autem characterem alium non fuiſſe, quàm anſatam illam crucem inter hieroglyphica celeberrimam, clarè patet, cuius & interpretationem in ſequentibus dabimus; hunc veriſimile eſt Ægyptios inueniſſe ex figura capitis bouini: Inter cœtera enim diuini bouis ſigna erat nigra linea per mediam frontem vſque ad os producta, quam cum nigra

Abenephius de cultu Aegyptiorum.

Tau cœteraſque nonnullas literas ex boue didicerunt.

Quomodo Tau exprimerent ex bouis fronte.

ocu.

oculorum linea transuersim secaret, Crucis figuram exprimebat; cornua verò in circulum contorta, ansatam illam Crucem, seù Tauticum characterem perfectè exprimebant; atque hoc est, quod innuit Abenephius; non inueniebatur autem hic character, nisi in Apide viginti nouem signis conspicuo, inter quæ dictus character vnicum erat diuinitatis latentis indicium; fronti Numinis impressus cernebatur, vt ostenderetur, omnium characterũ mysteriosissimum esse, & Numine docente, contra omnium malorum sæuitiem perfectissimum esse prophylacticum. Verùm de hoc hierogrammate fusè suo loco.

His igitur ita ritè expositis, iam hieroglyphica, secundùm quæ Hieromystæ Bouem sacrum referebant, adducemus; ex hisce enim omnia hucusque dicta clariora euadent: duos itaque boues, præ cęteris sacris animantibus, præcipuo honore venerabantur Ægyptij. Quorum priorem Osiri siuè Solari; alterum Isi, id est, lunari Numini consecrabant; ita Plutarchus lib. de Osiride & Iside. Eusebius lib. 3. cap. 3. Strabo lib. 17. Ammianus Marcellinus lib. 22. de quibus cùm alibi, tùm in 3. libro fusè egerimus, eò Lectorem remittimus, priorem signis & symbolis varijs præfiguratum, hoc ectypo exhibebant.

Duo boues colebantur ab Aegyptijs alter Soli, Lunæ alter cõsecratus. *Plutarchus. Eusebius. Strabo. Ammianus Marcellinus.*

Figura Apidis iuxta signa, quibus Veteres Scriptores eum descripserunt.

VTrumque Tabula Bembina hisce symbolis adornatum exhibet; vbi vides cornibus interseri duas aspides circulo inclusas, ad indicandam ignei Numinis vim in Sole & Tellure fusam, vtriusque, bos symbolum est, occultè omnia operarantis Numinis præsentiam indicans, & ideò, & Osiris dicebatur.

I. Apidis figura ex Tabula Bembina.



Alter

Alter erat Lunæ, siuè Isi consecratus μελανόλευκος, siuè ex nigro & albo figuratus, quibus lucis & tenebrarum in Luna diuersitas indicabatur. Cornua in circulum coëuntia, in cuius medio flammula erigitur, igneam quádam vim latentem in Luna, quâ inferiora summè fœcũdantur notat; quod aptè sanè indicãt testes collo appensi, qui sunt, teste Plutarcho, testes Osiridis calidi humidi, hoc est Lunæ-Solaris naturæ quibus Isis seù Luna, aut terra mirum in modum fęcunda redditur & ferax.

II. Apidis figura Tabulæ Bembinæ.

Tertia figura similiter inuenitur in secunda superiori Tabulæ Bembinę selide, cuius dorso Ibis accipitrinis alis instructa, bouem veluti fouere nititur, quo vis Lunæ-Solaris terræ per bouem indicatæ fotrix innuitur. Verùm nos hisce duobus spectatis Schematis, tertium, omnibus signis & maculis, quibus ab Authoribus Apis insignitus refertur, imbutũ affingimus, vt sequitur.

III. Apidis figura tùm ex Tabula Bembina, tùm ex descriptione Authorum.



Ex-

Explicatio Bouis.

A, Radius Solis per cornua.
B, Per quadratam maculam annum.
C, Per ſcarabæum ſub lingua ſolaris Numinis benefici vis, qua homines ſalutaria docet.
D, Vis Lunę ſolaris per Ibin accipitris alis transformatam.
E, Per teſtes vis fœcundatiua.
F, Per pilos albos & candidos viciſſitudinem dierum & noctium.
G, Per contrarium pilorum ſitum, contrarium Solis motum; per maculas duodecim candidas ex nigro reluceſcentes, duodecim Numina; quæ totidem ſtellis præſunt.
Totus verò Bos Tellurem denotat, in quam Sol vim ſuam exerit.

Atque hiſce ijſdem ferè ſymbolis eum in tabula Bembina deſcriptum reperies. Cuius interpretationem alijs locis reſeruamus. Quæ omnia conſentiunt, quæ de hoc Boue Græci fingunt, omnia ab Ægyptijs mutuati; fabulam vide apud Ouidium fusè deſcriptam, filiam Archiuorum Regis Iunonẽ, Iuppiter, ob formæ elegantium deperiens ab Inacho fluuio redeuntẽ detinuit oppreſſitque. Iuno verò Mariti Zelotypia agitata, cùm tenebras ex alto videret, in terras deſcendit, tenebraſque ſoluit. Quod Iuppiter ſentiẽs, ne crimen pateret, puellam in Vaccam tranſmutatam Iunoni conceſſit, hæc Argo centoculo cuſtodiendam tradidit; quem Mercurius à Ioue miſſus ſopitum interfecit. Iuno dolens, Vaccæ œſtrum immiſit, quo agitata per multa loca, tandem in Aegyptum venit, ibidem priſtinæ formæ reſtituta, ab Aegyptijs Iſis dicta, Oſiridi Regi nupſit, diuinos honores conſecuta. Hac fabuloſa narratione, ſiuè Aegyptios, ſiuè Græcos ad naturam rerum reſpexiſſe, ita oſtendo. Ex Plutarcho alijſque citatis Authoribus patet, Io ſiue Iſin Archi vel Neptuni vel Inachi fluuij filiam, modò Lunam, modò Terram ſignificaſſe; Terra enim procul exiſtentibus videtur paulatim ex vndis oriri. Hanc Iuppiter compreſſit in nebula, ſcilicet Sol æthereus vapores trahens & generans, Ionem in vaccam animal fertilitatis terræ ſtudioſum mutauit; cuius omnis induſtria ſit in colendis agris, ob vbertatem ipſius terræ; Iunoni verò mitiori videlicet calori aëris Iuppiter vaccam conceſſit, cùm neque ob nimium calorem, neque ob frigus intenſum terra fiat ferax. Iuno Argo cuſtodiendam tradidit vaccam. Quid aliud Argus centoculus niſi cœlum ſtellatum, quod influxu ſuo terram fouens, fertilitatem vnicè promouet; quarum quidem ſtellarum ſiuè oculorum altera pars dormit; altera vigilat. Vigilat inferius hemiſpherium ſtellis coruſcantibus veluti oculis apertis fulgidũ, ſuperius dormit, ſtellis ſplendore Solis obfuſcatis rectiſque: At cur Iuppiter Argum occidere Mercurio imperauit? quia videlicet ratio plurimùm poteſt in Agricultura; hæc enim vacca, ceſo Argo dicitur liberata fuiſſe, totumque terrarũ orbem peragraſſe, & omnia tranaſſe maria, quia prudentia & induſtria Agricolarum videtur aëris etiam bonitatem aut fortuna

Fabula Iunonis in vaccã transformati expoſitiophyſica.

Agriculturæ origo.

tuna malitiam superare, cum tellus colonorum industria maximè fiat fertilis. Hæc ipsa ratio agriculturæ in omnes terras delata, peruenit tandem in Ægyptum, quæ tellus, cùm ob suam feracitatem, bonitatemque maximè patefaciat vim naturæ, & abundantiam, dicta est Vacca priorem formam ibi recuperauit. Ad Lunam verò sic transferebant hanc fabulam; vt Isis Neptuni filia idem dicant ac Lunam nocturni luminis humiditate omnia madefacientem; quæ à Ioue comprimitur in nebula, quod in coniunctione Solis, & Lunæ plerumque nebulæ, nubesque generentur; mox in Vaccam mutatur Io, cùm semper ferè tertio die à coniunctione Luna exit cornuta, Vaccæque cornua imitatur; nam nisi ante diem quartum se è nubibus euolutam liberiorem aëri stiterit, pluuias in totum mensem portendere dicebatur. Hanc è nubibus post coniunctionem egressam excipit Iuno, Argoque seruandam tradit, quia illa cæteris omnibus stellis inferior est, à quibus despicitur. Occiditur Argos Iouis jussu, & Vacca ab Argo liberatur, quia Sole lumen, & vires Lunæ impartiente, illa omnium stellarum vires superat influxibus, quos in hominum corporibus, dùm crescit, exerit; hæc orbem terrarum peragrat, modò in Scythiam Borealem Regionem, modò in Ægyptum Australem regionem remeat, ad demonstrandum Lunæ inter tropicos menstruum motum; Verùm cùm hæc fusiùs in tertij libri Mystagogico interpretati simus, superuacaneum esse ratus sum, ijs diutiùs inhærere.

Ad Lunam fabulam

Ethica expositio fabulæ.

Porrò sub eadem Analogia ad mores transferri potest dicta fabula. Diuinitatis verò arcana sub hoc hieroglyphico latentia ita exponunt: Per Bouem, denotabant corpus terrenum & materiale, per cornua in circulum effigiata, inter quæ medius aspis caput efferret, vti in tabula Bembina apparet, denotabant æternam & reconditam diuinitatem radiorum suorum virtute & efficacia omnia permeantem; per Tauticum characterem Mercurialis frõtis signaculũ, rectæ rationis dictamen homini impressum, quo se contra omnes malorum muniret incursus, abdito Numine varia eidem ad humanæ vitæ vsum necessaria conferente adiumenta; per accipitris verò figuram dorso oppansam, impetum diuinæ mentis omnia perlustrantis, prouidentisque de omnibus præsentiam, & protectionem, alarum expansione denotatam; per scarabæum sub lingua latentem, Solaris Numinis, quas in hominum emolumentum in terreno mundo molitur, operationes, sermone quodam occulto rebus naturæ impresso, per linguam, sub qua scarabæus latet, notatas. Per nigrum & album diuinitatis in rebus præsentiam partim obscuram, partim in effectibus manifestam, veluti qui sunt posteriora Dei, & per caudam bouis λεῦκον μέλανον hoc est, nigris, candidisque pilis distinctam, pulchrè designantur; per candidas verò maculas duodecim præcipuos supremi Numinis radios, qui sunt veluti diuinitatis internuncij, quos Genios dicebant, per totam terreni mundi massam dispersos, ad eam influxibus suis perpetuò irrorandam, fouendam, conseruandamque signa-

Expositio macularum Apidis.

[illegible] bant,

bant. Imò non tantùm hunc idealem diuinitatis conceptum ſub boue ſacro fingebant, ſed & per modum formulæ precatoriæ eundem juxta ſignorum analogiam inſtitutæ, ad Numen illud, quà verbis, quà ſacrificijs analogis attrahendum ſollicitabant, quas formulas, veteres hymnos dicebant tantæ efficaciæ, vt horum ſolummodò prolatione quidlibet ſe impetrare, Numenq; præſens ſibi, & familiare magicâ huiuſmodi incitatione ſe reddere poſſe crederent. Hymnos ex huiuſmodi hieroglyphicis compoſitos alibi proferemus. Et quamuis veteres philoſophi rectè de diuina eſſentia ſentientes, nihil illi rerum materialium attribui poſſe judicarent, ſymbolis tamen huiuſmodi ſenſibilibus vſi ſunt, vt Dei virtutes & ſacramẽta in effectibus eluceſcentia, per ſenſibilia ſigna exhiberent: vt proindè illud Zoroaſtri oraculum hucreſpicere videatur, vt eſt apud Pſellum & Phlegontem:

Μὴ φύσεως καλέσῃς αὐτύπτου ἄγαλμα τὸ Θ̃ εῖς φύσεως μ'ερφωμα, ἐκ ἔστι παντάπασι γνωτὸν, id eſt, *Ne vocaueris naturæ imaginem, id eſt, ne quæſieris intueri imaginem naturæ, nam naturæ forma nõ eſt vndiquaq; cognoſcibilis*, vti Phlegõ explicat, ſed quod ſub conſpectum humanum ſitum non ſit; nam quæ ſacris operantibus vſitantur, vt ignis, fulmina, aut ſi quid aliud eſt huiuſmodi generis, ea tutò credideris nuda tantùm ſymbola eſſe, non Dei naturam. Poſteri verò cùm intellectu ad arduam diuinitatis deſcriptionem pertingere non poſſent, ad ſenſibilia deuoluti, in manifeſtam idololatriam delapſi ſunt; hinc celebris illa apud Aegyptios βωλαθία, ſiuè bouini cultus inſania tanta breui tempore incrementa cœpit, vt intra Ægypti terminos contineri neſcia, primò Hebræorum mentes in deſerto, deindè ſucceſſu temporis Palæſtinam, menteſque Regum Iſraël, Græciam quoque & occiduam Orbis partem Romam, & deinde totum mundum inuaſerit, ita vt in hunc vſque diem bouini, ſeù vaccini cultus ſtultitia, in India penè vniuerſa durare comperiatur. Quòd cùm fuſiſſimè in Oedipo demonſtratum ſit, eo Lectorem remittimus.

Oraculum Zoroaſtris.

Vndè Idolatria Bouis, & quomodo propagata?

Solebant præterea Aegyptij per nudam bouis figuram ſignificare maſculum animum, prudentem & moderatum. Ita Horus lib. 1. hieroglyphico 46. Ἀνδρῶν τε μετὰ σωφροσύνης δηλοῦντες, ταῦροι ὑγιὰ φύσιν ἔχοντα ζωογραφοῦσι. *Fortitudinem cum temperantia coniunctam innuentes, Taurum integra corporis conſtitutione præditum pingunt.* Et paulò poſt: Ἀλλὰ καὶ σάτυρον ἐσὶ, διὰ τὸ μηδέποτε τὸ θήλεος ἐπιβαίνει τῶν ἄλλων. *Quin & temperans eſt, quippe cum nunquam poſt conceptum Vaccam ineat.* Quin & per diuerſa membra bouis, peculiares vires indicabant; per caput quidem, deſcenſum Solaris Numinis in terram virtute corroboratiua illam conſolidátis: per pedes verò, motum Solaris Numinis per vniverſas terræ partes. Ita Abenephi:

Aña Bouis ſignificatio.

Membra Bouis ſingula, quid notent.

ودر اس الثور كان يدلون النزوله الملك الشمس ودر حله الهيوجه بكل جزو الارض *Et fuerunt ſignificantes per caput acfluxum Genij Solaris ſuper terram: per pedes motum & agitationem per vniverſas terræ partes.* Effectum verò ſiuè opus præſtitum denotantes, teſte Horo, Βοὸς ἄβρινος κέρας χαράσσειν, ἔρρωσθαι σημαίνει lib. 2. hieroglyphico 17. Addit prætereà Abenephi, eos per Bouem arcanè ſignificaſſe progeniem Regiam.

وديمورد

Per Bouinam figuram designabant quoque بصورة الثور كان يذلون السل الملوك *progeniem regiam*: Quod quomodò intelligendum, restat explicandum, vt sapientum in condendis hierogrammatis solertia appareat. Obseruabant igitur Ægyptij nescio, quam occultam apes inter & boues sympathiam, apesque non aliundè, quàm ex bobus, originem habere notabant, quod & Archelaus in epigrammate pulchrè hisce verbis indicat. βοὸς φθιμένης πεποιημένα τέκνα, id est, *Bouis putrefacti sobolem esse apes*. Teste quoque Varrone, Plinio, Virgilio non ex fimo tantum bouino, sed & tabido eius corpore apes enasci constat: aiuntque in Ægypto loca quædam esse, vbi si desodiatur taurus, ita vt cornua tantùm supra terrã emineant, eaque deindè serrâ amputentur, apes euolent; putredine enim taurum in illud animalculum immutari; hinc βουπαιδες βουγενεῖς à Græcis dicuntur, quin & Phyletas apud Antigonum apes vocat Taurigenas.

Apes ex Boue nascuntur

Taurigenas sic fatus apes longinquus adisti.

Ouidius quoque eleganter sanè harum Genesin describit hisce verbis: Metam. 15.

Nonne vides, quæcunque morà fluidoque calore
Corpora tabuerint, in parua animalia verti?
I quoque delectos mactatos obrue tauros
(Cognita res visu) de putri viscere passim
Florilegæ nascuntur apes, quæ more parentum
Rura colunt, operique fauent, in spemque laborant.

Addit Abenephius non tantùm insignem sympathiam inter bouem & apem esse, sed adeò, quemadmodum boues ex se generant apes; ita apes bouinum quid parturire, quod tùm primùm intellexi, cùm in admirabilem illam historiã de apibus incidi Bernardini Gomesij, cuius verba hîc apponam. *Dùm*, inquit, *Sagunti animi recreandi gratia apud aluearia verserer, ac summoperè mirarer inter singularia opera in primis fucorũ obsequium, atque benignitatem, tùm in ipsis inclusum apum seminarium, quod vnum me quidem in magnam admirationem induxit; Referam enim rem nouam, inauditam, neque visam hactenus, neque ab vllo scriptore, quod sciam, memoriæ proditam; Nam cùm interim captus à me fucus digitis atque vngue medius premeretur, si fortè vice aculei aliquid emitteret, ecce ruptis visceribus, atque posterioris partis pellicula, album ceù croceum caput Bouis, expansis & tortuosis cornibus, rostroque adunco affabrè formatum repentè emersit; quam rem summè, qui aderant admirantes, atq; idcircò ipsis denuò id experiri flagitantibus, alijs subindè quinq; fucis à me pressis, totidem simul boum capita eruperunt, naturà quidem, cui meritò summa inest cura, apum in hoc portento seminalem eorum rationem, atque quandam cum bobus amicitiam exercente.* Hæc Bernardinus Gomesius. Certè hæc dum legissem, extimulante me curiosissimi experimenti desiderio, periculum feci & ego in fucis, & quod primò ceu paradoxum mirabar, tandem certissimum esse cognoui, comperi enim nescio quid bouinum intra viscera generare fucum; quod omnes naturalium rerũ

Vt boues apes, ita apes bouinum quid generãt

Historia rara

iuue-

inuestigatores notari velim; quod cum primos Ægyptiorum sapientes nequaquam latuerit, hinc pulchrè sanè & ingeniosè, Abenephio teste, bouem ponentes Regiam progeniem indigitarunt. Quæ suo veluti calculo approbat Horus lib. 1. cap. 62. λαὸν πρὸς βασιλέα πειθήνιον διλοῦντες μέλισσαν ζωογραφοῦσι, καὶ γὰρ μόνον τῶν ἄλλων ζώων, βασιλέα ἔχει, ᾧ τὸ λοιπὸν τῶν μελισσῶν πλῆθος ἕπεται, καθὸ καὶ οἱ ἄνθρωποι πείθοντα βασιλεῖ. αἰνίττονται δὲ καὶ ἐκ τῆς τοῦ μέλιτος ἐκ τῆς τοῦ κήνρου τοῦ ζωοῦ δυνάμεως χρηστὸν, ἅμα καὶ εὔτονον εἶναι πρὸς τὰς πράξεις καὶ δηοίκησιν. *Populum principum iussis obsequentem innuentes, apem pingunt, habent enim solæ hæc ex omni genere animantium Regem, quem reliqua multitudo apum sequatur, cuius non secus ac vulgus Regi obtemperet. Innuunt autem obscurè, tùm ex mellis insigni vtilitate, tùm ex vi, quam in aculeo habet, vtilem simul ac potentem esse ad res gerendas Regem*. Pulchrè igitur bos, intra cuius cornua apis pingatur, regiam designat progeniem; hinc arbitror prodisse illud hieroglyphicum, quo Isin regia familia fuisse denotant, per cornua bouina inter quæ modò scarabæus modo apis, modò Phallus; modò stella aut simile poni ex Bembina tabula discimus, quæ suo loco exactè demonstrabuntur.

Horapollo.

Inter bouina cornua Isidis symbola quæ

Patet itaque, magno semper in honore bouillum pecus fuisse propter vtilitatem & commoda humano generi ex eo prouenientia; vulgare fuit etiam bos symbolum non agriculturæ tantùm, vel eorum quæ ex eadem feliciter prouenirent, vt est frugum & fœtuum copia; verùm etiam ipsius magnæ matris terrę rerum animatarum nutricis, cuius culturam beatam, atque propitiam à boue βούβαρον Græci vocant, eandemque bouis opimi figurâ notare solent, cuius cauda non in crines, sed in spicas abibat. Tale refert simulacrum illud, quod passim Romæ obuiũ, Tauri figura, cui Sol Mithras inuictus Persarum Deus (ita illic appellabatur Dionysius) insidens prostrati dorso, pectus pugione transfodit. Quo per anagogen indicare videntur, Solem cùm in Tauri signum Aprili mense scandit, terram tumentem aperire, eiusque genitalia semina caloris sui radijs producere in propatulum, ad rerum animatarum omnium procreationem ac nutrimentum. Qui rursus cùm in Scorpionem Octobri mense declinans transijt, eadem semina viribus amissis in terræ penetralia denuò frigus recondit. Quod Scorpius Tauri testiculos circumplexus demonstrat. Iam animalia duo Serpens scilicet & Canis, quæ sanguinis guttas ex Tauri vulnere defluentes lambunt; tàm aquatilia quàm terrestria animantia terrigenis alimentis vitam sustentare designant; pulchrè itaque Ægyptios secuti, atque insigni suâ hieroglyphicâ anagoge Persæ designabant Solis in terra operantis virtutem & efficaciam: adeoque apud omnes deindè nationes bos terræ fertilis & agriculturæ, quæ duo vitam promouẽt, & sustentant, in symbolum fuit assumptum; nec magis proprium vel aptius paradigma, hic accommodari poterat; cùm bos, vt paulò ante ostensum fuit, extinctus corpore viuo, non solùm nutriat, sed & morte sua vitarum multa millia generet, vti elegãter Ouidius primo ex Protei oraculo canit:

Bos agriculturæ symbolum.

Interpretatio schematismi physica.

Bouis vtilitas

Obrue mactati corpus tellure iuuenci
Quod satis à nobis, obrutus ille dabit,
Iussa facit pastor, feruent examina putri
De boue mille animas, una necata dedit.

Et Virgil. Georg. lib. 4.

Aspiciunt liquefacta boum per viscera toto
Stridere apes utero, & ruptis efferuere costis.

Explicatio figuræ præcedentis.

K, Mythras Sol.
A, Terra.
M, Vis penetrans elicienſque genitalem humorem.
O, Terreſtrium animalium nutrimentum.
R, Vis genitalis abſcondita.
S, Sole in Scorpione conſtituto, vis genitalis frigore cõprimitur.
Q, Vis confortatiua Solis.
Z, Y, X, Sole in Tauro conſtituto, igneus calor inualeſcit ad procreationem vegetabilium.
T, V, W, Sole in Scorpione exiſtẽte igneus calor minuitur, vnde omnia ad corruptionẽ vergunt.

Hinc

Hinc veteres Romani ab Ægyptijs docti, bouem senili humanâ facie decorum, cornibus pandis & curtis, vultu insuper Iouium quid præseferente, suis in numismatis signabant, quo innuere volebant, laudatũ Ciuitatis ac Reipubl. suæ statũ, cuius caput ceu consiliũ quoddá esset & Senatus rationis, justitiæ jugum detrectare nõ solere; ita corpus verò reliquũ, vel populum ad opera validũ, non sibi magis quàm Reipublicę laborare, pacis atque agriculturæ addictum. Adiecére Veteres plerumque pererga quædam ad idem argumentum pertinentia; vt in numismate Cellenorum VVinandi Pighij videre est, in quo supra bouem cythara ponitur, æquitatem legum, & ordinum concordiam designans. E latere verò Apollinis intonsi caput extat, capillis sub laurea in collum decorè defluentibus; qualem Orpheus Ἀκερσεκόμην. Pindarus, ἀκειροκόμην καὶ καίτιον appellant, quasi sine tonsura iubatum; quibus Epithetis Poëtarum antistites illi quam elegantissimè Solis jubar, ac radios, elementa temperantes, terræque fructus quoscunque vitali fomite promouentes descripsêre; nec non agitationem, & motum igneum diuini luminis, animos humanos illuminantem, & ad rationis opera propellentem intelligere voluerunt; Apollinem, siué Φοῖβον indigitantes, qui sic dicebatur, παρὰ τὸ φῶς καὶ βίος, quod lumen animis, vitam animatis omnibus largiri videatur, vndé & in hymnis sacris βιοδότης dicebatur. Vnde & pastor Nomius, apud Virgilium dictus, boues pascere fingitur, dùm cytharam suam pulsando, Musarum choreas ducit, numerosoque cœlorum harmoniá motu temperat, elementaque ad generationem adaptat.

Bos humana facie quid?

Politica expositio symbolorum Bouis.

Phœbi etymon.

Atque ex his omnibus luculenter apparet, quanto studio veteres Bouem coluerint, & quam ingeniosis hieroglyphicis adornârint. Quæ cùm ita sint, nihil aliud restat, nisi vt ad aliorum animalium sacrorum hierogrammata calamum conuertamus.

HIEROGRAMMATISMVS II.

De Arietis, eiusque hieroglyphica significatione.

ÆGyptij diuinitatem per omnia diffusam à proauis traditam, vti singulas eius in inferiori mundo virtutes per diuersa Numina seù Genios referebant, ita diuersa quoque eiusdem ministeria, quibus in mundi bonum allaborabat, diuersis allegoricis inuolucris adornabant.

Atque hosce veluti assessores quosdam, rerumque in mundi bonum constitutarum executores supremi Numinis effingebant; Hos mũdi semitas, & occulta penetralia subeũtes, diuersis effectibus omnia in eiusdẽ mundi vrgebant conseruationem; atque vt hominibus constaret, quinam essent, singulos id sibi assumere animal, virtutibus & operationibus eorum appropriatum credebant, vt sic humanum genus per occultos diuinitatis in animalibus latentis characteres instruerent, informarentque. Nam vt rectè

Zoroaster apud Psellum in oraculis, Σύμβολα πατρικὸς νόος ἔσπειρε ψυχαῖς, *signa inseuit animabus mens paterna*, id est signa ac notas suipsius proprietatis inseuit; καὶ γὰρ τῶν πατρικῶν σπερμάτων οὐχ αἱ ψυχαὶ μόναι, ἀλλὰ καὶ αἱ ὑπερκείμεναι πᾶσαι τάξεις ἐβλάστησαν, καὶ ἄλλα μὲν τὰ ἐν ταύταις ταῖς ἀσωμάτοις ὑπάρξεσι συνθήματα ἀσωμάτως ὄντα καὶ ἐνυσ... δὲ ἄλλα δὲ ἐν τοῖς κόσμοις συνθήματα καὶ σύμβολα εἰσὶν, αἱ ἄῤῥητοι τοῦ θεοῦ ἰδιότητες. *Nã nõ animæ tantum è paterno semine productæ sunt, sed omnes etiam ordines superiores indè originem suam habuere, sed in substantijs incorporeis alia signa sunt, incorporea videlicet & indiuidua, alia item in mundis reliquis (sensibilibus) signa sunt & symbola inennarrabilium Dei virtutum & proprietatum*. Quod arcanum cum Aegyptios non lateret, hinc arietem pingentes, occultè illud Numen adumbrabant, quod caloris humidi in terreno mundo rationem exprimebat. Est enim Aries animal calidum & humidum; calidum autem & humidum omnis generationis primordia sunt; ita Abenephi:

فلما بر بدون بدلون الحر بعالم كانوا بصروا الخمــــــــــــــــــــــــــل

Indicantes caloris vim in mundo, Arietem pingebant. Ratio historica ita se habet; cum Numina Aegypti sæuitiem Typhonis fugerent, fertur Deos in Aegyptum fugientes ibidem sub varijs animalium figuris sese abscondidisse, vti fusè alibi ex Diodoro, Herodoto, Eusebio ostendimus. Et Ouidius factum appositè describit.

Emissumque ima de sede Typhoea terra
Cælitibus fecisse malum, cunctosque dedisse
Terga fugæ, donec fessos Aegyptia tellus
Ceperit, & septem discretus in ostia Nilus;
Huc quoque terrigenam venisse Typhoea narrat,
Et se mentitis superos cælasse figuris
Duxque gregis, dixit, fit Iuppiter, vndè recuruis
Nunc quoque formatus Lybis est, cum cornibus Ammon.

Hinc Aegyptij existimant, illud Numen, quod ipsi *Amun* dicunt, sub Arietis comparuisse forma, vt per naturam & proprietatem Arietis, cuiusnã ipsum naturæ esset, & quænam in mundi administratione eius essent officia & ministeria, ostenderet; de quo Numine varij inter ipsos Aegyptios circũferuntur sermones. Hecateus, ait ⲁⲙⲟⲩⲛ in lingua Aegyptia significare: *vocem inuocantium Deum*, eaque vti solitos fuisse Aegyptios, eum præcipuè incognitum arcanumque dicebant; ad quod alludens Phestus, hâc precatoriâ ad Ammonem formulâ: Ζεῦ Λιβύης Ἄμμον κερατήφορε κλῦθι μάντι. *O Lybiæ vates exaudi corniger Ammon*.

Iamblichus verò dicit, id significare vim quandam Numinis, arcanas latentium rationum vires in lucem agentem; cui astipulatur Manethon; siquidem huic Numini concessum esse aiebant, arcanas abditasque rationũ, siuè illæ in mundo sensibili, siuè insensibili lateant, vires educere; Hinc illi Arieti primam inter dodecamorias mansiones partem & mensem Pharmuti (cuius principium vigesimo septimo diei Martij respondebat) dicabant. Nam

Psellus in Zoroastris oracula.

Quid per Arietem notarét Aegyptij

Ouidius Met.

Numen Amũ sub forma Arietis.

Hecateus. Quid significat Amun.

Phestus.

Quid Iamblicho Amun.

Aries cur primum locum in Zodiaco.

Nam hoc menſe Καμηφὶς *Amun*, id eſt, *Sol*, latentes ſeminalium rerum vires calore ſuo humido potiſſimùm mouet, promouet, & tandem per fœcunda germina in lucem producit; vnde teſte Pherecide, hoc menſe Pharmuthi caput Arietis circumferre ſolebant Sacerdotes varijs redimiti coronis, thyrſis, frondibuſque inſtructi, ijs quidem, quo Dei benignitate fruebantur, emolumentum, hiſce ceù per terreni mundi ſobolem, Numinis dominium demonſtrantes; inconditis verò vocibus Deum inuocantes; ἐπ' ὀνόματος Ἄμμα, ad quod Hecateus, vt paulò antè dictum eſt, alludere videtur. Hinc factum, vt Aries primo, inter duodecim Deos in Zodiaco, loco conſtitueretur, eò quòd Arietem viuum *Amun* habitaculum dicerent, cuius beneficio primæ agitarentur in terreſtris mundi penetralibus στοιχεῖα & ad ſumma humano generi commoda diſponerentur. Pherecides. Aries viuum Ammun habitaculum.

Certè hunc *Amun* Græcos ab Ægyptijs mutuatos, inter ſuos recepiſſe, Iouemque appellaſſe Hammonium, luculenter patet; nam & eundem Solē dicebant eſſe feruidum, vndè & arietinis cornibus eundem non ſecùs ac Ægyptij referebant; primum autem hunc Deum Libero Africam cum exercitu expugnanti comparuiſſe aiunt in loco propter arenæ multitudinem à poſteris deinceps Ἀμμωδὴς *Ammòdes* dicto: cùm enim præter maximam rerū penuriam in ſolitudine ingenti æſtu torquerentur Arietem neſcijs viarum comparuiſſe, quem cùm ſecuti, ad eum vſque locum, qui deindè Iouis Ammonij templo & oraculo celebris euaſit, peruenissent, poſt inuentam aquæ copiam, Arietem ex omnium oculis euanuiſſe referunt; atque ex hoc euētu motos poſteros, *Amun*, ſeù erectum Iouis Ammonij ſimulachrum arietinis cornibus finxiſſe, Arietem inter ſidera figuraſſe; ita, vt cùm Sol in eius fuerit ſigno, omnia naſcentia recrearentur, cuiuſmodi verno tempore contingit, hac re maxime, quòd illius fuga, Liber ſuum recreârit exercitum. Græcorum Hammon ab Aegyptijs tranſumptus. Origo oraculi Hāmonij. Cur Aries inter ſidera relatus.

Prætereà duodecim ſignorum principem voluit eſſe Arietem, quod ille optimum ſeſe præſtitiſſet exercitui ductorem. Certè tanto honore nullo non tempore Ouillum pecus Ægyptij coluerunt, vt arietem, aut ouem occidiſſe nefas ſummumq; ſcelus crederent, Moyſen quoq; vt legibus Ægyptiorum impijs contraueniret, ſtudio agnum paſchalem occidi, & manducari præcepiſſe, vt Hebræos contrario ritu ab inſana hac ſuperſtitione liberaret, ita Rambam par. 3. cap. 46. More nebuchim. Verba eius adduco: Origo cultus ouini.

ואמרה כת׳ בתורה כפי מה שפירש אונקלוס שהמצריים
היו עובדים מול טלה מפני זה היו אוסרים לשחוט הצאן והיו
מואסים רועי צאן אמר הנה נזבחת תועבת מצרים

Dico autem, quòd lex docuit nos, ſecundùm quòd explicauit Onkelos, eò quòd Aegyptij colerent ſidus, vel ſignum Arietis, ac propterea non tantùm prohibitum fuiſſe inter illos mactare oues, ſed & in ſummo contemptu & abominatione fuiſſe paſtores earum; Hinc dicit Moſes: Ecce ſacrificabimus abominationem Aegypti. Rabbi Chya libro *Zohar* colum. 466. conſiderat, quòd vox *abominationis*, quæ Dijs Aegyptijs tribuitur, illa tribuatur paſtoribus quoque ouium, quaſi Dijs alijs. Vnde Rambam. R. Chya lib. Zohar.

dè Geneſi 16. כי תועבה מצרים כל רועי צאן *Quoniam Aegyptij abominati ſunt omnes paſtores ouium.* Rabbi Iudah in Zohar, columna 469. חמצריים היו עובדים מול טלה בעל אש *Aegyptij adorabant ſignum arietis igne armatum.* Quem Rabbi Leui Hardarſan quoque in Exod. citat, vt ex illo Maſius ad 5. caput Ioſue, Deum illum igne armatum credebant, quod ſe lacertitus vlciſceretur; eſt enim aries animal pugnax, hinc, teſte Porphyrio, de abſtinentia animalium, ait Aegyptios nunquam laneis veſtibus, ſed lineis in ſacrificijs vſos; putabant enim *Ammun* Deum ſe vindicare, ob aſſumptum induuium eorum, quorum ille præſes eſſet, & ob cruorem effuſum, in quo anima latebat animalis, & neſcio quid diuinitatis. Cùmque menſis ille potiſſimum Arieti dicatus eſſet, quo Iudæi ex Aegypto receſſerent, ideò refert Rabbi Moſes Gerundenſis, mactari juſſum à Deo paſchalem Arietem, vt de Aegyptijs ſocis ſeſe amouerent Hebræi in Paleſtinã commigraturi, ne felicitas illa diſceſſionis aſtro illi attribueretur. quod illo tempore in cœlo principatum obtinebat, imò iniuria potiùs afficerent id aſtrum, tot laniatis arietibus eiuſdem cum eo formæ conſortibus.

Ammũ Deus igne armatus

Porphirius de abſtinentia. Cur Ægyptij à veſtibus laneis abſtinuerint.

R. Moſes Gerundenſis.

Patet igitur ratio, cur Ægyptij tanto honore Arietem affecerint, quibus quidem tanquam fundamento præmiſſis, iam videamus, quomodò eundẽ ſacris ſculpturis expreſſerint Ægyptij, & quid per illum ſignificauerint. Sciendum igitur; Hieromàntas ſubindè aſſumpſiſſe huius animantis figuram vel integram, & naturali forma ſubſiſtentem, vel integram cum duobus Arietinis capitibus, vti in tabula Bembina videre eſt, vel ſolum caput huius animalis, binis flammis ex capite erumpentibus coruſcum, vti in noſtro Obeliſco; vel etiam humanum truncum capite arietino transformabant, vti in varijs hieroglyphicis fragmentis patet. Per integram figuram ſignabant, virtutem *Ammun* per terreni mundi penetralia diffuſam; ita Abenephi: المصريين الذين يريدون ان يعبروا الفهوه الاعم امون الذي هو مقدم الدفيا يعبروا العوره الحمه

Quomodo Ammun hieroglyphicè exhibuerint Aegyptij.

Ideò volentes indicare virtutem Ammun Dei eorum præſidis mundi, Arietis pingebant figuram. Quid verò per Arietem διπρόσωπον binis capitibus conſpicuum hieroglyphicè indicauerint, dicetur Deo dante in explicatione Tabulæ Bembinæ; porrò per caput ſolum, vitalium partium principem denotabant *Ammun*, prouidentiam Numinis ſcil. in bonum mundi laborantis, humanumque genus inſtituentis in ijs inueſtigandis rebus, quæ vitæ ſuſtentandæ neceſſariæ forent, vt in ſequentibus varijs authoritatibus comprobabimus; per flammam enim in cornua quaſi bifurcatam capiti arietino impoſitam, diffuſionis virtutis igneæ caloriſque in terra latentis effectum; per caput etiam principium animalis, principium inſtaurationis rerum, quæ fieri, Sole Arietem ingrediente, ſolerent; per animal verò calidũ & humidum, generationis rerum promotionem innuebãt, vt dictum eſt. Hinc inter Hieroglyphica ſubindè caput humanum διπρόσωπον, id eſt arietinis cõſpicuum cornibus inuenitur, cuius capiti caniſtrum impoſitum eſt, ad de-

Variæ figuræ Ammun, et. ramque ſignificata.

notan-

notandos huius Dei beneficio, felices ex vberi genitura prouentus, vt posteà declarabitur. Neque solummodò dictis eum hieroglyphicis Ægyptij exprimebant, sed & Nomen ipsum *Amun*, quo ipsum inuocabant, ex mystica literarum structura, dum constat, magnam vim obtinere credebant ad Numen propitiandum.

Schema hieroglyphicum.
Ex Musæo M. Milesii Iuris Cons. Rom.

Atque hæc ita esse, hieroglyphicum schema, quod Marcus Milesius Iurisconsultus Romanus, ex suo Musæo depromptũ olim mihi enodandũ communicauit, monstrat. Schema incluſum est figuræ ouali, in quo primo loco est Arietinum caput φλογοκεφαλόμορφον, id est, bifurcata flamma & cornibus insigne, eiusdem prorsus formæ, quam noster Obeliscus exhibet; post hoc sequuntur quatuor literæ κυκλολογικὰ, id est, ex appropriatis rebus assũptę, vt in schemate hìc appositò patet; quod ita interpretamur. *Amun solare numen arcanas latentium rationum vires in lucem agens. Agathodæmon humoris & caloris, quo generationes rerum in terreno mundo per continuum motum & agitationẽ promouentur.* Et quid per caput arietinum φλογοκεφαλόμορφον intelligatur, paulò ante dictum est. Sequuntur quatuor characteres, qui exprimunt mysticũ nomen *Amun*; suntque characteres ex ingeniosa Alphabeti Aegyptiaci architectura (de qua in 2. libro cap. 10. fusè tractatum est) deducti; quibus correspondent characteres Coptici alphabeti ⲁⲗⲫⲁⲃⲏⲧ, quorum singuli certa denotant mysteria. Et primò quidem, literam A nihil aliud significare, quam Agathodæmona; citato loco demonstratum est. Secunda verò litera ex fluxu aquæ κυκλολογικῶς desumpta est, vndè & ab aqua *Moi* dicitur, respõdetque Copticæ literæ ⲙⲙ; tertia verò litera respondet ϩ, ex arietis cornibus deducta, vti in alphabeto mystico probatum fuit, flammis enim veluti cornibus ex terrestri globo erumpentibus pulchrè denotatur vis coloris terræ insita ab Ammone. Quarta denique litera quæ ⲛ, Copticæ literæ correspondet, binos angulos sub duplicatis cornibus efformans, motus rationem

Explicatio schematis hieroglyphici.

ἀἰω

ἄνω καὶ κάτω dicti Numinis pulchrè effingit, vti & in Prodromo & citato loco ostensum fuit; Ex quibus sensus ille, quem diximus conficitur, atq; hoc ita se habere aliud hieroglyphicum demonstrat, quod ex theatro hieroglyphico ab Hervvartio edito, erutũ in præced. pag. exhibemus, vbi vides humanũ caput κριόμορφον, id est, arietiforme, canistro instructum, sub quo triangulum cum litera ee positum, eundem sensum, quem diximus, exhibet. Ex quibus etiam patet, Ægyptios, etsi subindè ipsa Deorũ nomina literis præfigurarint communibus, quia tamen ex animalibus ijs dedicatis structuram suam sortiebãtur, magnam ea vim in ritibus & cerimonijs sacrorum ritè administrandis obtinere existimasse.

Hinc huiusmodi nominibus ingentem vim tribuebant, eò quòd mysticâ quâdam ratione ipsis solummodò Dijs notâ, & ab ijsdem edoctâ constarẽt, quæque in alienam linguam minimè transferenda ducebant, vtpotè quæ vim suam perderent; hinc Zoroastręum illud oraculum apud Psellũ ὀνόματα βάρβαρα μηποτ' ἀλλάξῃς, *barbara nomina ne mutuaueris*, suadebat; *habent enim singulæ gentes nomina quædam diuinitus tradita, incredibilem & ineffabilẽ vim in sacris obtinentia*; Pselli verba sunt; εἰσὶ γὰρ ὀνόματα παρ' ἑκάστοις ἔθνεσι θεοπαράδοτα, δύναμιν ἐν ταῖς τελεταῖς ἄῤῥητον ἔχοντα; de quibus suo loco fusiùs disceptabitur; patet igitur ex dictis origo cultus Arietini, patet hieroglyphicorum, quibus eum Aegyptij adumbrabant, structura. Quarè ijs relictis ad alia transeamus.

HIEROGRAMMATISMVS III.

De Hirco, eiusque hieroglyphica significatione.

Hircus fœcunditatis symbolum.

CVm nihil fœcunditate desiderabiliùs Aegyptijs esset, vt fœcunditatem tantoperè æstimatam desideratamque impetrarent; Numen illud, quod fœcunditatis propagationi omni studio & diligentia præesset, per cultum illius animalis, quod fęcunditatis laude omnium esset commendatissimum, inquisitum allicere studebant. Cùm verò Hircus præ reliquis hac fęcunditatis laude præstaret, illum tanquam viuum Mendetis, hoc est, Panos habitaculum fœcunditatisque totius præsidem vnicè venerabantur. Hinc, teste Hyginio, in communi illa Deorum fuga, ob Typhonis metum in Aegyptum suscepta, Pana in hircum se transmutasse fertur, cumque se in flumen coniecisset, posteriori parte in piscem degenerante, Capricornum ἰχθυόμορφον emersisse, vndè & inter sidera translatus, diuinos honores meruit; quâ allusione duplex Panos fœcundi Numinis imperium pulchrè exprimebant, dum per caput hœdinis cornibus exasperatũ, rerum terrestriũ; per caudam verò piscis, aquatilium exprimerent fęcunditatem; Certè Aegyptios Mendesios tanto in honore Capras habuisse constat, vt eas occidere crimen inexpiabile haberetur; causam Horodotus lib. 2. hisce verbis explicat; *Cæterum qui Iouis Thebani templum incolunt, aut Thebanæ prouinciæ sunt; ijs omnes*

Pan in hircũ transmutatus

Cultus Hircinus apud Mendesios.

ab

ab ouibus abstinentes Capras immolant; Non enim eosdem Deos similiter colunt vniuersi Aegyptij, præter Isidem & Osirim, quem Bacchum esse aiunt, hos vniuersi peræquè colunt. Qui verò Mendetis templum obtinent, siue Mendesiæ prouinciæ sunt, hi Capris abstinentes, oues immolant: Et paulò post: *Porrò Capras & hircos ea de causa ij, quos diximus Aegyptiorum non mactāt; quia* τὸν Πᾶνα τῶν ὀκτὼ θεῶν λογίζονται εἶναι οἱ Μενδήσιοι. τοὺς δὲ ὀκτὼ θεοὺς τούτους προτέρους τῶν δυώδεκα θεῶν φασὶ γένεσθαι, γράφουσι δὴ καὶ γλύφουσι, οἳ ζωόγραφοι καὶ οἱ ἀγαλματοποιοὶ τοῦ πᾶνος καθάπερ ἕλληνες τὸ ἄγαλμα, αἰγοπρόσωπον καὶ τραγοσκελέα. ὄυτι τοιοῦτον, νομίζοντες εἶναι μὲν, ἀλλ' ὅμοιον τοῖσι ἄλλοισι θεοῖσι. οὐκεῦ δὲ εἵνεκα τοιοῦτον γράφουσιν αὐτὸν, οὐ μοὶ ἥδιον ἐστὶ λέγειν. σέβονται δὲ πάντας τοὺς αἶγας οἱ Μενδήσιοι, καὶ μᾶλλον τοὺς ἄρσενας τῶν θηλεῶν, καὶ τούτων οἱ αἰπολοιτιμὰς μέζονας ἔχουσι, ἐκ δὲ τούτων εἷς μάλιστα, ὅστις ἐπεὰν ἀπόθανη, πένθος μέγα παντὶ τῷ μενδησίων νόμῳ τίθεται; καλέεται δὲ ὁ, τὸν τράγος καὶ ὁ Πὰν αἰγυπτιστὶ Μένδης. *Quia videlicet Pana inter octo Deos Mendesij numerant, quos octo aiunt priores duodecim Dijs extitisse. Panos autem simulachrum, animalium sculptores, & idolorum fabricatores exsculpunt, quemadmodum Græci caprinâ facie, & hircinis cornibus; haudquaquam existimantes eum talem esse, sed similem cæteris Dijs; quâ tamen cum de causa talem pingant, non est mihi relatu jucundum. Verùm hi omnes cùm capras, tùm verò maximè capros venerantur, & inter Mendesios caprarij præcipuò honore afficiuntur, & ex his vnus maximè, qui cum decessit, ingens toti Mendesiæ Prouinciæ luctus proponitur; vocatur autem & hircus & Pan, Aegyptiacè Mendes.*

Herodotus.

Hircus Aegyptiacè Mendeses.

Diodorus.

Diodorus Siculus asserit: *Ita hircum deificasse Aegyptios, sicuti Græci Priapum, propter eam scilicet partem corporis, à qua omnium sit ortus.* Possedit autem animas hominum tanta nullo non tempore huius cultus insania, vt sacra Scriptura passim hircos cum dœmonibus ob impietatem cultus ijs præstitam, confundere videatur. Fuerunt autem primi huius τραγολατρείας Authores Sabæi Hæretici primi post diluuium superstitionum promotores, de quibus ita Rambam p. 3. c. 46. יכן היו הכיתות הצאבה עובדים לשדים והיו הושבים שדם ישכו בעירת עזים ולהזה היו קוראים לשדים שעירים וכבד התפשט הרעות הזה מאוד לפי קה משה ולא תזבחו עוד הזבחכם לשעירים ולהזה היו אוסרים הכיתות ההם אכילת העזים *Et fuerunt populi Sabæi colentes dæmones, existimantes quod ipsi formā hircorū haberent; & ideò vocati sunt dæmones Seirim, id est, hirci, & fuit hæc opinio adeò longè latèq; diffusa, vt Moyses ideò dixerit, non sacrificabitis hircis, id est, dæmonibus, fuitq; prohibitus esus hædorum ijs gentibus.* Certè Lucianus non sine ratione hunc Ægyptiorum morem ridere videtur; *Apud Aegyptios*, ait, *quidem delubrum forinsecus pulcherrimum, sumptuosisque extructum lapidibus est; cæterum si Deum intus quæsiueris, aut sim iam vel ciconiam, aut hircum felemque inuenies.* Cùmque ante Moysen huiusmodi τραγολατρεία magnas in animis hominum egisset radices, Græci indè eas mutuati, passim subforma hirci exprimebant Pana, cuius hieroglyphicam repræsentationē fol. 222. vide. Et tametsi plebs à verò scopo in huiusmodi cultu aberrauerit; primi tamen Hieromantæ symbolicè diuinam vim sub hirco latentem innuebant; dum fœcunditatem nunc Archetypi Solis, nunc siderei, nunc subterranei ingeniosè sub hirci symbolis describebant.

Sabæi Hæretici.

Dæmones cur Seirim dicti.

Lucianus.

Quid per hirci Hieroglyphicum.

Hircus itaque, vt ad nostrum institutum redeamus, hieroglyphicum erat; *Primò*, fœcunditatis diuinæ; *Secundò*, fęcunditatis, qua Solare Numen analogum Archetypo Soli terram grauidabat; *Tertiò*, ignis quoque in visceribus terræ inclusi, qui vicariam Solis præstabat in promouenda fœcunditate operam. Quæ omnia pulchrè describit in hymnis suis Pherecides Syrus hoc versu; ὁ Θεὸς ἥλιος τε καὶ ἡ γὴ πολυγονοῦντες. *Quartò* fœcundum hominē signantes, hircum pingebant, teste Horo, cuius & rationem assignat hisce verbis: αἰδοῖον ἐν ἀνδρὸς πολυγόνου δηλοῦντες τράγον ζωογραφοῦσι; οὐκετὶ δὲ ταῦρον. ἐπειδὴ οὗτος μὲν μεχρὶς οὗ ἐνικύσιος γένηται οὐ βιβάζει. Τράγος ἐν ἑβδομαῖος μετὰ τὴν γένεσιν γενόμενος ὀχεύει; ἄγονον μὲν καὶ ἄσπερον ἀποκρινόμενος σπέρμα, βιβάζει ἐν ὅμος πρᾶτον τῶν ἄλλων ζώων. *At verò membrum fęcundi hominis monstrantes; non iam Taurum, sed hircum pingunt, ille enim antequam annum attigerit, coire non solet, hic septem statim post ortū diebus congreditur, infęcundum quidem, & genituræ minimè accommodum semen excernens; prius tamen ac celerius cęteris animalibus coit.*

Pherecides.

Horus.

Caput hircinum.

Porrò caput hircinum inter hieroglyphica inuentum semper notat Numen illud, quod fœcunditati præest, vti & statua hircino capite conspicua; cuiusmodi schema passim in Obeliscis videre est, vt suo loco declarabitur. Sed iam hæc ita sese habere ex omnigena eruditione tempus est vt comprobemus.

Νίβεν quid?

Non incongruè itaque Nilotici Sapientes, Numini suo, quod Νίβεν, hoc est, *Causarum causam* supra appellatum diximus, Hirco seù capite Caprino seù hircino, veluti singulari fœcunditatis symbolo exprimebant; Deū enim singulari quâdam fęcunditate, quæ per immensi boni æternique naturam se actu in seipso ab æuo propagat, præditum, non sacri tantùm Authores docent, & nos à Sancta Fidei Magistra Ecclesia instructi credimus, sed & omnes passim antiquæ Theologię Magistri apertissimis verbis demonstrāt. Quid enim aliud intellectualis illa Zoroastris proles, & fœcunda illa Platonis Monas, Trias Plotini ex fœcunda Dei natura orta, teste D. Augustino, indicant?

Trismegistus.

Non dicam hîc de alijs Platonicorum de Dei fęcūda natura testimonijs; instar omnium sit Trismegistus, qui in Pimandro sic loquitur: *Mens autem Deus vtriusque sexus fęcunditate plenissimus, vita & lux, cum verbo suo mentem alteram opificem peperit; vidit & mentem exuberanti fęcunditate sui, se ad externa porrigentem, & ad sui diuini verbi exemplar formantem vniuersa, & vnicuique in aère, aqua & terra, propriam secundùm genus suum naturam dispertientē.* Quibus verbis sanè nihil clariùs; nec hoc duræ ceruicis Iudæos, latuit; Nam præterquam quod supra 1. capite Genesis *berescit bara elohim* בראשית ברא אלהים per *elohim* אלהים tres intelligant proprietates, quas ipsi מדות *Middoth* appellant, suntque כתר בינה חכמה, quas ipsi in supremo loco arboris Zephiroth ponunt, videlicet, *Kæter, Cochma, Binah*: quibus mundum conditum credunt, quasq; Simeon Beniochai in libro Tzoar, & Ludouicus Carretus libro quem diuinarum visionum intitulat, claris passim verbis Patrē, Filium, & Spiritum sanctum אב בן ורוח הקדש appellant; quod & ex primis

ver-

verbis Geneſeos colligunt: vbi enim textus vulgaris habet: *In principio creauit Deus* &c. Ionathas in Thargum Hieroſolymitanum vertit בחכמתא ברא hoc eſt, *In Sapientia creauit Deus* &c. Quæ verba cùm myſterioſa ſint, paulò fuſiùs explicare ea hîc placuit. Deus itaq; mundum creauit בחכמתא *Bechochmath*, hoc eſt, *In Sapientia*; qualis autem illa ſit Sapientia, monſtrat nomen ברא quod Chaldaicè בר *Bro*, *filium* ſignificat. Hunc autem Filium cum Patre, & Spiritu אשר הוא מרחפת על qui mundanum ouum *incubans*, ad id fœcunditate ſua animandum, *ſupra aquas ferebatur*, oſtendunt tres literæ א quo אב *Ab*, hoc eſt, *Patrem*; ב hoc eſt, ברא *Bra*, *Filium*, & רוח *Ruah*, hoc eſt, *Spiritum* intelligunt. Ad æternitatem autem triunius Dei declarandam, tria י cum ſuprà ſcripto puncto Chametz circulo includebant, quaſi tribus repetitis vicibus dicerent ברשית ברא יה יה יה hoc eſt, *In principio creauit DEVS, DEVS, DEVS Cœlum & terram*, atque has tres numerationes ſupremas Iudæorum *Mecubalim*, juncto Dei nomine, qui adnixus ſuperioritati arboris fœcũditate ſuâ omnia animat, dixerunt tres luces, de quibus ſic Rabbi Hau geon: שלשה אורות חם אור קדמון אור צח אור מצחצח ועם כלוה id eſt, אלוה אחד שם רבוי חלילה והם בראש הספירות *Tres luces ſunt, lux orientalis, lux clara, & lux clarificata, & cum omnibus his, & omnium DEVS vnus, nec eſt ibi multiplicitas, abſit enim hoc, & hæc ſunt in capite Sephiroth.* Picus quoque in Heptuplo, neſcio quid ſimile ex primo Geneſeos vocabulo comminiſcitur. Facta enim literarum veluti anatomia quadam ex vnico ducta vocabulo totum iſtum ſequentem ſenſum eruiſſe ſcribit.

Quid tria ייי apud Cabaliſtas.

Picus Mirandulanus.

In Filio creauit DEVS principium, caput, ignem, fundamentum hominis magni, fœdere boni. Quorum verborum Hebraica phraſi exhibitorum textus ſequitur: בבר ברא ראשית אש ראש שת איש רב ברית תב Vndè apparet, teſte Clemente Alexandr. lib. 5. c 3. Hebraicis ſimillima fuiſſe Ægyptiorum ſymbola, & ænigmata, & vt Abenephi auctor fuſè probat, per primos Hebræorum Patres in Ægyptum primum tranſlata, & à Sapientibus recepta fuiſſe. Quòd enim apud Hebræos ſunt tres *Middoth*, ſeù diuinæ eſſentiæ proprietates, quibus mundum conditum aſſerunt, hoc apud Ægyptios triformè illud Numen *Hemphta*, ſeù tres illi Genij *Amun*, *Phta*, *Niphen*, quos Iamblichus rerum omnium exiſtentium moderatores affirmat fuiſſe habitos apud Ægyptios. Nam quod Hebræis *Enſuph*, hoc eſt, ſine principio & ſine fine pater; hoc Ægyptijs *Eneph*, ſiuè *Hemphta*, ſupramundanus ille Oſiris, primus intellectus opifex. Iterum, quòd Hebræis ſecunda proprietas *Chochma*, hoc eſt, *Sapientia*, per quam mundum creatum aſſerunt; hoc Ægyptijs eſt Iſis, quam Sapientiam Motoris primi, & plenam Oſiridis primi intellectus imaginem, atque exemplar vocabant, quam & Orpheus

Clemens l. 5. Stromat.

Pal-

Triforme numen apud Ægyptios.

Palladem appellauit, atque ideò è cerebro Iouis natam finxerunt antiqui, & Aegyptijs dicitur *Phta*. *Amun* verò respondens Hebræorum *Binàh* seù intelligentiæ, est vtriusque vis actiua ad extra, quà producitur mundus Horus, filius Osiridis & Isidis. Atque omnia ea, quæ hactenus dicta sunt, pulchrè velut in anacephaleosi quadam indicant instrumenta, quibus in Bembina tabula, vti & in Obeliſco noſtro, vt inferiùs patebit, Horum depictum videmus: scil. Baculus capite vpupæ insignitus, lituus & gnomon; à tergore verò triangulum, cui circulus annexus est, quæ nihil aliud significãt, quàm mundum à Dei sapientia admirabili rerum varietate, per vestem istam reticulatam; summa harmonia per lituum; concinno demùm ordine productum, per gnomonem indicatur; quibus consentit Platonis, mundum hunc sensibilem ex archetypo illo trigono profluxisse, dicentis testimonium. Atq; hæc de Dei fœcunditate consultò fusiùs tractauimus, vt Ægyptiacæ philosophiæ, Hebraicæ parallelæ luculentiùs mysteria patefierent.

Cur Osirin per cornua hirci notauerint.

Cùm igitur Aegyptij huic vnicæ rei imcumberent, vt idonea Dijs symbola affingerent, hoc est, vt Deorum suorum virtutes effectusque, quos hoc modo adumbrabant, per Analogiam quandam animalibus ijs, in quibus similes virtutes aut effectus, characteribus insignitis, veluti viuis imaginibus eorum eluceſcerent, exprimerent; certè Osiridem Numen illud fœcundissimũ nullo aptiori, meliori, ac congruẽtiori, quàm hircini capitis symbolo exhiberi posse existimarunt. Est enim hircus inter cętera animalia maximè fœcundum, vt dictum, & generationis appetens.

Euſebius.

Hinc Eusebius lib. 2. cap. 1. de præparat. Euang. ait, hircum maximè ob generationis appetitum apud Ægyptios eo honore habitum fuisse, quo apud Græcos Priapum. Verba eius adiungam; *Hircum*, ait, *in diuinis, ea ratione susceptum dicunt &c. vndè & veris vbertatem fœcunditatemque monstrare volentes, id insinuant per hircum, cui puer insidens ad Mercurium conuertitur*; exstat simile ectypon, vti videre est apud Alexandrum in tabulæ heliacæ expositione in fine, puellus hirco insidens, quasi tener orbis ac fœcundus à Sole temporum moderatore ad Mercurium Veris præsidem ablegatus; innouationem anni significare videtur. Nam vt rectè Pausanias lib. 2. ait: Herculis clauam Mercurio consecratam regerminasse, id ad rem, de qua agimus, referendum est; diximus enim in tertio libro, Herculeam clauam arbores denotare hyberno tempore frõdibus exutas, quas Mercurij Numen, hoc est, Verni temporis virtus conuestit. Fabula etiam, quæ de Panis ortu fertur, eum scilicet ex Mercurio in hircum verso ex Penelope genitum, ipsum indicant mundum Verno tempore exortum, de quo locuti sumus. Est enim Pan ex Mythologorum omnium sententia rerum vniuersitas; at per Mercurium ver significari iam docuimus, qui in hircum versus dicitur, ad notandam eius temporis fœcunditatem, quippè ver [illegible] tempus est fœcundissimum, ait Theophrastus, lib. 3. de causis plantarum, ac sanè hircum ipsum tanquam fœcunditatis indicium ab Ægyptijs adoratum, osten-

Pauſanias.

Quis Pan?

Theophraſt. de Plantis.

dimus

dimus ante ex Eusebio, & confirmat Diodorus lib. 1. Vndè Suidas Pana à Mendesijs coli asserit, vt *cui vis genitalis curæ sit, & abstinere eos ab hircis in eius honorem, eò quòd animal libidinosum sit*; Item Mendesijs templum apud Aegyptios fuisse, in quo simulacrum cruribus hircinis fuerit, pudendo erecto, (quo loco nota Hermelai mendum & errorem, qui perperã per *Mēden* legit murem;) ob eandem causam, teste Pausania, capellam æneam Phliasij celebrabãt. Augebat prætereà cultus hircini solennia non tantùm ipsa fœcunda hirci natura, ob quam maximè eum celebrabant, sed maximè etiam, quod cornibus suis solares imitaretur radios, & calore, quo pollet maximo, calorẽ Solis; quòd natura sua semper editiores mõtium cliuos peteret, & Solis semper altiora tenentis cursum quadantenus affectaret. Hinc Aegyptij, teste Horodoto in Euterpe; *Qui Iouis Thebani templum incolunt, ij omnes ab ouibus abstinentes, capros immolant; qui Mendetis ritùs sunt, hi capris abstinentes, immolant oues*. Itaque Thebani, & quicunque propter illos ouibus parcunt, aiunt, ideò sibi conditam hanc legem; quòd Iuppiter cùm ab Hercule eum cernere volente, cerni nollet, tandem exoratus, id commentus sit, vt amputato arietis capite, pelleque villosâ, quam illi detraxerat, induta sibi, ita sese ostenderet. Et ob id Aegyptios instituisse Iouis simulacrum κριοπρόσωπον, hoc est, in arietis effigiem efformasse, & ab Aegyptijs id Hammonios accepisse, qui sunt Aegyptiorum atque Aethiopum coloni, & linguam inter vtrosque vsurpantes, qui videntur eandem ob causam Ammonios se appellasse, quod Aegyptij Iouem Ammonium appellabant. Sed de his pluribus citatus Herodotus lib. 2. Atque hinc ob eandem causam fortè Iuppiter *Aegipes* dictus est, quãuis Phornutus, Apollodorus, Hyginius Mythologi ideò eum dictum velint, quòd conditus, nè à Saturno deuoraretur, à capra in Creta sit nutritus, ac tectus ab ægide, seu pelle caprinâ, quam portabat. Quicquid sit, certum est, Aegyptijs & capras & hircos in summo semper honore fuisse, non tantùm propter egregiam, quâ pollent, fęcunditatem & calorem Solis fœcunditati & calori æmulum, & quodammodò parallelum, sed etiam quia ectypon quoddam Solis referrent; siquidem cornibus suis solares radios, & genio illo saltatiuo, quo ad editissimos montium cliuos sẽper fertur, Solis semper altiora petentis incessum affectarẽt. Vndé, Varino teste, capras Apollini immolabant, ob pecudis huius, inquit, naturam impetuosam & editorum locorum desiderium, & quod caprina cornua ad arcus faciendos idonea sint; Apollinem autem τοξότην esse, id est, arcubus & sagittis, quas symbolicè nihil aliud esse, quàm radijs Solis oblectari, iam supra dictum est, & notum est passim è veterum monumentis; ob dictam causam Pan capripes dictus est, à Græcis αἰγομαλὴς & αἴγιπαν. Hinc Propert.

Capripedes calamo Panes hiante canent.

Hyginus de Capricorno: *Huius*, inquit, *effigies similis Aegipani*; Ceratobates etiam, teste Hesychio, dictus est Pan; siuè quod cornibus præclarè sit instructus, quasi κερατιβάτης, vel quod basin habeat corneam, id est, pedes, vti

Gyral-

Cornua hircina quid?

Fabula de Ioue hircina pelle tecti.

Natura [illegible] Solis effectibus parallela.

Apollo τοξότης.

Hyginius.

Giraldus; Ariſtophanes quoque in Ranis meminit huius Ceratobati Panos, vtpotè qui per montium cacumina, teſte Scholiaſte, eius veluti per cornua quædam incedat, vel à cornu, id eſt, vngulis hircinis, teſte Didymo; *quoniam*, inquit, *inferiores partes hirci habet, ita vt pedum cauſa κερβάτης vocitetur*. Atque Aegyptij capram ea de cauſa iuxta Mendeſiorum ritus, teſte Herodoto, non mactant, quod *Pana inter octo Deos Mendeſij numerent, quos octo aiunt priores duodecim Dijs extitiſſe; & ob hanc cauſam*, ait Herodotus *Aegyptij cùm Capras, tùm Capros hircoſque venerantur, & inter Mendeſios Caprarij præcipuo honore afficiuntur, vti ſupra dictum fuit. Et ex his vnus maximè, qui cùm deceſſit, ingens toti Mendeſiæ prouinciæ luctus exiſtit. Vocatur autem & hircus & Pan, Aegyptiacè Mendes* ΜΕΝΗΣ. Vt autem plura Naturæ myſteria denotarent antiqui ſapientes; Panos ſimulacrum ſic depinxerunt: Caprina facie, rubro colore, hirtis cornibus, varia pantheræ pelle indutum, infima ſui parte hiſpida & caprino pede, altera manu fiſtulam ſeptem calamorum tenentem, altera pedum ſiuè baculum incuruum. Per rubram faciem æthera, per duo cornua Solem & Lunam, cęleſtium corporum varietatem per pellem pantheræ ſignificabant. Inferioribus membris hiſpidus, ad arbores, virgulta, feraſque indicandas fingebatur; terræ ſoliditatem per caprini pedis effigiem monſtrantes, per ſeptem calamorum fiſtulam, harmoniam cęli, ordinatiſſimo ſeptem planetarum motu veluti grauibus acutiſque ſonorum interuallis concinnatam, indicabant; per baculum incuruum, annum in ſe recurrentem, quem moderabatur, notabant; & ſic Pan, hoc eſt, *totum*, appellabatur, omnia iuxta Euſebij Phornuti & Seruij interpretationem, cuius & imaginem folio 222., vnà cum ſingularum partium explicatione iam exhibuimus, & iam paucis repetimus. Nos ad Ægyptiorum mentem dicimus, cornua nihil aliud ſignificare, quàm diuini Oſiridis ſiuè Solis & Lunę radioſam & igneam quandam, quam facies rubicunda quoque denotat, virtutem, omnia, quæ in mundo ſunt; calore diuino fouentem, adeò vt virtus illa ex ſuperiore parte veluti ex ſuperiori, ſiuè Archetypo mũdo per *Rakiang* illud, ſeù expanſum ſtellarum fixarum, veluti pellem quandam maculoſam, & ſeptẽ orbitarũ planetariarũ ſpatiũ totius anni decurſu diffuſa, duos inferiores, Elementarem & Terreſtrem mundum, per duo illa hiſpida hircina (Panos enim extrema hircus occupat) crura indicatos, animet; hoc eſt, aërem, aquam & terram, arbores, virgulta, plantas, animalia omnis generis producendo, productâque virtute ſuâ, dum omnia permeat, fœcundando; atque hæc eſt illa virtus Dei fęcunda, quam Ægyptij veluti vnum ex octo Dijs ſeù Genijs per Panos ſimulacrum ſubobſcurè venerabantur: atque hanc virtutem per caprinum caput non ſolum hic, ſed paſſim in Bembinæ tabulæ ſchematiſmis repræſentatam videmus; vti teſtatur Herodotus lib. 2. hiſce verbis: καὶ διὰ τοῦτο γράφουσι δὲ καὶ γλύφουσι οἱ ζωόγραφοι καὶ οἱ ἀγαλματοῦποιοὶ τὸν Πᾶνα ἀγάλματα αἰγοπρόσωπον; *Et ideò ſcribebant & in ſculpebant ſacri Scribæ & Idolorum factores Panos ſimulacrum hirci forma*: Virtute enim in capite, vti ſuprà dixi-

Simulachrũ Panos eiuſq; expoſitio phyſica.

Expoſitio alia ſimulacri Panos.

Rakiang expanſum.

diximus, residente, atq; in inferiora diffusâ, totum reliquum corpus moderari credebant; ob eandem causam Satyros, Silenos, Faunos, Syluanos, & similia monstra, eò quòd immodicæ seruirent libidini, celebrabãt; vndè Baccho in curru pampineo sedenti, Satyri, & Sileni, thyrsos & ferulas vibrantes adjunguntur Socij, teste Giraldo lib. 10. Strabo etiam Silenos, Satyros, Bacchas, Nymphas, Tytiros, ob eandem causam assectas Dionysij asserit. Hinc illa Panos in Nymphas procacitas, & nunquam satiata libido; mundus siquidem assiduè in speciebus rerum progenerandis versatur, & humore plurimùm vtitur, materiâ quippè generationi imprimis aptâ & commodâ. Quare tàm syluis & agris, quàm hortis & puteis, vt tutelaris Numinis Panos apponebatur simulacrum; ab Hebræis quoque dicuntur שעירים ob pilorum asperitatem, quæ monstra quædam sunt deserti, seù dœmones libidinosi, quos nos incubos, seù succubos appellamus. Dœmones enim sub specie hirci præstigiosam suam libidinem in homines aliquando exercere, ita passim experientia in magorum strygumque forensibus confessionibus, nos docet, vt de eo imposterum dubitare neutiquam possimus. Atq; ob eam causam Chaldæus paraphrastes Leu. 17. pro שעירים *Schegnim*, vertit שדים *Sedim*, hoc est, dœmones malos. Arabes الشياطين *Elschiadin*, id est, Sathanas, Dœmonesque; Persæ *Deuoni*, cui finitima est Illyrica δεδαι. Sic enim legimus apud Hesichium & Varinum, δεδαι ὁ Σατυρος παρα τοις ἰλλυριοις. Cui non dissimiles Boëmica *Diabel*; Germanica *Teuffel*, quasi δευλος; Sed hoc relinquamus Grammaticis, satis est, antiquos passim hujusmodi monstra ob insatiabilem libidinem ceù fęcunditatis quædam symbola assumpsisse; qui porrò de Satyris & Faunis plura desiderat, consulat Pausaniam, qui sanè de hujusmodi monstris in quadam Oceani insula repertis fusè tractat. S. Augustinum lib. de Ciuit. Dei. S. Athanasium in vita S. Antonij. Macrobium in Saturnal. Ex Medicis verò de Satyrio herba, & morbo Satyriasi, seù priapismo consulat Galenũ in definitionibus morborũ & de morbo Satyriasi, Dioscoridem, Paraphrastum, Hippocratem, Plinium, Ioannem Baptistam Portam, eo in loco, vbi de herba Satyrio tractant. Plutarchus ait apud Ægyptios Mendesios in multarum & famosissimarum puellarum Collegio curatum hircum sacro inclusum fano; & Veneris simulacrum, quæ hirco insideret, Pausanias obseruauit, non aliam ob causam, nisi ob hirci petulantiam. Et Astrologi mulierem nudam, quæ hircum humero gestet vigesimo secundo Virginis gradui adscripsere, ex eo impudicitiam eius, qui eo gradu oriente natus esset, significantes. Atque ex his omnibus patet, cur Ægyptij hirco, seù caprino capite fęcunditatem Solis tàm sensibilis, quàm insensibilis & archetypi, expresserint.

Quid Satyri cum Baccho notent?

שעירים quid?

Satyrium herba.

Venus Hirco insidens.

Astrologi de hirco.

HIEROGRAMMATISMVS IV.

De Leone, eiusq; hieroglyphica significatione.

Variæ Leonis partes.

INter cœtera animalia, quibus ad mysteria indicanda vsi sunt Ægyptij, non infimum sanè locum obtinet Leonis, eiusque partium, quibus integratur, simulacrum. Videtur id primò in hoc nostro Obelisco variè transmutatum, nunc integra terræ incumbentis figura, modò Sphyngis ἀνδρομόρφου similitudine, subindè solius capitis, coxæ, vel caudæ imagine se oculis intuentium obgerit, de quorum significatione singulatim dicendum est; & vt origo huius λεοντολαξείας luculentiùs pateat, prima eiusdem incunabula hoc loco priùs perscrutanda duxi; sic enim futurum spero, vt sacrarum imaginum architectura, ratio & finis curioso Lectori faciliùs innotescat. Opinio veterum Ægyptiorũ fuit, diuinitatẽ, teste Porphyrio, non per hominem tantùm, sed & per omnia animalia pertransisse; Deum namque *ire per omnes*

Et Terras tractusque maris, cœlumque profundum.

Atque adeò benignitatem diuini Numinis, quam mundo communicat per diuersos effectus, per animalium simili affectuum analogia imbutorum formam, innuere voluisse, vti in præcedentibus partim ostensum fuit, partim in sequentibus susiùs ostendetur. Cùm itaque intuerentur Leonem animal forte, robustum, magnanimum, vigilantissimum, calidissimum, & planè igneæ naturæ; virtutem illam diuinam, consortatricem omnium, igneo quodam vigore pollentem, rebus singulis, & omnibus indesinente vigilantia incumbentem, Leoninam dixerunt. In Sole verò Numine sensibili, eandem vim occultè adumbrarunt; hinc sub Hori, quem nunc mundum, nunc Solem dicebant, solio, teste Plutarcho, Leones subijciebant, ad vim igneam in mundo latentem hoc symbolo indigitandam. Herculem quoq; non alia de causa leonino exuuio vestitum pingunt, nisi ob Herculeam siuè corroboratiuam Solis virtutem; est autem, teste Macrobio, Hercules nihil aliud, quàm Sol, vt in tertio libro dictum est; Leo enim πᾶς πόρος ἐχθρὸν πυρὸς ἐστὶν ὃ δὲ ἥλιος πῦρ ἐστιν. Hinc per Osirim & Isin (quem deindè Hebræi & Syri sub Nominibus Adad & Adargatis coluerunt) Solem & terram significabant, eorumque statuis & simulachris Leonem suppositum fuisse multis probat Giraldus Syntagm. 4. Quam repræsentandi rationem, & in Deo Syriæ ab Hieropolitanis adhibitam, testatur Lucianus, & Pausanias Cybelen Deorum Matrem Phryges pinxisse, cum Leonibus plaustrum trahentibus, juxtà illud Mantuani.

Magna Deùm Mater grandi turrita corona
Quæ ligat Idæo Lybicos temone Leones,

Præ cæteris tamen Persæ primi Ægyptiacæ doctrinæ hæredes, Mythram Ægyptios secuti pingebant Leonino capite. Mythras autem, vti alibi

Naturæ Leonis expositio Physica.

Sub Hori Throno Leones quid?

Plutarchus lib. de Osiride & Iside.

Hercules Leonina pelle indutus quid?

Cybeles plaustrum à Leonibus cur trahatur?

Mythras Persarum Numẽ Leonina forma.

ostendetur.

ſum fuit, myſticè Solem denotat; quem & in antro, quo Vniuerſum, teſte Porphyrio in antro Nympharum, denotabatur, varijs cerimonijs colebant; verùm ne quicquam, quòd Lectori dubium mouere poſſit, occurrat, ab ouo, vt dici ſolet, omnia demonſtrabimus. Numen illud, quod igneâ ſuâ vi in humidum ageret, in Coptitarum Arcanis reperi vocatum fuiſſe *Mophta*, id eſt, *aquarum Numen*, quod componitur ex ⲙⲱⲓ & ⲫϯ, vocabulis; quorum priùs aquam, alterum Deum ſignificare in Prodromo, & Supplemento eius, theſauro Ægyptiacæ linguæ annexo, oſtenſum eſt; Huncque ſub forma Leonis circa Nili ripas primis hominibus comparuiſſe ſucceſſiuâ traditione tenebant. Vndè Ægyptij hoc oſtento ſuſpenſi attonitique paulatim Leonem inter ſacra animalia receptum in cęlum retulerunt; tanquam viuum τȣ̃ *Mophta* habitaculũ, quemadmodum ſupra eadem de cauſa, Arietem & Taurũ cęlo illata eſſe oſtendimus, quæ Abenephi hiſce verbis affirmat:

ⲙⲱⲫϯ quid?

Origo cultus Leoni.

وكانا لمصريون الاهوت اخره ويقلوه مفطا يعني الله الما ويصروه بصوره الاسد وهو من ثنتعشر بروج ويعبدواه مثل الله واذا كان ان يدخل الشمس برج الاسد مفطا يعطي لهم الزيادة الما النيل ومنه نتحه في الارض مصر وبذكر الحسنه وضعوا المكياس زيادة الما في عدد الحروف الطيور ☼

hoc eſt: *Fuit autem Aegyptijs alia diuinitas, quam Mophta hoc eſt, Numen aut regem ſeu Genium aquarum vocabant, exprimebantque illud ſub figura Leonis, & eſt vnum ex duodecim ſignis Zodiaci, & venerabantur illud ſicut Deum, eò quòd, quãdò Sol ingreditur in ſignum Leonis, Mophta Deus eorum largiatur incrementum aquarum Nili, & indè fęcunditas in terra Aegypti, vndè & menſuram incrementi aquarum Nili in memoriam beneficij repoſuerunt inter literas animalium.* Quale verò ſit Nilometrium illud inter hieroglyphica repoſitum, dicetur alibi; cui conſonat pulcherrimè id, quod Horapollo lib. 1. hieroglyphico 21. deſcribit his verbis: Νίλȣ ⲥ ἀνάβασιν σημαίνοντες, ὃν καλȣ̃σι αἰγυπτιστὶ Νȣν, ἑρμηνευθὲν ⲥ σημαίνει νέον; ποτὲ μὲν λέοντα γράφȣσι, ποτὲ ⲥ τρεῖς ὑδρίας μεγάλας. ποτὲ ⲥ ȣ̓ρακὸν καὶ γῆν ὕδωρ ἀναβλύζȣσαν; λέοντα μὲν, ἐπεδὴ ὁ ἥλιος εἰς λέοντα γενόμενος; πλειόνα τὴν ἀνάβασιν τȣ̃ Νείλȣ ποιεῖται; ὡς τὲ ἐμμένοντος τȣ̃ ἡλίȣ τῷ ζωδίῳ τȣ́τῳ, τὸ δίμοιρον τȣ̃ νεȣ̃ ὕδατος πλημμυρεῖ πολλάκις; ὅθεν καὶ τὰς χολέδρας, καὶ τὰς εἰσαγωγεῖς τῶν ἱερῶν κρηνῶν λεοντομόρφȣς κατεσκεύασαν οἱ ἀρχαῖοι τῶν ἱερατικῶν ἔργων ἐπιστάται; ἀφ' ȣ̃ καὶ μέχρι νῦν κατ' εὐχὴν πλεονασμȣ̃ ὑγρότητος τὸ σχῆμα τȣ̃ λέοντος ποιȣ̃σι.

Nun quid Aegyptiace.

Nili inſuper inundationem ſignificantes, quem Aegyptiacè ⲛⲩⲛ, *id eſt nouum vocant, ſubi idè Leonem pingunt, nonnunquam tres hydrias magnàs, aliquandò verò cęlum & terram aquæ copiam ſcaturientem. Leo quidem cum Sol Leonem ſubit, ampliorem Nili facit inundationem, quandiù enim Sol in hoc ſigno perſiſtit ſæpenumerò in duplum ipſius Nili aqua excreſcit, vndè & tubos canaleſque ſacrorum fontiũ ſolent ij, qui ſacris præſunt operibus, ſub Leonis figuram exhibere; Quapropter in hodiernum vſque diem, dum pro immodica inundatione preces effundunt, Leonis ſignũ efformant.* Quod verò inundationem Nili ⲛⲩⲛ vocent, mendum eſſe puto; Nam inundationem Nili veteres Ægyptios proprio nomine vocaſſe ⲙⲟⲓⲙⲟⲓ, vel etiam contractè ⲙⲱⲙ, quaſi diceres aquæ aquæ, vel aquæ aquarum, ex Dictionario noſtro patet. Vndè facile loco ⲙ, ⲛ, poni potuit.

Tres hydriæ.

ⲙⲱⲙ vel ⲙⲱⲓ ⲙⲱⲓ quid?

ⲙⲱⲫⲧ ⲙⲟⲙ enim dici debere, tum ipsum etymon, tum *Mophta* Dei nomen ex ⲙⲟⲓ & ⲫⲧ compositum satis declarat; *Mophta* verò eundem esse puto cũ eo, quem *Nephte* Plutarchus vocat, vnum ex ijs quinq; Ægyptiorum Dijs, quorum nominibus quinque dies ἐπαγωμένους siuè intercalares intitulare solebant; qui incidebant circa idem ferè tempus, Sole Leonem ingrediente; facilè enim ⲙ, in ⲛ mutari potuit, quod in alijs quoque similibus nominibus *Moph, & Noph, Moncorius, Noncorius*, vti & in hac præsente voce *Mon & Nun* obseruasse me memini.

Mophta etymon. Nephte.

Mophta quid notat.

Intelligebant autem per *Mophta* Numen, vim illam Archetypi corroboratiuam in potentias terrestres agentem, seu Solis igneam vim, qua in humidum, illud promouendo agit; quo terra impinguata veluti ex diuturna tabe conualescit, & confortata ad fruges ferendas apta redditur atque idonea. Sol enim Leonem ingrediens, cum eo tempore ardentissimus sit, is ingentem vaporum ex fluminibus, lacubus, maribus attractorum copiam intra altissimos Æthiopiæ montes cogit, quos attractos coactosq; in aquã dùm resoluit, tùm flumina tùm lacus, tùm potissimum Nilus Æthiopiæ subiacens,

ingens continuò augmentũ capit, quo arida Ægypti Tellus, Typhonis adustiuà siue Ἀντιθέου Numinis vi destructiuà tabefacta, hoc τοῦ Mophta proluuio veluti irrigatione, potuque quodam corroborata confortataque, ad omnium rerum fęcunditatem animatur, promoueturque. Atque totam hanc ideam pulchro hieroglyphico expressam nobis suppeditauit Tabula Bembina in cuius inferioris limbi selide, Horum reticulata veste tectum, capite pueri, veluti lecto quodam incumbentem intuemur, cuius lecti anterior sponda pes Leoninus est, & capiti eiusdem ita coniungitur, vt vnam statuam conficere videantur; posterior verò lecti sponda, posteriorem Leonis pedẽ refert; caudâ in Lunæ sextilis figuram reflexâ; sub lecto verò tres canopi, siue hydriæ ponuntur, quarum prior canino; secunda accipitrino; tertia humana facie insignitur. Quod quidem hieroglyphicum schema nihil aliud significat, nisi descensum triformis Numinis, vel animæ mundi per globum alatum suprapositum indicatæ, in Horum siue Solem, & Sol in Nilum per virtutem Leoninam Mophta, quâ Anubis κυνοκέφαλος, Osiris ἱερακόμορφος, & *Kanub*, siue *Canopus*, Nili Genij, ad procurandam terræ fęcũditatem, & sub-

Expositio Iconismi physica.

ter-

terranearum aquarum bonorumq; omnium abundantiam, excitantur; per Anubidem prouidentia & cuſtodia; per accipitris caput Luna ſextili inſignitum, vis Solis mixta Lunæ, ſiue Oſiris cum terra; per canub denique benefica humidi elementi intelligentia, teſte Plutarcho, vti in lib. 3. oſtenſum fuit, indicantur. Quæ omnia pulchrè per florem Loti, quem Leonis figuræ vbique appoſitè appictum videmus, Solis ſymbolum, (de quo ſuo loco) exprimuntur. Sed nè quis ſola coniectura nos hæc tradidiſſe dicere poſſit; Audiamus Horũ, qui per tres hydrias, ſiue Canopos Nilũ indicatũ his verbis deſcribit: Τρία δὲ ὑδρίας, ἢ οὐρανὸν καὶ γῆν ὕδωρ βλύζουσαν; τὴν μὲν ὑδρίαν ὁμοίους καρδίᾳ γλώσσαν ἔχουσαν. καρδίαμὲν ἐπειδὴ παρ' αὐτοῖς τὸ ἡγεμονικὸν ἐστὶ τοῦ σώματος ἅπτι, καθάπερ ὁ Νεῖλος τῆς Αἰγύπτου ἡγεμὼν καθέστηκε. γλῶσσαν δὲ, ὅτι διὰ παντὸς ἐν ὑγρῷ ὑπάρχουσαν ταύτην, καὶ χαίρουσαν τοῦ εἶναι καλοῦσι. Τρία δὲ ὑδρία, ἤτε πλείονα ἤτε ἧττονα, ἐπειδὴ ἡ τῆς ἀναβάσεως ἐργασία κατ' αὐτὸν τεττάρων ὑπάρχει. *Tres autem hydrias, aut cœlũ & terram, quæ aquæ copiam ſcaturiat; Nilum perſimilem cordi facientes linguâ prædito, cordi quidem, quoniam princeps hæc & potiſſima apud ipſos habetur totius corporis pars, ſicut & Nilus totius Aegypti dux eſt & princeps. Linguæ autem, quod hæc perpetuo in humido eſſe gaudeat, inſuper & ipſam genitricem cauſamque rerum ſtatus appellant. Tres porrò hydrias, nec plures nec pauciores pingunt; quod triplex iuxta eorum ſententiam ſit inundationis cauſa effectrix.* Vides igitur quomodò vaſa ex obtuſo in acutum deſinentia cordis figuram, & quomodò perſææ folium appoſitum, linguam exprimant? vides quoq; qui per tres Genios diuerſos ſupra explicatos, triplicem inundationis cauſam aſſignarint; quarum etiam per tres hydrias ποικιλομόρφους tres philoſophiæ ægyptiacæ partes, quibus hoc Leonis hieroglyphicum adaptari poſſit, indigitauerint; ſcil. per faciem hominis, eam philoſophiæ partem, quæ ſpectat ad rationem, per faciem accipitris Luniformis, eam quæ ſpectat ad naturam; & per faciem caninam, eam; quæ pertinet ad mores, vt alibi fuſiùs indicabitur. Horopollo

Atque hinc primi Perſarum ab Aegyptijs inſtituti, igneam Solis vim ſignificantes Mythrã λεοντόμορφον, id eſt, ſub Leonis forma, antro, (per quod vniuerſum interpretabãtur,) incluſum exprimebant. habebat hoc antrum duas partes, Borealem & Auſtralem, per quas Solis inter tropicos currentis effectus indicabant, de quibus Porphyrium pulchrè diſceptantem vide in antro Nympharum; atque hanc ideam appoſitè Aegyptij denotabant per illud hieroglyphicum, quod in tabula Bembina videre eſt, intra portam videlicet ſtatuã λεοντόμορφον, varijs ſymbolis adornatam, quæ omnia ad præſentis materiæ ideam reſpiciunt; vbi vides ſerpentẽ circulo emergentẽ, intra quẽ ſcarabæus incluſus, in modũ ſtruppi capiti Leonino impoſiti; quo Momphta ſiue Leonini Numinis vis ſolaris indigitabatur, qua dum vniuerſa mundi penetralia ſubit, omnia, animat, & fæcundat, quæ aptè quoque per crucem anſa-

Mythras λεοντόμορφος ſiuſque expoſitio.

ansatam, quam sinistra gerit, & per sceptrum Lotophorum, indicantur. Quæ omnia fusiùs hoc loco interpretarer, nisi alijs locis ea reseruassem, vt itaque ad propositum reuertamur.

Hieroglyphica Leonis.

Erat Leo primò hieroglyphicum Numinis *Mophta*. Secundò inundationis Nili, quæ, Sole in Leonem intrante, igneâ illâ Solis vi, humidos vapores dissoluente, efficiebatur, quam quidem varijs medijs adumbrabant, vel per Leonem incumbentem, vel per eundem humanâ seù Virginis facie conspicuum, eò quòd hæc inundatio contingeret, Sole ex Leone in Isidis, siue Virginis signum intrante; vel per Leonẽ accipitris facie insignitum, aliisque quasi volatum affectantem, quemadmodum in Bembina tabula videre est; Quid verò per huiusmodi symbola anagogicè significârint, alibi dicetur. Tertiò, quid denique per Leonem valuis, ostijsque templorum præpositum intelligerent, Horus lib. 1. hieroglyphico 1 9. fusè prosequitur, vt suo loco dicetur. Prætereà figura Leonis vario modo picta multiplices hominis affectiones functionesque demonstrabat; vti hominem virtute præditum per Leonis exuuium, quòd ideò à Poëtis Herculi monstrorum, id est, perturbationum animi domitori dicatum est; iterum virum vnicum fortitudinis specimen præbentem, magnanimitatis normâ & prudentiæ exemplar per Leonem & Vulpem, teste Horo, effigiabant, per illum robur & magnanimitatem; per hanc verò prudentiam exponebant. Denique quia Leonẽ Ægyptij apertis oculis dormire, vel noctes insomnes ducere credebant, hinc iterum vigilantiæ & custodiæ hieroglyphicum, teste Horo, Leonem pingebant; atque hæc potissima ratio est, ob quam secùs templorum valuas, Leones & pingerentur, & exsculperentur, quæ consuetudo ad nostra vsque tempora penetrauit. Quòd verò Ægyptij per Leonem Simiam deuorantem, teste Horo, febricitantem innuerent, id alias quoque mysticas rationes continet. Dùm per Simiam, vt posteà dicetur, Lunam intelligunt, per febrim autem Ægyptum ariditate & siccitate quâdam febrili laborantem; Sol itaque siuè Leo Simiam deuorans, nihil aliud notat, nisi misturam illam Solaris luminis cum lunari; quâ Sol imbutus, & quasi saturatus fœcundo humore terram irrigans, eam à febri, hoc est, ariditate & siccitate perniciosa liberat. Quamuis pleraque illa hieroglyphica, quibus veteres naturæ designabant operationes, & παιδαγωγίαν ad mores quoque transferri possint, quod & nos in tertio huius Operis libro præstitimus.

Expositio Leonis symbolorum moralis.

Quid Leo Simiam deuorans.

Homo gulosus hierogyphice exhibitus.

Hoc pacto Horus hominem gulosum designans, Leonem frusta carnis depascentem delineat; hominem verò fœtido oris halitu, os Leonis hians, ob graueolentem huius animalis halitum, pingit. Vltorem, per Leonem telo confossum; nouit enim Leo percussorem sui; iracundum, per Leoninum caput, est enim hoc animal μεγαλόψαλος, & pupillis oculorum igneis præditum; pudendum quoque muliebre per Leonem exprimebant, quod id fœtorem oleret Leoninum, vti & herba quę inde vulnularia dicitur; ingentes irarum motus, per Leonem catulos suos caudâ flagellantem; iram per

Leo-

Leonem, & catulos flagellatos, eò quòd ossa Leonum inter se collisa, ignem emitterent. Per Leænam verò mulierem μονοτόκον, siuè semel tantùm partu enixam, eò quòd Leænam bis parere non credebant. Quæ omnia apud Horum fusè deducuntur. Quamuis pleraque apud Horum, non tam hieroglyphica, quàm allegorica symbola & emblemata quædam sint ad mores formandos inuenta; cum nullùm harum imaginum vltimò recensitarũ inter hieroglyphica in Obeliscis, sphyngibus, canopis, cęterisque tabulis cõspicuarum, vestigium reperiatur; quare pleraque Hori, si pauca excipias, potius inter apophtegmata allegorica, quàm hieroglyphica recensenda existimem.

Quid prætereà per simulacrũ Osiridis, quod leonis faciẽ seu catti referat, innuere voluerint Ægyptij, varij varia conijciunt. Aliqui à Diodoro lib. 1. par. 2. cap. 2. persuasi arbitrantur, ideò Osiridem tot ac tam diuersis formis spectari, quod Osiris, sicuti omnes sequentes Reges Ægyptij, Leonis, Tauri aut Draconis partem priorem in capite, insignia principatus ferre consueuerint; nos dicimus eos Leonis aut Tauri caput in capite, cùm ad cultum Deorum huiusmodi, tum ad attractionem eorum procurandam portasse. Alij aiunt, ideò factum, quod Typhone occupante Ægyptum, vt se à furore & eius rabie Dij tutarentur, sub diuersarum ferarum formis transformârint, vt hoc pacto ab eius rabie essent immunes; de qua metamorphosi, vtpotè à proposito nostro non adeò abhorrente, inferius dicimus. Plutarchus, inter alios genuinam huius Leoninæ metamorphoseos rationem asserens: sic dicit. *Leonem verò Soli dedicant, quod de curui vnguibus quadripedibus sola Leæna semel pariat, quod momento temporis dormiat, oculique dormientis suffulgeant; quod Leontinos fontes & hiatus suos noua aqua repletos inueniunt Nilo exundante, quandò Sol per Leonem transit.* Finxerunt antiqui fabularum inuentores, quod ferocissimo illo Nemæo Leone ab Hercule iuuene adhuc sedecim aut octodecim annorum occiso, in valoris sui memoriam Iuppiter imaginem huius Leonis inter duodecim signa quintũ in Cœlo constituerit, fortitudinis Herculeæ testimonium. Herculem autem Solem esse, monstrant tum claua cum superadditâ Leonis pelle, Herculis insigni, tùm maximè nominis ipsius etymon, de quo Macrobius cap. 20. lib. 1. hisce verbis: *Et reuera Herculem Solem esse, vel ex nomine claret; Heracles enim quid aliud est, nisi ἥρας, id est, aëris κλέος, id est, gloria? quæ porrò alia aëris gloria est, nisi Solis illuminatio, cuius recessu tenebræ ingruunt & caligo;* quæ explicatio ita arrisisse videtur Pontano lib. 1. de stellis, vt eam aptam versibus materiam assumpserit:

Varia symbola Osiridis.

Leo cur inter sidera relatus

Herculis etymon.

Pontanus.

. . . . Herculeo lætus cognomine, quando
Disijcit aërias nubes, lumenque ministrat:
Aëris ipse DEVS, DEVS & sua gloria Cęli.

Aliam etymi rationem sectatur Porphyrius, cuius verba apud Eusebiũ leguntur: ἡρακλέα αὐτὼ πρόσωπον ἐκ τοῦ κλᾶσθαι αὐτὸν πρὸς τὸν ἀέρα ἀπαναταλὴς εἰς δύσιν ἰόντα, χρόνου πατήρ.

Os

Ος περὶ κρατιφαγεῖς ἠῶ καὶ νύκτα μέλαιναν
Δώδεκ' ἀπ' ἀντολῶν ἄχρι δυσμῶν ἄθλια δέρπων.

Qui valdè fers auroram noctemque nigrantem
Sex bis ad occasum exanthlans certamina ad Ortum.

Quibus sanè verbis nihil aliud insinuatur, nisi duodecim illi Herculei, quos ei poëtica affinxit garrulitas, in mundo, duodecim signorum Zodiaci peragratione, labores; vt & Porphyrius apud Eusebium memorat; claua verò & pellis leonina quid significent, hisce verbis ostendit citatus apud Eusebium Porphyrius. *Clauam ait ei, & Leoninam pellem accommodant, alteram, vt inæqualitatem motus indicent, alteram verò, quoniam vires suas in Leone potissimum ostendit.* Macrobius item 1. Saturn. cap. 21. naturam Leonis ad Solem hisce verbis accommodat: *Animal,* inquit, *in Zodiaco consecrauerunt ea Cęli parte, quà maximè annuo cursu Sol valide efferuet calore, Leonisq; ibi signum, domicilium Leonis appellant; Quia id animal videtur ex natura Solis substantiam deducere: primumque impetu & calore præstat animalia, vt præstat Sol sidera: Validusque est Leo priore corporis parte, ac degenerat posterioribus membris; æquè Solis vis prima parte diei ad meridiem excrescit, vti à prima parte anni à vere in æstatem, mox elanguescens deducitur vel ad occasum, qui diei, vel ad hyemem, quæ anni pars videtur esse inferior, idemque oculis patentibus atque igneis cernitur sēper; vt Sol patenti igneoque oculo terram conspectu perpetuo atque indefatigabili cernit;* quæ sanè verba ita clara sunt, vt explicatione fusiori non indigeant.

12. Labores.

Claua Herculea.

Macrobius.

Accedunt ad confirmationem dictorum arcus & sagitta, quo nihil significatur aliud, nisi vis radiorum Solarium, de quibus iam supra mentio facta est: Medicus dicitur corona populea redimitus; eo quod teste Porphyrio mala ab inferioribus hisce Sol procul expellit. Corona verò populea, quâ coronabatur, nihil monstrat aliud, nisi noctis dieique vicissitudines, qua sicuti populi folia ex altera parte albicantia, ex altera nigro virore infuscata sunt; sic Sol ex ortu & occasu alternis motibus terram relinquit lucidā, & tenebrosam. Narrat quoque Diodorus, Osiridem Hercule sibi Socio adscito, totum mundum peragrasse, quo sanè nihil aliud significari vult, nisi fortitudinem Solis masculam omnia sibi subijcientem; & robur igneum, quo mundus hic sensibilis quadamtenus fouetur & sustentatur.

Arcus & sagittæ quid? Folia populi quid notent.

Sacer itaque Soli Leo erat, quia vti Macrobius in somnio Scipionis, ait: *Cum animæ à Cancro ad Leonem labendo peruenerint, illic conditionis futuræ auspicantur exordium, & quia in Leone sunt rudimenta nascendi, & quædam humanæ naturæ tyrocinia, Aquarius verò Leoni oppositus est, & illo oriente mox occidit, ideò cum Sol Aquarium tenet, Manibus parentatur.*

Leo sacer Soli.

In omnibus igitur Solem refert Leo, calore lucem, iubis radios, fulgore oculorum, fulgorem Solis; æstum, æstu intenso; insomni vigilantia, indefessum Solis laborem; & cum Leo æstuantissimum animal sit, (vt ex ossibus etiam eius veluti è silice ignem elici posse asseueret Plinius supra citatus) nō incongruè ob hanc cum Sole analogiam in summo honore habebatur, in

quorum

quorum honorem & vrbes & templa dicabant. Sed audiamus Ælianum: *Leonibus*, inquit, *in Aegypto religionis cultus non modò tribuitur, sed etiam ex ijs vrbs nomen traxit. Quorum sanè vim ac naturam exponere non alienum erit: Templa habent sibi consecrata, & sedes ad commorandum amplas & ad exercendum spatia & curricula laxa, tum eis bubulæ carnes quotidie præbentur, quas distractas atque ab ossibus denudatas, cum intereà exedunt & conficiunt, ab Aegyptijs incantantur Aegyptiâ voce, cantionis argumentum huiusmodi est, nè ex aspicientibus quēquam fascinent; imò non solùm eorum multi diuinitatē & religionem apud ipsos habēt, verùm etiam sedes eis dedicatæ; è regione contrarios auersosque aspectus habent, quorū fenestræ tùm quæ ad Solis exortum pertinent, tùm etiam, quæ ad occasum spectant, apertæ suauiorem viuendi rationem eis, & iucundius habitandi domicilium efficiunt; tùm eis etiam sunt exercitationum loca ad tuendam valetudinem, tùm propinquæ palestræ. Eos ideò Vulcano Aegyptij consecrant, (est autem Vulcanus nihil aliud, nisi ignea quædam Solis subterranei virtus & fulgure eluescens) quod sint naturæ vehementer ignitæ, atque adeò exteriorem ignem, ob interioris vehementiam ægerrimè intuentur.* Plinius. Ridiculus cultus Leonis.

Atque ex his omnibus patet, quod sicuti Aegyptij Osiridis simulacrum forma accipitris, ad lucidam Solis virtutem omnium penetratiuam indicādam; ita ob summam eiusdem in operando fortitudinem, & vim corroboratiuam, illud idem sub Leonis forma repræsentabant; Hinc in Obeliscis Mahuteo, Mediceo, Monti-cęlio positum vides simulacrum Mophta Leoniforme, characterе Tautico instructum; cuius sensus idealis est, qui sequitur.

Nota Lector huius figuræ caput non accipitris, sed Leonis intelligi debere.

O *Sacri seu diuini Osiridis*

Seu Solis ignea potestas & fortitudo

♀ *Quâ Mundum, Cęlos & elementa atque ideò omnia, quæ ex eis componuntur, virtute sua corroborat conseruatque.*

Prætereà Sol Leonis vultu figurabatur, inquit Lutatius Placidus, vel quòd hic Deus cœteros vi nominis & potentia excellat, vt inter reliquas feras Leo, vel quòd sit rapidū animal; de hoc & simili idolo scripsisse videtur Minutius Felix in Octauio, dùm inquit: *De Capro etiā & homine mixtos Deos, & Leonum, & Canum vultus Deos dicitis.* Arnobius lib. contra gent. & ipse: *Inter Deos videmus*, ait, *Leones toruissima facie, mero illita minio & nomine frugifero appellari*; Sed & Tertalion: *Illi*, ait, *debebant adorare statim biforme Numen, quia ex canino & leonino capite commixtos; & de capra & ariete cornutos & à lumbis hircos, & à cruribus serpentes, & plantis vel tergis alites Deos receperūt.* Hinc originem lib. 4. de abstin. desumpsisse videtur Porphyrius, hæresim Lutatius Placidus.

Ad compositionē simulacrorum quod libet animal cum homine assumptum.

ſuam ſtabiliendi, ad ſimulacrorum videlicet compoſitionem quodlibet animal cum homine olim aſſumptum fuiſſe, veluti cùm humano corpori facies auis cuiuſpiam leoniſque iungeretur, & Lucianus huc reſpexiſſe videtur λεοντοκεφάλας ἀνθρώπους recenſens. Imò hæc non tantùm apud Ægyptios, ſed & apud omnes paſſim nationes & populos myſticis ſignificationibus inſeruiſſe, teſtātur variæ inſcriptiones: huiuſmodi Leonis terrifici caput in ſepulchro ſuo Simandius in ſignum fortitudinis ſuæ, pingi voluit; apud Heſychium Leones fontibus Alphei fluminis dedicantur; Sycione teſte, in templo Æſculapij ſpectatur ſomno ſopitus Leo: ſed de hiſce & ſimilibus, ſi plura deſideres, conſule Suidam, Herodotum, Cœlium, Diodorum, Gyraldum, Pierium, alioſque.

Magi & Oniromantiæ quid per Leonis partes ſignificarent.

Hinc Magi multum vtebantur Leone in ſuis diuinationibus. Oniromantiæ enim Leonem in ſomno apparentem, principatum & dominium portendere aſſerunt, confirmant ſomnio Olympiæ coniugis Philippi Macedonum Regis, quæ in ſomno viſa parere Leonem, paulò poſt peperit Alexandrum, Orbis terrificum dominatorem. Apollonius quoque cum nō procul Babylone receſſiſſet, leænam inuenit, cuius vtero cæſo, octo catuli reperiebantur: vndè coniecit, peregrinationem ſuam ad Indorum Regem vno anno & octo menſibus duraturam. Putabant enim antiqui, Leonem aliquid ſupra id, quod brutum eſt, poſſidere: Vndè nimirum eſt, quod de ſimili materia legitur apud Philoſtratum in vita Apollonij: *Vir*, inquit, *quidam Leonem manſuefactum ex loro velati canem, quocunque vellet, ducebat. Leo autem non modò ei, qui ſe ducebat, blandiebatur, ſed cęteris omnibus, qui ei obuiā veniſſent, templa etiam ingrediens, nihil tamen de victimis ſacris tangebat; Is Leo ad Apollonium veniens, qui tum forte in templo ſedebat, & ad eius genua procumbens, humiliùs etiam, quàm homines ſupplicare videbatur; quod videntes, qui aderant, mercedis cauſa id facere arbitrabantur. Reſpiciens autem ipſum Apollonius, hic, inquit, Leo me rogat, vt vos doceam, hominis animam ſe habere; Eſt autem is Amaſis quōdam Aegypti Rex circa Saiticam præfecturam, quibus verbis auditis Leo mirabiliter fremens lachrymabilem rugitum edidit, tùm dentibus infrendens cùm plorare proculdubio videretur, aptiſsimè lachrymas fundebat: demulcens igitur illum Apollonius: Ego,* inquit, *Leonem cenſeo Leontopolim mittendum eſſe, ibique in templo collocandum; Regem enim maximè in regiam belluam conuerſum, tanquam egenum mendicare iudico. Poſt hæc congregati Sacerdotes Amaſidi ſacrificauerunt, & belluā torquibus vittiſque redimitam in interiorem Aegyptum miſere, tibijs ante ipſam carmina & hymnos decantantes;* hactenus Philoſtratus.

Apollonius Tyaneus, quid per Leænam & catulos vtero gerentem notarit.

Philoſtratus in vita Apoll. De Leonum exēplum.

Magi quoque omnes Metempſichoſin credunt, communem nobis cum reliquis animalibus naturam inſinuantes, hymniſtas vel eos, qui ſacris initiati ſunt, Leones appellant, mulieres ijſdem ſacris initiatas, leænas, miniſtrantes verò Coruos, patres aquilas & accipitres, & qui Leoninis ſacris initiati ſunt, illis variæ animalium figuræ circumponuntur, teſte Porphyrio, atq; hæc Leonis excellentia & dignitas.

Metempſychoſis.

Sed

sed dictis partibus ab Ægyptijs instructus aliquam in se non deriuasset; Hinc ille reconditarum rerum scientiæ pruritus apud posteros. Quinam igitur ex posteris de ijs scripserint, & quomodo ad nostra vsque tempora propagata fuerit, ex omnium seculorum Authorum superstitibus fragmentis hoc loco demonstrare visum est; à primo Scriptore initium facturi. Chamus itaque filius Noë, primus post diluuium Zoroaster, primus Magica monumenta ad Ægyptios, Chaldæos, Phœnices, & Persas traduxisse fertur. De quo pulchrè Ioannes Cassianus in 8. Collat. c. 21. cuius verba allegata sunt suprà folio 42. quæ consule. Cui consentit Petrus Comestor in historia Ecclesiastica, qui eum ex Clemente, & Iosepho artem Magicam, Astrologiam cæteraſque artes in quatuordecim Columnis, septem lateritijs, totidemque æneis contrà aquam, ignemque insculpsisse refert.

Ioannes Cassianus de Chamo.

Hunc secutus est Hermes Trismegistus, secundus Zoroaster, qui falsam doctrinam Chami, Misraim, aliorumque filiorum emendans, vti in præcedentibus probatum fuit, auitæ doctrinæ conformem edidit; Author literarum, qui & ipse ob singularem rerum naturalium scientiam à Chaldæis Zoroaster dictus, vt suprà probauimus. Sed de libris Hermetis audiamus Clementem lib. 6. Stromatum fol. 130. *Sunt ergò quadraginta duo libri Mercurij valdè necessarij, ex quibus triginta sex continent omnem Aegyptiorum Philosophiam, ediscunt ij qui ante dicti sunt* Sacrorum Præsides *reliquos autem sex παστοφόρους, id est, qui pallium gestant, qui pertinent ad medicinam, nempè de constructione corporis, de moribus, de instrumentis, & medicamentis, de oculis, & de mulieribus;* Quorum fragmenta Origenes ait lib. contra Celsum, suo tempore fuisse in Bibliothecis Ægypti adhuc superstites. Certè Arabes, & Chaldæos plerosque excerpta ex Hermete suis monumentis inseruisse, in discursu Operis videbitur. Ex his pleraque antiquos scripsisse testis est Iamblichus, imò fragmenta illa Oraculorum, in quæ copiosos commentarios Phlethon & Psellus scripsere, non alterius censenda sunt, quàm dicti Mercurij Trismegisti, Zoroastris secundi, vti alibi probauimus: de quibus lege Opusculum Ioannis Opsopæi Parisijs impressum anno 1612. Extat & huius Zoroastris Oracula, & Sapientia in Bibliotheca Vaticana, Altempsiana, varia adhuc fragmenta, quæ suo tempore tùm hic, tùm in Oedipo adducentur. Chaldæi verò, & hæc sui juris fecerunt, vt pulchrè ostendit Iochaides in libro reconditarum rerum referto, quem Zoar inscribit; vbi ab Ægyptijs instructus, quinque Sapientum ordines constituit, hoc est, Chesdaim, Asaphim, Hartamim, Mecaschephim, Cazarim, qui ordines & in libro Danielis cap. 7. indicantur. Per *Chesdaim* designat Genethliacos, quos Plinius ait initium habuisse à Belo Ioue Nini Assyriorum Regis Patre. Hi cœlorum motus diligentissimè spectarunt, & circa Astronomiæ rationes, prædictioneſque occupabantur; quorum & Philo in libro de Abraham meminit in hunc modum: *Chaldæi scientiâ stellarum periti, omnia astrorum motibus tribuebant, à quibus credebant, dispensari mundi potentias, quæ constat ex numeris*

Libri Mercurij, Apud Clementem lib. 6. Stromat.

Ioannes Opsopæus in Oratione de Zoroastris Oraculis.

Iochaides in Zohar.

Quinque Sapientum Ordines.

Chasdim quales fuerint.

Philo in libro de Abraham.

meris eorumque proportionibus ; Venerabantur iſti, res viſibiles non percipientes inuiſibilia, & intelligibilia, ſcrutantes illorum tantùm ordinem ; atque ita è Solis, Lunæ, Planetarum, Aplanetarumque circuitibus, & anni in quatuor tempora diſtincti vicibus conſenſuque rerum cœleſtium terreſtriumque mundum ipſum DEVM eſſe exiſtimabant, profana opinione creaturam ſimilem facientes Creatori. Atque hic eſt primus ramus à Zoroaſtre Ægyptio Hermete deriuatus, qui cùm viſibiles huiuſmodi mundi ſubſtantias, Solem, Lunam, Stellas, inuiſibiles DEI vnius virtutes ſymbolicè indigitaret, illi tamen ad viſibilia reſpicientes, omnia ſenſibilibus Numinibus plena exiſtimantes, tandem primo mundo, poſteriſque præbuêre totius idololatriæ, ſuperſtitioniſque ſeminarium.

Mundus DEVS creditus ab antiquis.

2. Ordinis Sapientes משפים Aſaphim.

Aſaphim, qui à vetuſto Latinæ editionis interprete, Philoſophi, à Septuaginta Interpretibus Magi appellantur; de omnium tàm diuinarum, quàm humanarum rerum cauſis philoſophati ſunt, quorum Authorem ab Hermete ſynchrono, inſtructum Baalam eſſe quidam putant, & hoc ipſum ſcripſiſſe Origenem lib. contra Celſum reperio, cuius etiam vaticinationis ſcriptura poſt multa ſecula admoniti Magi ex Oriente in Iudæam profecti ſunt Chriſtum adoraturi. Sed nos veriùs à Zoroaſtro, quem & Baalam dictum alibi oſtendimus, hoc profluxiſſe probamus; quorum placita alibi fuſiùs examinabuntur. Porrò *Hartumm*, qui à Septuaginta ἐπαοιδοὶ, hoc eſt, incantatores, & à D. Hieronymo Harioli nuncupantur, Dœmonum execrationibus dediti, originem duxerunt, Iuſtino, & Auguſtino teſtibus, ab Hermete Zoroaſtro Ægyptio, verè Magiæ inuentore, quæ deindè ab alio quodam huius nominis Mago corrupta, & ad incantationum deliramenta deducta fuit.

3. Ordinis Sapientes חרטמים Hartumim.

4. Ordinis Sapientes מכשפים Mecaſchaphim.

Mecaſchaphim, qui à Septuaginta Int. dicuntur φαρμακοὶ, veneficos vocat Hieronymus, putatque eos eſſe, qui ſanguine vtuntur, & victimis, & ſæpè contingunt corpora mortuorum, & ex his deriuant; de quorum ritibus, & ceremonijs fusè in ſequentibus. *Gazarim*, ſiuè vt Septuaginta eos vertunt Gazarenos, Hieronymus Haruſpices, ſiuè eos qui inteſtinis hoſtiarũ inſpectis diuinant. Atque hæ erant Chaldaicæ Sapientiæ partes, quæ à temporibus Cham vſque ad Nabuchodonoſoris tempora durauit, quibus & Danielem imbutum legimus Dan. 7 ramuſque, vt dixi, erat ex Aegyptiacæ Sapientiæ quinta parte, quam Magiam vocabant, propagatus. Atque hinc liber Cham, elementa, ac praxin Necromanticæ artis continens, liber ab impijs Magis ſuppoſititio quodam partu ſub nomine Cham editus, cuius & Ciccus Aſculanus in libro de Sphæra meminit. De quibus fuſiùs tractantem conſule Rambam in magno Opere Thalmudico, & in More nebuchim lib. 3. c. 29.

5. Ordinis Sapientes גזרים Gazarim.

Sed vt ad inſtitutum reuertamur. Compoſuit itaque Hermes varios libros, ex quibus Chaldæi primùm, deindè Sabæi ſuæ ſuperſtitionis fundamenta jecerunt. Erant autem Sabæi ex ſemine Cuſij, qui Zoroaſtris ſuper-

perſtitionibus imbuti, ab Hermete rerum in Ægypto potiente, tanquam Hæretici expulſi, Arabiæ felicis partes, quæ Chaldæam reſpiciunt, tenuerunt. Hi libros, quibus doctrinam Hermetis eruditiorem jactabant, circumferebant. Tractabant hi de Aſtrologia, de Stellarum occultis influxibus, de Statuarum confectione, & conſecratione, de Oraculorum inſtitutione, ſiuè de fabrica imaginum loquentium, de viribus herbarũ, fructuum, ſeminum, arborum, animalium, quæ omnia viua Deorum habitacula eſſe credebant. In quibus ſi vllis, certè hieroglyphica doctrina, tametſi innumeris ſuperſtitionibus corrupta, maximè juxtà genuinas rationes exponitur, vti in ſequentibus patebit. Verùm nè quicquam proprio ingenio confinxiſſe videar, huius rei teſtem adduco celeberrimum apud Hebræos Authorem Rambam, qui de Sabæis parte 3. More nebuchim c. 29. ſic ait:

Sabæi ab Hermete Aegypto expulſi tanquam Hæretici.

Rambam in More nebuchim.

ידוע שאברהם אבינו עליו השלום גדל באמונה חצאבאים ורעיתם שאין אלוה דק הכוכבים וכשאודיעך בפרק הזה ספריהם ונמצאים עתה בידנו אשר נעתקו ללשון חערב ודבריהימים שלהם הקודמים ואגלה לך רעתם מהם ועניניהם יתבאר לך אמרם בביאור שהכוכבים הם האלהיות ושהשמש הוא האלוה הגדול וכן אמרו עוד שהשאר הכוכבים החמשה אלהות אבל שני המאורים הם יותר גדולים ותמצאם בביאור שהשמש הוא אשר ינהיג העולם העיליון והשפל בזה חלשון אמרוחו ותמצאם שזכרו בספרים החם הימים שלהם המצא זה ענין מבואר כן בספר נקראת העבודה חגבטיה *Notum eſt Abrahamum Patrem noſtrum educatum eſſe in fide Sabæorum, qui ſtatuerunt nullum eſſe DEVM præter ſtellas; ſed cùm tibi indicauero in hoc capite libros ipſorum, qui nunc ſunt in manibus noſtris tranſlati in linguam Arabicam, & Annales ipſorum antiquos, & exinde ſententias eorum adduxero, videbis eos expreſſè dicere Stellas eſſe Deos, & Solem eſſe magnum Deum; Ita dicunt quoque reliquos quinque Planetas eſſe Deos, ſed duo luminaria Deos eſſe maiores. Inuenies quoque illos clarè dicere, Solem regere mundum ſuperiorem & inferiorem; Inuenies etiam hæc omnia manifeſtis verbis in libro, qui vocatur Abadat hagubti*, id eſt, de cultura Ægyptiorum, aliique libri, de quibus poſteà.

Horum eorundem librorum mentionem faciunt Arabum Scriptores. Salamas libro intitulato, Hortus mirabilium mundi; Gelaldinus in tractatu de hiſtoria veterum Ægyptiorum; Abenephi, & Aben Vachaſia de cultura Ægyptiorũ, & libro de antiquitate, vita, moribus, literis veterum Ægyptiorum, quos penes me habeo, ex quibus haud exiguum ad hieroglyphicam inſtitutionem ſubſidium allatum eſt. Hos autem libros longè ante Moyſis tempora à Sabæis conſcriptos expreſſè dicit Rambam, erat enim ijs ſeculis tanta horum librorum celebritas & fama, vt penè vniuerſum mundũ, vt dùm quiſq; pro ſuo arbitrio interpretari conatus eſt libros hos myſterijs plenos, in manifeſtam deducerent idololatriam, verba ſunt Rambani:

Libri Aegyptiorum veterum apud Rambam, ex quibus Aben vatchia & Abenephi Arabes ſua, pleraque deſumpſerunt.

וספר הגדול בזה ספר העבדה הגובטיה חעתקו אבן וחשיה וזה ספר מלא שגעונית עיבדי עז פרק וממה שנפשות החמון נוטות אליו ונקשרות בו רל' עשיית הטלשמות והורדת הרוחנים והכשפית והשרים והחמזקים והשוכנים במדברות וגלגל גם כן בספר והואשגענות עצמות ישחקו מהן אנשי השכל חשני

Liber de cultura Aegyptiorum, quē transtulit Abenvaschia, quid contineat.

בהן לדקדק ולטעון במופטים המבואדרים אשר ידעו בהם כל אנשי העולם שיש אלוח שיפט על כל בני העולם *Celeberrimus inter alios liber est de Agricultura Aegyptiorum.* (Textus habet חכבטי corruptè, debet enim esse חגובטי id est, Gubti, ita enim Arabicus habet) *quem transtulit Abenuachsia, liber plenus insaniarum, & aliarum rerum, ad quas vulgò homines propendunt, & inclinant, de fabricatione scilicet imaginum loquentium, de descensu Spirituum familiarium, de præstigijs & Dæmonibus, habitantibus in desertis, vti sunt Satyri &c.* vt vel hinc Moyses occasionem libros legales ordinandi sumpserit, vt videlicet eiusmodi ritibus, legibusque contrarios gentium ritus & ceremonias euerteret, & populum DEI electum, cæteroquin in huiusmodi pronissimum ab hac pestifera lue liberaret. Fragmenta horum librorum ex Arabum & Chaldæorum monumentis depromptam, vide paulò post adducenda. Fuisse autem hosce libros Mercurij, à Sabæis præcepto Tauti, siuè ipsius Mercurij transcriptos, Eusebius ex Philone, hic ex Sanchoniathone testatur hisce verbis:

Libri Tauti & 7. fratrum.

Ταῦτ' τὲ φησὶ πρῶτοι πάντων ὑπομνηματίσαντο οἱ ἑπτὰ Συδεκιοπαῖδες κάθηοι, καὶ ὀγδοὸς αὐτῶν ἀδελφὸς Ἀσκλήπιος ὡς αὐτοῖς ἐνετείλατο Θεὸς Τααυτός. *Hæc verò, dicit, primi omnium transcripta posteris tradiderunt Septem filij Cabij* (vel vt alius textus habet, Cabari veriùs Sabij) *& octauus eorum frater Asclepius, quemadmodum illis Deus Tautus præceperat.* Tatum verò Tauti filium Mystam & Sacerdotem veluti mysteria quædam primùm mundo, sub analogijs naturam, mundumque respicientibus publicasse. Idem paulò antè citatus Philo apud Eusebium testatur his verbis: Ταῦτα πάντα ὁ Θαβιώνος παῖς πρῶτος τῶν ἀπ' αἰῶνος γεγονότων Φοινίκων ἱερομάντης ἀλληγορήσας, τοῖς ἐφησικοῖς καὶ κοσμικοῖς πάθεσιν ἀναμίξας, παρέδωκε τοῖς ὀργιῶσι καὶ τελετῶν κατάρχουσι προφήταις. *Hæc omnia Thalionis (verius Tationis, vel Cati filius) omnium primus à seculo natorum Phœnicum hieromanthes, naturæ & mundi rebus diuina miscens veluti mysteria & orgya quadam tradidit præsidibus mysteriorum Prophetis.* Vides igitur quam pulchro filo ea omnia ex antiquitatum omnium maximis deducantur. Quis verò fuerit Sanchuniathon omnium post Moysen, cui suppar creditur fuisse, Scriptorum vetustissimus, restat demonstrandum. Sanchoniathon ex Beiruth, siuè Beryto Phœnix, multis ante Troianum bellum temporibus, Historiam Phœnicum in nouem libros diuisam, Ægyptijs parallelam scripsit; in qua tractat de Iudæorum gestis, de disciplinis & institutis, librisque sacris Ægyptiorum & Phœnicum, antiquissimarum mundi gentium. Hic Tauti, siuè Mercurij libros summâ curâ inquisitos transcriptos ad posteros detulit. Verùm vt omnia suis subsistant testimonijs, Eusebium dicta exquisitissimis verbis adstruentem audiamus:

Sanchuniathon quis?

Quid, & de quibus scripserit.

Eusebius de Sanchoniathone testimonium.

Ἱστορεῖ τ' ταῦτα Σαγχουνιάθων ἀνὴρ παλαιώτατος, καὶ τῶν Τρωικῶν χρόνων, ὥς φασι, πρεσβύτερος, οἳ καὶ ἐπ' ἀκριβείᾳ καὶ ἀληθείᾳ τῆς Φοινικῆς ὑστορίας ἀποδεχθῆναι μαρτυροῦσι. Φίλων δὲ τούτου πᾶσαν τὴν συγγραφὴν ὃ βίβλιος, οὐχ ὁ ἑβραῖος μεταβαλὼν ἀπὸ τῆς Φοινίκων γλώσσης ἐπὶ τῆς ἑλλάδα φωνὴν ἐξέδωκε; μέμνηται τούτων, ὁ καθ' ἡμᾶς τῶν καθ' ὑμῶν πεποιημένος συσκευὴν, ἐν τ' τάρτῳ τῆς πρὸς ὑμᾶς ὑποθέσεως, ὧδε τῷ ἀνδρὶ μαρτύρων πρὸς λέξιν. *Narrat verò hæc Sanchuniathon vir vetustissimus, & Troianis temporibus, vt dicitur, antiquior, quam Phœnicum historiam, maximâ diligentiâ & veritate scripsisse testantur;*

est,

Et per caput quidem A, nihil aliud nisi Anubin, eiusque sagacitatem; per sphœram, ad cœlestes disciplinas spectantiũ rerum inuentionem, per D caduceum ὀφι-πτερόμορφον, celerem mentis motum, ad ratiocinandum, & inueniendum, aptum, quâ eloquentia & persuasio ad animos hominum in quamcumque partem trahendos, comparatur, & veritas rerum per nuditatem B, vti & fęcunditas mentis, per genitale viri detectum, indicata, acquirũtur. Crocodilo E insistit, ad tutelam Ægypti, Genio Nili commissam, contra Typhonios insultus indicandam. Caput verò κριοπρόσωπον G canistro capiti imposito verendum, vti & per caput βούμορφον K, & modio instructum, asseclas denotabant Anubidis, per illud quidem Amun, ignei-humidi præsidem, vti in præcedentibus explicatum est; per alterum bonorum omniũ terrestrium præsidem Serapidem, quibus tanquam Genijs Ægyptijs principalibus omnia bona procurarentur, appositè exprimebant; per stellas binas F, ortũ & occasum ⲥⲓⲱϯ, cuius ortus incrementum Nili, & felicitatem bonorum; occasus verò contrariam sortem promittebat, designabant; & felicitate quidem per oliuæ foliũ L, per palmæ verò M foliũ, sterilitate indicata; sed hæc omnia in figura hac adiuncta contemplare. Vocantur autem hæc tria Numina Adelphi, id est, fratres, eò quòd communi amore veluti fratres, in commune bonum Ægypti, eorum fidei & tutelæ commissæ, conspirare videantur. Quibus verò sacrificijs, cerimonijsq; ea placare, & propitia sibi reddere Ægyptij studerent, alibi fusè dicetur. Authoritates nõ appono, eò quòd pleræque in præcedentibus indicatæ sunt, nè toties easdem Authoritates allegando fastidium potiùs, quàm voluptatem Lectori pareremus.

Explicatio schematismi Anubis.

Expositio figuræ physica

Ab Ægyptijs Romani instructi, passìm ad publica vota stabilienda in numismatis Anubidem Cynocephalon incidebant, sistro & caduceo insignem, & ex altera parte Isidem cum sistro pariter, & cyatho fructibus pleno exhibebant; quorum symbolorum significatio, cum suprà explicatis pulchrè consonat; per sistrum enim, teste Plutarcho, nihil nisi genium, siuè Agathodœmona, cuius tinnitu Typhonẽ ἀντίθεον fugari putabant, notabant. huiusmodi numisma Guilielmus Choux apud doctissimum virum Dominum Ioannem Baptistam Casalium nobis spectandum proponit, vti sequitur.

Variæ formæ Anubis.

Canis itaque hieroglyphicum, in nostro hoc Obelisco variè spectandum proponitur, vel per hominem κυνοκέφαλον, vel per absolutam canis sedentis figuram; primò, Anubin rationis, rerumque inventionis præsidem; secundò, Sacerdotem Hierogrammatea, siuè sacrum Scribam, Sacerdotem & Vatem, siue Regem significabant. Quibus, his verbis consonat Horus: Ἱερογραμματέα δὲ πάλιν, ἢ προφήτην βουλόμενοι γράφειν: κύνα ζωογραφοῦσι; ἱερογραμματέα μὲν ἐπηδήπερ τὸν βουλόμενον ἱερογραμματέα τέλειον γίνεσθαι, χρὴ πολλὰ μελετᾶν, ὑλακτεῖν

Horapollo.

τε συ-

τὸ συνεχῶς καὶ ἀπηγριῶσθαι, μηδενὶ προσχαριζόμενον, ὥσπερ οἱ κύνες. Προφήτην τὸ, ἐπειδὴ ὁ κύων ἀτενίζει πρὸς τὰ ἄλλα τῶν ζώων, εἰς τὰ ἄλλα Θεῶν εἴδωλα, καθάπερ Προφήτης. *Rursum*, inquit, *sacrum Scribam, aut Vatem, seù Prophetam scribere volentes, canem pingebant. Sacrum quidem Scribam, quoniam quicunque voluerit, vt par est, & absolutissimè hoc munere fungi, eum oportet multa meditari, assiduèque omnibus more canum allatrare, & ferum esse, nullique gratificari, id est, nulli in peruersitate morum increpanda parcere, nullius respectum habere. Vatem autem siuè Prophetam, quod canis præter cæterorum animalium consuetudinem fixis in Deorum simulacra, non secùs ac vates consueuere, intentisque prospiciat oculis.* Ælianus lib. 7. cap. 18. *Solos verò Memphicos canes in medium, auditione percepi, rapinas proponere, & communiter viuere; maximè omnium animalium defixis oculis Deorum simulacra intuentur.*

Canis Vatis & Prophetæ symbolum.

Canes simulacra Deorũ fixis oculis intuentur.

Porrò per figuram quoque canis sedentis cum sistro, aut cruce ansata signabant Geniũ Nili, quem Horus, Αστροκύονα, aut *Sothin*, nos veriùs ⲥⲓⲱϯ, vocamus, notabaturq; per eũ incrementũ Nili, quod fiebat sub ortũ caniculæ, Sole Leonẽ ingrediente, quo tẽpore fœcunditas Ægypti mirificè promovebatur; per sistrum verò aueruncationem denotabant Typhonis, ariditate & adustiua quadam vi, teste Plutarcho, omnia conficientis, vti suo loco fusiùs dictum est. Hinc primũ mensem, terrâ, siuè Isi, post inundationis beneficia veluti fœcundatâ, nouisque rerum seminarijs impinguatâ, Mercurio siuè Anubi dicabant, quem & à nomine eius Thoth dicebant, de cuius institutione fusissimè in nostra Astrologia hieroglyphica, ad quam Lectorem remittimus. Cur quoque Sothis cum Iside & Anubi confundantur passìm, vti nequaquam mysterijs caret, ita id alibi opportuniùs explicandum est.

Sothis vel ⲥⲓⲱϯ.

Quid sistrum in manu Anubidis.

Thoth.

Lupum verò vti animatam Solis imaginem venerabantur, quia hoc animal, vti exponit Macrobius, omnia arripit, ad Solis instar, qui radiorum vi omnia ad se trahit. Hinc Apollini Lycij cognomentum; hinc Aegyptiorum Lycopolitana superstitio, Apollinem & lupum pari prosequentium cultu, vndè & Lycoctonum herbam in Aegyptum importari vetuerunt. Osiridem quoque ab inferis redeuntem, ad Isidem à Typhonis violentia tutandam, in Lupum se transformasse Plutarchus memorat; Lupum quoque semper Osiridi comitem fuisse, Diodorus docet. Verùm cùm de Lupo in nostro Obelisco nihil singulare occurrat; de eo quoque fusiùs discurrendum non duxi; sed consultiùs hanc de Lupo tractationem symbolicam in proprios tractatus Oedipi reseruauimus.

Quid Lupus Anubidis comes notet.

Lycoctonos herba.

Diod. l. 1. c. 2.

HIEROGRAMMATISMVS VI.

De Cynocephalo siuè Cercopitheco, eiusque hieroglyphica significatione.

SI Sol solus foret in vniuerso, omnia pernicioso ardore, & siccitate combustum iri certum est; Ægyptij itaque videntes, Lunam radios Solis plùs æquo feruentes exceptos, humiditate suâ ita temperare, vt indè omnis sublunaris mundi decor & gratia, omnis fœcunditatis vbertas originem inuenerit; Solem quippè sine Luna, hanc sine illo consistere nullâ ratione posse arbitrati sunt. Hinc illos principales, & primi ordinis Deos & Numina existimarunt; & Solem quidem Osirin, Lunam Isin, teste Plutarcho, Eusebio, Diodoro; Typhona verò, quicquid in Sole vitiosum, pernitiosum, exitiale ac destructiuâ vi imbutum est, teste eodem Plutarcho, nuncuparunt. Si itaque Typhon solus esset, vtpotè humano generi contrarius, giganteâ suâ inanitate omnia conficeret. Osiris itaque & Isis debuerunt esse, quorum amico coniugio filius Horus, id est, quicquid in hoc mundanæ molis ambitu continetur, crescit, alitur, fouetur, & perfectionem suam nanciscitur. Hinc tanto studio contra Typhonis violentas machinationes res singulæ, quæ sub Osiris & Isis tutela constituuntur, armantur: per huiusmodi autem velitationes, conflictus; dissensusque Typhonis, assectarumque Gigantum, nihil aliud significare voluisse visi sunt, quàm naturalium rerum consensus dissonos, consonosque dissensus, quos antipathias rerum dixerunt veteres, sine quibus, vt mundus conseruetur, fieri non potest. Hinc appositè Plutarchus refert, Mercurium Typhoni neruos excidisse, & indè lyram sibi confecisse, quâ pulchrè vis vniuersi ex contrarijs & dissonoconsonis constituta innuitur. Hoc pacto quoque, vt ad institutum reuertamur, animalia ad sacrarum literarum structuram assumebant Lunæ-Solaris naturæ; his enim fœcundam Solis cum Luna commistionem ad generationes rerum perficiendas, à natura intentam significabant. Animalia verò Lunæ-Solaris naturæ sunt, canis, felis, siuè ælurus, Cynocephalus, siuè Cercopithecus, ab hoc initium faciemus nostræ disceptationis.

Typhonis malignitas.

Horus mundus.

Mercurius ex neruis Typhonis cytharam confecit.

Nullum fuit vnquam animal, quod maiorem hieroglyphicorum numerum exprimere posset, quàm Cynocephalus, huius enim belluæ iconibus vario modo delineatis, cœlestia & terrestria ferè omnia denotabant. Est autem Cynocephalus, vel vt alii vocant, Cæpus, species Simiarum caudatarum, faciem habens cani similem, oculis & fronte faciebus hominum haud absimilibus. Primò, per figuram Cynocephali stantis, manibusque in cœlum erectis tempus coniunctionis Solis & Lunæ indicabant. Neomeniam quidem, quia hoc animal nescio quid sympathiæ cum Luna habere deprehendebant. Nam Syzigiæ tempore loco vrinæ sanguinem mittebat, triste & melancholicum,

Cynocephalus frequens inter hieroglyphica, quis?

Quid notaretur per Cynocephalum

licum, quasi Deæ raptum deploraret, neque enim vescebatur, sed semper terram intuebatur hominum fugiens consortium; Mox verò Syzigia soluta, Lunaque crescente veluti ex alto somno expergefactum se erigens, Deæ congratulabatur, insolitosque quasi plausus exhibiturum se ostentabat, quantum consolationis caperet, insolitis gestibus, corporisque tripudio demonstrabat. Quæ omnia pulchrè Horapollo describit lib. 1. hieroglyphico 14. his verbis: Σελήνην τε γράφοντες ἢ οἰκουμένην, ἢ γράμματα, ἢ ἱερέα, ἢ κόλυμβον: κυνοκέφαλον ζωογράφουσι. Σελήνην μὲν, ἐπεὶ δὴ τὸ ζῶον τοῦτο συμπάθειαν τινὰ πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ σύνοδον ἐκτήσατο. Ὅταν γὰρ ἐν τῷ μέρει τῆς ὥρας ἡ σελήνη συνοδεύουσα ἡλίῳ ἀφώτιστος γένηται, τότε ὁ μὲν ἄρσην κυνοκέφαλος οὐ βλέπει, οὐδὲ ἐσθίει; ἄχθεται τὲ εἰς τὴν γῆν νενευκῶς, καθάπερ πενθῶν τὴν τῆς σελήνης ἁρπαγὴν; ἥ τε θήλεια μετὰ τοῦ μὴ ὁρᾶν καὶ ταῦτα τῷ ἄρρενι πάσχειν; ἔτι τὲ καὶ ἐκ τῆς ἰδίας φύσεως αἱμάσσεται. διὸ καὶ μέχρι τοῦ τοῦ νῦν ἐν τοῖς ἱεροῖς τρέφονται κυνοκέφαλοι. ὅπως ἐξ αὐτῶν γινώσκηται τοῦ ἡλίου καὶ σελήνης μέρος τῆς συνόδου. *Lunam demonstrantes, aut terrarum Orbem, aut literas, aut sacrificium, aut iram, aut mutationem, Cynocephalum pingunt. Lunam quidem, eò quòd animal hoc consensum quendam cum Deæ congressu, ex quo & affici soleat, habet, vbi enim aliquanto tempore Luna cum Sole congrediens, expers luminis opacaque permanet, tùm mas quidem Cynocephalus, nec quoquam intuetur, nec vescitur: sed demisso in terram vultu indignabundus, veluti Lunæ raptum deplorans, tristatur. Fœmina verò præterquam quod nusquam oculos contorqueat, eadem cum masculo patitur, insuper & è genitali vase sanguinem mittit; ideoque ad hæc vsque tempora in sacris templis Cynocephali nutriuntur, vt ex ipsis coniunctionis Solis & Lunæ tempus cognosci possit.*

Horapollo.

Orbem terræ quomodo per Cynocephalum notarent.

Quomodò porrò orbem terrarum præfigurauerint Cynocephalo, videamus. Traditione à primæuis post diluuium Patriarchis Aegyptij acceperant: Orbem terræ post confusionem linguarum in septuaginta duas nationes diuisum; cum itaque totidem dierum spacio Cynocephalum deficere, & ad mortem disponi viderent; siquidem non sicuti cœtera animalia vno die moriuntur. Nam, vt rectè Horus in citato loco ait.

Τούτους τὲ τρεφομένους ἐν τοῖς ἱεροῖς καὶ ἐπιμελείας τυγχάνοντας; οὐ καθάπερ τὰ λοιπὰ ζῶα ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τελευτᾷ; οὔτω τὲ τούτους; ἀλλὰ μέρος αὐτῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν νεκρούμενον, ὑπὸ τῶν ἱερέων θάπτεσθαι τοῦ λοιποῦ σώματος, ἐν τῷ κατὰ φύσιν ὄντος. ἕως δ' ἂν αἱ ἑβδομήκοντα καὶ δύο πληρωθῶσιν ἡμέραι, τότε ὅλιος ἀποθνήσκει; *Hi*, inquit, *si diligenter in sacris nutriantur, curenturque non sicut cœtera animalia vno die moriuntur, sic & ipsos emori; sed ipsorum partem quandam singulis diebus emorientem ac tabescentem à Sacerdotibus humari, reliquo interim corpore in sua natura persistente, idque per 72. dies, quibus expletis tunc prorsus interit.* Haud igitur incongruè habitatum orbem in 72. nationes diuisum per Cynocephalum indicabant, quod & dictus Horus eodem loco ostendit: Οἰκουμένην τὲ σημαίνοντες κυνοκέφαλον ζωογραφοῦσι, ἐπειδὴ ἑβδομήκοντα δυοχώρας τὰς Ἀρχαίας φασὶ τῆς οἰκουμένης εἶναι.

Cynocephalus literas nouit.

Secundò, cùm Ægyptij sacerdotes sub his animalibus, nescio quid diuinum, & brutorum operationibus sublimiùs notarent; vti diuinum quodpiam quoque reueriti sunt; dùm videlicet literas scribunt, & mandata Sacerdotum studiosè exequuntur; in adyta enim introductis, à Sacerdotibus tabula apponitur, vnà cum scirpeo stylo & atramẽto, mox veluti ad impe-

perium Antiſtitum apprehenſa tabula, literaſque formare traditur; Hinc non ſine ratione ad viuum Mercurij habitaculum, vtpotè in cuius corpus transformatus, & Aſtronomiam, & literas aliorumque omnium, quorum inuentor fuerat, doceret homines, ita Abenephius:

وكان يصدقون ان ادريس هو هرميس تحت صوره القرده يعلم الناس ان هذا الحيوان هو يعرف مجامعه الشمس مع القمر ويعرف الحروف ويعمل كل ما يامرون الكهن

Firmiter enim credebant, quoniam Adris, qui eſt Hermes ſub figura ſimiæ doceat homines propter naturam huius animalis, cognoſcit enim coitum Solis & Lunæ, & nouit literas, operaturque ad imperium Sacerdotum.

Prætereà cùm Cynocephalus non ſecùs ac Hieromantæ & Sacerdotes, ab eſu piſcis abhorreat, ac ſine præputio veluti circũciſus naſcatur; hinc legẽ illam accepiſſe videntur abſtinentiæ à piſcibus, & circumciſionis præputij; Quam tamen ab Hebræis accepiſſe veriſimilius eſt; Ita enim Rab. Tichon in cap. 12. Geneſ. Cynocephalus piſces abhorret & ſine præputio eſt.

Sacerdotes quoque Ægyptij circumciderunt carnem præputij ſui, ita inſtructi à filijs Iſraël, propter bona ingentia, quæ emanare credebant ex circumciſione, vt ſcilicet caſtiùs ſacra adminiſtrarent; verum quæcunque hucuſque dicta ſunt, appoſitè confirmantur ab Horo ſequentibus verbis:

Ἔτι δὲ καὶ τὸ ζῶον ἐπὶ Ἑρμῇ ἐνεμήθη τῷ πάντων μετέχοντι γραμμάτων. ἱερέα τὲ, ὅτι φύσει ὁ κυνοκέφαλος ἰχθὺν οὐκ ἐσθίει, ἀλλὰ οὐδὲ ἰχθυώμενον ἄργον, καθάπερ καὶ οἱ ἱεροῖς ἐκτὸς. γεννᾶται τὲ περίτετμημένος, ἣν καὶ οἱ ἱεροῖς ἐπιτηδεύουσι περιτομὴν.

Præterea hoc animal Mercurio dicatum eſt, quia literarum omnium particeps eſt. Sacerdotem verò ſignificat, quod naturà Cynocephalus ab eſu piſcis abſtinet, quem tametſi piſcibus interim veſci contingat, ſegne tamen & torpori deditum animal non eſt, ſicuti externi Sacerdotes. Adde quod circumciſus gignitur, quam quidem circumciſionem ex eo capite ſummo curant, ac peragunt ſtudio Sacerdotes.

Tertiò, per Cynocephalum Ægyptios literas hieroglyphicè indigitaſſe, Horus citato loco oſtendit: Cynocephalus literas hieroglyphicè notat.

Γράμματα σημαίνοντες οἱ ἱερεὺς, κυνοκέφαλον ζωογραφοῦσι, ἐπειδὴ ἐστὶ συγγένεια κυνοκεφάλων Αἰγύπτια ἐπισταμμένων γράμματα, παρ' ὃ εἰς ἱερὸν ἐπειδὰν πρῶτα κομισθῇ κυνοκέφαλος, δέλτον αὐτῷ παρατίθησιν ὁ ἱερεὺς, καὶ σχίνιον, καὶ μέλαν; πειράζων εἰ ἐκ τῆς ἐπισταμένης ἐστὶ συγγενείας γράμματα. καὶ εἰ γράφει.

Literas ſignificantes Cynocephalum pingunt, quia eſt apud Aegyptios cognatio quædam & genus Cynocephalorum, qui literas norunt. Quapropter vbi primum in ſacram ædem ductus fuerit Cynocephalus, tabellam ei ſacerdos apponit, vna cum iunceo ſtylo ac atramento, vt videlicet periculum faciat, ſit ne ex eo Cynocephalorum genere, qui literas norunt, & num literas pingat, itaque in ea literas pingit. Meminit & huius docilitatis admirandæ Ælianus lib. 6. cap. 10. his verbis: *Animalia eſſe docilia, id cognouimus tempore, quo Ptolomæi Reges regnarunt, Aegyptij Sacerdotes Cynocephalos docebant literas, & ſaltationem, & tibiarum cantum, & mercedem pro his Cynocephali colligebant, datamque in marſupium conijcientes ferebant.*

Quartò, Lunam orientem indicare volentes, iterum Cynocephalum, hoc pingunt habitu. Verba Hori ſunt: Σελήνης δὲ ἀνατολὴν γράφειν βουλόμενοι κυνοκέφαλον γράφουσιν ἑστῶτα καὶ τὰς χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἐπαίροντα, βασίλειον τὲ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχοντα. Luna oriens per Cynocephalum indicata.

Stantem manuſq; in c lum tollentem, ac regiũ diadema capite geſtantẽ; cauſam addit. Ὅτι ὁ κυνοκέφαλος ποιᾶται ἃς ἐπᾴν, προσευχόμενος τῇ Θεᾷ, ἵνα δὴ ἀμφότεροι φῶτες μεταλήφασι; *Quod videlicet Cynocephalus hoc habitu videatur Deæ congratulari, eò quòd ambo, Sol inquam & Luna luminis participes ſint.*

Cynocephalus duodecies interdiu vrinam mittit, quid?

Quintò, Reperiebant curioſi rerum inueſtigatores Ægyptij aliam admirandam proprietatem in Cynocephalis, quæ ijs etiam hieroglyphicæ ſupellectilis dedit occaſionem; obſeruabant, inquam, quod, Sole Arietem & Libram ſubeunte, Cynocephalus ex abditâ quadam, quam cum Sole habet proprietate & conſenſu, ſingulis duodecim horarum interuallis, vrinam duodecies noctu atque interdiu reddat; vt proindè hinc horologiorum hydraulicorum fabricæ occaſionem nacti videantur. Nam ad Cynocephalorum imitationem vaſa quædam ænea formabant ſub forma Cynocephalorum ſedentium, quæ aquam infuſam per genitale, ceu per canalem protemporis, quod metiri debebat, proportione, ſtrictam anguſtamque redderet, hæc verò concauo cyatho excepta incremento ſuo paulatim intra lineas horarias cyatho inſcriptas, horam currentem oſtenderet. Huiuſmodi vas æneũ πηθικέμορφον, dùm hæc ſcriberem ad me attulit, è peritiſſimi Franciſci Angelo.

Horometra horologia vnde originẽ traxerint.

A, Foramen inſummitate capitis, vbi aqua infũdebatur.
B, Velamen ſacrum Iſidis, cui conſecrabatur.
C, Amictus Beſtiæ.
D, Manubrium, quo aquam in ſacris præbere ſolebant ſacrificantibus.
E, Orificium, à quo aquæ exitus dabatur.

mi gazophylacio, Io. Petrus Bellorius eiuſdem Nepos, cuius & figuram hîc apponendam duxi. Hinc duo Æquinoctia ſignificantes Cynocephalum pingunt ſedentem. Verùm cùm huiuſmodi hieroglyphici rationem Horus exactiſſimè deſcribat lib. 1. hieroglyphico 16. verba eius ſine vlteriore explicatione adduxiſſe ſufficiat. ita enim dicit.

Ισημερίας δύο πάλιν σημαίνοντες, κυνοκέφαλον καθήμενοι ζωογραφᾶσι. ἐν ταῖς δυσὶ γὰρ ἰσημερίαις τὸ ἐναυτὸ, δωδεκάκις τῆς ἡμέρας καθ' ἑκάστην ὥραν οὐρεῖ. τὸ δ' αὐτὸ καὶ τῆς δυσὶ νυξὶ ποιᾶ. διόπερ ἐκ ἄλλοθεν ἐν τοῖς ὑδρολογίοις αὐτῷ Αἰγύπτιοι κυνοκέφαλον καθήμενον γλύφουσι. ὁκ ἐκ τοῦ μορίου αὐτῷ ὕδωρ ὑπορρέον ποιοῦσιν. ἐπεὶ ὥσπερ ἐκεῖνον τὰς τῆς ἰσημερίας δώδεκα σημαίνει ὥρας. ἵνα δὲ μὴ ἐυρύτερον τὸ ὕδωρ κατασκευάσματα ὑπάρχῃ. διὰ τοῦτο τὸ ὕδωρ εἰς τὸ ὠρολόγιον ἀποκρίνεται, μὴ δὲ πάλιν στενώτερον ἀμφοτέρων γὰρ χρῆα. τὸ μὲν γὰρ ἐυρύτερον ταχέως ἐκρεῖν τὸ ὕδωρ, ἐκ ὑγιὰς τὴν ἀναμέτρησιν τῶν ὥρας ἀποτελεῖ. τὸ δὲ στενώτερον, κατ' ὀλίγον καὶ βραδέως ἀπολύον τὸν κρουνὸν ἕως τῆς ἐᾶς τείχα διήραντες τὸ ταύτης πάχος σίδηρον κατεσκεύαζεν ἐπὶ τὴν ἐκροὴν ἐκείνην χρᾶσθαι. τοῦτο δὲ ὠφελεῖν ποιεῖν, ἐκ ἄνευ λόγου τινός, ἀλλ' ἐκ ἀνθρώπου ἄλλων. καὶ ὅτι ἐν ταῖς ἰσημερίαις, μόνος τῶν ἄλλων ζώων δωδεκάκις τῆς ἡμέρας κεράζῃ ἑκάστην τὴν ὥραν.

Aequinoctiũ quomodo ex primis Cynocephalus.

Rurſus æquinoctium ſignificantes, eundem Cynocephalum ſedẽtem pingunt, duobus enim anni æquinoctijs, duodecies in die per ſingulas nimirum horas vrinam reddit, idemque noctu facit. Vndè non immeritò ſuis hydrologijs Ægiptij Cynocephalum ſedentem inſculpunt, è cuius membro aqua deſluat; idque propterea, quod duodecim

cim, vt dixi, in quas æquinoctij tempore dies & noctes ex æquo diuiduntur, horas significet. Cæterum nè foramen illud artificiosè constructum; per quod in horologium aquæ profluit & excernitur, aut latius sit, aut rursum arctius (vtriusq; enim magni refert, si quidem latius cum magna celeritate aquam profundat, non rectè horæ modum ac dimensionem perficit: angustius autem paulatim ac lentius quàm par sit, aquæ laxat ductum) remedium hoc excogitarunt, vt quicquid pilorum est ad caudam vsque abradentes, pro huius crassitudine ferream quandam fistulam in vsum iam fabricent; Hoc autem ijs visum est non sine ratione aliqua, sicuti nec in cæteris facere; & quod etiam solus ex omnibus animantibus æquinoctio, duodecies in die per singulas horas adlatrat. Vides igitur quàm appositè ijs, quæ de hieroglyphicâ Cynocephali & hydrologij fabrica paulò ante diximus, Hori descriptio congruat; Huius vasis μηθυκομόρφου vsum quoque fuisse, in aquâ manibus Sacerdotum sacra administrantium affundendâ, manubrium D, quod in figura paulò ante posita in posteriori parte λειογλυκυτύλοις spectabile obtinet, clarè patet. Verum de hoc hieroglyphico hydrologio alibi fusiùs.

Hinc nullum ferè delubrum, in quo teste Luciano suprà citato, non inueniretur, aut hircus, aut ciconia, aut simia; hos Hermopolitæ ob Hermetis cultum, cui consecrabantur, teste Strabone, lib. 16. loco Numinum habuerunt. In tabula Bembina hieroglyphicum eiusdem sub forma sedentis, & Lunæ sextili veluti diademate coronati, exhibetur; manu vas tenet, ad indicandam humidam vim Lunę, adiunctũ habet psyliũ, quæ herba quum folliculis suis caput simiæ referat, appositè eidem adiuncta fuit in sacrificijs, ad Genium similitudine rerum attrahendum; Loti ex altera parte florem habet adiunctum, ad sympathiam, quam Cynocephalus cum Sole & Luna habet, commonstrandum, de quo fusiùs in hieroglyphico Loti. Nam cũ Sole, & Lunâ, vti dictum est, Iamblicho teste, physicas rationes obtinet, quæ sunt; eádem exoriente, lætari, deficiente tristari; iam erectum Luminaribus veluti congratulari, modò duodecim horarum æquinoctialium duodeno mictu, opera solis moliri; verbo in omnibus intellectiuę quædam veluti facultatis indicia commonstrare. Vndè & Isidi coniungi solitum Cynocephalũ, Minutius Felix refert; Isis, ait, perditum filium cum Cynocephalo suo, & alijs Sacerdotibus luget, plangit, inquirit: mox inuento paruulo gaudet Isis, exultant Sacerdotes, Cynocephalus inuentor gloriatur, quamvis hoc loco per Cynocephalum veriùs Anubidem quàm Simiam intelligant.

Præterea in alijs Obeliscis huiusmodi Cynocephali hieroglyphicum, nunc sub sedentis, nunc stantis, & ansata Cruce spectabilis figurâ exprimitur: in hoc nostro Obelisco Pamphilio sub dicto habitu tertiò exhibetur,

neque

neque in Obeliſcis tantum inſculpi ſoliti erant, ſed & ſeparatim adhuc ſpectantur huius farinæ ſimulacra Cynocephalorum, cuiuſmodi in Capitolio etiamnum ſuperſtes reperio, eodem prorſus habitu, quo eum tabula Bembina refert, & ſitu quo eum deſcripſimus, & in mumiæ inuolucro Florentiâ ad me tranſmiſſo huius manifeſta indicia ſunt; verum inſpice imagines & figuras hic appoſitas, ex quibus Lector mentem meam facilius cognoſcet.

Anubidis cõparatio cum Cynocephalo.

Fuit autem, teſte Diodoro, Anubis Cynoproſopos filius Oſiridis, vſuſque eſt canis inſigni, indè videtur natum, vt à canino capite, quo exprimebatur, Cynocephalus diceretur. Plutarchus Oſiridis & Nephthyos filium facit, quem Iſis à matre expoſitum ſuſtulerit, cuſtodemque perpetuò habuerit; eundem præterea eſſe cum Horizonte & Saturno, Hecatemque imitari, numen cœleſte & terreſtre. Seruius & Apuleius eum Mercurium dicunt, vti & nos; Nam Iſidi, teſte Luciano, in dialogo Nothi & Zephyri Mercurius, in Ægyptũ veniente Iſide, κυνοπρόσωπος factus, Iſidis cuſtos extitit; hinc Anubidis anathemata Cynocephali, vti nunc cõplures veterũ demonſtrant, fuerunt; imò apud Virgilium, Ouidium, Propertium, Prudentium, Amianum paſſim Latratoris, latrantis & caniformis epitheto notatur. Quæ ideò fuſiùs proſecutus ſum, vt quomodò Simiæ Cynocephalæ, à Cynocephalo Anubide diſtingueretur, pateret. Sed iam hiſce relictis ad Æluri myſticas rationes explicandas digrediamur.

HIEROGRAMMATISMVS VII.

De Aeluro, ſiue Felis myſtica & hieroglyphica ſignificatione.

Felis in ſiſtri apice quid?

APud Ægyptios præcipuum Felis hieroglyphicum erat, vt ex eius imagine Luna intelligeretur; propterea felem in ſummo ſiſtri apice collocabant, vti ſuo loco dicetur, ex quo quatuor veluti tintinabula mobilia æqualibus inter ſe interuallis pendebant, vt deſignarent omnia, quæ generationi & corruptioni obnoxia ſunt, globo Lunari ſubijci, infra quam alterabilia omnia neceſſariò conſpiciuntur. Ælurus ſiquidẽ, ſi oculos eius fulgidos & coruſcos reſpicias, ſimile quid cum Leone obtinere videbitur; ſi affectiones naturales, Lunaris prorſus comperietur; Hoc enim animal & forma & geſtu Leoninum eſt, nec non noctu magis, quàm diù ſuas exercet venationes; ob varietatem vim noctu agendi, fæcunditatem, humiditatemque

ratēque, tum Lunæ vicibus ob oculorum auctiones & diminutiones, Lunæ prorsus simile est.

Huius enim pupilla, Luna crescente dilatatur, eâque proportione Lunâ decrescente constringitur, vt singulas Lunæ phases imitari videatur. Hinc Ægyptij, vt Leonem â Sole, ita ælurum â Luna procreatum fingunt, hoc apologo. Solem & Lunam in rerum principio, curâ à Ioue illis demandatâ in certamen deuenisse, vt terram animalibus replerent; Itaque Leonem â Sole fuisse conformatum, Lunam verò æmulatione concitatam, felem animal Leoni simillimum protulisse; quem Græci ab Ægyptijs mutuati, hoc pacto describunt. Ab Apolline hominem productum fuisse, & vicissim in ludibrium Apollinis ab Hecates manibus Simiam prosilijsse. Verum terribilis Leo ab Apolline paulò post productus, risum Hecates interturbauit. Tunc illa indignata, felem Leonis æmulam procreauit. Hinc Apollo in maiorem solutus risum deludens Hecatem, murem protulit; illa magis indignata, & ad artes conuersa, Simium in Leonem, & felem in murē acriter incitauit. Vndè posteà cultus & Simiæ & felis apud posteros remanserit.

Felis imitatur Lunæ phases.

Fabula.

Quamuis ego veriùs existimem, cultum hunc felinum processisse ab ipsa opinione, quâ Felē viuum Isidis habitaculū esse, veteres sibi persuadebant. Per hoc enim animal hominibus comparere, varia docere, & mala auertere ab ijsdem crediderunt. Ad quod quidem luculenter alludere videtur Ouidius lib. 5. Metamor. dū in transformatione Deorum, singulis sibi diuersas animalium formas assumentibus, Dianam siue Lunam felis figuram assumpsisse refert.

Felis habitaculum Isidis.

Ouidius.

Duxque gregis dixit, sit Iuppiter, vnde recuruis
Nunc quoque formatus Lybis est cum cornibus Ammon.
Delius in Coruo, proles Semeleia Capro,
Fele Soror Phœbi, niueà Saturnia vaccà
Pisce Venus latuit, Cyllenius Ibidis alis.

Hinc ipsi simulacrum constitutum tetrapleurum & capite αἰλουρόμορφον, per quatuor latera 4. elementa, per felinam formam Lunam notatam, Giraldus asserit. Hinc quoque Ægyptij feles non tantùm viuas magnifaciebant, sed etiam mortuas magno luctu, teste Herodoto, deflebant, & tandem eorum cadauera ad sacra tecta deferentes, cum luctu in Vrbe Bubasti, vbi Diana colebatur, sepeliebant; imò felem, studio aut casu occidisse, crimen erat morte piandum, cuius historiam sanè ridiculam de fele â Romanis in Ægypto occisæ, vide apud Diodorum; mirum igitur non est, felem ceu sacrum animal in hieroglyphicorum album translatum, sub varijs Symbolis varia significasse; primò per felem marem Solem exprimebant, ita Horus lib. 1. hieroglyph. 10. dum inquit.

Giraldus.

Cultus felis apud Aegyptios ridiculus.

Significatio hieroglyphica felinum.

Φασὶ γὰρ τὸν ἄρρενα αἴλουρον συμμεταβάλλειν τὰς κόρας τοῖς τοῦ ἡλίου δρόμοις. ὑπεκτείνονται μὲν γὰρ κατὰ πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ ἀνατολὴν στρογγυλοειδεῖς τε γίνονται κατὰ μέσον τῆς ἡμέρας, ἀμφοτέραι δὲ φαίνονται, δύνειν μέλλοντος τοῦ ἡλίου; ὅθεν καὶ τὸ εἰ ἡλίου πόλει ξοανὸν τε Θεοῦ αἰλουρόμορφον ὑπάρχει.

Felem

Felem marem iuxta varium Solis habitum & cursum pupillas commutare, ad ortum quidem Solis manè nonnihil extendi, sub meridiem verò veluti rotundas fieri; Sole ad occasum vrgente, obtusiores obscurioresque apparere. Vndè & quæ apud Heliopolin est, Dei Solis statua felis speciem habet.

Hieroglyphicè itaque per felem, hæc quæ sequuntur, significabant; per felem sedentem cum Cruce ansata, primò vim malorum aueruncatiuam; Secundò Lunarem vim in elementa diffusam significabant; priùs in ansatæ Crucis siue characteris Tautici enodatione ostendetur; posterius in præcedentibus iam ex consensu, quem cum Luna habet, rationibus mysticis demonstratum est. Sedet autem felis, ad stabilimentum, quod elementari mundo Lunaris iste Genius confert, indicandum; quemadmodũ in sequentibus de situ simulacrorum hieroglyphicorum amplius declarabitur.

Tertiò solarem quoque vim innuentes Ægyptij, statuam fingebant sedentem (manibus genibus impositis, quarum sinistra Crucem ansatam tenebat) ab vmbelico ad pedes vsque linteo tectam, cœtera nudam, mammisque turgentem & cum capite αἰλουρομόρφῳ, quod circulus ambibat, ex cuius ceruice flamma emicabat; atque hæc est statua illa, cuius paulò ante citatus Horus mentionem facit; cuius & exemplar in theatro hieroglyphico figura 36. spectandum præbetur; circulus cum flamma, Solis denotat virtutẽ quam circulari suo motu præstat, atque ob maximam fœcunditatem, quam mundo confert. Sed hanc figuram alibi explicatam considera. Atque hæc sunt quæ de felis hieroglyphico paucis dicenda putaui.

HIEROGRAMMATISMVS VIII.

De Amphibijs siuè

De Hippopotami hieroglyphica significatione.

OPortunè hoc loco amphibiorum animaliũ Hippopotami & Crocodili hieroglyphicam significationem subnectendam duximus; ab Hippopotamo itaque initium faciamus.

Hippopotamus Amphibium animal, variam dedit Ægyptijs hieroglyphicorum occasionem, tàm in morali, quàm physica doctrina. Primò quidem ἀντίθεον Osiridis Numen Typhonem exprimere volentes, hippopotamum figurabant. Cùm enim hoc animal nociuum cognoscerent, & ad dãna inferanda natum, præterea astutia & impietate immane, perfectè Typhonis naturam exprimeret, Typhonem ab Osiride domitum haud incongruè notabant; Per Osirim enim Nilum, & per Hippopotamum Typhonem denotantes, vim illam malignam, putridam & venenosam, quâ sege-

Hippopotamus Typhonem notat.

Pausanias.

tes

tesfrugesque inficerentur, occultè innuebant. Confirmat hæc eius, Hermopoli, Pausania teste, simulacrum, cui accipiter immineret cum serpente dimicans, pulchrè quod diximus Osiridis cum Typhone prælium exhibēs; Hecatæus quoque libro de sacra Philosophia dictam nostram sententiam confirmat, dum clarè tradit, Typhonem in hippopotamum transmutatum cum Osiride perpetuò contendere: verba eius alliganda duxi.

Φασὶ τὸ Τύφωνα ἀντίθεον καὶ ἀντίτεχνον ἱπποποταμόμορφον, μετὰ τοῦ Ὀσιρίδος συνεχῶς πολεμίζειν, φύσιν μὲν κάκουργον διὰ Τύφωνος, καὶ εὔδικον δι' Ὀσιρίδος συμαίνοντες.

Dicunt Typhonem antagonistam sub Hyppopotami forma perpetuò cum Osiride decertare, naturam malignam per Typhonem; bonam per Osirim significantes.

Secundò, cùm nullum animal, teste Suida, ingrati animi vitium, impietatem & iniustitiam magis exprimat, teste Horo, quàm Hippopotamus, illum pingentes, vel in toto, vel in parte, nunc ingratitudinem, nunc impietatem, modò impudentiam denotabant. Nam vt rectè Poëta: Hippopotamus ingratitudinis & impietatis symbolum.

Turpis init matrem lethato bellua patre
Pinguia qua Nilus fœtifer arua rigat.

Cum patre enim pugnâ congreditur, quo superato & incestuosâ in matrem libidine, teste Horo, debacchatur. Hinc, eodem Horo teste, Regū sceptris Cucupham subiecto hippopotamo superimponebant, aut duas vngulas eiusdem subijciebant sceptro, quia pietas impietatem, & clementia inclementiam debet supprimere. Siquidem nihil est, quod Reges aut Principes magis deceat, quàm mansuetudo, beneficentia, animique moderatio; vt quantum cœteris imperio & potestate præcellant, tantum sibi ipsis humanitate & facili inductione animi dominentur. Sceptris quoque superné iconem Ciconiæ, inferné verò hippopotami imponebant, vt violentiam iustitiæ subiectam esse, hanc Ciconiæ symbolo, illam hippopotami, innuerent. Regū sceptra subiecta habebant vngulas hippopotami.

Qua de causa pro vestibulo templi, quod in Saitica præfectura Palladi dedicatum erat, hæc, teste Clemente lib. 6. stromatum, incisa spectabantur, facies pueri, & senis, accipiter, piscis, hippopotamus, quem hieroglyphismū cùm in tertia parte fol. 198. interpretati sumus, eò Lectorem remittimus. Ad quod ingeniosè alludit Iunius hoc tetrastycho.

Pernix Accipiter, piscis Nili incola, dirus
Equus, quod ordine hæreat,
Symbolon hoc loquitur. Phariæ tria symbola genti;
Deus odit impudentiam.

Tertiò, per Hippopotamum Ægyptij nunc ver, nunc horas indicasse Horapollo refert; ratio est; quia Hippopotamus simul ac prata virere incipiunt, verno tempore à Nilo ad depascendas herbas exire solet; horas verò, quia interdiu sub aquis latet, noctu verò à fluuio in campos exiens non festinus, sed tanquam messor ad certum opus cōductus, messem æqualiter pabulatur, per noctem diemque quibus operationes suas tempusque veluti mensurando perficit, haud incongruè horas indigitarunt. Vide citatum Hippopotamus quid notet.

Horum libro primo cap. 56. lib. 2. cap. 20. Suidas verbo πίλαγρος & Plinius lib. 20. cap. 22.



HIEROGRAMMATISMVS IX.

Crocodilus, siuè

De Crocodili significatione hieroglyphica.

Crocodilus diuinæ essentiæ rationem notat.

CRocodilus Amphibium animal, vti magni apud Ægyptios nominis, ita variam quoque hieroglyphicæ suppellectilis sobolem peperit. Primò secretiores mystæ, diuinæ quandam essentiæ rationem per huius animalis naturam indicabant. Sicuti enim hoc animal sub aquis latēs per diaphanam obductam pupillæ pelliculam, alios quidem, eminentibus solùm extra aquam oculis intuetur, ipso latente & ἀφάνῳ; ita Deum omnia intueri, nihilque adeò imperuium esse, ad quod diuinæ mentis oculi non dirigantur, ipso ab omnium mortalium sensibus remotissimo, inuisibili & ἀόρατῳ, etsi intimè omnibus præsente. Cùm verò Crocodilus inter cœtera animalia sit sine lingua, hinc Dei ineffabilem naturam designantes Crocodilum pingebant, ita Abenephi: ولان الطبيعه الله لاتتغير ولاتدرك وهي غير منظرة من عين الناس لذلك ومعما كان يريدون يدلون الطبيعه الله التي هي غير منظرة وكانوا رسموا صورة التمساح ان هذا الحيوان تحت الما يرا ولا يرة وان التمساح بلالسان لذلك كان يعنوا بصورته الطبيعه الله غير مدركة وغير موصوفة ✡

Abenephi.

Ineffabilis Dei natura.

Et quoniam natura Dei incomprehensibilis & immutabilis est, inuisibilis ab oculis filiorum hominis, ideò quandò significare volebant naturam Dei inuisibilem, incidebant figuram crocodili, quoniam hoc animal videt & non videtur, & quoniam crocodilus est elinguis, ideò naturam Dei notabant incomprehensibilem & ineffabilem.

Quæ confirmat Valerianus ex mēte Hori, qui per Crocodili picturam in specu latitantis, cuius cauda tantum conspiciatur, Dei caput & substantiam eius incompertam; per caudam verò apparentem, Deum non nisi à posteriori, hoc est, ex operibus cognosci posse, significabat.

Secun-

Secundò, præterea cum motum Solis significare volebant Sacerdotes, imaginem Solis pingebant in naui, quam ferebat Crocodilus, quo occultè notabant motum Solis in humido ad rerum generationem, per Crocodilum quidem aquam dulcem, quam suo Sol calore purificat, ita Eusebius lib. 3. c. 3. præparat. Euangelicæ. ἥλιον τὸ σημαίνεσι ποτε μὲν δι' ἀνθρώπε ἐπιβεβηκότος, τῷ πλοίῳ ἐπὶ κροκοδείλε κομίνε. δηλοῖ τὸ τὸ μὲν πλοῖον τῷ ἐν ὑγρῷ κίνησιν· ὁ τὸ κροκόδιλος, πότιμον ὕδωρ ἐν ᾧ φέρεται ὁ ἥλιος. ἐσήμανε τοίνυν ὅλως δι' ἀέρος ὑγροῦ καὶ γλυκέος τὴν περιπόλησιν ποιεῖσθαι. *Solem verò significat per hominem gubernantem nauem. Naui à Crocodilo subiecto deportatâ; ostendit quidem nauis, Solis in humido motum; Crocodilus verò aquam potabilẽ per quã Sol fertur. Signatur ergò hisce, Solem per aëris humidi, & dulcis circumuolutionem suam peragere.*

Motum Solis notat.

Eusebius.

Tertiò, Solis ortum indicaturi, Crocodili oculos effigiabant, vel quia hoc animal oculis prominentibus præditum est, vel quia sine vllo parentum incubatu ab ouo exclusum in lucem exeat, ita Horus: Ἀναπολῶ τὸ λεγόντες δύο ὀφθαλμοὺς κροκοδείλε ζωογραφοῦσι; ἐπειδήπερ πάντες σώματος ζῴου ὀφθαλμοὶ ἐν τῷ βυθῷ ἀναφαίνονται; Occasum verò significaturi, teste Horo, κροκόδιλον κεκυφότα ζωογραφοῦσι. *Crocodilum inflexum ac cernuum terræ prostratum pingunt, quia sicuti Sol ortus toto die supra Horizontem, occidens verò infra Horizontem manet, ita Crocodilus interdiù supra terram vegetis oculis, noctu sub aquis obtuso visu comm orari dicitur.* Quæ verò in morali disciplina per Crocodilum signârint Ægyptij, alibi dicetur.

Solis ortus symbolum occult crocodili.

Quartò, per Crocodilum indigitatur terra Ægypti, vel Nilus, eò quòd hoc animal Ægypti proprium sit; hinc Imperator Augustus Ægypto sub potestatem Romani populi redactâ, numum excudit cum palma & crocodilo.

Agypti symbolum crocodilus.

Quintò, Ortum, Occasumque, facultatemque in humidi elementi substantiam, vti & Genium Lunarem humiditati ad rerum generationem necessariæ præsidentem significaturi, Isidem ibimorpham, siuè ibidis capite conspicuam in sede quadrata, cui duo crocodili in oppositis partes respicientes prosternuntur, depingebant. Hoc schema conspicitur in tabulæ Bembinæ medio spatio tertium; quod cùm ob maximam rerum sub eo contentarum varietatem, mysteriorumque multitudinem hoc loco ob temporis breuitatem explicare non possimus, eius interpretationem Oedipo consultò reseruauimus.

HIEROGRAMMATISMVS X.

Accipiter siuè

De Accipitris hieroglyphica significatione.

QVamuis in varijs huius operis locis, præsentis hieroglyphici mysteria attigerimus, quia tamen id, occasione aliorum discursuũ factum est; ideò visum fuit hoc loco verè & ex professo huius hieroglyphici Accipitrini recondita enucleare, tùm vt symbolorum contextus, atque ingeniosa veterum in symbolis condendis Architectura penitiùs innotescat, tùm vt multa loca mendosa de huius hieroglyphici significatione corrigantur, adeòque veritas patefiat, Plutarchus, Accipitre picto, Ægyptios semper Osirin, Deũ illum suum & sacrosanctum Regem omni glorię, & honoris genere decoratum proposuisse, refert. Quòd cùm ita sit, nihil me gratiùs curioso Lectori facturum arbitror, quam si Accipitri diuinitatis aliquid in esse a superstitiosa antiquitate putatum, quamque ob causam ei honores tanto studio impenderint, ostendam. Quemadmodum enim pessimis erroribus irretitæ ac dęmonis astu illusæ Nationes pleræque. Nonnullæ ob certa quædam beneficia Iouem, Apollinem & Mineruam; aliæ Iunonem, Venerem aliæ, aliæ alium Deum aut Deam etiam febrem & famem adorabãt; ita Ægyptij cœteris superstitiosiores, præter Crocodilũ & Ibidem maximo imprimis honore habebant accipitrem, dùm non solùm per hunc Osiridẽ designabant, sed eum ipsum præcipuum Deum suum honorabant, vti illud pluribus locis testatum reliquit Plutarchus; præstantissimam enim omniũ apud Ægyptios considerationem super Accipitre fuisse, testantur in omnibus penè obeliscis multiplici figura eiusdem repræsentatæ imagines, ac hierogrammatismi ἱερακόμορφοι. cũ hũc modò tutulatum, modò ἀνθρωπόμορφον, hoc est in vnum ex homine & Accipitre compositum, nunc in vnum ex serpẽte & accipitre transformatum intuearis ὀφιόμορφον siuè serpentiformem, nũc cristâ, iam tutulo veluti tiarâ, seu mitrâ Sacerdotali cõspicias insignem, nũc extensis alarum remigijs summa veluti petiturũ, nunc iterum ijsdem contractis ex alto ad ima delatum. Nunc de repente ferinâ facie, ac plumoso capite in humanæ faciei blandimenta abeunte; pedibus per vngues in digitos abeũtibus, manibusq; in rectum exporrectis officijs, ἀνθρωπόμορφον hominem mẽtitur; nunc pedibus in serpentinas spiras & volumina abeuntibus horridus, aspidem & Draconem refert, de quibus omnibus dicendũ est; vt tandem tantæ rerum confusioni modus statuatur; ac de ἀνθρωπόμορφω quidem in præcedentibus dictum est. Nunc quid per tutulatum seu cristatum Accipitrem significârint, videamus. Ac primò quidem Abenephius Animam Solis significasse asserit: دعوره البازي لان ويلون الدمس الشمس ✻

Et

Accipiter sũmo honore cultus apud Aegyptios.

Variæ transformationes Accipitris.

Accipitris significationes

Et per figuram accipitris, denotabant animam Solis.

Cui adstipulatur Horus. Ἐπὶ γε μὲν ἐπὶ καὶ δοκεῖ εἴδωλον ἡλίου ὑπάρχειν παρὰ πάντα τὰ πετεινὰ πρὸς τὰς αὐτοῦ ἀκτίνας, ὀξυωποῦν ἀφ' οὗ καὶ οἱ ἰατροὶ πρὸς ἰάσιν ὀφθαλμῶν τῇ ἱερακίᾳ βοτανῇ χρῶνται, ὅθεν καὶ τὸν ἥλιον ὡς κύριον ὄντα ὁ ῥάσεως, &c. *Horus:*

Tùm etiam, quod Solis, præter cęteras volucres simulacrum esse videatur, vtpote peculiari quadam & occulta naturæ vi præditum, dum præter cęterarum auium morē irretortis eius radios oculis sustinet. Hinc fit vt medici, ad sananda oculorum vitia & incommoda, hieracio herba vtantur. Indè etiam fit, vt Solem interdū tanquā visus tutorem ac Dominum Accipitris forma pingerent. Hinc teste Æliano: *Accipitrem quoque Apollini consecrant Aegyptij & venerantur; Oron sua lingua Deū hunc appellantes; auem autem huiusmodi Thaustum nominant; cum Apolline idcircò conuenientiam habere aiunt; quod ex auibus soli accipitres semper nullo negotio aduersus Solis radios intueātur, nec intentis oculis sursum versus iter suscipere grauentur, nec diuina flamma istiusmodi offendantur: ijdemq; venenosis bestijs, vt cerastibus & scorpionibus inimicissima sint.* Scholiastes quoque in aues Aristophanis, ἱεραξ ἱερᾶται ἡλίῳ Απόλλωνι. Accipiter sacer est Soli, tùm propter motus sui velocitatem (nam vt Sol velocissimus est, sic volatu suo pernicissimus accipiter) tum propter cognationem ex origine sui nominis, vocatur enim ἱεραξ ἀπὸ τοῦ ῥάδιον ἵεσθαι, id est, à facili motu, qui quidem Soli quàm maximè conuenit: Quin & à cęlesti sphærarum impetu sic eum aiunt dici Varinus & Eusebius in Homer. scilicet παρὰ τὸ ἵεσθαι καὶ πέτεσθαι. quod ita facile scilicet feratur, acsi volaret. Porphyrius quoque lib. 4. de abstinentia: Deos, ait, aliquot animalium nominibus veteres appellant, vt Felem, Lacertum, Leonem, Draconem, Accipitrem. Giraldus quoque Apollini accipitris genus, quod ἱερακόπτερον vocat, attribuit; Plutarchus quoque in Osirid. & Isid. Aegyptij Osiridem sæpè accipitris forma pingunt; excellit enim hæc auis acumine videndi & vi volandi; εὐτονία γὰρ ὄψεως ὑπερβάλλει καὶ πτήσεως ὀξύτητι. Accedit, teste Eusebio, accipitrem lucis & spiritus symbolum apud Ægyptios fuisse; est enim Accipiter acerrimi visus & velocitatis maximæ.

Hieracion Accipitris herba.

Aelianus.

Accipiter Apolloni Sacer

Porphyrius.

Ægyptij igitur Accipitris admirandas proprietates considerantes, certè aptius symbolum ad Solis naturam ignisque indicandam excogitare vix potuêre. Quemadmodum enim Sol ab omni corruptionis terrenæ mole remotus, radijs nihilominus omnia lustrat, omnia attingit, omnia fęcūdat, immunda à mundis separat. Sic Accipiter cum se nubium tenus altissimè sublimauit, euectis alis, totum illud spacium, quo pluitur & ningitur despiciens, eo se recipit, vbi nec fulmini, nec fulguri locus est, ipso, vt ita dicam aëris diuinioris fastigio gaudere videtur. Ex quo loco ceu alta quadam specula insigni corporis agilitate in quamcunque partem sagittæ instar labitur, velificantia alarum remigia, quolibet, modico caudæ gubernaculo, dirigit, iam cunctabundo volatu penè eodem loco pendula circumtuetur & quærit, quorsum potissimum in prædam supernè sese præcipitet, ac mox fulminis instar de cœlo improuisa simul campis pecora, simul montibus feras

Miræ proprietates Accipitris.

ras sub eodem impetu cernens, vndè rostro transfodiat, vndè vnguibus dilaceret, vel agnum incuriosum, vel leporem meticulosum, vel quodcunq; esui animatum vel laniatum fors obtulerit, quæ omnia Solis naturæ omninò accommodari queunt.

Hisce accedit, multiplex ille Accipitris volatus, quo nihil exactius refert rerum naturalium motum, vti sursum versus recto fertur volatu, ita si supernè in terram delabitur, non id tortuoso & obliquo, sed recto ad nos tramite perficit. Certè sicut varia illa helicum, quę spirali volatu sensim, in aëre decircinat volumina, nihil aliud quam spiralem Solis reliquorumque siderum motum, sic rectus ille ac veluti perpendicularis motus, quem siue descendendo pullorum impetat agmen, siue ascendendo sublimem in nube columbam, constanter seruat, nihil aliud nisi linearem elementorũ motum designare videtur: motus sanè qui præter accipitrem & aquilam nulli alteri conuenit; omnes enim reliquæ volucres, si cursum arripuerint in sublimia, obliquo ferri tractu curuatisque spacijs agi cogũtur; quid aliud quoque scintillantibus illis oculorum orbitis, nisi luminarium splendentia corpora, & latentis ignis vbique diffusa virtus denotatur. Prætereà sicut Sol viuifici caloris motu perpetuò æstuat, ita accipiter sanguine & spiritu viuacissimo turgens, longæua viuacitate sua Solis quodammodo perpetuitatem æmulatur. Cumque Sol omnia radiorum suorum proiectione in inferiori mundo veluti oculis quibusdam pellustret, hinc non incongruè Plutarchus lib. de Isid. & Osirid. Accipitris imagine Solem denotari Ægyptijs solitũ, ob eximiam eius videndi facultatem asserit. Eandem ob dotem etiam ἱεραξ παντόφθαλμος, id est, multioculus, sicuti Osiris dictus fuit. Eodẽ pertines, quod, inquit, Epies maximus apud Ægyptios Deorum interpres, vt est apud Eusebium lib. 1. cap. 7. diuinissimum ait serpens accipitris caput habens, valdè iocundum est, id, si palpebras erigebat, luce primogenita omnem suam regionem replebat. Cum verò clausos retinebat oculos, tenebræ fundebantur: vt nullũ dubium sit, naturam eius maximè igneam eos existimasse, ac Solis effectus illos, accipitris gestibus demonstrare voluisse.

Solis virtutes in omnibus æmulatur.

Epies Aegyptius Deorũ interpres.

Huic tam eximiæ videndi facultati accedit celeritas volatus, quâ omnibus alijs volucribus non immeritò palmam præripit, quem & veteres symbolis parabolisque multifariàm indicarunt. Æthiopes quidem, vt Clemens lib. 5. strom. memorat, in accipitre celeritatem, sicuti Ægyptij pari pacto rem citò factam denotabant. Hinc, vt suo loco dicetur, ventum pingentes, accipitrem pingebant volantem; ob hanc, inquit Varinus, motus velocitatem Apollini seu Soli Accipitrem antiquitùs dedicabant; vndè Homerus Apollinem comparans Accipitri, sic dicit.

Homerus.

Βῆ δὲ κατ' ἰδαίων θέων ἴρηκι ἐοικώς
Ὠκει φασσοφόνῳ ὃς ὄκυστος πετεηνῶν.

hoc est: *Descendit verò ab idæis montibus accipitri similis*
Celeri columbarum occisori, qui celerrimus volucrum.

Por-

Porphyrius lib. 4. de Abſtinentia: *Accipitrem*, inquit, *Aegyptij Solis imaginem putant, cuius totam ſubſtantiam aiunt ex ſanguine & ſpiritu conſtare, & hominis miſericordia affici, ac mortuum lugere, ac in oculos terram ingerere. Vnde Aegyptiis ſolitum fuit, Iſidis ſtatuam pennis accipitrinis ornare in ſignum excellentiæ.* Ælianus tradit, in vſu fuiſſe apud Reges Perſarum, veſtem purpuream accipitris pennâ ſpectabilem. *Porphyrius.* Aethiopibus Iſidis ſtatua accipitrinis pennis veſtita.

Atque ex his & ſimilibus ingenij ac naturæ dotibus, non Solis tantum, ſed & aliorum, vti animæ, victoriæ, gloriæ hieroglyphicum connotabant, vt rectè Horus. Hinc eum Ægyptiaca lingua dicebant ϐαιηϑ, quod cor ſeu ſedem animæ propriam ſignificat, cuius & animæ ſymbolum, teſte Horo, Accipiter erat. Eſt autem ϐαιηϑ compoſitum vocabulum à ϐα, quod vitam ſeu animã, vel vt ego arbitror, ab antiquo βίος & ϑ: quod cor ſignificat; vtebantur enim illi libenter huiuſmodi compoſitis vocibus, cum vel ipſam rei originem naturamque, aut quid ſimile ſignificare vellent, quod & apud Hebræos frequentiſſimum eſſe monſtrat בנה, quo cœlos ex aqua & igne conſtare innuebant. Sed iam quid commercij anima cum ipſo corde habeat, videamus. Ægyptiorum opinio fuit, cor eſſe animæ receptaculum, ex compoſitione verò duarum illarum ſyllabarum, ϐα & ϑ in vnam dictionem, fit vox *Baieth*, quæ Accipitrem ſignificat. Ergò ſicut animæ ſedem in corde, ita animam mundi in Sole reſidere credebant; cum verò ſanguis, qui in corde exiſtit, vehiculum animæ ſit, Ægyptij quoq; pro ſanguinis ſymbolo, accipitrem pingebant; ſanguinis enim victu eum viuere & nutriri credebant. Cur autem eum potiſſimum dedicarẽt Mercurio, multæ ſunt cauſæ, quarum prima eſt, quod Apollinem, quem in apparatu noſtro eundem eſſe cum Mercurio demonſtrauimus, in hunc alitem ſe ſæpius tranſmutaſſe comminiſcantur: quemadmodum & aliàs eum nunc lacerti, nunc Leonis, nunc Draconis habitum induiſſe fingunt; vndè hunc Deum Phæbum, quo nomine Solem intelligebant & venerabantur. & accipitris ſubindè nomine inſigniebant, & hinc ob maximam naturæ accipitrinæ cum Sole ſimilitudinem, Apollinis præcipuum nuncium, eiuſque voluntatis interpretẽ, poëtæ eam auem habitam fabulantur. Vndè Ouidius de Arachne puella cum Minerua de lanificio certante, lib. 6. metamorph. ita canit.

Accipiter in moralibus quid denotãrit?

ϐαιηϑ quid?

Accipiter ſanguinem notat.

Apollo in accipitrem tranſmutatus.

Eſt illic agreſtis imagine Phœbus
Vti modò accipitris pennas, modò terga Leonis.

Homerus: Κίρκος Ἀπόλλωνος ταχὺς ἄγγελος. In hanc auem quoque *Dædalionem* conuerſum nugantur Poëtæ. Sed de hac fabula lege Ouidium lib. 11. Metam. Eſt enim accipiter animal ſolare & occulta quadam naturæ ſimilitudine fertur ad ſolaria. Hinc ſolari herba oculos purgat. Hinc ad Solem illum ſubterraneum, aurum, inquam, maxima ei ſympathia; Accipitris enim oſſa aurum magnetis ad inſtar attrahere, non tantùm Ægyptij, ſed & Plinius ipſe nouerat, ſic enim ſcribit: *Apud Arabes quoque, ex oſſibus accipitris ignem elici, aurumque attrahi ſcriptum inueni.* Ælianus lib. 10. de animal. c. 14. ait: Apollinis nuncius accipiter. Accipitris oſſa aurum trahunt. *Aelianus*

ait: *Os tibiæ accipitrum, si ad aurum admoueatur, hoc ipsum illecebrâ quâdam mirabili non secus ac magnes ferrum, ita hoc quasi præstigijs & captionibus quibusdam aurum ad se trahere.* Sed hæc fusè discutiuntur in Alchimia nostra hieroglyphica.

Accipiter Mercurio sacer ob diuinationem.

Secundò, Mercurio sacri putabantur Accipitres maximè palumbares, teste Plinio lib. 12. cap. 4. ob insignem quandam, quâ pollent rerum futurarum præscientiam. Accedit quòd maximus eorum in augurijs capescendis esset vsus; vndè certos ministros in curam Accipitrum, quos ad certos vsus alebant, destinabant, teste Diodoro lib. 2. cap. 4. adeò quidem, vt volantibus carnes incisas proijcerent, magnaque voce, donec carnes caperent, inuitarent. Mortuos quoque accipitres colebant, quod earum animas vaticinandi vi præditas existimarent. Vnde Ælianus 1. de antiquitate; quoad viuit tùm apud Aegyptios egregiè carus Deo existimatur, tùm post excelsũ è vita, futura eum ostendere, ab eodemq; somniorum interpretationes proficisci arbitrantur. Atque apud eosdem populos tripoda accipitris aliquandò fuisse, vndè oracula consulentibus diuino instinctu afflata effunderentur, fama est. Eusebius quoque lib. 2. cap. 1. diuinum, inquit, fuisse animal habitum ab Aegyptijs, & indè constare posse, quod bonum illum dæmonem cuius beneficio ac nutu omnia subsistere, vigere atque contineri credebãt; ex serpentis imagine, & capite Accipitris effingerent. Hinc mortuos etiã publico exequiarum honore prosequebantur; vide de his Herodotum in Euterpe; & Diodorum lib. 2.

Præsentiendi vis in accipitre.

Tertiò, Mercuriò dicabant, Πάντα γὰρ ἐξελέγχει καὶ διόπτρα ποιεῖ. Quia sicuti Mercurius aliger Deorum nuncius, seù Sol lucis beneficio omnia secreta atque incognita patefacit, sic & accipiter diuinæ voluntatis nuncius ac interpres haberetur. Quæ opinio tantum inualuit apud omnes, vt ab augurijs nomen traxisse velint, quasi, quod ter accepta & nuncio lætissima dicatur in augurijs auis; tantum verò hanc prædicendi vim in Accipitre valere arbitrabantur, vt etiam cum moriente non solùm non mori, sed & in alios etiam deuoratis eius extis, transferri se posse crederent. Quod impius ille Porphyrius asserere etiam non dubitauit, hisce verbis: *Qui animalium vaticinijs pollentium animas in se recipere volunt, deuoratis principalibus corporis eorum partibus, vt cordibus coruorum, aut talparum, aut accipitrum, animam quoq; singulorum præsentem & ingredientem in ipsis accipiunt, & Dei instar futura præsentientem.* Cui adstipulatur Strabo lib. 17. qui, ait; *Philarum incolas (quæ habitatio communis erat Aegyptiorum & Aethiopum) Aegyptia templa habuisse, vbi ales colebatur, qui accipiter appellatur. Hinc eum Thausũ antiqui Aegyptiaca lingua, quod idem ac Tauutum in Phœnica lingua; Thaut autem in Aegyptiaca lingua idem est, quod Thoth seu Mercurius.*

Porphyrius.

Strabo.

Accipiter cur Thaustus dictus.

Mercuriales igitur dicebant accipitres, ob præclaram rerum inuentionem, quam Mercurio adscribebant; Quam qui per hanc auem præstiterit, explicamus. Primò, sanandorum oculorum rationem herba ἄπο τοῦ ἱέρακος

ab

ab Accipitre hieracium ſiue accipitrina herba ſic dicta, Collyrium abſolutiſſimum manifeſtat. Eſt enim intybacei generis herba quædam, quæ mutuato ab hierace vocabulo, hieracium plerumque apud Græcos, Latinos, atque etiam fœminino genere à quibuſdam hierace dicitur. Huius enim Accipiter auulſæ ſcalptæque ſucco oculos inungens oblinenſque, deperditã oculorum aciem in integrum reſtituit, priſtinamque claritatem recuperat. Vocatur autem illa herba vulgò dens Leonis. Ruſtici in Germania à ſimili euentu *Vvereſchvvantz* caudam accipitris vocant. Huius enim flores inſtar lactucæ, & hieracis Cretici, aliorumq; quorundam Hieraciorum, lacteo ſucco diffracti manant, qui cùm amarus ſit, & inſigni abſtergendi vi præditus, non mirum, ſi accipitribus affrictu oculorum caliginem diſcutiat. Vtrum autem verum illud Hieracium ſit intubus, vtrum Thythimalloides, vtrum Cychorium ſylueſtre, aut dracunculus caule maculis accipitrinis inſigni præditus, aut hieracopodion ſeu pes Accipitrinus, ſeu Lychnis coronaria, diſputant Botanici; ego arbitror eſſe hieraciũ illud, quod ſupra Thythimalloiden diximus; hoc enim egregia vi deterſoria pollet, eaque ratione oculorum defectibus prodeſt, vt Chelidonium maius, aliaque huiuſmodi, cuiuſmodi magnam quoque copiam creſcere in Ægypto, teſtatur Proſper Alpinus. Atque hinc Collyriorum origo, quæ Medici hieracia vocant, tale eſt Apollonij Phœnix Collyrij genus, apud Galenum Hieracium cognominatum, vt Doctoribus quibuſdam recentioribus placet, quod ab Hierace quodam compoſitum, ab Apollonio verò in vſum aſſumptum ſit.

Accipitrina herba Hieracium dicta, collyrium optimum.

Deſcriptio Hieracij.

Iterum huic Mercurialem illum characterem, ſeu Iſiacum ſignum Tau acceptum referebant, cum enim Accipitrem Ægyptij capite, roſtro, oculis neſcio quid Tautico characteri ſimile effigiare notarent, veluti Mercurialis præſentiæ notam admirantes, hunc characterem ceu myſterioſiſſimum venerantes, ex Tauri videlicet & Accipitris vultu deſumptum, inter quatuor literas ab Ægyptijs in Comaſiarum ſolennitatibus circumportari ſolitas, vti ſuprà inſinuauimus, receperunt. Erant enim Ægyptij ad ſuperſtitionem vſq; in animalium formis & figuris curioſè obſeruandis præ cæteris ſtudioſi.

Tauticus character accipitrinum caput refert.

Diximus enim ſuprà, Mercurium ſignum Hebræorum Tau aliis myſterijs accomodatum, in Ægyptiacorum ſacrorum vſum conuertiſſe, imò paucis immutatis Thath appellauiſſe, iuxta ſuum nomen; ſeu iuxta Phœniciam linguam Tauutum, hoc eſt, felicem dæmonem ſeu [illegible] quem & Accipitris capite ſerpenti impoſito, circuloque incluſo ſignificauit; per accipitris caput, quod dictum characterem effigiat, nihil aliud, niſi vitam, quam diuini Oſiridis potentia, & genialis illa virtus fœcunda per ſerpentem indicata, toti mundo comunicat appoſitè exprimunt; ſed nè quicquam proprio ſenſu moti excogitaſſe videamur, audiamus Euſebiũ lib. 1. cap. 7. de hoc non tàm doctè, quàm cum primis appoſitè differentem. *A Miſore Tauutum fuiſſe natum, qui primus Elementa literarum conſcripſit, quem Aegyptij Thaath, Alexandrini Thoth, Graeci Mercurium appellant.* Et in eodem

Tautus quid?

capite circa medium. *Cùm verò Mercurius Auſtri Regiones petiiſſet vniuerſam Aegyptum Deo Tauuto largitus, ipſum ibi Regem conſtituit.* Et quæ ſequuntur: & poſtea. *Draconum naturam atque ſerpentum ipſe Tauuius diuinam putauit, & poſt ipſum etiam Phœnices atque Aegyptij; ſpirituoſiſſimum enim animal eſt omnium & maximè igneum; id Phœnices felicem Dæmonem appellant; Aegyptij verò Cneph appellarunt, cui accipitris caput apponunt, propter actiuitatem accipitris ſingularem, idcircò Epies διὰ τὸ θεακτικὸν, (quem ſummum Deorum interpretem Aegyptij putarunt) ſacrarum literarum ſcriba, cuius libros Arius in græcam linguam tranſtulit, allegoricè hoc tradens ad verbum ait; diuiniſſimum animal ſerpens & accipitris habens caput, valdè iocundum eſt, & ſi palpebras erigit, luce primogenitam omnem ſuam regionem replebat; cum verò clauſos retinebat oculos, tenebræ fundebantur;* & circa finem *: verum Aegyptij vniuerſum depingentes mundum, hac ipſi inducti ſententiâ, intercurrentem aërem ignemque in ſuperficie circumfuſum, ſerpentis ἱερακομόρφου, ſiuè ſub Accipitris figura extendunt, vt ſit Theta græcæ literæ figuræ ſimillimum. Magnitudinem ac formam mundi per circulum indicantes: per ſerpentem verò ἱερακόμορφον, qui in circulo medio poſitus eſt, bonum dæmonem conſeruatorem omnium, cuius virtute mundus continetur, oſtendentes;* Atque hinc patet. Cur Accipiter inter quatuor quoq; literas computetur, & vndè natum ſit, quod Græci poſtmodum caduceum Mercurij ex ſerpentibus effigiarint.

Atque hinc quoque accipitris figura loco amuleti vtebantur contra malignos Typhonis inſultus, vti videre eſt in hieroglyphica deſcriptione, quæ hodiernâ die in baſibus ſphyngis, ſeù Leonis, ad fontem aquæ felicis iuxta thermas Diocletiani apparent, vbi character noſter Thauticus vna cum duabus hinc inde accipitribus poſitus, nihil aliud refert, quàm amuletum quoddam contra Typhonem poſitum, hoc eſt, contra igneam aridi-tatem ſeu Eteſiarum flatus, quêis aqua Nili exareſcit, & ſic fœcundam Nili inundationem impediens, ſterilitatem inducit. Arbitrantur enim Aegyptij ad hunc characterem Iſiacum omnium aueruncari malorum incurſus, & Oſiridem hiſce medijs allici, & ſpiritum Mundi trahi. Amuletum vna cum interpretatione eius ſequitur.

Ex ſphynge ad aquas felices

5 vis conſeruatiua &omnium fœcundatiua
4
3 2 diuini Oſiridis
1 diffuſa vis in totum mundum
2 Oſiridis
3 diuini
4 ac omnium fœcunditiua
5 vis conſeruatiua

rc-

replicantur autem figuræ ex ortu in occasum, contra potentias infaustas, quæ orienti & occidenti dum præsunt, eas hâc symbolorum duplicata serie, veluti aduersis & inimicis signis auerti credebant.

Atque proindè hæc hieroglyphica ponebantur propriè in basibus Sphyngum, & in ripa Nili collocabantur, vt essent quasi phylacterium quoddam contra ariditatem & igneam vim, Nili exsiccatiuam, quam teste Plutarcho Typhonem dicebant. Accedit quod alibi hæc instrumenta numeri 6 & 7 signata, Abenephi, vt suo loco dicetur, Typhonis machinamenta vocet, causam non addit, vndè ego arbitror, illa nihil aliud esse, quâ instrumenta seu funes, quibus olim Osiridem in arcam, iuxta historiâ â Plutarcho enarratam, compegit Typhon. Confirmat hanc opinionem, quod in eodem hieroglyphicorum syntagmate Accipiter cum dictis instrumētis & cum musca, & iunco marino, nihil aliud velint, quàm Osiridem propulsatorem machinamentorum Typhonis. De quibus vide fusiùs tractantem Plutarchum, & plenam eius explicationem alijs locis reseruatam.

HIEROGRAMMATISMVS XI.

Noctua siue

De Noctuæ hieroglyphica significatione.

TRia Noctuam apud Ægyptios significasse reperio. Primò sapientiam silentio comparatam. Secundò DEVM; Tertiò dæmonem auerruncum ἀποτρόπαιον Osiri, siuè omne ominosum & portentosum; Cùm itaque inter cætera hieroglyphica, quæ in Obeliscis spectantur istiusmodi sit frequentissimum, idq; varijs modis exhibeatur, de eo hoc loco, vti meliori conditione quâ possum, ita fusiùs quoque disceptandum duxi, vt ratio huius hieroglyphici luculentius patefiat. Noctua tria notatissimum significat.

Sciendum itaque cùm naturam huius animalis attentiùs considerarent, vtpotè auem abditam, quæ noctu vigilet, dormientibus cunctis volet, in tenebris quoque, quibus cæteræ aues caligantibus oculis quiescunt, illa visum acuat, circumuagando operetur, futurisque rebus prospiciat. Contrà diurno tempore quibus importunis variorum tumultuum strepitibus fragoribusque obnoxio, reliquæ volucres operantur, ipsa intra solitarias veterum ædificiorum parietinas, veluti dulci quadam contemplatione suauiter conquiescat, aptè sanè sapientiam silentio comparatam per hanc auem compararunt; Natura noctuæ.

Nam vigil insomnes ducit solertia curas. Noctua Symbolicũ Sapiẽtiæ silentio comparatæ

Sapientiam etiam in maxima errorum caligine perspicas proprium splendorem acquirit, malumque â bono discernit; cùm nihil tam abditum sit tamque obscurum, quod ea non percipiat, & vbi cæterorum hominum Sapientia in quo consistit.

minum vulgus oppidò occupatũ eſt, ſapientia quietem capit, & vbi plebs nihil, huius mundanæ lucis vſurâ excœcatâ, quid agat, videt; ſapientia tùm oportunè in rebus gerendis perſpicax redditur. Sapientis quippè eſt, ijs in rebus, quibus vulgus occupatur, quietem capere, & contra illic ſeſe plurimum exercere, vbi vulgus nihil videt agendum, quod dum facit, pulchrè noctuam imitari dici poteſt. Quæ omnia calculo ſuo comprobat Abenephi his verbis:

Abenephius:

والهامه هي علامة الحكمه متحصلة بسكوت لان كما الهامه تعمل في الليل وفي بهلر
بسترمح حكما العلما يهجرون الاسفال الدنيا ويستقرون كثيرا بنظرهم مثل بليل
ڈسکوت الهام

id eſt, *Noctua ſignum eſt Sapienti ſilentio acquiſitæ, quoniam ſicuti noctua nocte operatur, & de die quieſcit; ita ſapientes, qui fugiunt tumultum negotiorum mundi, tranquillam vitam agunt in contemplationibus ſuis, ſicuti in nocte & ſilentio noctua.*

Harpocratis pulchrum hieroglyphicum.

Quæ omnia pulchrè docet figura theatro hieroglyphicorum Hervvartiano inſerta, vbi Harpocrates ſub forma pueri ſedentis, capillis ὀφιοκόμοις, ſiuè in ſerpentes degenerantibus exhibetur, qui labijs digito preſſis ſilentia ſuadet; alterâ manu facem præferens cum tribus capitibus papaueris, ex cuius capite auris, cui petſeæ folium inſeritur, cum ſextilis Lunæ charactere, emergit; pharetra quoque poſt tergum cum arcu temerè proiecto ſpectatur, cui ad latus coniunguntur primò, Noctua, cuius è capite egreditur auris, cui pariter perſeę folium inſeritur; deindè gallus, vt hic in Schemate appoſito apparet. Quo quidem nihil aliud Hieromyſtæ indicare voluerunt, niſi veram ſapientis viri ideam; per Harpocratem ijs, quæ vides, ſymbolis inſignitum, indicatam. Sedet primò, quia ſola ſapientia quietem & tranquillitatem animi componit. Iuuenis eſt, quia ſapientia immarceſcibilis ſemper floret & viget; digito labra premit, quia ſapientia nõ inter ſtrepitus & tumultus, ſed ſilentio, ſolitudine, ſeceſſu, & omnium rerum terrenarum cõtemptu comparatur. Quæ per noctuam nocturnum & ſolitarium animal pulchrè indicantur, vti paulò ante indicatum fuit; gallum adjunctum habet, quia ſapiens omnibus actionibus ſuis, ne præpoſteris finibus in tranſuerſum agatur, inuigilare debet. Siniſtro cubito galli guttur premit, vt oſtenderet, quietem & otium contemplationis non interturbandum per importunas diurni temporis actiones, quarum

Explicatio figuræ.

Gallus quid notet?

rum gallus nuncius est, voceque ad eas excitare solet homines; quemadmodum igitur Harpocrates digito labia sua premit, ita & gallo importuno quietis interpellatori guttur coërcet, quasi in gutture eius iam vocem moliente, sentiretur tacitũ quoddã & internũ incitamentũ. Auris, cui inseritur perseæ folium capiti impositum habet, quod vti, teste Horo, linguæ, ita fructus eius cordis figuram exprimit; quia Sapiens multum audire debet, & quod per linguam sapientis Magistri didicit, altè cordis penetrabilibus per frequentem contemplationem committere debet. Papavera præfert cum face accensa, quia Sapiens maximè in mortis, quæ per papauera signatur, & in supernarum rerum, altissimarumque per facem accensam indicatarum meditatione versari debet; pharetra post tergum, ac temerè proiectus arcus indicat, quod quicunque Sapientiæ penetralia intrare vult, is amori rerum terrenarum ante omnia abrenunciare debeat; rerumque corruptioni obnoxiarum, quæ per lunam & serpentem temporis caduci symbolum, teste Horo, indicantur, penitùs obliuisci. Quæ omnia fusè ex varijs Authoritatibus comprobarem, nisi ea proprijs istiusmodi symbolorum locis reseruassem; quare eò Lectorem remittimus. Noctua itaque symbolum fuit Sapientiæ silentio comparatæ. Vndè non Athenienses tantùm pro Vrbis insigni assumpserunt Noctuam, sed & eandem τῇ Ἀθηνᾷ, id est, Mineruæ Vrbis tutelari sacram esse voluerunt, vti numi penè innumerabiles ostendunt apud Parutam, Augustinum, Choulum, aliosque, omnes noctuæ simulacro insigniti.

Perseæ folium.

Papauer quid notet.

Pharetra proiecta quid.

Cur Atheniensibus Noctua prosymbolo.

Est enim γλαὺξ idem quod noctua, â Cæsio oculorum colore, vndè Ἀθηνᾶ γλαυκῶπις, Minerua Glaucopis siuè quòd glaucis & cæsijs oculis esset, siuè ab aëris colore cœruleo; per Mineruam enim aërem interpretabantur, dicta fuit. Vndè & omnes, qui cæsijs oculis essent, tanquam Mineruę filij, summi ingenij homines reputabantur. Erat autem Atheniensium Vrbs hisce auibus tantoperè referta, vt indè prouerbium natum sit, γλαῦκας εἰς Ἀθήνας φέρει, id est, Noctuas Athenas fert, contra eos, qui illuc merces, vbi eæ affluunt stolidè comportant. Quod verò nonnulli Noctuam victoriæ symbolum asserunt, id ideò factum esse putem, quod Noctua Sapientiæ & prudentiæ, quam Pallas ex patris cerebro nata daret, simulacrum esset, quibus administratæ res optatum proculdubio finem sortiuntur. Sapientia namque nocturnâ contemplatione vigilijsque diuturnis, vti ex paulò ante adductis symbolis patuit, paratur; quibus vtrisq; Noctua pręcæteris auibus egregiè præstare videtur. si quidem Sapientis est, præmeditatione ea, quæ in obscuris sunt, dignoscere, & loquacitate repudiata, loca tempusque ad agendum respicere; Vndè & eandem ob causam Æsculapio dedicata est; quod ad imitationem huius alitis, Medico diù noctuque studiosè in ægrorum salutem inuigilandum sit. Et quoniam sapientiæ acquirendæ nihil adeò contrarium quàm temulentia, & nimius vini vsus; hinc aptè quoque Noctuam posuére abstinentiæ & temperantiæ symbolum, eò

γλαὺξ quid & vnde Minerua Glaucopis dicatur.

Multitudo noctuarum Athenis prouerbium dedit.

Noctua victoriæ symbolum quid intelligendũ.

Cur Æsculapio dedicata.

Noctua cur abstinentiæ symbolum.

quod

quod oua Noctuæ ea vi pollere dicantur, vt si per triduum ebriosis in vino dentur, tædium vini adducant, & abstemios reddant. Sed hæc de primo sapientiæ symbolo dicta sufficiant.

Noctua malignum dæmonem notat.

Diximus quid Noctua apud Græcos indicârit, nunc quid apud Ægyptios notârit aperiamus; Apud Ægyptios itaque signabat primò ἀντίτεχνον Osiridi Numen, siue malignum dæmonem, Osiridis Aduersarium, qui dira pessima portendat, etsi subindè prosperorum nuncium quoque significaret, vt posteà dicetur; cuius significationis ratio hinc originem sumpsit. Ferunt, Ægyptij, teste Hecatæo, Typhonis asseclas singulos sibi eorum animalium, quæ cum sacris animalibus ingenij & naturæ dotibus dissiderent, formas assumere solitos, sub ijs dira mortalibus portendisse, eosq; varijs modis vexasse. Sicuti itaque Typhon subindè Crocodili, vel Asini, nonnunquam Hippopotami, ita interdum quoque Draconis, aut Noctuæ formam assumpsisse, sicuti alibi probatum est, vt hominibus illuderet, eosq; varijs persuasionibus agitaret. Verba Hecatæi. Τύφων δὲ μεταχηματιζόμενος εἰς γλαῦκα τερατολογοῦμενος ἔτυχε. *Typhon verò in noctuam transmutatus, dira portendebat.* Hinc Ægyptij occasionem sumentes, quando Draconem significare volebant, noctuam pinguebant. Et quemadmodum certis sacrificijs aduersa Dijs sacris Numina placare contendebant, ita & Numen hoc ἀντίτεχνον sub Noctuæ forma conspicuum, aueruncandi gratia varijs materijs Noctuæ appropriatis, ceu malignum dæmonem, lucis Osorem, & tenebrarum incolam, nè noceret, & vt dira omnia auerterent, venerari studebant. Erant quippè Ægyptij mortalium omnium superstitiosissimi, dum omina in omina, quæ vel viderent, vel audirent, aut somniarent, traherent. Vt proinde Meandrum sub persona Ægyptiorum, de diris huiusmodi omnibus conquestum esse, mirum non sit.

Hecateus apud Malchũ.

Superstitio Aegyptiorũ.

Angimur, si sternutauerit, si mala loquatur
Irascimur, si quis viderit insomnium, valdè
Metuimus, si Noctua clamauerit quæpiam, timemus.

Auis inauspicata noctua.

Hinc ad omnes ferè populos & Nationes transijt hæc de Noctuæ ferali carmine & ominoso gemitu persuasio; Hinc tot infelicia epitheta apud Poëtas passim Noctuæ attributa legimus, quibus tanquam inauspicatissima auis, dum bubulat horrendum, credita fuit; humano generi. Tristia fata ferens. Teste Ouidio.

Fædaque fit volucris venturi nuncia luctus,
Ignauus Bubo, dirum mortalibus omen.

Et Virgilius

Seraque culminibus ferali carmine Bubo
Visa queri, & longas in fletum ducere noctes.

Noctua diei symbolum

Vt verò rationem & originem huius luculentiùs perspiciat Lector; Notandum est. Ægyptios non tantum per noctuam aduersi Numinis operationes significasse; Sed etiam existimasse, Hemphta (est hoc prouidentiæ

vni-

vniuerſalis nomen & Numen,) Noctuam veluti nuncium ſuum ad homines mittere; ijſque per eam futura ſignificare, de ſiniſtris euentibus præmonere; ac quid inſtante quadam calamitate prudenter agendum ſit, ſuo exemplo docere. Sapientiam enim veram, quam per noctuæ actiones ſignificabant, vnicam eſſe, quæ omnibus ſiniſtris euentibus, obuijſque calamitatibus occurrere, reſiſtereque poſſit; vt vel ex hoc appareat, hoc hieroglyphicum omnium optimè concordare Sapientiæ; ita Abenephius:

وقالوا ان الهامة هي مبشرة ممفطا الاعم الذي هوعندهم الاهوت اولي وصدقوا ان مبفطا
منكو يبشر كل ما مستقبل علي النـــــــــــــــــاس

Credebant enim, quòd Noctua nuncia ſit Numinis Hemphta, quæ eſt prima apud eos diuinitas, & annunciatrix omniũ, quæ euentura eſſent hominibus. Certè quæ de Hemphta dicit Abenephi, de Iſide, quam Plutarchus prudentem naturæ progreſſum interpretatur, Diodorus lib. 1. c. 2. apertis verbis confirmat, dùm ait: *Iſidem in ſomnis paſſim apparere ſe colentibus, non rectè valentium morbis auxilia præbere, monita dare ſalutis, & tùm ad mala euitanda, tùm ad bona conſequenda, homines nocturno tempore per ſomnum, & varia phantaſmata ſollicitare.* Quæ propiùs adhuc attingens Porphyrius l. 4. de abſtin. apertè dicit, *Porphyrius l. 4* inter Oſcines aues, Noctuam vnam eſſe, quæ Mineruæ, quam eandem cum Iſide libro tertio aſſeruimus, de rebus euenturis ſententiam denunciaret; quæ fuſiùs Plutarchus in Themiſtocle proſequens, hanc annexuit fabulam. Cùm Neptunus à Minerua victus, non poſſet Atticâ regione potiri, iratus δυσβουλίας, id eſt, leuia, ſtolidaque conſilia illis immiſit, cùm autem Palladis ales mentem eius hominibus aperire crederetur, hinc prouerbium natum eſt, *Noctua volauit*, quod rebus feliciter atque ex animi ſententia geſtis, ſeù ſuccedentibus dici conſueuit. Vndè & ipſe Plutarchus ait, natum eſſe, vt in ſymbolum victoriæ noctua aſſumeretur, de quo ſuprà agebamus. Explicat hæc omnia appoſitè ſanè Porphyrius l. 3. de abſtinentia his verbis: *Sed Dij quidem tacendo res indicant, & eorum ſignificationes aues celeriùs quàm homines percipiunt, & percipientes nobis eò quò poſſunt modò denunciant. Et aliæ aliorum Deorum nunciæ hominibus ſunt. Iouis aquila, Apollinis accipiter, & noctua Mineruæ, Cereris grus, & cæterorum aliæ.* Hebræi quoque hoc dæmonium לילית *Lilith* vocaſſe reperio, quaſi nocturnum dæmonium. Ita Elias Thiſbites, quam & puerperis infeſtam inimicamq; ait, אך שם הרגיעה לילית' לילית
רש״י פירש שם שדה תרגום יונתן לילין בלשון רבים וכך בפסוק בימים החם כשבת מלך
Lilith, quin & Lamia ibi requieſcit. R. Salomō Iarchi dicit תרגום ירושלימי שדין ולילין *eſſe nomen dæmonis; & Ionathas in Thargum tranſtulit* לילין *Lilin in plurali numero, & ita in hoc verſu: In diebus illis cùm ſederet Rex &c. Thargum Hieroſolymitanum Sedin & Lilin; Dæmones & Lamias habet;* Fabulas, quas Hebræi hic inſerunt, qui videre volet, conſulat Oedipum, vbi fuſè de huiuſmodi tractatum reperiet. Meminit huius dæmonij nocturni quoque *Aben Sihal* Abenſihal Haſſemoni in libris de ſectis Religionum in Oriente, his verbis: *Haſſemon.*

ولاوايل كان يعبدون الصنم اسمه الليلة يقولونه القمر ويسمونه الليلة لانها السيدة *
وملكة الليل *

Colebant, inquit, *Antiqui etiam Deam, quam Alilath vocabant, & dicebant illam Lunare Dæmonium esse, appellabant autem eam Alilath, eò quòd ipsa Domina & Regina noctis esset*; Cui consentit Herodotus, quia in Euterpe asserit, Arabes Deam nomine Alittam coluisse, vbi loco Alittæ corrupti vocabuli, Alilath legendum esse censeo. Καλέυσι δὲ τὴν Ἀφροδίτην μυλιτταν, Ἀράβιοι δὲ Ἀλύτταν. Quamuis Milittam Mor Isaac Syrus à pariendo sic dictam esse velit, vbi enim de Astartha Dea Assyriorum agit, sic ait:

ܐܣܬܪܘܬ ܗܘ ܟܘܟܒܐ ܚܕ ܡܢ ܫܒܥܐ ܟܘܟܒܐ ܦܠܢܝܬܐ ܗܘ ܕܡܬܩܪܝܐ ܝܠܘܕܬܐ
ܘܡܝܠܕܢܝܬܐ ܡܛܠ ܕܐܝܟ ܐܡܐ ܗܝ ܕܟܠ ܘܡܦܩܢܝܬܐ ܕܟܠ ܘܡܛܪܢܝܬܐ ܕܟܠ

Astaruth, inquit, *sidus est vnum de septem errantibus siuè planetis, quæ etiam vocatur Genitrix, & obstetrix, eò quòd ipsa veluti mater sit omnium, omnium productrix rerum, omnium quæ in mundo sunt conseruatrix*. Quicquid sit, siuè Militta à Valed, id est, parturiendo, siuè à lail Alilath & Lilath, hoc est, à nocte deriuetur; Certè omnia hucusque recensita nomina ilithya, Militta, Alilath, Lilith, eandem Deam esse, & cum Lucina, Hecate, Proserpina, Isi seù Venere subterranea Nephthe, Empusa, Lamia, Lemuribus dęmonibusq; nocturnis confundi fatebitur, qui singularum actiones Authoresque mythologos, & quæ alibi de hisce scripsimus, ritè inter se contulerit, & per noctuas symbolicè indicatas, pulchrè ex Parutæ nũmis & medallijs nũc Iunoni, modò Palladi, jam Proserpinæ inscriptis, demonstratur, vt suo loco videbitur. Quæ omnia fusiùs hoc loco prosequi voluimus, vt consensus Authorum omnium populorum circa dœmonem illum nocturnum siuè prospera, siuè aduersa portendentem, per noctuam ab Ægyptijs demonstratum, luculentiùs patefiat; & quomodo noctua naturalibus suis actionibus pulchrè demonstret, quomodò Sapientiâ (quam Numen Ægyptiorum Hemphtha, quod Eusebius Emet, Iamblichus Cneph corruptè vocat, per noctuam, ceù per voluntatis suæ internunciam docet) aduersis omnibus resistere possit. Quę omnia fusiùs in Theologia Ægyptiorũ hieroglyphica, vbi secundùm anagogicos sensus, memorata symbola explicantes, diuinæ prouidẽtiæ mirã vim docemus; atq; adeò Hieromantas non multum ab orthodoxorũ Theologorum doctrina dissensisse, apertè monstramus. Sed ad institutum.

Consensus symbolorum adductorum

Dissidium naturæ per noctuam & cornicem.

Tertiò, reperio nonnullos per noctuam & cornicem dissidium naturæ, quam Antipathiam vocant, significasse, eò quòd hæ duæ volucres adeò irreconciabili odio diffidеant, vt sanguis cornicis, sanguini noctuæ commistus, nunquam coalescere dicatur, quod profectò (si vera sunt, quæ dicuntur) diuersam omninò earundem temperiem, & maximum naturarum dissidium ostendit. Verùm cùm de huiusmodi symbolo nihil apud Ægyptios repererim, de eo quoque nihil proferre libuit. Horus tamen ait, si quando Ægyptij hominem ad alicuius aras patrocinij, vel salutis causa euentu irrito confugientem significare vellent, passerem & noctuam, cu-

Sanguis noctuæ mistus cornicis sanguini non coalescit.

ius patrocinio periculum euadere ſperat, confugit, ab eametipſa longè infeſtius excipitur. Ἄνθρωπον προσφεύγοντα τῷ ἰδίῳ πάτρωνι καὶ μὴ βοηθούμενον θέλοντες δηλῶσαι. στρουθὸν καὶ γλαῦκα, ζωογραφοῦσι. οὗτος γὰρ Θηρευόμενος, πρὸς τὴν γλαῦκα τρέχει, καὶ πρὸς αὐτῇ ὢν πίζεται. *Hominem qui ad proprium Patronum contagiat, nec eius ſubleuetur auxilio, monſtrare cupientes, paſſerem & noctuam pingunt. Hic enim dum Aucupum venatione petitur, ad noctuam confugit, à qua mox opprimitur.* *Horus l. 1. cap. 51.*

Verùm cùm huiuſmodi ab Horo recenſita ſymbola, inter hieroglyphica ſchemata necdum reperire licuerit, ea veriùs inter emblemata & apophtegmata Ægyptiorum reijcienda duximus. Porrò noctuæ ſymbolum pro diuerſis rebus eidem adiunctis, diuerſa ſignificat. Ita Noctua cum Tautico charactere dœmonem auerruncum notat. Eadem cum baculo recuruo ſapientiam, cum figura aquam denotante, auerruncationem ab aquis; cum Serpente, à terra; cum Niloſcopio à Nilo; cum alijs alias ſignificationes habet. Ita Athenienſibus cum ramo lauri aut palmæ, quem expanſis alis ore geſtabat, victoriam; ſuperuolans verò Leoni procumbenti, vires ceſſiſſe prudentiæ innuebant; Eſt enim Noctua, vti ſuprà oſtenſum fuit, vigilantiæ ſtudioſis quam maximè neceſſariæ ſymbolum, quam ſobrietate colere & conſeruare oportet; quam ob cauſam Attici ita Noctuam depinxiſſe legimus, vt vas ſeu dolium inuerſum & vino vacuum pedibus premere videretur. Atq; hæc de Noctuæ hieroglyphico ſufficiant. Quid adiuncta Noctuæ varia ſymbola denotent.

HIEROGRAMMATISMVS XII.

Coturnicis, ſiuè

De Coturnicis hieroglyphica ſignificatione.

CVm in Obeliſco noſtro Pamphilio bis Coturnicis figura occurrat; quid per eam ſapientes ſignificauerint, iam dicendum eſt. Cum itaque Coturnicem, neſcio quod cum Luna diſſidium habere comperiam, ſi quidem illa, Luna oriente mox inauſpicatos clamores aduerſus eam excitat, non quæ Deam ſaluere libeat, aut laudatione proſequatur, vt ſolent galli, gallinacei; ſed manifeſtiſſima det indignationis aduerſus eam indicia, ante omnia autem terram fodicet, pupillaſque identidem ſibi conſcribillet, vtpotè quæ Lunæ apparentiam indignè ferat; quam neque quidem intueri patitur; atque hoc idem facit in ipſius Solis diuini aſtri exortu. Quod cùm apud Ægyptios ſummos Solis & Lunæ cultores ſummæ daretur impietati & ingratitudini; hinc occultè impium quid, malignum & inuiſum ſignificantes, volucrem degeneris & Typhoniæ naturæ Coturnicem pingebant; Typhoniam enim quandam, Oſiridi & Iſidi aduerſam virtutem in ea obſeruabant, quam & ipſa voce naturali profitebatur. Nam voce ſuâ continuò illud ΚΗ ΠΑ ΚΗ, quod in Ægyptiaca lingua idem notat ac Natura coturnicis. Ingratitudinis ſymbolum. Quid ſignificet vox eius.

procul hinc, quâ ſummum in dicta Numina odium demonſtrabat, teſte Hecatęo, vociferare credebatur prius verum eſſe his verbis comprobat, Horus. lib 1. hieroglyph. 49. Ἀκαυαξιαι τὸ γραφεῖον ὁ τυπος (ita enim manu ſcriptũ, quod penes me eſt, habet, non ὄρυγα) ζωογραφῶν, ἐπαφθὲν ἀνατολὴν ἐχομένης τῆς σελήνης ἀτενίζων εἰς τὴν θεὸν καὶ γαυριῶται. ἀκ ἐυλογῶν αὐτὴν, ὅτε ἐυφημεῖν· σημαῖνον τὸ τόπῳ ἐναργέστατον. πῶς γὰρ αὐτὸ σκέλεσιν ἀναρύσσων τὴν γῆν ζωογραφῶν ἑαυτῷ τὰς κόρας; ὥσπερ ἀγανακτῶν καὶ μὴ βουλόμενος ἰδεῖν τὴν τῶ θεῶ ἀνατολήν· τὰ δὲ αὐτὰ ποιῶν καὶ ἐπὶ τῶ ἡλίῳ θεῶ ἐγερομένῳ. *Porrò impurum ſcelerũmque notantes animantem, Coturnicem, pingunt, quoniam ad ortum accedente Luna, intentis in Deam oculis proſpiciens, vociferatur, non ei benedicens, nec fauſta acclamatione gratulationeque proſequitur, cuius rei argumentum eſt apertiſsimum, quod cruribus terram effodiens ſuas ipſius pupillas humi veluti pingens defigit, quaſi indignabunda inuitaque Deæ ortum aſpiciens. Idem quoque in exortu Dei, Solis, inquam, efficit:* quàm denique praua atque infeſta Coturnicis natura, quamque omne bonum reliquis animantibus inuideat; Horus in citato loco fusè proſequitur; Cùm enim quemcunque in deſerto locum aquis ſcatentem nacta fuerit, poſtquam biberit, roſtro turbat, lutumque aquæ commiſcet, ac pedibus in eam pulueremcon ijcit, idque ne vlli alteri animanti aqua ſit ad potum idonea. Et cum Luna omnia, quæ in toto orbe ſunt vtilia gignat, augeat, ac vegetet, nihilominus eam quaſi deſpicere videtur: ἀεὶ γὰρ ἀθεῖσα καθήκει ἐργάζεται, τὰ ὑπὸ αὐτῆς πάντα γενέσεις καὶ αὐξήσεις ὅσα ἐστὶ τοῖς κόσμοις ὄντα χρήσιμα. idque voce palàm teſtatur, vti & Hecatęus his verbis notat. τί διαλέγεσθαι τὴν κοπρικὴν τῆς ὀρτυγομήτρας φωνὴν ὡς καταφερνῶσα ὄντως τὴν τῶν θεῶν μεγαλότητος. *Quid indignius ſtercoratâ voce Coturnicis, quæ Deorum magnitudinem quadantenus ſpernere & ridere videtur.* Sed hæc de Coturnice ſufficiant, qui plura deſiderat, conſulat Oedipum vbi omnia fuſius proſecuti ſumus.

Horus l. 1. c. 49.

Malitia Coturnicis.

Hierogramma Galli.

Græcis Gallum multa ſignificaſſe, Ægyptijs verò vix, & non niſi in emblematis ſymbolicis adhibitũ fuiſſe conſtat. Quare cum nullũ in Obeliſcis hieroglyphica literatura inſignitis, ſicuti nec in cœteris inſcriptionibus eiuſdem veſtigium repererim, ſuperuacaneum quoque eſſe ratus ſum, de eius ſignificatione fuſius agere, quare ad alia progrediamur.

Gallus iſta hieroglyphica non inuenitur.

HIEROGRAMMATISMVS XIII.

Columbã ſiuè

De Columbæ hieroglyphica ſignificatione.

DE hieroglyphicis Columbæ, varij varia comminiſcuntur. Certum eſt, eam non tàm Ægyptijs, quàm Aſſyrijs cum primis in ſumma vene-

veneratione fuiſſe. Ratio cultus fuit, quod nonnulli Semiramidem, veriùs alij Decretam Semiramidis filiam in Columbam conuerſam referant. De quo cùm in Oedipo, in ſyntagmate Panthei Hebræorum, tractatu de Decreto, Dagon, Oanne fuſiſſimè tractauerimus, eo Lectorem remittimus; Inueni tamen, per columbam morales actiones ſignificaſſe Ægyptios, vt dùm purum aërem ab omni peſtilentis halitus contagione immunem per Columbam ſignificant, quod eſus Columbæ eximium prophylacticum ſit, adeòque ſolis regibus caſtiſque ſacrorum miniſtris, tempore contagionis in cibum cædat; de quibus vide Horum lib. 1. hieroglyph. 57. Secundò hominem, qui ſe priſtinæ ſanitati reſtituerit ex oraculo, innuere volentes; palumbũ pingunt; quòd lauri foliũ in nidũ ſuum inferens, eo morbis medeatur. Vide Horum lib. 2. hieroglyphico 46. Tertiò, mulierem viduam, quæ ad mortem vſq; in eo permanſerit vitæ ſtatu, volentes ſignificare, nigram pingunt Columbam, hæc enim quamdiu vidua eſt, alteri viro non miſcetur. Vide Horum lib. 2. hieroglyph. 32. Ex quibus patet, Ægyptios non omnia animalia in album ſacrarum literarum tranſtuliſſe, ſed ea tantùm, quæ Ægyptijs Dijs ſacra habebantur, ob quandam ad Deorum operationes ſimilitudinem & analogiam. Cuiuſmodi ſunt ea ferè, quæ hucuſque explicuimus. Quaſdam verò, vti equum, elephantem, leporem, aſinum, ceruum, ſcorpium, muſtelam, ichneumonem, pardum, porcum, hyænam, aquilam, gallum, columbam, paſſerem ſimileſque, quarum mentionem Horus facit, ſacras literas non fuiſſe, ſed tantum ad morales actiones, per earum proprietates, indicandas, aſſumptas fuiſſe, cuiuſmodi hoc tempore ſunt phrenoſchemata, emblemata, prouerbia, ſimiliaque. Ratio huius rei, quam & ſupra inſinuauimus, eſt; quòd nullum citatorum animalium neque in vllo obeliſco, neque Sphyngibus, neque tabula Bembina, neque in vlla altera hieroglyphica inſcriptione, quas in Iſiacis ſtatuis, Mumijs, & Canopis pingere ſolebant, reperiatur; haud dubiè verò illa impoſuiſſent, niſi ratio myſtica obſtitiſſet.

Morales actiones per ſymbola columbæ.

Columbæ nõ habẽ ur inter hieroglyphica.

HIEROGRAMMATISMVS XIV.

Ibis ſiuè

De Ibidis hieroglyphica ſignificatione.

Quis neſcit Voluſi Bithynice qualia demens
Aegyptus portenta colat, Crocodilon adorat
Pars hæc, illa fouet ſaturam Serpentibus ibin.

Ibidi itaque ſummos honores exhibitos plena ſunt omnium penè veterum Ægyptiorum monumenta, de quo, Horo, & Plutarcho teſte, varios apud Ægyptios agitatos ſermones, mirum non eſt. Cùm nullum alia-

Ibis in hieroglyphicis frequentissima.

rum tantum hieroglyphicæ suppellectilis copiam suppeditauerit, quam ibis. Huius enim ductu Hermetem primùm literas inuenisse, supra dictum est; huius ope arithmeticæ, geometriæ, & quæ ad mensuræ rationes pertinent elementa perceperunt; Ex huius miris proprietatibus, humano generi necessarias artes, præsertim quæ ad medicinam & diuinandi scientiam pertinent, se inuenisse gloriantur; huius beneficijs ab innumeris malis, quibus

Vtilitas Ibũ.

Ægyptia tellus continuò, tum à venenatorum animalium multitudine, tũ à Crocodilorum sæuitiè infestabatur, liberabantur. Huius operationibus, non ad morales tantùm, sed & physicas archetypasque rationes translatis, ingentia tùm sensibilis, tùm insensibilis & supramundanæ Sphæræ mysteria denotabant. Hinc viuum diuinitatis habitaculum appellabant; putabant enim Mercurium, quem ipsi nunc Phta, iam Thoth, modò Tautum, huius animalis forma vestitum, Ægyptum circumire, homines variarum rerum inuentionem, cultumque Deorum docere, vndè & Ægyptiacâ linguâ, vti in Dictionario nostro ostendimus, eum dicebant, nunc Hermanuphta, hoc est Deum interpretationis, nunc Hermanubis Zeuda, hoc est, Mercurium ibiacum sub forma ibidis docentem; vidè quæ de horum etymo fusè in supplemento Prodromi tractauimus: Existimabant enim magnum illum Phta Mercurium videlicet, qui ipsis tantarum rerum inuentiones præstiterat, ad Deorum assumptum consortium, homines quibuscunque modis non desinere instruere, dùm sub Ibidis formâ, varia præsentiâ suâ oracula fundit, dùm eos per occultas Alitis huius operationes ad mores formandos instruit; dùm dira omnia felici augurio auertit & complura alia, de quibus in sequentibus.

Viuum habitaculum Mercurij.

Ibis symbolum A,

Ibis itaque primæ literæ A, erat Hieroglyphicum, dicebaturque Αγαθοδαίμων, quem Ibis, vti indicabat, ita rostro duobus cruribus inserto eundem μονογραμματικῶς pulchrè exprimebat. Verum qui multa curiosa de primâ Ægyptiorum characterum fabricâ, ex animalium forma, situq; desumpta scire desiderat, is legat lib. 2. caput 7. de fabrica literarum Ægyptiarum; vbi sex diuersorum characterum formas ex Ibide desumptas fusè ex varijs probatissimisque Authoribus ostendimus, vt proindè superfluũ sit, easdem hîc Authoritates repetere.

Ægyptum notat.

Secundò, prisci illi Ægyptij Regionem suam significaturi, Ibidem auem imprimis depingebant, primò quod hæc auis ita Aegyptum amet, vt

Aelianus de l. 1.

extra eam viuere non possit, exportataque quantocyùs moriatur. Aelianus, *extra Aegyptum nunquam progreditur ibis; quoniam Cælestatus ille vuidus est, & Luna omnium maximè planetarum humida: Nam si quis vi atque impetu eam ab Aegypto exportet, illa quidem ex insidiatoribus vltionem capit, vel cum magna sui pernicie; mortem enim sibi fame conscisciens, raptoribus studium in se exportandæ extrà Aegyptum, vanum esse ostendit*; Hinc mirum non est, si teste Strabone, nullum non Alexandriæ triuium ijs plenum sit; Cùm itaque soli Aegypto hæc auis peculiaris sit, mirum non est, eam in eiusdem Regionis

gionis hieroglyphycum assumptam. Secundò, cùm Ibis dum quiescit, diuaricatis pedibus vna cum linea terræ, vti citato capite septimo probatum fuit, Δ constituat, hinc eandem Regionem, quæ duobus Nili brachijs vnà cum obtenso maris latere efformatur, à similitudine Δ *Delta*, vel Copticè ⲇⲁⲗⲧⲁ, hoc est, bonum agrum dixerunt; eâ hoc monogrammate Δ, γῆ ἀγαθοδαίμων, vt citato loco probauimus, vocitantes. Et cum Ibis diuaricatione suorum crurum Nili diuaricationē docuisset; hinc Ibidem pingentes hoc situ, hanc Aegypti partem præ cæteris fœcundā denotabant. Plato in Phœdro eā Mercurio dicat. *Audiui*, inquit, *circa Naucratē Aegypti, priscorum quendā fuisse Deorum, cui dicata sit auis, quā ibin vocant, Deo autē ipsi nomen Thoth.* Cur autem illa Mercurio sacra fuerit, sex causas reperio. Prima est, quod Mercurius ad Typhonicos furores vitandos, alijs Dijs, alias sibi animalium formas assumentibus, ipse in Ibidem sit transformatus. Ita Ouidius suprà citatus lib. 5. Altera est, quod Mercurius sub huius alitis forma circumiens, hominibus variarum rerum vsum ostenderet, ita Abenephi.

Literarum traditax lo n

Vnde Aegyptium Δ.

Cur Mercurio sacra.

بر لوجه عي الطير عرميس ويعدوا الاصل معر لان عرميس ذهبت صورته براي
لهم لعلمهم

Ibis, siue iconia dicitur auis Mercurij, putabant enim, quòd Hermes sua figura eius compareret hominibus ad docendum eos.

Tertia, quia cùm Mercurius cordis rationisque præses sit & moderator, hinc cor significantes Ibidem pingebant, eò quòd ipsa cordi magna ex parte similis sit, ita Horus: Καρδίαν βουλόμενοι γράφειν ἴβιν ζωγραφοῦσι, τὸ δὲ ζῶον Ἑρμῆ ἀνάκειται, πάσης καρδίας καὶ λογισμοῦ διαστάσεως· ἐπεὶ καὶ ἡ ἶβις καθ' αὐτὸ τῇ καρδίᾳ ὅμοιόν ἐστιν ἐμφερής. ὃ δὲ λόγος ὅτι πλεῖστος παρ' Αἰγυπτίοις φέρεται. *Cor volentes indicare, ibin pingunt, quod quidem animal Mercurio attributum ac dicatum est, cordis omnisque rationis præsidi & moderatori. Nam & ibis per seipsam magna ex parte cordi similis est, de qua plurimus apud Aegyptios sermo fertur.* Vndè Pherecides in hymno Mercurij:

Mercurius cordis & rationis præses.

Horus.

Ω Ἑρμῆς Ἰβίμορφε
Ἀρχηγὲς σὺ νόου
Σὺ γραμμάτων ἡγήτωρ
Μέτρου τε πάσης.

Pherecides.

O Hermes ibiformis, Dux cordis, tu Literarum, tu totius mensuræ Auctor.

Hinc scrutantes rerum naturam Ægyptij, cùm inuenirent ibin, statim ab ouo excussum tantùm pendere, quantùm cor infantis recens nati, scilicet duas drachmas, ex similitudine, quam cor ad ibin habet, in eam deuenerunt cogitationem, cor membrum esse Mercurio dicatum, vti & ibin; quod cor occultâ figuræ, ponderis ac mensuræ proprietate referret, imò ea, idem certis pedum interse, & ad rostrum interuallis designaret, dùm trigonum æquilaterum, ceù cordis quandam speciem & formam constituebat, ita Plutarchus lib. de Osiride & Iside.

Ponderetur, quo excluantium pendet, quantum cor infantis recens nati...

Quartam causam refert Ælianus his verbis: *Ibin, orationis parenti Mercurio aiunt in amore esse, quia orationis specimen, similitudinemque gerat, namque eius*

Aelianus de ibis mysteriis.

eius nigræ pennæ cum tacito, & nondum emisso sermone comparari queunt; necdum verò prolatæ orationi, intimorum sensuum enunciatrici, candidæ possunt conferri, quæ Volaterranus hoc pacto explicat: *Ibis*, inquit, *à Mercurio seligitur, quod eius naturæ conueniat; nam quod nigra, & alba in hoc genere reperitur, altera mentis tantum excogitata, tacitaque notantur; altera verò nuncius auditi prolatique sermonis extrinsecùs significatur.*

Quinta ratio est, quod cùm Mercurium Hermophroditum siuè Lunæ-Solarem assererent, sicuti per cordis feruorem calorisque fontem, Solarem, ita Ibidem pingentes, vim eiusdem Lunarem designabant. Ælian, *Expansis alis, eò quòd Ibis tot diebus oua excludat, quod Luna augetur, & decrescit, intestinumque eius Luna crescente comprimitur, pingebant.*

Aelianus de Ibi. Plutarchus.

Aliam causam Plutarchus adducit, quod videlicet, nigræ eius pennę albis, ita appositæ sint, vt Lunam ἀμφίκυρτον, hoc est vtrinque inflexam, & gibbosam referant, vndè & Isidi Sacra quoque fuisse dicitur. Quæ Clemens Alexandrinus libr. 5. stromatum de Commasiarum Solennitatibus comprobat. Vbi inter cœtera simulacra, quæ circumferebantur, Ibis quoque simulacrum erat, quâ Lunam denotabant. de qua solennitate pluribus in locis huius Operis egimus.

Clem. Alex.

Sextam tam insani cultus ibiaci causam assignat Cicero his verbis. *Ibes maximam vim serpentum conficiunt, cum sint aues excelsæ, cruribus rigidis, corneo proceroque rostro; Consecrationis igitur causa erat vtilitas: serpentibus enim alatis ex Arabia in Aegyptum aduentantibus, obuiam procedentes Ibides, eas conficiunt, eorumque cua disperdunt (vti Herodotus, Solinus, Iuuenalis referunt) quibus terra multis incommodis purgata liberatur.*

Cicero. de natura Ibis, & eius vtilitate.

Atque hæ sunt causæ, cur Ibis tanto in honore haberetur, adeò vt capite pœnas lueret, qui etiam imprudens Ibin, teste Herodoto, occidisset, qui sanctionem hanc etiam ad Accipitrum occisores protendit. De Ibide testatur eadem Diodorus, additque veluti oculatus testis, eandem pœnam manere, vt suprà dictum est, etiam inuoluntarios interfectores. Adiungit hisce Cicero 5. Tusculan: *Aspidem, Canem, Crocodilum*; verè ergò Pomponius Mela; *Colunt Aegyptij, effigies multorum animalium, atque ipsa magis animalia; sed alij alia adeò, vt etiam quædam eorum per imprudentiam interemisse capitale sit; quà quidem superstitione prudenter vsus est Cambyses, dum Pelusium oppugnaret, cùm enim Aegyptij missilibus eius exercitum vexarent, is, τὸς κύνας, πρόβατα, αἰλούρους, ἴβεις ante agmen vtili consilio collocauit, Aegyptij enim iaculari desierunt, timentes ne sacris occisis animalibus magnum sibi crimen adsciscerent.*

Herodotus lib. 8.

Diodor.

Cicero.

Sed vt ad institutum reuertamur. Ibis itaque quarto loco præter earum rerum, quæ meminimus Symbola, hieroglyphicum quoque fuit Genij Lunaris, siuè præsidis in humidum elementum. Quam ob causam Lunæ, seù Isidi quoque Sacram fuisse paulò ante indicauimus. Atque sub hac significatione sumitur illud hieroglyphicum in Tabula Bembina, vbi simulacrum ἰβίμορφον siuè ibiforme cubo insidens, Læua baculum Hori capite

Ibis Symbolũ Genii Lunaris & ideo Sacra Mercurio.

pite insignitum, dextram ansatam crucem præfert; sedi substernuntur duo Crocodili in oppositas partes respicientes, capite verò tutulum ὀφιοκυκλοφλογόμορφον sustinet; quæ omnia sua mysteria habent, quæ libenter hoc loco explicarem, nisi integrę ea huius tabulæ interpretationi reseruassem. Sufficit hoc loco tantùm hieroglyphicam significationem obiter demonstrasse.

Quintò ibidis ala iuncta cum Crocodilo, indicabant vim quandam malorum auerruncatiuam; sicuti enim Ibis, vel solo tactu Crocodilum siderat, id est, immotum reddit, ita Genius tutelaris vi superdominatiua sua omnem Typhonicam vim per Crocodilum indicatam, vt suprà dictum est, præsentiâ suâ dissipat profligatque, siué quod idem, malorum imminentium sistit impetum, inualidumque reddit. ita Horus: Ἅρπαγα τὲ ἢ ἀνενέργητον βουλομένοι σημῆναι, Κροκόδειλον ἔχοντα ἴβεως πτερὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ζωογραφοῦσι, τοῦτο γὰρ ἐὰν ἴβεως πτερὸν θίγης ἀκίνητον αὐτὸν εὑρήσεις. *Rapacem & inertem significaturi Crocodilum pingunt in capite Ibidis tenentem alam, hunc enim si Ibis penna tangat, immotum reddet.* Et quamuis hæc Horus ad morales actiones transferat; Aegyptij tamen per rapacem Crocodilum intelligunt Typhonem, quem in Crocodilum versum, teste Plutarcho, credebant, vti alibi dictum est. *Horus lib. 2. c. 18.*

Sextò hæc eadem auis, quoniam Clisterem, siuè illud remedij genus reperisse putatur; quod ad conseruandam, & inducendam salubritatem in frequentissimo apud Aegyptios vsu erat, ita depicta, vt rostrum in aluum inditum teneret; salubritatis Symbolum eisdem Aegyptijs fuit. Verùm hæc de Ibidis significatione sufficiat.

HIEROGRAMMATISMVS XV.

Vpupæ, siuè

De Vpupæ significatione hieroglyphica.

QVamuis inter obelisci nostri hieroglyphica, Vpupæ figura integra non compareat, quia tamen caput eius sceptro impositum subindè inter alia non infrequenter comparet, quid per vpupam & sceptrum eius capite insignitum indicauerint, hoc loco explicare visum est.

Inter cętera itaque portabilia, quêis simulacra Comasiarum dicta, ornata videbantur, sceptrũ quoq; κυκουφόμορφον, seu vpupæ capite insigne erat, cuius ignorantia multis quoque magnam errorum materiam suppeditauit. Pierius quidem non vpupæ seu cucuphæ, sed cicumæ, hoc est, ciconiæ ca-

put

put esse existimat. Quod falsum esse ex Festo & Isidoro, qui eam noctuam interpretabantur, patet. Goropius Becanus multa de hoc fingendo more suo, nobis per cucupham, galeritam omnibus modis intendit obtrudere, cristâ forsan delusus; Alij Ciconiæ asserunt esse caput, sed quis vnquam cristatam vidit Ciconiam? nisi fortè pro ciconia gallum intelligat calecuticum. Sed erroris materiã protulisse videtur, vtriusque maxima in suos φιλοσοφία. Nos vt difficultatem, quam Authores in hoc nodo dissoluendo reperiunt, tandem dirimamus, hoc dicimus nihil aliud esse, quàm caput vpupæ, quod ex Arabico facilè liquebit. Abenephius enim hoc loco sceptrum vocat vpupæ capite insignitum: صبة بصورة الراس الهدهد hoc est, *sceptrum, cuius extremum caput Hodhod*, quam Camus Arabum, verbo هدهد appositè describit.

Hodhod quid proprè Arabibus.

Accedit, quòd in lingua antiqua Ægyptia seù Coptica, Vpupa, seù *Hodhod* Arabibus idẽ sit, quòd κέκεφα, vti videre est in nostro thesauro Ægyptio & Coptico, capite de animalibus, quem ex Arabico in Latinum translatum, proximè edidimus.

Sceptrum Vpupæ capite insignitũ.

Atq; hinc apparet, rectè per Cucuphã Vpupã intelligi. Est enim Vpupa amans librorũ, est Vpupa sceptrorum diuinorum insigne & ornamentũ, teste Horo l. 1. c. 55. ἰυγαειοίαν γραφοῦσι, κέκεφα ζωογραφοῦσι διότι τὸ μόνον τῶν ἀλόγων ζώων ἐπιδάκν, ὑπὸ τῶν γονέων σκεπασθὲν κέκεφα γηράσκουσιν αὐτοῖς, τὰ δὲ ἄλλα ἀνόητα πάντα γηράσκει, ἄθεα δὲ τῶν θείων σκήπτρων κέκεφα προτίμησις ἔστι. Cucupha quoq; nõ valdè distingui videtur à דוכיפת *Duchiphath*, quod 70. interpretes in Leuit. 11. vertunt Vpupam. Vbi Rabb. Salomon exponit gallum sylvestrem duplicatâ cristâ, vndè etiam nomen ei fit, quasi *Du Kephath, habens cristas*, verba eius sunt: דוכיפת תרנגל שיש לו שתי כפות של יער כן אשתמא מדו כיפת *Cucupha gallus sylvestris sic dictus à duabus cristis quibus ornatur*. Eundem sequuntur Kimchi & Abenezra, quorum versionem sequens Pagninus, ait, Vpupam auem esse, cristis à capite exeuntibus, galeatam. Quæ versio Rabbinorum non displicuit: nam Vpupa à quibusdam etiam Græcis dicitur ἀλεκτρίων ἄγιος, vti & à nonnullis gallus paradisi. Et quoniam Vpupa in crista cum galerita, in solitaria vita cum cicuma, in φιλοσοφία cum ciconia, in cantu denique cum cuculo conuenit. Hinc diuersorum in determinanda specie Vpupæ opinio nata, hæc tria animalia vti Goropius cum Galerita, Pierius cum Ciconia, Æschylus cum cuculo passim confudit.

Dupl'ci crista conspicua Vpupa.

Vpupa, Cicuma & Ciconia concordantur.

Cùm igitur Vpupa insigne fuerit sceptrorumq; hieroglyphicorum ornamentum, nunc videndum est; quid per eiusmodi κεκεφόμορφον sceptrum intellexerint. Notum quidem est ex Horo, Cucupham per se positam gratitudinis symbolum esse: per in sceptro verò positam, ex superius adductis patet, varietatem rerum incommutabilem insinuasse. Videbant enim Ægyptij, auem esse multicolorem, pulchram, plicatili cristâ instructam, alijsque raris virtutibus ornatam, eam ab hieroglyphicorum suorum catalogo abesse noluerunt. Est enim Vpupa auis, teste Aldrouando & Pausania, magnitudine excedens coturnicem, capite acuta, quali Philiclem Comi-

Quid per sceptrum cucuphomorphon.

Pausanias. Aldrou. de Vpupa.

cum

cum Suidas fuiſſe ſcribit, roſtro aliquantùm falcato, Certhiæ inſtar nigricante, rotundiuſcolo, parumper tamen depreſſo à lateribus, criſtâ admirabili, conſtante ex viginti ſex plumis, quamuis Ægyptij viginti octo, vt poſteà dicetur, ei pennas attribuant, quarum aliæ alijs longiores, quarumque extrema nigricent, deindè albicent. Quod reliquum eſt caſtanei coloris ad flauum vergentis; palpebra, vt in gallinaceo genere, oculum contegit. Porrò criſtam pro libitu nunc erigere, nunc deprimere dicitur, ſine dubio muſculorum quorundam ope, vbi collum capiti annexum aliquantulum ruffeſcens; tandem in cineritium declinat ad dorſum vſque, à dorſo vſque ad caudam cinereis veſtitur plumis per interualla albicantibus, diſtinctis maculis. Caudam habet ſex digitos per tranſuerſum longam, in medio transuerſalis linea alba, lata, primæ quadraturæ ipſius Lunæ creſcentis effigiem referens, inſerta à natura ſpectatur, cauda ota decem conſtat pennis, crura ſunt breuia, colore plumbeo. Alas habet nigras, lineis latis, altis per tranſuerſum diſtinctis; Harum pennæ aliquæ in extremis nigricant, aliæ verò albicant. Cauda alas ſuperat, ſub ventre vripygium verſus candicat, pectus verò ruffeſcit, linguam habet trigonam, initio latam, extremo acutam inſtar perfecti & æqualium laterum trianguli. Ex qua minuta exactiſſimaque deſcriptione illam pulcherrimam auem eſſe, & ſicuti myſtico quodam colore plumarum que varietate imbutam; ſic occultis naturæ dotibus quàm maximè excellere veriſimile eſt, vti ex Abenephio patet, qui Ægyptios varietatem rerum huiuſmodi indicaſſe exiſtimat, quòd alià ratione meliùs præſtare non potuerunt, quàm per ſymbolum Vpupæ quam παντοχρώματον non immeritò dicere poſsumus. Vndè Kiranides ei diuerſitatem colorum, & quatuor anni tempora accommodat, verba eius ſunt: *Vpupa eſt ſepticolor, regimen habens in capite, altitudine digitorum duorum, quod aperitur & contrahitur, eſtque quatuor colorum, conuenientium ad quatuor anni tempora.* Septem igitur colores habet vpupa, quibus veriſimile eſt, Ægyptios ſignificaſſe ſeptem planetarum radios, quorum commixtione, ſicuti colorum quadam contemperatione omnes res inferiores, id quod ſunt, ſunt. per quatuor autem colores, quèis criſtam vpupæ conſtare indicat Kiranides, non tantum quatuor anni tempora, ſed quicquid illis analogum eſt, intellexiſſe, probabile eſt, vti quatuor elementa, quatuor Lunæ phaſes, quatuor mundi plagas, quatuor Zodiaci triplicitates, ſimiliaque, habet iuxta ſuperiorem deſcriptionem criſta vpupæ nigrum, albo-ſubflauum, ruffum & cinereum colorem, qui pulchrè quatuor elementis conueniunt, ita vt niger terræ, aquæ ceruleus, albus aëri, flauo-fuſcus igni reſpondeat, qui veluti primarij colores alijs mixti, infinitas colorum diuerſitates producunt. Sic elementa radijs cœleſtibus incitata, mixtiſque coniuncta, infinitas rerum ſpecies producunt. Sic Luna tot nimirum dierum ſpatio, quot iuxta Ægyptios vpupa plumas habet in criſta, viginti octo nimirum, *tametſi alij dicant viginti ſex*, periodicum curſum perficiens, totum Lunarem annum

Deſcriptio vpupæ.

Vpupa παντοχρώματος

7 colorum vpupa

4 Elementa notat.

Lunæ ſimbolum criſta vpupæ.

in quatuor diſperſit partes, quas quadrantes appellant Aſtrologi, quarum vnaquæq; alicuius elementi qualitatem poſſideat; ita vt prima ſit calida ſicca. Secunda frigida &c. vt infra patet: Quod & ἀναλόγως de quadrantibus ſolis vere, æſtate, autumno, hyeme, dici poteſt. Si quidē hoc quadripartito anni tempore, totus mundus quaſi renaſcitur. Atque huc reſpexiſſe videntur Ægyptij, quandō Horum, hoc eſt mundum ſignificare volentes, puerum pingebant reticulata veſte, & ſceptro cucuphomorpho in manibus, vt in obeliſco noſtro, & Bembina tabula apparet, ſine hoc enim Horus nullibi pictus cernitur vt hic apparet. Mūdus enim nō ſecus, ac intans ſingulis annis vere naſcens, æſtate iuuenеſcit, matureſcit autūno, hyeme ſeneſcens tandem moritur, & mortuus mox reſurgens, ſe varietate rerum conſpicuum præbet. Quæ omnia pulchrè, & exactè coloribus in criſta vpupæ conſpicuis, cuius ſceptrum proprium Hori eſt, repræſentantur. Hinc quoq; ſepties hoc ſceptrum in Bembina tabula poſitum cernitur, iuxta colorū in criſta vpupæ obſeruatorum multitudinem, toties nimirum, quot colores à Kiranide in vpupa recenſentur eſſe, vt monſtrarent varietatem hanc rerum in ſeptem potiſſimum ſubiectis ſenſibilibus huius mundi reperiri. in terra, aqua, aëre, igne, animalibus, plantis, foſſilibus. Sed hæc omnia fuſiùs, dum dictam tabulam explicabimus. Tu interim aſpice ſequentem Typum.

Horus cum ſceptro quid noter?

Vpupa Varietatem rerum notat.

Typus hieroglyphicus, quem criſta vpupæ ſeptemcolor exhibet.

1	Albus.	flauus ruſeſcens.	Cęruleus.	Niger
2	Sanguis	Cholera flaua.	phlegma.	melăcholia.
3	Ver.	Æſtas.	Autumnus.	Hyems.
4	Aër.	Ignis.	Aqua.	Terra
5	Prima.	Secunda.	Tertia.	Quarta
	Calida humida.	Calida ſicca.	Frigida humida.	Frigida ſicca.
6	Pueritia.	Iuuentus.	Virilitas.	Senectus.
7	Zephyrus.	Subſilenus.	Auſter.	Septentrio.

quæ omnia

1	2	3	4
Rationatiuis.	Senſitiuis.	Vegetatiuis.	Inanimatis

hoc pacto 7 priora in hæc 4 ducta, oſtendunt 28, periodicum Lunæ motum.

Atque

Atque hæc est rerum varietas, quam per vpupæ caput in sceptro Hori relucescentē intimarunt Aegyptij. Quam rerum varietatem ipsa auis natura nobis dupliciter indicat. primò cristâ, quam surrigere potest, & depressam recondere, teste Plinio. Secundò exuuio ipso plumarum, quibus hyeme, & autumno denudata latet, teste Theophrasto; quo patet, varietatem istam rerum, nunc latere, nunc apparere, prout Horus ille verus mundi oculus plus recesserit, aut appropinquârit.

Atque hîc quoque notandum; quod vbicumque in tabula Bembina ponitur Isiacus character, seu Tau ansatum, etiam poni sceptrum cucuphomorphum, quod & in obelisco nostro obseruatur, de quo postea: Quo sanè nihil aliud insinuare voluerunt, nisi admirandam virtutem spiritus mundi, qui ex admirabili sua per vniuersum diffusione, maximam in mundo rerum inducit varietatem; ac proindè ingeniosè Aegyptij illa simul coniungebant, vti fusiùs alibi indicabimus, sed & vtrumque amuleti loco adhibebant. vti & de charactere Tautico suprà diximus; cui fidem facit de vpupa quoque testimonium Alberti Magni, & Euacis, qui eam vocant auem totam præstigiosam & auguralem; & magi in magno eam semper pretio habuerunt. Vndè Syluaticus superstitiosus ait, lapidem in nido vpupæ inuentum, impositumque pectori dormientis, secreta prodere, & phantasias permouere. Kyranides quoque Syluatico non minus superstitiosus hanc tradit operationem, *Vpupæ adhuc viuæ, & palpitantis cor exemptum deglutito, conuersus ad Solem initio horæ primæ, vel octauæ, die Saturni, Luna Orientali, & superbibito lac Vaccæ nigræ cum modico melle, ex compositione recitanda; vide vt sanum, & integrum vores cor, & eris præscius eorum, quæ in cœlo, & quæ in terra fiunt*, O præclarum Prophetam! *Et quid cogitent homines, cognosces*, (si tamen, vt ego arbitror, primò à diabolo didicerit. *& res, quæ in locis remotissimis geruntur, futuras*. Deindè mellis compositionem recitat, quam meliorem esse ait; si cor & iecur vpupæ iniecerit. Similia ridicula dicùntur de corde, & sanguine vpupæ. quibus subscribit Villanouanus lib 2. de talpa. quod cor vpupæ palpitans, Lunâ nouâ deglutitum, omnia faciat scire, quæ sunt, & mentes hominum, & multa cœlestia. Similia narrat Rasis. Sed quia indigna sunt, vt de ijs pluribus tempus perdamus; ad alia nos accingamus, siquidem ista omnia, ex Magorū disciplina prodierunt. In Geoponicis græcis. 15. c. 1. Authore Zoroastre, herbam adiantum contra fascinationem, nido suo imponere vpupā legimus. Tametsi Horus alium adianti vsum in vpupa monstret, quod & Aelianus docet, qui ei vim quandam tribuit reseratiuam; *Cum enim*, ait, *aliquando in parietis diruti, & deserti rima reperisset vpupa, idipsumque curator aduertisset, luto rimam expleuit, & obstruxit, vpupa verò rediens, ac videns latebram suam clausam opletamque, herbam attulit, qua ad lutum admota, dissolutum defluxit; illa in cauum ad pullos suos ingressa est: at ea posteà cum ad inquirenda cibaria rursus proficisceretur, homo ille iterum cauernam oblinens obstruxit: auis verò eadem ipsa herba rimam aperuit,*

Vpupa cuius magica.

Syluaticus.

Kyranides

Lib. elem. *Villanouanus*

Rasis.

Adicambium vpupæ nido imponitur.

Aelianus.

Fabula de vpupa resente.

quod ipsum ter factum est. Quod parietis curator intelligens herba illa è luto sublata, non quidem ad eos vsus, ad quos vpupa vtebatur, sed ad reserandos thesauros, (puto ego) phantasticos, & ad eum nihil pertinentes. Certè ab Aegyptijs huiusmodi superstitionum deliria ad posteros translatas hinc apparet. Quod in sacris Typhonijs vpupæ sanguinem vsurpatum Pausanias tradat. Cùm enim Ægyptij eam viderent certis anni temporibus speciē suā mutare, hanc mutationem vocabant, Typhonis in Horum transitum: putabant enim Typhonem subindè animalium Horo dedicatorum figuras subire, quo occultè, ad varietatem rerum in hoc mundo, necessariam esse indicabant misturam Hori cum Typhone, id est, contrariorum principiorum dissidium, ex quo nascitur harmonia totius, veluti ex consonis, & dissonis constituta, quæ eleganter sanè Plutarchus explicuit, vti alibi dictum est. & huc alludere videtur fabula illa apud Æschylum, quàm sequentibus versibus descripsit.

Speciem suā mutat vpupa certis anni temporibus.

Τοῦτον δ' ἐπόπτην ἔποπα τὸν αὐτὸν κάκων.
Πεποικίλωκε καὶ ἀποδιλώσας ἐχεῖ
Θρασὺν πετραῖον ὄρνιν ἐν παντευχίᾳ
Ὃς ἦρι μὲν φαίνοντι διαπάλλει πτερὸν
Κίρκου λεπάργου. δύο γὰρ οὖν μορφὰς φανεῖ
Παιδὸς τε τ' αὐτοῦ νηδύος μιᾶς ἀπὸ
Νεὰς δ' ὀπώρας ἡνικ' αὐζανθῇ στάχυς
Τίκτει νιν αὖθις κἀμφινωμήσει πτερὺξ
Δεῖ δὲ μίσει τοῦ δὲ παλλήνης τόπου
Δρυμοὺς ἔρημους ἢ πάνους ἀπικάσει.

Quæ ita interpretamur.

Hanc calamitatis vpupam testem suæ
Variam fecit, tenetque perculsum metu
Ferum-anteà armatum, petrarum nunc auem
Vere apparente, quæ noua pennas quatit
Instar accipitris ventre albo. Nam est figura duplici.
Vnus quidem iuueni color est pectoris
Autumno, & illa flaua cum peperit seges
Mutata pennas rursus alias induit. &c.

Ex quibus sanè luculenter apparet, hîc alludere ad Thereum in vpupam mutatum, & in hac facie suiipsius calamitatem inspicere. vbi ludit in vocabulis ἐποψ & ἐπόπτης, tanquam ita diceret. Iupiter (aut quisquis Thereum mutauit in auem) effecit eum suorum spectatorem malorum, & pennis insignitum varijs, & ferocem illum anteà in sua panoplia, auem iam eandem (nam rostrum longum pro ense est, crista pro galea) reddidit timidam. Censeo hic ἀποδηλώσας per ει non per η legendum. vt ἀποδειλοῦν verbum significet δείλον ποιεῖν. sicuti ποικίλον ποιεῖν; & pro φαίνει, φύει legendum, vt carmen constet sensu eodem. pro κομφινωμήσει fortè κομφύννυσιν, hoc est, vestit & induit, vt sensus sit, eam tempore veris plumas amittere,

Thereus in vpupā conuersus.

tere, messe denuò ijs vestiri. Cœterum Ouidius 6. metam. de Thereo in Vpupam mutato, qui militarem adhuc in capite cristam gereret, & rostro oblongiori ensem referret, quasi hoc habitu vxorem Prognem insequeretur, filiumq; quæreret, verbis πούπου, sequentibus versibus cōcinnè describit. *Ouid. met.*

Vertitur in volucrem, cui stant in vertice cristæ,
Prominet immodicum pro longa cuspide rostrum,
Nomen Epops volucri, facies armata videtur.

Quæ sanè pulchrè Typhoniæ metamorphosi quadrant; vt proindè luculenter ratio hieroglyphici Vpupæ Ægyptijs vsitati è dictis appareat. Sed hæc fusiùs alibi.

HIEROGRAMMATISMVS XVI.

Scarabæus, siue

De Scarabæi hieroglyphica significatione.

SCarabæum, quem Græci à Sole Ηγιοκάνθαρον & à felis formâ αἰλούρομορφον, vocant, Ægyptijs hieroglyphicum fuisse, quod Solem indicaret, eiusque effigiem geminam, non duntaxat hieroglyphicorum obelisco præsenti inscriptorum, sed & irrefragabilia ex omni antiquitate, vetustisque historiarum monumentis allata testimonia, satis superque demonstrant. Atque vt alios innumeros omittam, testantur luculentissimis sanè verbis Suidas & Ælianus, Sacerdotes Ægyptios, Scarabæos singulari quodam honore cultos, sacris obeliscis insculpere solitos, quibus adstipulatur Abenephi de antiquitatibus Ægyptiorum, dùm sic ait: *Aegyptij philosophi ad Solis denotandam excellentiam, scarabæos passim saxis suis insculpebant.* Verba eius sunt: Excellentia Solis per scarabæum.

الحكما مصر فلما يريدون ان يدلون للفصله الشمس ونقشوا في الحجار الصورة الخنفسه ☼ *Abenephi. Arabs.*

Cui Manethon quoque in naturalium epitome, & Hecatæus de Ægyptiorum philosophia à Diogene Laërtio citati, de vitis philosophorum, consentire videntur: *Aegyptij*, inquit, *eiusmodi philosophiam de Dijs ac iustitia dixere; materiam primam principium fuisse rerum, & elementa discreta, perfectasque complures animantes, Solem & Lunam Deos esse, alterumque Osirim, alterum Isim appellatos; exprimere autem illos per scarabæum & draconem saxis insculptos.*

Eusebius Pamphilus inquit: *Inter cætera Soli consecrata animalia, scarabæum summoperè venerabantur Aegyptij, animatam Solis effigiem esse putantes.* Suffragatur huic epistola Æthiopico sermone conscripta, ad Petrum de Comis Abyssinum Romam ex Æthiopia transmissa, cuius exemplar in Bibliotheca Vaticana annexa libro rituum Æthiopicorum, in qua postquam de antiquitatibus Æthiopum disseruisset, sic quoque de scarabæo scribit, quæ ex Æthiopico sermone ita verto: *Videntur*, inquit, *in hisce partibus nostris multa veterum monumenta, vt columnæ, saxa, in quibus præter alia animalia, plurimi* *Euseb. Pamphil. l. 3. c. 2.* *Litera Aethiopica.*

quoque

quoque scarabæi incisi videntur, Regum Aegypti, vti nos arbitramur reliquiæ. de quo vide & Heliodor. Horus Apollo l. 1. hieroglyph. 10 sic scribit: μονογενὲς δὲ δηλοῦντες, ἢ γένεσιν, ἢ κόσμον, κάνθαρον ζωογραφοῦσι. *Unigenam*, inquit, *significantes aut vitam aut patrem, aut mundum, scarabæum pingunt*. Cœlius Calcagninus: *Aegyptij*, inquit, *scarabæum* αἰλουρόμορφον *maximè venerabantur, alijs omnibus sacris insculptu saxis anteferebant*. Vincentius quoque Cartarus Reggianus libro de imaginibus antiquorum Deorum, sic ait: *Dello Scarauaggio, che quelli d'Egitto ne faceuano vn gran conto, e lo riueriuano molto, credendolo essere la vera e viua imagine del Sole.* Soli quoque asturi, Cantharum siuè Scarabæũ, arietem atq; crocodilum dicatum ab Aegyptijs testatur Cheræmon apud Synesium lib. 4. de somnijs. Atque hæc probasse sat est. Quam ob rem verò sapientes Aegyptiorum tanto honore dignati fuerint vilissimum Scarabæum, jam tempus, ordoque postulat, vt exponamus.

Horus.

Scarabæus αἰλουρόμορφος *quid notaret.*

Vincentius Cartarus.

Cur Scarabæum tanto honore dignarint.

Nota itaque, omnia ea insectorum animalium genera, quæ à Græcis κολεόπτερα dicuntur, hoc est, quorum alæ crusta veluti in vagina quadam conduntur, in Scarabæorum (quos Græci κανθάρους dicunt) album, teste Plinio, referri, distinguique ab analytris, seu ab insectis crustâ carentibus, quod hæc aculeis, & proboscide instructa, perpetuo alarum remigio aëra tranent, illa prædictis carentia instrumentis (vtpotè ad explendum edendi munus, dentibus à prouida rerum Magistrâ natura instructa) perpetuò in puluere, & stercore sub hominum oculis pedibusuè in nullis non locis; & vijs, nisi vbi desint excrementa, passim obuia versentur.

differentia Scarabæorum.

Hunc itaque Scarabæum (qui inter cœtera diuinis honoribus affecta animalia non infimum sanè locum obtinet, Ægyptij, vt vberiorem rerum significandarum haberent materiam, in tres veluti species, seu differentias diuisum, teste Horo Appolline saxis suis, quæ Soli sacra ob acutam figuram Obeliscos veteres appellabant) ad solis indicandas virtutes insculpserunt. Ac primæ quidem speciei Scarabæus est αἰλουρόμορφος feliformis, quem ob eũ, quo coruscat, fulgorem cum Plinio, & Aristotele non malè χρυσοκάνθαρον, seu cum Aristophane χρυσομελυλόνθεον dicamus. Secundi generis erat δύκορος, seu ταυρόμορφος, tauri genuina soboles, nescio quid bouinum affectans. Tertij denique generis Scarabæus μονόκερος erat, cæteris dissimilior, Mercurio, teste Horo, sicuti præcedens, seu ταυροειδὴς Lunæ, ob eius in Tauro exaltationem, consecratus. Quis porrò ex hac triplici Scarabæorum differentia Osiridi, seu cœlesti Soli potissimum consecratus, meritò quispiam dubitare possit. Verùm nè vllus in legentium animis dubitandi scrupulus relinquatur; Dico singulos Osiridi, quamuis non nisi sub diuersorum effectuum, quos cœlestis ille Osiris in hoc mundo causat, repræsentatione, fuisse consecratos; erat enim, teste Plutarcho, hoc familiare Ægyptijs, diuersis vnius rei effectibus diuersa nomina, & symbola affingere, vt doctè demonstrat Hieronymus Alexander in tabulis suis Heliacis, & ego in protheoria, seu apparatu hieroglyphicorum fusè ostendo. Præcipuè tamen feliformen illum

differentia implet Scarabæorum.

1 Scarabæus Feliformis.

2 Tauroformis.

3 Vnicornis.

Scara-

ſcarabæum ob expreſſam quandam in actionibus ſuis operum Solis ſimilitudinem, Oſiridi, in quantum Sol mundi ſenſibilis credebatur, ab Ægyptijs dicatum, teſtatur hiſce verbis Horus Apollo. τρία γὰρ καν θάροις εἰδέα, ξὺν ὧν τὸ μὲν αἰλυροειδὲς, καὶ ἀκτινωτὸν ὑπερ ἐκ ὕδατος ἀνιὸν ἐστιν. διὰ τὸ σύμβολον. *Tres* inquit, *ſunt ſcarabæorum, ſpecies; prima quidem catti referens faciem, & radijs quibuſdam veluti inſignita, quam ob ſimilitudinem quandam ſoli dicarunt*, tùm quia fulgore ſuo Solis imitatur radios, tùm vt ſtatim indicat, quia adæluri feliſque ſimilitudinem ſolis aſcenſum deſcenſumque, ſymphathico quodam oculorum pupillarumque incremento decrementoque, vt qui ſub ortum intendantur, retundantur ſub meridiem, cùm occaſuro verò hebeſcentes occidant ſidere, referre videntur. Atque hinc veteres in gemma eum inſculpebant cum capite radioſo, vt hic patet. Tauriformem verò Scarabæum Lunæ, teſte Horo dicabant; tùm quia Luna ab Oſiride (quem in bouem tranſmutatum credunt Ægyptij, quemque cum Apide eundem dicimus, cuius linguæ iuxta Herodoti mentionem Cantharo inſignitur) circa Vergiliarum ortum menſe Athyr Tauri ſigno correſpondente, fæcũdo luminis influxu imprægnata, circa idem tempus, quo Sol tauri διαπεραμώσει percurrit, ad plantandũ, ſeminandum, aliaque agriculturæ, cuius bos Symbolum erat, exercitia, terram aptam reddebat, & idoneam. Sed audiamus Plutarchum, dictorum veritatem teſtimonio maximè congruo approbantem. Sic enim ait in libro de Oſiride & Iſide. *Porrò Apin animatam dicunt Oſiridis eſſe imaginem. Itaque etiam figura, Lunæ ſimilis habet nulla; veluti ſplendidas partes umbroſis tectas, & in nouilunio menſis Phamenoth feſtum celebrant, quod ingreſſum Oſiridis in Lunam appellant, eſt autem id veris initium. Hoc pacto vim Oſiridis in Luna collocantes, iſidem ei uxorem, ex qua prolem generet, adſcribunt; Idèo & Lunam mundi matrem appellant, & naturam ex utroque mixtam ſexu aſſingunt ei, quod impleta, & grauida facta à Sole, rurſum à ſe in aërem emittat, & diſſeminet genitalia principia.* Ad confirmationem dictorum accedit & illud quoque, quod ſcarabæus dicti temporis verni, veluti præſagium quoddam habebatur. vtpotè, qui circa veris initium, reducis Phœbi calore poſtliminiò rediuiuus, paulatim agglomerare ſtercora, luteas ad prolem producendam formare pilas, & nullam non ſemitam nigrâ ſobole replere incipiat.

Tertij deniquegeneris ſcarabæum ταυρόμορφον, teſte Horo, Mercurio dicabant. Mercurium autem cum Oſiride, ſeù Sole eundem eſſe, tùm fusè doctèque Aleander in tabulis ſuis heliacis tit. Mercurius, tum omnia ea demonſtrant Symbola, quæ ingeniosè ei poëtica affinxit credulitas. Siquidem per radioſum caput nihil aliud, niſi inſignem Solis claritatem, vti per imberbis ſimulacri ſpeciem, Solis veluti quotidianam in ortu ſuo renaſcentiam; per heptachordõ pſalterium, ſeptem vagantium ſiderum harmoniam, motus velocitatem per alatos pedes, viciſſitudinem dierum, & noctium per galeam albonigram; per virgam denique tricolorem κυανολευκομελαν, cœleſtium, æriorum, & terreſtrium abſolutum dominium, teſte Philoſtrato,

Phor-

Feliformi

c 10. *Horus lib. 1.* Scarabæus Soli dicatus quis?

Horat. cit. loc. Scarabæus Lunę dicatus quis?

Scarabæus Mercurio dicatus quis?

Phornuto & Albrico, significare voluisse visi sunt. Ex quo profectò clarè patet, Ægyptios non incongruè vnum, & eundem Osiridem per diuersorum scarabæorum symbola, veluti virtute, & operatione multiplicem, expresisse, potissimum tamen per illum, teste Horo, quem ἡλιοκάνθαρον. seù χρυσοκάνθαρον initio diximus. Hic enim alarũ diffuso fulgore veluti radijs quibusdam coruscus, diurnum Solis lumen; clunium verò nitore, quo scincintelarum more noctu fulget, reflexum Solis à Luna lumen, non obscuro argumento referre videtur. Porrò iam tandem cœlestis illius Scarabæi illustrati radijs, qua ratione per eundem mundum eiusque conuersiones, ac siderum motus expresserint, videamus.

Scarabæus Heliocatharus Solidicatus.

Constat, teste Plutarcho, Aegyptios, magistro Zoroastre, mundum ouum quoddam, siue similitudine, siue occultâ quadam ex spiralis motus, aut atmosphæræ ouali terminatione, analogiâ, siue aliam ob causam dixisse. Eusebius Pamphilus lib. 3. mundanum illud ouum ab Orimaze productum his verbis significat: *Hic Deus, inquit, ex ore ouum producit, à quo nascitur Deus, quem Aegyptij Phta, Græci Vulcanum nominant; significatur huiusmodi ouo mundus*; Mundum autem maximam ad ouum habere similitudinem, ex comparatione eius cũ eo facta, facilè patebit. Sicut enim ouum tribus veluti partibus, testâ, albugine & vitello absoluitur, sic etiam mundus; ita quidem, vt solidum illud cælorum spatium, testæ; æthereum albugini; vitello denique terrestre, non secus, ac vitellus quidam in ouo, (in quo tota vis seminis latet) omnium influxuum virtutumque cęlestium receptaculum non incongruè respondeat.

Mundus ouo assimilatus. *Eusebius.*

Oui constitutio, & ad mũdum comparatio.

His ita positis, magnam quoque Scarabæum, tùm quoad propriam formam, tùm quoad operandi modum cum ouo & cœlo affinitatem habere testantur singulæ Scarabæi partes; totius corporis crustaceâ structurâ, nescio quid ouale ac testaceum affectans insinuat; tenuibus, diaphanis ac plicatilibus alis, aërio spatio, igneoque, sicuti reliquo corpore seminalis virtutis receptaculo, terrestri sphœræ totius corruptionis loco vndequaque correspondentibus. Quid aliud quinque illæ lineæ, quæ in dorso eius apparent, nisi quinque mundi zonarum repræsentatio est? Accedit vnumquemque Scarabæum triginta instructum digitis cum sex suis bifurcatis pedunculis; quibus sanè nihil aliud significari videtur, nisi menstrua triginta dierum spacia, quibus singula signa in Zodiaco Sol percurrit, quæ omnia appositè confirmat Rueilius l. 2 de stirpium natura, hisce verbis: *Quin & Scarabæus omnibus cognitum animal totidem digitis, aut potiùs pedibus innititur, quot diebus mensis constat, in quibus exoriens Sol suos prosequitur cursus, is Solis & Lunæ coitum nobis apertè demonstrat. quandoquidem è bubulo stercore pilulam ab ortu ad occasum rotando versans, in orbis imaginem effingit; quem in 28. diebus facto humi scrobulo adobruens tantisper cælat, dum signiferum ambiens Luna ad intermenstruum reuertens, sileat. aperto tùm orbiculo nouam prolem edit, nec aliam nascendi nouit originem.* Plinius quoque de eodem loquens: *Propter hunc*, inquit

Scarabæus 30 habet digitos.

Rueilius de stirpibus.

Plinius.

quit lib. 30. c. 11. *Aegypti magna pars Scarabæos inter Numina colit, curiosa Appionis interpretatione, quà colligit Solis operum similitudinem*, vt suprà diximus, *huic animali inesse*. Horus Apollo clarissimis verbis prædicta confirmat lib. 1. c. 10. sic enim ait: ἔχει δὲ πᾶς κάνθαρος καὶ δακτύλους τριακοντα διὰ τὴν τριακονταήμερον τοῦ μηνὸς, ἐν ᾗς ὁ ἥλιος ἀνατέλλων τὸν ἑαυτοῦ ποιεῖται δρόμον. *Habet* inquit, *omnis cantharus digitos triginta, ob triginta dies Mensis, quibus Sol oriens suum per singula Zodiaci signa cursum peragit*. Porrò non similitudine tantùm, aut partium veluti anagogicâ quâdam repræsentatione, sed motu quoque operandique ratione ac methodo Solem Scarabæus in omnibus æmulari patet; pilulas enim illas, ex quibus ortum Scarabæi habuerint, ad ipsam mundi formam, & imaginem effingunt. Vbi enim bubulum aut alterius jumenti excrementum nacti fuerint, pilulas efficiunt, quas ab exortu, occasum versus voluunt, ac posticis impellentes pedibus non intermissâ rotatione protrudunt, ipsi interim aduersus ortum, teste Horo citato loco, spectant, quasi de industria id dent operæ, vt cœli ipsius intuendo exemplar, imaginem eius exprimere conentur. Quid verò illud, quod inter trudendum à subsolano in Africum, quasi astrorum ortui obuiam fieri contendat, qui quidem proprius motus ab Africo ad subsolanum est, an non in hoc motum Solis proprium etiam affectare videntur? Quid dicam de tempore fœtui excludendo destinato, qui certè ad Solis, Lunæque motum exactissimè, vti ex suprà citatis Authoribus constat, ordinatus est. Nam Sphœræ illæ stercorariæ ad exemplar mundi à Scarabæo fabricatæ, inque terram defossæ, tanto dierum spacio, quantò periodicus Lunæ motus constat, detentæ, paulatim animari videbuntur, primum quidem in vermiculos, mox in scarabæos suo tamen adhuc inclusos folliculo. Nono autem, & vigesimo die, pater è nido prodit, pilulas congerit, & singulas, vt diximus protrudendo in aquam deuoluit; vt qui diem eundem Solis Lunæque ortum conciliare non ignoret, ac proindè mundi ipsius generationem quandam assimilare, Lunâ nouâ incipiente affectet, pilæ autem istæ in aquis mollitę primùm, atque haud, ita multò post adapertæ cum fuerint, informati iam excluduntur scarabæi, nigrum it campis agmen. Ægyptij itaque sapientes admirabile bestiolæ huius opificium profundius pensitantes, paulatim in opificium mundi huius profunda quadam inuestigatione peruenerunt. Imò scarabæo Magistro paulatim in spiralem astrorum Solis Lunæque, & deniq; vniuersi motum, in spiralem humanæ mentis progressum; in archetypi deniq; mundi circumuolutionum reflexas (si ita loqui licet) agitationes motionesque peruenerunt: demum scarabæi opificio veluti archetypo quodam proposito, iuxta quod Lyncei primorum seculorum philosophi operantes in stupenda naturæ mysteria, ac reconditissima vtriusque Medicinæ Sacramenta, manuductione solâ scarabæi, penetrarunt. Deenus certè in Monade hieroglyphica de hisce iam relatis mysterijs non tam præmeditata oratione, quàm sacro veluti instinctu agitatus, pulchrè philosophari videtur; verba

Horu.

Operationes Scarabęi analogæ solaribus.

Lunæ motus obseruat.

Aegyptij motus Cęlorum ex motibus Scarabæi discunt.

Deenus in monade hieroglyphica.

eius hæc sunt. *Cum cœlestis astronomia inferioris sit quasi parens, & Magistra, sublatis in cælum oculis ex prædictorum mysteriorum theoria illuminatis, talem ad amussim nostræ monadis conspiciemus anatomen in naturæ lumine, vitaque sese sic nobis semper ostendentem. Suopte nutu secretissima huiusce physicæ annalium mysteria apertissimè detegentem. Cui autem figuram isti coordinationi adhibere, cœlesti nuncio, dum theoricos cœlestesque thesauros sumus aliquandò contemplati, fuimus edocti; Qualem enim ipsum in æthere suo cursu figurare circuitionem, astronomis est notissimum, & cum dictum Sapienti sat esse debet; En noctis huius cœlestis consilij interpretationes sic hieroglyphicè propositas, prædictis omninò consentaneas. Hinc discant Alchimistæ, quæ sit vera albuminis ouorum aqua, quod e vitellis oleum; quæ ouorum calx. Hic proportionatum à natura ferè totum habe nus, Hoc est ouum illud aquilinum, quod Scarabæus olim discussit propter iniuriam, quam timidis brutisque hominibus illius auis violentia, & crudelitas intulit; licet ad Scarabæi antrum, auxilij implorandi gratia aliquibus confugientibus, non indè tamen liberatis, sed ipse solus Scarabæus hanc sibi vindicandam iniuriam modis omnibus existimans, vti erat alacri animo constantique voluntate paratus, ita ad id præstandum, nec viribus carebat, nec ingenio; vndè varijs conatibus aquilam dum persequeretur, Scarabæus subtilissima sua arte vsus, illius tandem, vel in Iouis gremio depositum ouum in terram præcipitari, atque adeò disrumpi fecit; Et eadem aliaque ratione Aquilinam tandem totam speciem è terris deleuisset Scarabæus, nisi malum tantum præcauens Iuppiter affuisset. Quo Verò tempore Aquilæ sua sollicitè curant oua, nulli circumuolitent Scarabæi. Illis tamen consulerem, qui istius auis vexantur crudelitate, ab ipsis Heliocantharis* (qui ita certis temporum curriculis latitando viuunt) *vtilissimam artem discere. Quibus iam licet, vel non faciunt ipsi, esse tamen longè grauissimum suis indicijs & signis, de suo inimico vindictam sumi posse. Et hic non Aesopum conari me, vt agam, sed œdipum faterentur, si adessent illi, quorum mentes, ita de naturæ summis mysterijs fabulari primò iubijt. Esse profectò quosdam noui, qui Scarabæi artificio, si haberent dissolutum aquilinum ouum, calcem eiusdem cum albumine puro totoque temperarent primò; deindè illud temperamentum vitelli liquore toto artificioso ordine oblinerent voluendo reuoluendoque, vt Scarabæi suas conglomerant pilas, ita magna fit oui metamorphosis; iam scilicet disparente, & quasi inuoluto albumine ipso vitelli, liquore. Porrò aquilinum ouum per artificium Scarabæi, ex dicta hieroglyphicorum descriptione facilè innotescet Hermetis filijs: Certè tale prioribus seculis à grauissimis, & antiquissimis philosophis plurimùm celebratum esse artificium legimus, vtpotè certissimum, vtilissimum & ad naturæ exemplar factum*, hæc Deenus. Anaxagoras certè ex hoc magisterio excellentissimam fecit medicinam, vt in suo περὶ τῆς ἐκφοφόρου φύσεως libello videre licet. Totum enim ouum mysteriosissimum esse testatur Ericius Puteanus; Qualis enim figura, quæ recondita habeat, nouerunt ij, qui subtiliorem conicorum callent scientiam, qui catoptricæ, ac reflexorum radiorum norunt rationes, qui septem errantium motus sciunt, & helicas circumuolutiones; quid albugo, & vitellus, secretioris medicinæ magistri optimè norunt.

Alchimicus dicturus.

Mysterium chymicum.

Anaxagoras.

Ericius Puteanus.

Verùm

Verùm ne, dum Oedipum hieroglyphica enodantem ago, in rebus obſcurè repræſentandis ſphyngem agere videar, placuit hic de triplicis mundi ortu proceſſuque ſymbolum, in Scarabæi opificio repræſentare, quod ſedulis naturæ ſine dubio non diſplicebit Oeconomis.



Hæ ſunt itaque ideales illæ diuinitatis, triplicem mundum implicantes ſpiræ in Scarabæi opificio, veluti in rudi quodam exemplari repræſentatæ, quibus tota ſanè Ægyptiorum, atque adeò omnium aliorum antiquorum Sapientum de DEO, de Opifice mente, de Anima mundi, de Angelis, & Dœmonibus, de Mundo, & filio mundi homine, philoſophia abſol-

uitur. Ad hæc idealium ſpirarum volumina Ægyptios alluſiſſe clariſſimis verbis inſinuat Poëta, dùm canit Aeneid. 6.

Virg. Aen 6.

Spiritus intus alit, totamque infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

Orpheus quoque apud Symphorianum Camperium pauciſſimis quidem, ſed totius opificij dicti rationem aperte indicantibus verbis, idem comprobat, dùm DEVM perpetuo cardine velocem impetum volutare dicit; eſt enim, vt rectè dicit Symphorianus citato loco, DEVS vniuerſalis omnium cardo, eſſentiam, vitam, mentem, naturam, materiam, veluti cardines quoſdam perpetuò verſans; Atque, vt cum Platone loquar; per cujuſque ordinis proprium, ipſum verſat cardinem, per eſſentiam vnam eſſentias omnes, per vitam vitas, per mentem mentes, per animam animas, per naturam naturas, per materiam materias perpetuo, inquam, cardine velocem impetum volutans. Quæ omnia clarioribus adhuc verbis comprobat Mercurius ille Triſmegiſtus dialogo octauo ad That hiſce verbis: *Plenus autem ideis Deus, omnibus qualitates pater inſerens in ſphæram, velut in gyrum omnem qualitatem circumſcripſit.* Aegyptij porrò, cum omnium earum rerum, quæ ſunt & eſſe poſſunt, triplicem ordinem animaduerterent, intellectualium nimirum, corporearum, & ex his mixtarum; triplicem quoque ſtatuerunt mundum, teſte Pico in præfatione in Heptaplum, ſupremum omniũ vltramundanum, quem Angelicum Theologi, philoſophi verò intellectualem vocant & Archetypum, ſatis decantatum. Plato ponit in Phædro proximum huic cœleſtem, æthereum, ſublunarem & humanum; in quorum mundorum quadruplici ordine illud obſeruandum eſt, eſſe hos quatuor mundos vnum, non ſolùm propterea, quod ab vno principio, & ad eũdem finem omnes referantur; aut quoniam debitis numeris temperati, & harmonicâ quadam, vt cum Pico loquar, naturæ cognatione, atque optimè ordinatâ graduum ſerie colligentur, ſed quoniam, quicquid in omnibus ſimul eſt mundis, id ſingulis ineſt particulatim, neque eſt aliquis, vnus ex eis, in quo non omnia ſint, quæ ſunt in ſingulis, cuius & Anaxagoram cum Platonicis & Pythagoricis opinionis fuiſſe, teſtatur Picus in præfat. in heptapl. Verùm quæ in mundo ſunt inferiori, in ſuperioribus ſunt, ſed meliori notâ, quę itidem ſunt in ſuperioribus, in poſtremis viſuntur, ſed conditione degenere, & adulteratâ, vt ſic dixerim, naturâ. Eſt apud nos calor qualitas elementaris, eſt in cœleſtibus virtus calefactiua, eſt in humano corpore calor quidam, quem humidum radicale appellant Medici, eſt in angelicis mentibus, idea caloris; dicam aliquid expreſſius: Eſt apud nos ignis, quod eſt elementum; Sol ignis in cœlo eſt, eſt in Microcoſmo cor concupiſcentijs exæſtuans, eſt in regione vltramundana ignis, Seraphicus intellectus. Sed vide quî differant; elementaris vrit, cœleſtis viuificat, microcoſmicus illuſtrat, & animat; ſupercœleſtis amat. Eſt aqua apud nos, eſt aqua in cœlis, huius nutrix, & domina, veſtibulum ſcilicet cęlorum Luna;

Orpheus.

O erũ diuinorum ſpiræ

Triplex ordo rerum in triplici mundo.

In ſingulis mundis ſingula omnia.

Quomodo omnia omnibus inſint.

na; sunt aquæ, & super cęlum mentes cherubicæ; In primo mundo DEVS vnitas prima, nouem Angelorum ordinibus quasi sphęris totidem præest, immobilisque ipse omnes mouet adse, quas sphæras ideò non male repræsentant antiqui per Saturnum temporum dispositionem, per Iouem mundi spiritum, per Martem malorum vindicem, per Venerem generationis sedem, per Mercurium denique virtutem reliquis mundis communicatam, quos Mercurius mutato nomine nunc Ephoros, nunc Vsiarchos, nunc Pantomorphos, & Horoscopos, dialogo ad Pimandrum vocat. Porrò in mundo medio, id est cœlesti cęlum empyreum nouem itidem sphæris cęlestibus Dux exercitui præest, quæ cum singulæ motu inceſſabili voluantur, illas tamen DEVS intelligens immotus versat. Sunt & in mundo elementari post materiam primam, ipsius fundamentum, nouem sphæræ formarum corruptibilium, tres scilicet corporum vitæ expertium, vt sunt elementa & mixta, tum inter hæc media, quæ mixta quidem, sed imperfecta, vt sunt meteorologicæ impressiones; Tres vegetales naturæ, quæ in tria primum genera diuiduntur, herbarum, fruticum, & arborum. Tres animæ sensitiuæ, quæ aut imperfecta est, qualis est Zoophytorum, aut perfecta quidem, sed inter terminos irrationalis phantasiæ, aut quod summum animalibus est, humanæ etiam capax eruditionis, quod quasi medium est inter brutum, & plantam.

Nomina Geniorum mundi præsidū.

9 Sphærę cęlestes

9 formæ corruptibiles.

Sunt, & in humano mundo nouem purificationis notionum gradus, de quibus Clemens Alex. sunt q, instrumenta, quĉis homo veluti circuli motu ad omnium peruenit cognitionem, suntque res quæ sunt, vel esse censetur ὑποκείμενον, seù subiectum Philosophis; mediū sc. quo substantia rei colligitur. Sensus exterior, & sensus interior, græcis αἴσθησις, & phantasia, in qua firmatio fit rerum à sensu comprehensarum; Æstimatio, qua imagines tales esse, vel aliquid esse nobis persuademus, seu iudiciū inferius animale. Cogitatio, seù iudicium superius, quâ purificantur comprehensiones, atque hoc gradu fit præparatio, & transitus ad rationem. Ratio, quæ confirmatione rationabili omnia determinat. Intellectus denique consumatus, & mundo vnitus, quietus & immobilis ad finem suum perductus. Sunt quoque totidem actiones humanæ, quibus ad supremam peruenitur felicitatem siuè finem. Suntque intellectus, recordatio, voluntas, desiderium, ardens amor, efficax impedimentorum penetratio, consultatio, prudens electio, fruitio boni acquisiti, ita quidē, vt intellectus se habeat instar solis archetypi omnia illustrantis, ac Regis intuentis opus, memoria instar Notarij proposita ab intellectu diligenter notantis, voluntas verò instar executoris, cū reliquis officialibus, Mercurio, Venere, Marte, Ioue, Saturno; Intellectus enim, seu sol humanus, simul ac per dictos nouē notionum gradus currendo, in bonū fuerit latus; Voluntas, seu Luna mox radijs intellectus illustrata, bonoq; proposito excitata protinus circulari motu agitata, mediātibus planetis suis, hoc est, per Mercuriū veluti per boni assequendi consultationem, per Venerem,

Clem. Alex. 9 Purificationis notionū gradus.

9 actiones humanę.

ceu

ceu per ardentem boni propositi amorē,& desiderium; per Martem vti per efficacem difficultatum meo assequēdo penetrationem, per Iouem, vti per prudentem mediorum ad id conducentium electionem; per Saturnum denique vti constantem boni persecutorem, ad ipsius boni perueniat desideratam possessionem fruitionemque. Omnia igitur ideis plena sunt. *DEVS enim, teste Mercurio Circulus est*, & animum nostrum circulum esse testatur Picus in hexaplo. Est diuina essentia, seu mundus ille intelligibilis triformis, τρισσόκοσμος. Vndè legimus in Vaicra Rabba super caput 4. Leuit. & in midras Thehillim, sequentia verba. דבכן אמרו מה הנפש המלאה את הגוף כך הקבה׳ סובל את העולם dixerunt Rabbini nostri, quòd est anima implens corpus, hoc DEVS sustinens mundum. Et Porphyrius libello inscripto πρὸς τοὺς τὰ νοητὰ ἀφομένους, DEVS vbique, quum nullibi est. &c. Ex quibus verbis sanè apparet, quæ sit illa linea viridis, quam tetigit Pico Conclus. 29. Calabristæ dicunt, gyrare totum vniuersum. Ex quibus quoque apparet, quare Albumazar Arabs DEVM excelsum, idealiter cognoscendo essentiam sui, in identitate generare mentem, sapientiam per omnia sui similem, & iterum, Deū omnia flatu & gyro produxisse & Martianus capella, philosophiam ad abyssum diuinitatis penetrantem, circulos, & sphæras vomuisse Apparet quoque cur Trismegistus DEVM dixerit circulum, cuius centrum vbique, circumferentia nusquam, & Plato DEVM semper circulis efformandis occupatum, cùm dixit. ὁ θεὸς ἀεὶ γεωμετρεῖ quibus consonat, quod Picus ait lib. 1. in Hept. cap. 1. de Mundo humano. Constat homo ex anima & corpore; rationalis animus cœlum dicitur, Nam & cœlum animal à seipso motum vocat Aristoteles,& animus noster, vt probant Platonici, substantia est seipsam mouens; Cœlum circulus est, & animus idem circulus, quin imò, vt scribit Plotinus, ideò cœlum circulus, quia animus eius circulus est. Cœlum in orbem mouetur animus rationalis à causis ad effectus se transferens, rursusque ab effectibus concurrens ad causas, ratiocinationis orbe circumuoluitur. Quid enim aliud est ratiocinatio illa, quam philosophi syllogismum vocant, nisi spiralis quidam animi motus, qui quidem tribus partibus absoluitur; simplici apprehensione, compositione, seu medij inuentione, & conclusione, seu quod idē est veritatis iam inuestigatæ fruitione; Perrò est diuina essentia τρισσόκοσμος, est & animus noster. Hinc in arbore sephiroth apud Cabalistas tres midoth, seu tres proprietates DEO affinguntur, nimirum כתר חכמה בינה, *Corona, Sapientia, Intelligentia*, quibus DEVM omnia fecisse memorāt, quæ tria exactè dictis respondere videntur, &c. Verùm de his omnibus amplior dabitur alibì loquendi materia, quatè hic Ægyptiorum philosophiam, & Theologiam, qua ratione ex hieroglyphicis inuestigetur, obiter indicare voluimus.

Picus

Vaicra Rabba Midras Thehillim.

Porphyrius.

Linea viridis cabalistarū quæ nam? *Albumazar.*

Martianus capella Trismegistus.

Rationalis animus cœlū

cœlum circulus est quia genius eius circulus est teste Plotino.

Syllogismus circularis motus illatus.

Quomodo omnia in omnibus sint.

Quod si singulatim omnem hanc consensionis legem quis volet excutere, opus sanè susceperit infinitum. Cuius semel vela pandimus, in portum sese recipere, difficillimum erit; illud sufficerit semel è sapientum penetra-

terralibus hauſtum. nihil in cœlo eſſe, quod ſecundum analogiam non ſit in æthere atq; elementis, nihil in iſtis omnibus, quod non in homine. Eſt enim in nobis cœleſtis quædam portio, ſublunaris altera, & quæ in vtriuſq; confinio poſita; veluti æther quiſpiam vires vtriuſq; coniungat. Præſertim ſi conſenſum conſideres, vel viſcerum interiorum cum externis ſedibus per intermedios riuos humorum atq; ſpirituum: vel inter viſcera; rurſus quo pacto ſuprema infimis per media committantur, quod & ſpiritibus & animæ totius pari proportione reſpondet; ſimiliter in corpore, in anima, in ſpiritu ſuæ ſunt ſtellæ, ſui axes, centra, circuli, Zonæ & climata, in cœlo ſuæ plantæ & animalia, ſua viſcera, tunicæ, muſculi, venæ, arteriæ, nerui, ſuum caput, cor, hepar: ſuus ſpiritus vitalis, animalis, naturalis ſua anima concupiſcibilis, iraſcibilis, rationalis, vt nullum ſit apud philoſophos verius dictum neq; celebrius, quàm omnia in omnibus eſſe, & cum maximis minima quoq; ἀνάλογον perpetuam obtinere. Vndè & Proclus lib. de magia & ſacrificio; Sacerdotes olim ac veriſſimos amatores, aiebat, ab illa pulchritudine, quæ circa ſenſus apparet, ad diuinam pulchritudinem ſenſuum ratione progreſſos, quia conſiderarent in rebus naturæ cognationem quandam & perennis conſortij leges, quibus & ſe fouere mutuò, & vires conſerere videantur, vt tandem affectibus amatorijs omnia permiſcentibus, vniuerſa hæc materia Hippocratis ἀπνεῦν καὶ ἐκπνεῖν δύναται, id eſt conſpirabile prorſus & exſpirabile quoddá animal exſtimara fuerit, ſuá indè ſcientiam ſub veræ magiæ ratione componentes in illa cauſarum effectuumq; in vniuerſarum partium mutua conſpiratione defixam; ſed quia de his omnibus infra fuſius tractabitur; hic ſiſtimus.

Eorum quæ dicta ſunt Anacæphaleoſis.

CVm familiare hoc, Iamblicho teſte priſcis temporibus fuerit Ægyptijs, ea tantum animalia diuinis honoribus cumulare, quæ cum Dijs, quibus dicabantur, hoc eſt, Sole aut Lunâ cæteriſue aliquam haberent ſimilitudinem ſeu analogiam ex calore, figura, motu membrorum numero & diſpoſitione depromptam, aut in quibus ſympathicus dictorum Deorum character ex panthomorpha illa φαντασία naturæ quadam ſimilitudine, impreſſus refulgeret; certè ex omnibus hactenus tam fusè probatis, quàm maximè patet, ſcarabæum ob egregia, quæ mentitur ſigna & ſymbola, non incongruè ſolem orbis moderatorem nos interpretatos eſſe, vt in ſequentibus patebit luculenter. Eſt Sol coruſcus, eiq; noctiluca quædam vis è Lunâ veluti ſpeculo ad nos reflexa, eſt & ſcarabæo diurna veluti lux quædam ab alarum ſpeculis, quam vibrat vndiq; circumfuſa; eſt & ei noctilucus quidam fulgor, quem communem habet cum omnibus vermibus, quos cincindelas vocant, qui ſis ad inſtar Lunæ noctis caliginem diſcutit. Eſt Sol rotundus, eſt & ſcarabæus. Sunt in cœlo duodecim ſigna Zodiaci, per quæ ſingula

Comparatio ſcarabæi ad Solem Lunæ & Stellas.

gula triginta dierum ſpatio percurrendo, duplici motu annum abſoluit, quis ea Heliocantharo noſtro negare audebit? dum modo ſex pedunculos, quorum ſinguli iterum in binos in furcam veluti abeunt, & triginta digitos, quos antiquitas ei attribuebat, diligenter cõſiderârit; quid hæc aliud, niſi 30. dierũ reuolutiones, quêis Sol omni mẽſe ad inferiorẽ mundũ fæcundandum, nouaq; ſobole replendum cum Luna coit. Exemplum huius imitatur & ſcarabæus; pilam enim ex ſtercore congeſtam, infuſo ſemine viginti octo dierum ſpatio condit, quo euoluto ſpatio conditam eximit, conſuetoque artificio animatam, nigram tandem ſobolem mundo exponit. Eſt Cœlum in quinque Zonas, in quaſdam veluti radiorum ſolarium metas diſtributum, eſt & ſcarabæus, vt ex imagine eius ſuperius poſita patet. Omnia quæ in mundo fiunt, circularem ſeu ſpiralem affectant motum; quis hunc ſcarabæo negabit, vbi globoſa illa luti volumina ex multiplici veluti ſpirarum ductu coagmentata verum ſpiralis proceſſus opus penſiculatiùs fuerit ſcrutatus. Sicuti ſol vnigenus, ſexus fæminei neſcius, maſcula quadam virtute, & robore imbuitur, ſic ſcarabæus, quemadmodũ oſtendit Horus hiſcè verbis, μονογενὲς μὲν ὅτι αὐτογενὲς ἐστὶ τὸ ζῷον· ὑπὸ θηλείας μὴ κυοφορούμενον· μονὴ γὰρ γένεσις αὐτοῦ τοιαύτη ἐστίν. ἄνθρα τε ἐπεὶ δὴ θηλυκὸν γενὸς αὐτοῖς οὐ γίνεται. quibus & aſtipulatur Ariſtot. l. 5. hiſtor. cap. 19. & Plin. l. 11. cap. 28. Quo ſanè nil aliud reptæſentare viſa eſt ingenioſa antiquitas, niſi maſculam quandam virtutem ſolis per opera Oſiridis repræſentatam. Quem Diodorus lib. 1. bibl. c. 2. totum terrarum orbem, ingenti comparato exercitu, ſubegiſſe refert. Solem certè totum Orbem terrarum diffuſiua radiorum virtute ſubigere ingenioſè poëtica oſtendit argutia, cùm ſolis imaginem, ſeù Apollinem, pharetra, arcu, ſagittiſque inſtructum depinxit. Verùm cùm de ijs fuſè in apparatu præcedenti actum ſit, ſileo, qui plura deſiderat, is conſulat Aleandri doctiſſimã in Heliacam Tabulam, commentationẽ, Macrobium in Som. Scip. Fulgentium, Phornutum, Auſonium. At dixerit forſan hic imperitus aliquis; Quid ſcarabæus cum belli Duce Oſiride? Quid cum ſagittifero ſole? facilè ſilebit obiector, ſi contemplatus fuerit, vt totus luceat armis ſcarabæus, vti martio quodam fulgure perſtringat ſe intuentes, vt eminentijs acutioribus veluti ſagittis quibuſdam inſtructus, vt nullam corporis partem cruſtis habeat, ac clypeo non diligenter communitam, adeò quidem, vt Homericus Mauors melius armatus non videatur, cùm eum maxima ſua inſtruit panoplia. Auſculta militarem aſſultum cum horrendo, ac panico bombo; contemplare eius in luti perfoſſione veluti in cuniculis fodiendis induſtriam, & aſſiduitatem. Aſpice in congeſtura, ac conglobatione materiæ luteæ, veluti in aggeribus conſtruendis continuos labores; quæ profectò omnia maximè in Imperatorem, vel belli ducem quadrare videntur. atque ob eandem cauſam Ægyptij ſcarabæum, teſte citato Horo, ponentes bellicoſum, maſcula quadam virtute præditum hominem, fæminei neſcium conſortij, veram denique Oſiridis ſobolem ſignificabant. Vndè, & imagines eorum

Horus l. 1. c. 10.

Deodorus

Belli duces refert ſcarabæus.

annulis

annulis insculptas; teste Plutarcho, gestarunt, cuius rei causam indicat Cælius Calcagnius sequentibus verbis: *Scarabæus annulis insculptus significat hominem animo debere esse virili, & non effœminato, sicuti scarabæus masculus tantum est, fœminæ nescius.* atque huc alludere videtur illud Horatij. Scarabæus annulis insculptus.

Tyrtæus mares animos in Martia bella, versibus exacuit.

Vndè Vulcanum armorum fabricatorem Ægyptij, teste Horo lib. 1. c. 13. per scarabæum pingebant; verba Hori sunt. Ἡφαιστον τεχνίτην γράφοντες κάνθαρον καὶ γῦπα ζωογραφοῦσι, Ἀθηναν τε γῦπα καὶ κάνθαρον, hoc est: *Vulcanum indicantes, scarabæum & vulturem pingunt, Mineruam verò, vulturem & scarabæum.* Qui textus nescio quid inconuenientiæ importat, & incongruitatis; vti benè notauit hoc loco Cælius Calcagninus; quomodò enim vni duo symbola inter se opposita responderent? Quare prædictum textum, vtpotè vitiatum, & corruptum sic emandemus. Vt sit ille sensus; *Vulcanum indicantes scarabæum pingunt, Mineruam verò simul cum Vulcano, vulturem, & scarabæum.*

Porrò occurrente in hieroglyphicis scarabæo, vt genuinam eius significationem intelligas, hanc regulam tradunt meliores Authores: Volans scarabæus expansisque alis, vel etiam capite radioso, humano aut cum circulo, aut triangulo semper aliquid diuinum, vti Osiridem, Solem, seu mundum, eiusque gubernationem designat. Alis verò complicatis, annulis incisus, animi fortitudinem, & virilem animum designabat. Ex quibus omnibus patet, Ægyptios minimè temerè, sed summo ingenio accommodatis symbolis rerum conceptus expressisse. Symbola Serpentis.

HIEROGRAMMATISMVS XVII.

Serpentis, Aspidis, Draconis.

CVm nihil inter Hieroglyphica symbola Serpente frequẽtius occurrat, quid Ægyptij per huiusmodi symbola indigitauerint, hoc loco exponendum est; sciendum itaque, Ægyptios, vti curiosos naturæ omnium ferè animantium Ægypto propriarum inuestigatores, ita & Serpentis fuisse. Cùm enim viderent, serpentem nullo manuum pedumque ministerio, solo oblongi corporis tractu procedere, nullo præterea membro præter os constare, animal igneo spiritu plenum, viuax, senectutem quotannis, deposito veteri exuuio, in iuuentutem instaurare; fieri non posse crediderunt, quin aliquid magnum, excellens, & prorsus diuinum sub ijs lateret; accidebat hisce, quod vndulato illo plicatilis corporis motu omnes propè figuras exprimerent; dum videlicet nunc caudam capiti admouentes circulũ, iam in spiras cõuolutũ spherarum cęlestium exhibere volumina; iam in longũ extensum lineã rectam? iam curuam; iam planam, modò corporis erectione normalem; iam multifario squammarum ordine, veluti totidem stellis rutilum, sibilo quoque & trasulcâ linguâ formidandum, hæc, inquam, dum contempla- Serpens motu suo omnes figuras exprimit.

rentur in ſerpente, eum tanquam recondititſſimum præſtantiſſimarũ rerum ſymbolum adhibuerunt. Verum quæ & qualia per eum connotârint, videamus.

Primò itaque Epies Phœnix apud Euſebium ait DEVM Emepht Ser-
Euſeb. l. 1. c. 7. pente, ſeu Aſpide ſignificatũ, his verbis: Τὴν μὲν ἐων τὸ θεῖον κόσμου φύσιν καὶ τῶν ὅλων αὐτὸς ἐξεθείασεν ὁ τάαυτος, καὶ μετ' αὐτὸν αἱ θεῖαι φοίνικές τε καὶ Αἰγύπτιοι. πνευματικὰ παντελῶς τὸ ζῶον πάντων τῶν ἑρπετῶν, καὶ τυγχάνει ὑπ' αὐτοῦ παραδοθέν. παρὸ καὶ τάχος ἀνυπέρβλητον διὰ τὸ πνεύματος παρεῖναι χωρεῖς ποσὶν ἢ καὶ χερσὶν, ἢ ἄλλου τινὸς τῶν ἐξωθεν. ἐξ ὧν τὰ λοιπὰ ζῶα τὰς κινήσεις ποιεῖται, καὶ ποικίλων σχημάτων τύπους ὑποτελεῖ, καὶ εἰ τὴν ποδῶν ἐλικοειδεῖς ἐχει τὰς ὁρμὰς, ἐφ' ὃ βούλεται τάχος καὶ πολυχειρίαν παρέχεται, εἰ μόνον ἐν δυσὶ μέλεσι τὸ σῶμα ἐκαζεν, ἀλλὰ καὶ αὔξησιν ἔτι δεχεται μείζονα πέφυκε, καὶ ἐπιδῶν τὸ ὠρισμένον μέτρον πληρώσῃ, εἰς ἑαυτὸν ἀναζώσκεται, ὡς ἐν ταῖς ἱεραῖς ὁμοίως αὐτοῦ ὁ τάαυτος κατέταξε γράμμασι. διὸ καὶ ἐν ἱεροῖς τὸ τοῦ ζῶον καὶ ἐν μυστηρίοις σεμνοποιεῖται. εἴρεται τε ἡμῖν περὶ αὐτοῦ ἐν τοῖς ἐπηγγελμένοις ἑκάστοις ὑπομνήμασιν ἔτι πλέον. ἐν οἷς κατασκευάζεται ὅτι ἀθάνατον ἀνὴρ καὶ εἰς ἑαυτὸν ἀναλύεται, ὥς φθειρόμενον. ὁ γὰρ θνήσκει ἰδίῳ θανάτῳ, εἰ μὴ βιαίᾳ πληγὴν τοῦτο τὸ ζῶον, φοίνικες τὸν αὐτὸν ἀγαθὸν δαίμονα καλοῦσιν ὁμοίως καὶ Αἰγύπτιοι κνηφ' ἑρμηνεύεται.

Draconis & Serpentum naturam ipſe Tautus (vti & Phœnices ac Aegyptij) diuinam putauit: ſpiritaliſſimum enim omnium animal & igneum ab ipſo traditum. Nam ſpiritu abſque manuum aut pedum, & omnino alicuius organi exterioris argumento, vt cætera videmus animalia ferri, eximiam celeritatem aſſequitur, variaſque figuras & formas gradiens, inuoluto reuolutoque, vti & ſpiriformi ad quam vult celeritatem, greſſu facillimè præſtat. Longæuum etiam eſt, nec ſolum ſenectutem cum pelle deponens renouneſcit, ſed creſcit etiam in adoleſcentiam reductum, cumque determinatos adimpleuerit terminos, in ſeipſum reuolutum, rurſum reuireſcit; ſicuti in ſacris literis pariter ipſe Tautus conſtituit, quapropter in ſacris hoc animal & in myſterijs fuit aſſumptum, de quibus & in alijs ſuis propoſitionibus, plura adducit, in quibus refertur, quod immortale ſit, & in ſeipſum, ex quo prouenit, reſoluatur, non etiam moriatur morte propriâ hoc animal, niſi violentâ percuſſum interierit; Hinc Phœnices ipſum vocant bonum dæmonem, ſicuti Aegyptij Kneph appellant.

Aptè itaque naturam diuinam per ſerpentis naturam & operationes
Serpens ſalutis ſymbolũ. notabant, quæ omnia ex dictis patent. Hinc Græci, teſte eodem, Euſebio Æſculapium ſalutis Numen,
Euſeb. l. 3. c. 3. Τῆς σωτικῆς δυνάμεως σύμβολον, ſerpente referebant. ὅτις τε θεῖος νοεῖται τῆς θεᾶς τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν σωτηρίας σημεῖον; καὶ μὴν ὑγίειαν τῆς ἡμῶν τὸν κόσμον οἱ φυσικοὶ, τὰ θεῖα τὴν γῆν ὑλυσπᾶ μένα τῶν ζώων. τῆς παχύτητος καὶ γεώδους ἁπάσης, τὸ ὁλόκληρον. πνευματικὰ παντελῶς τὸ ζῶον ὄντι καὶ τὴν αὐθύπαρκτον τὸ σώματος ὑποδύεται. δοκεῖ δὲ καὶ ἰατρικώτατον εἶναι τῆς θεᾶς ὑγιείας εὑρεῖν τὸ φάρμακον, καὶ μυθεύεται τῆς ἀναβιώσεως εὑρέτης βοτάνης;

Serpens circumuolutus ſalutis corporis & animæ ferens ſymbolum. Mundum enim contemplantes phyſici, cætera quidem reptilia craſſioris dicunt & terreſtris eſſe ſubſtantiæ, Serpentem verò ſpiritaliſſimum animal eſſe dicunt, quod & imbecillitatem corporis exuat, & ad medicinam aptiſſimum eſſe videatur. Nam & ad ecuendum viſum inuenit pharmacum, & ad renouiſcendum herbam quandum noſſe narratur. Præterea Ægyptij mundum ſigni-
Serpens mũdi ſymbolum. ficantes ſerpentem pingunt, qui caudam propriam depaſceretur, eumque

varijs

varijs maculis insignem dipingebant, de quo Claudianus:

Perpetuumque virens squamis, caudamque reducto
Ore vorans tacito relegens exordia lapsu.

Quod procul dubio significat, omnia, quæ diuinâ prouidentiâ in mundo generantur, ab eâdem solui celerius, siue paulatim imminui atque deficere, in se recipi, fierique illud propemodum; iuxta illud, in id resoluimur ex quo sumus, quod paulò ante hisce verbis pulchrè indicat Eusebius ex mẽte Phænicum, cum de natura serpentis loqueretur, καὶ εἰς ἑαυτὸν ἀναλυεται ὦ προπρόκειται; vt vel inde appareat, mundum ex se ipso ali, & in se reuolui; Nam cum æterna sint elementa, neque corruptione neque variatione per se vlla immutentur, corruptioni tamen ac variationi subiecta videntur, ea parte, qua specierum informationi admiscentur, vi tamen ipsâ incolumi permanente, non secus ac typographicæ literæ, quæ copulata quiddam significant; mox verò ac typothetæ seruierunt vsibus, dissolutæ incolumtati pristinæ, generique suo restituuntur, & in alterius formæ vsum reseruantur, quæ doctè descripta videas apud Pacuuium & Lucretium. Serpente itaque caudam suam depascente, ingeniosè sanè indicãt generum, quâ rerum naturam DEVS insigniuit, immortalitatem, vt principium ad finem directum esse, finemque ad principium reflecti doceant; nihil enim in mundo perire credebant, sed eorum, quæ nobis interim videntur, solæ mutantur species teste Virgilio, qui nec morti esse locum dixit, & Democritus atomorum confluxu illo perẽni, nihil aliud indicare voluisse videtur, contra modernos quosdam philosophastros, nisi corpora illa indiuidua, quæ disiuncta cum fuerint, neq; legantur, neque internecionem recipiãt, nec sectionibus diuidantur, sed omne per æuum infinitã in se retineant soliditatẽ, quo alludit saturnina illa παιδοφαγία, Iouem sc. lapidẽ interposuisse, quem & deuorauerit, per huiusmodi figmentũ aptè indicantes terrestria corruptioni variationique vtplurimũ obnoxia esse, animum verò immortalem; iuxta illud Hesiodi reconditè & iuxta Ægyptiorum mentem canentis:

Mundi res in se perpetuò reuolubiles, vt notarent?

De mocriti de atomis philosophia.

Καὶ τοῦ μὲν κατέπινε κρόνος μέγας, ὅστις ἕκαστος
Νήδυος ἐξ ἱερῆς μητρὸς πρὸς γοῦνατ' ἵκοιτο.
Atque hos deglutit Saturnus, vt ille vel ille
Diuino ex vtero genua ad materna veniret.

Hesiodus.

Quod ita interpretor, nascuntur è terrâ rerum species, & in terram mox recedunt; Nam Rhea defluxus est & corruptio mundi. Quæcunque igitur tempus protulit, eadem tempus absumit. quæ omnia ijsdem pœnè verbis exponit Horus lib. 1. cap. 1. & 2. quæ cum in sequentibus allegemus, hic omittenda duxi.

Iterum cum viderent, Serpentem terrestris substantię, & ex putri vt plurimum genitum, tortuoso corporis tractu, fluctuationis rudimenta; sibilo sonoq; formidabili aërem; totâ prætereà substãtiâ squamarũ splendentiũ ornatu, nescio quid igneum exprimeret; haud incongruè quatuor elementa

per id indicare consueuerunt. per corpus quidẽ, quod terreũm & grauissimũ est terrã; per tortuosũ corporis tractũ, vtpote qui vndarũ fluctuationes exprimat, aptè sane aquã: per sibilum verò rectè aërem, subiectum soni; ignem denique totius vigore substantiæ, & tricuspide linguâ, ignis symbolo apposite denotabant, quæ omnia Horus l. 1. cap. 2. innuit. Porrò quamuis per serpentem dicta quatuor elementa exprimerent, non tamen singula eodem modo, sed diuersa serpentis situ, & conformatione exponebant; sic vitalem terræ spiritum, vel ipsam terram, quam ⲙⲉⲥⲓ vel ⲟⲫϯ, vti docetur fol. 127. (ita enim Genium omnia moderantem vocant, per serpentem indicatum) igneâ vi sua animat, per serpentem prostratum & bicornem, cuiusmodi nihil in obelisco nostro frequentius est, depingunt. Aquam verò denotantes, serpentem pingũt, tortuoso corporis tractu, vndarum volumina exprimentem, cuiusmodi est serpens, quem in V. libro exhibemus in expositione figuræ ex Barberinorum Gazophylacio eductæ. & sic denotabãt genium aquarũ *Mophta* dictum, hoc est à ⲙⲱⲓ & ⲫϯ quorum illud aquam, hoc DEVM siue genium notat; quę omnia in V. libro huius (vnde & character κυριολογικὸς aquæ originem sumit) fusius explicantur. Aërem verò exprimunt per sibilum serpentis erecti, & trisulcâ linguâ veluti sibilantis; per trisulcam 3 aëreos mundos, in quos dominium suum exercet, notabant; vndè ζεῦτα id est vitam huiusmodi characterem appellabant, vti supra folio 129. ostendimus. Porrò ignem significaturi aspidem erectum, vel altari vel capitibus Deorum impositum, cuius capiti globus insisteret, pingebant; quo igneam quadam vim vniuersum permeantem indicare solebant, vti suo loco in libro V. ostendetur; atq, hûc respiciunt ea, quæ paulo antè ex Eusebio & Horo adduximus. hanc vim quoque notabant, per circulum cui serpens insertus, ⊖ græcum aut coptum exprimeret, quam Tauta vocabant; quo teste Eusebio, spiritum igneum toti vniuerso infusum aptè signabant. quæ tum alibi in sequentibus, tum folio 129. amplè prosequimur.

Terra.

Aqua.

Aër

Ignis.

A

Dominium in igneam substantiam.

Præterea Ægyptios per Basiliscum æuum siue æternitatem significasse Horus aperte testatur l. 1. cap. 2. vbi nonnulla manuscripta ὀφαῖον quędam ὄβαιον pro Basilisco accipiunt, nos genuinum Basilisci vocabulum ex linguæ Ægyptiacę reliquijs restaurantes πιόφιον reperimus. ita enim legendum censeo ὃν καλοῦσιν ἀγύπτιοι, πιόφιον, ὁ ἐστὶν ἑλληνιστὶ βασίλισκος. Causa verò cur per πιόφιον seu βασίλισκον æternitatem statuerent, hęc ferè erat, quod inter serpentum genera hoc vnum interfici vi non posset; vtpotè cui, teste Horo, tanta vis sit, vt animalia reliqua solo sibilo fuget; quo audito ferunt omnes auium cantus

Basiliscus quid notet?

coër-

ceri, fruticeſque & herbas non morſu ſolùm, ſed olfactu aſpectuq ſolo enecari. Hinc Archelaus apud Ælianum narrat, cum iumentum in Africæ ſolitudine defeciſſet, plurimos ad id depaſcendum ſerpentes continuò cõfluxiſſe, interim Baſiliſci audito ſibilo omnes profugiſſe, aut in ſabulum ſeſe abdidiſſe, progreſſum verò Baſiliſcum per otium ſine cuiuſquam tumultu quantum voluerit eſitaſſe; cum ſatur iam abiret, iterum ſolito ſuo edito ſibilo, reliquis ſerpentibus veluti poteſtatem reliquum depaſcendi, feciſſe. Non neſcio hoc tempore Baſiliſci hiſtoriam fabulæ, quam hiſtoriæ veriorem haberi; nihilominus, qui Ægyptiorum ingenium nouit, aſſerere cogetur, eos ſæpenumero multa, quæ ad eorum myſticas rationes appoſitè faciebant, cõfinxiſſe in animalibus, quę moderni temporis, vti & de Phœnice fingunt, experimentis repugnant. Non igitur præciſè proprietatem animalium attendebant, ſed Deorum munus & officium vtplurimum per huiuſmodi proprietates confictas explicabant. Hoc pacto ſupremum numen ſiue Agathodæmona indigitãtes, Baſiliſcum ſeu aſpidem pingebant; cuius ſibilum omnia animantia veluti imperioſum Regis nutum pauerent, occultè, ſupremi Numinis in omnia ſibi ſubiecta vim & potentiam, obedientiãq innuentes. Hinc eũdem vtplurimum Deorum capitibus, teſte, Horo ſuperimponebant, cuius veſtigia tum in tabula Bembina, tum alijs monumentis haud infrequenter occurrunt. cuiuſmodi eſt, quod dum hæc ſcribo in fundamentis Eccleſiæ ſub nomine Mineruæ, alias Ord. Prædicatorũ intitulatæ inuentũ fuit. vti A paulò antè poſitũ ectypon demonſtrat. in quo vides tutulum inter duas aſpides intermediũ, ſpicis floribuſq; inſignem, ex cuius baſi flamma bifurcata erumpens, quæ hucuſque dicta ſunt, appoſitè declarat. Porrò ſubinde quoque aſpidem hunc accipitrino capite efformabant, formidandum, oculis eo artificio concinnatis, vt claudi & aperiri poſſent. Quem ſimul ac oculis apertis proferebant, vniuerſa Ægyptus lætitia atq; hilaritate perfundebatur, perindè ac Deorum oculi eos aſpicerent, opemque præſentem pollicerentur; in luce igitur omnes eſſe, & riſui, iocis, conuiuijſque operam dare. Quod ſi clauſis oculis eum extuliſſent, ibi tum omnes in tenebras & obſcura penetralia miſerabilique deploratione per ſe quemque niti, vt Deorum indignationem, quacunque poſſent, ratione abigerent. Verum qui plura de ſerpentum myſterijs deſiderat, is Horum, & Phærecidem apud Euſebium conſulat, vbi multa circa hoc argumentũ mira ſanè offendet, quæ omnia, cum nos fusè in ſequentibus variâ authoritatum allegatione deſcribamus, ad ea Lectorem remittimus.

Baſilici mira vis.

HIE-

HIEROGRAMMATISMVS XVIII.

De humanæ figuræ varia transformatione ex prædictis animalibus facta.

Idolum simplex.

PRimò, in ſtatua hieroglyphica conſiderabant Ægyptij formam, ſitum, geſtum, habitum, ornamenta, inſtrumenta, quibus omnibus varia denotabant. Et primo quidem vel ſtatua erat ſimplex & naturalis, vel cõpoſita ſeu multiformis, vel enim ſtatua referebat caput humanum, reliquo corpore, vno è ſacris animalibus transformato, & dicebãtur Sphynges & androſphynges, erantque diuinitatis latentis indicia; Simplex dicitur, quando figuram humanam, ſine vllâ transformatione exactè & ſimpliciter exhibet. Multiformis ſiuè πολύμορφος, quando loco humani capitis, aliud quoduis ex ſacris animalibus corpus apponitur, vti Accipitris, vel Canis, vel Ibidis, Bouis, Felis, Hirci, Simiæ, Leonis; vel contra, humano capiti ſupponebatur corpus ſiue truncus vnius ex recenſitis animalibus; hoc pacto dicuntur ſtatuæ ſacræ.

Multiforme.

ἱερακόμορφος	hoc eſt	Accipitriformis	vel à ſolo capite	ἱερακέφαλος	hoc eſt, ſtatua Accipitrino capite
αἰλουρόμορφος		Cattiformis		αἰλουροκέφαλος	Felino
κριόμορφος		Arietiformis		κριοκέφαλος	Arietino
κυνόμορφος		Caniformis		κυνοκέφαλος	Canino
λεοντόμορφος		Leoniformis		λεοντοκέφαλος	Leonino
ἰβίμορφος		Ibiformis		ἰβικέφαλος	Ibiaco
αἰγόμορφος		Hircoformis		αἰγοκέφαλος	Caprino
πιθηκόμορφος		Simiformis		πιθηκοκέφαλος	Simiæ
κανθαρόμορφος		Scarabæoformis		κανθαροκέφαλος	Scarabæi

Manuum pedumq; ratio.

Transformatio præterea reſpectu cęterorũ mẽbrorũ manuũ vel pedum attendenda eſt, ſubindè videas ſtatuas inuolutas ſine manibus & pedibus; vt in canopis; nonnunquam reperias manibus inſtructas quidam, ſed ſine pedibus, & contra; Præterea ſitus diligenter explorandus, ſtatua enim vel ſedet, vel ſtat, vel iacet, vel repentis in morem incuruata eſt; vel deniq; omnium membrorum ſitu in varias literas, ſeu monogrammata mirificè trãſformata, quorum paradigmata in ſequentibus adferentur. Statuarum manus nunc extenſæ, iam contractæ aut pendulæ, modo genibus applicatæ, ſubinde veluti quidpiã premẽtes, ſæpiſſimè clauſæ, vel apertæ alijſue ſacris inſtrumentis præoccupatæ ſpectantur. Pedes quoque vel diſcreti, vel complicati, vel directi, vel repandi, vel in currentis ſitum adaptati, vel etiam in ſupplicantium morem inflexi cernuntur. Ad habitum verò quod attinet vel enim nudæ ſunt, vel ſimplici veſtitæ induſio, aut accipitrinis pennis variè adornatę, vel tutulis & diadematis, vel ſine hiſce conſpicuæ. Quorum omnium differentias, & arcanas ſignificationes declarare, cum infiniti penè

Situs.

Manus, Pedes, Habitus.

labo-

laboris opus sit, Oedipo illa cõsultiùs reseruauimus, in quo suo tempore perfectam singulorum cõbinationem instituemus. Vti enim diuersis membris diuersas virtutes & operationes attribuebant, ita i la vni ex recensitis rebus adiuncta, iam aliam & aliam significationem illis exhiberi significabant, vt in sequentibus variè patebit; & pulchrè exponit Porphyrius in 4. libro de Abstin. his verbis: *Ab hac itaque exercitatione, & cum DEO coniunctione profecti nouerunt, non per hominem solùm, diuinitatem transiuisse, neque animam in solo homine in terra tabernaculum obtinuisse, sed etiam propemodum per omnia animalia pertransire; vnde etiam ad Deorum fabricam omne animal vna cum homine assumpserunt; in qua, & brutorũ, & hominis, & auium, item & hominis corpora commiscuere. Singulæ enim apud ipsos Deorum statuæ, vel vsque ad collum humanam speciem præferunt, caput verò vel auis, vel Leonis, vel alicuius alterius animalis impositum habent; vel è contrariò capiti humano subiectum alterius animalis corpus præmonstrãt. quibus videlicet significant, hæc ex Deorum sententia habere inter se societatẽ; atq; adeò cognata tàm mansueta, quàm agrestia animalia non sine diuina quadã voluntate esse:* φανερὸν γὰρ ἐπὶ τοὺς αἰγυπτίους ἱερομάντας πάντα πρὸς σημαίνειν τὰ τῶν ἱερῶν ἄρρητα ἀνελεῖχεν, ἔτι ἐκ τῶν ποικίλων εἰς ἕνα συσταμμένων. καθὼς πρὸς τὸ σχῆμα ἀνθρώπινον τοῦ ἱέρακος, εἴτε τοῦ ἴβιδος κεφαλὴν καὶ ὁιμοῖα κατέλειβεν. Et Abenephi Ægyptius confirmat his verbis:

الفلسفه مصر كان يذلوا الاسرارهم او بصورة الحيوانات او بالطيور وبعسبات وبالايات وبصوره الهندسة او باقصيهم يعني او براسهم وبعيونهم وباذانهم وبايديهم وبارجالهم وفسلونهم مع احرا الايات ومع صوره العسبات والايات الهندسة واخرا مثلهم ✡

Philosophi Aegyptij magna arcana sua vtplurimum exhibebant figuris animalium quadrupedum vel volucrium, vel herbarum, vel instrumentorum, vel figuris geometricis, vel extremis eorum, videlicet, per caput, manus, pedes eorum, coniungentes ijs alia instrumenta & figuras herbarum, & Geometricas, & hisce similia.

Verùm, vt dixi: cum de singulis recensitis combinatorum symbolorum significationibus ex professo in Oedipo tractemus; superuacaneum esse ratus sum ijs diutius inhærere.

HIEROGRAMMATISMVS XIX.

De Vegetabilium Hieroglyphicis.

§. I.

De Ferula, & Iunco Nilotico, Thyrsis, seù baculis ex ijs fieri solitis.

EST Sceptrum quoddam inter hieroglyphica litui instar curuum, quod nos ferulaceum aut papyraceum interpretamur ex Arabico قصبه, *Kasbe* hoc enim nomen idem est, ac virgultum, thyrsus ferula, instrumentũ, hastile, pertica, virga, flagellum, vti ex Camus siue Diction. Arabico, & Granatensi

Kamus Dictionariũ Arabicũ

Thyrſus ex quibus fieret.

natenſi Lexico apparet. Dicimus autem thyrſum ferulaceum, quia thyrſus non neceſſariò ex racemis vitium, ſed ex quibuſuis oblongis teretibuſque caulium baculis aſſumptus, cuiuſmodi ferulaeſt, haſta dicebatur. Thyrſum autem dictum circumferebant, eò quod thyrſus, & ferula Baccho ſeù Dionyſio Aegyptio attribueretur, vndè & χοινόπεις paſſim dicitur, vt alibi docuimus. iuxta illud Statij:

Qui molles thyrſos Bacchæ iq; cornua. & alio loco: *Non tamen aut teretes thyrſos, aut mollia geſsi Penthea*. Meminit, & alio loco. *Mollia Niphæis armati brachia thyrſis*. Ouidius quoq; Metamorph. l. 6. *Et fronde virentes conijciunt thyrſos*. Item lib. 3. ſimilia plura reperies. Sidonius quoq: *Indica Echionio Bromius rotat Orgya thyrſo*.

Circumportabant autem, & loco Symbolorum habebãt thyrſos ferulaceos, eò quod eos portaret Dionyſius; vndè, & lib. 2. præparat. Euang. ab Euſebio ναρθικοφόρος ſeu θυρσοφόρος dictus eſt, Thyrſianacta νυκτὶ λι ἐυβυλεῦμι ſῃ φόρε θυρσαιάκτε, hoc eſt, (qui thyrſo regnat, dictus eſt,) Hinc Orpheus in Hymnis, ipſum cum thymiamate Styracis venerabundus adorat, dicendo: *Inuoco legiferum Narthecophorum Dionyſium, Laudatum Eubuli ſemen; cui nomina multa, Sacratum Caſtumque Miſen, dominumque verendum; Qui mas, & mulier duplex Lyſæus, Iacchus, ſeu te, Sacrata templum delectet Eleuſis; ſeu phrygia cum Matre Deùm myſteria tractas; ſeu Cypri cythareia tenet te compta capillos; ſeu de frugiferis campis lætaris honeſto, matre Dea tecum, anguifera Iſide caſtũ Aegypti propè flumen*.

Cur in pompis Bacch. ferulas portent.

Cur verò ferulaceus thyrſus Libero Patri ſeu Dionyſio Aegyptio, quem nos eundem cum Oſiride ſeu Sole in tertio libro demonſtrauimus, aſsignetur, varij varias dant rationes: Euſebius in præp. Euang. ναρθηκοφόρον, id eſt, feruligerum appellat, rationemq; docet, quod homines poti in furorem agantur, ac ſe inuicem feriant, vt ſe mutuis vulneribus confodiant, ferulis vtuntur, quarum ictus lentus, ſed non læthalis eſt. Plutarchus in Sympoſio aliam aſſignat rationem; ferulam, & obliuionem Baccho dari, cui vel parum conueniat, errorum inter pocula deinceps comminiſci; aut ſi qua in parte peccatum ſit, puerilis, & leuis reprehenſio ſufficiat, quin, & pueri ferulâ caſtigentur. Alij dicunt, quod ferula Baccho aptiſſima ſit, vt infirmos ebrietate pedes leui hoc pedamento regant ebrij: à Latinis dicta ferula à ferendo, quod illius caules ſenibus loco fulcientiũ ſcipionum eſſent.

Ferula à ferendo dicta.

Deſcriptio ferulæ.

Theophraſtus ita eam deſcribit: ferula grandis admodũ ſurgit, vnicaulis, & geniculata à genibus cauliculi, vt folia alternatim, grandia multifida, capillamenti modo extenuata, maxima, vt quæ terræ proxima ſunt, caulem amplexantia, vt arundines, ſemen Anethi &c. in Aegypto cum magno prouentu fructicat; Aegyptiaci ſunt caui, cæteri plerumq; fungoſam intrinſecus obtinent medullam. Sed nos hiſcè relictis videamus, cur Aegyptij hiſce ferulaceis thyrſis pro ſymbolis vſi ſint. Ac primò quidem Oſiridi ſeu Dionyſio Aegyptio tribuitur, eò quod docuerit primò vitem

plan-

plantare, ac eam thyrso ferulaceo veluti ſtatumini ſuſtentandæ vitis aptiſſimo, applicare. Cum enim ferulæ iuxta Theophraſtum in Aegypto quinq; aut ſex cubitorum plerumq; proueniant in magna copia, ijs Oſiridem primò pedamentorum loco in ſatione vini vſum, docet Tibullus. Cur Oſiri thyrſus ferulaceus ſacer.

Hic docuit teneram palis adiungere Vitem,
Et viridem dura cædere falce comam.

Thyrſus igitur ille ferulaceus ſymbolũ fuit apud Aegyptios vini vitiſq; vsûs; hinc, & promiſcuè Oſiridi, & Iſidi in tabula Bembina attribuitur. Ob quem vſum etiam arundinem in Italia potiſſimum cultam ſcribit Plinius, vel quod ex eius interuallis coniugatis compingeretur *ſeptena*, vt Ouidius ait, *fiſtula cannis*. ζεύγην enim vocabant antiqui coniunctam arundinem, paria, & μεσαύλια fabricandis muſicis inſtrumentis idonea. Horum cauis, teſte Macrobio, teneros racemos vitis, & hæderæ imponebant; vndè incuruabantur in ſuperiori parte, quod myſterio non carebat; Prętereà ex ferulaceis thyrſis eos lituos, ſicuti ex arundinibus concinnaſſe, teſtatur Herodotus. Cum autem Oſiridi non vini tantum inuentionem per thyrſos ferulaceos, vt dictum eſt, ſignificatam, ſed, & Muſicæ quoq; attribuerint, iuxtà Diodorum; certè per nullum aliud Symbolum melius eam exprimere valebant, quàm per ferulas & arundines, ex quibus Muſica primam traxiſſe originem in Ægypto, teſtatur Plinius lib. 16 c. 36. & Theophraſtus lib. 4. c. 12. cum vtraq; flexum recipiat, vtraq; caua in Ægypto proueniat. Ægypto, enim ſcatente paluſtribus locis, proindè nequaquam carente herbis, dictis locis, in quibus ferulæ & arundines prouenire ſolent, cum inter cætera deprehendiſſent multa genera ferularum & arundinũ flexũ recipientia, necnõ intrinſecus caua, viderentq, ſono prouocando apta, tandem vtraq; fiſtulis & lituis inueniendis, crebrâ interueniente experientiâ, occaſionem præbuit, iuxta illud Ouidij lib. 11. Cur curui eſſent Thyrſi. Litui ex ijs conficiebantur.

Et leue cerata modulatur arundine carmen.

Vndè & græcè κάλαμος, quæ vox paſſim â latinis poëtis quoq; recepta, vt ait Manilius agens de vi Muſicæ.

Et graciles calamos, & neruis inſita verba,
Primuſq; inflare Sonoros.
Pan doctus calamos.

Arundo apud Theophraſtum lib. 24. c. 11. vocatur ζευγίτης, quam Gaza vertens, ſtramentariam iugalem nominandam exiſtimat, vt quâ vites in iugum alligarentur, quam nectendæ vitis rationem docet Columella lib. 4. c. 17. Præterea Theopraſtus citato loco, duo genera facit arundinum; primum ἀυλητικὸν, quam tibialem Plinius interpretatur, & alterum πλόκιμον, ideſt, textilem, Gaza interprete; fortaſsè quod ex eius folijs tegetes & ſpiræ atq; alia id genus fierent. Vbi Plinius affinitate vocum apud Theophraſtum, pro πλοκιμὸς legit πλοτὴν quaſi natitantem arundinem. Sunt etiam Ægyptijs calami, teſte Plinio, vti & Creticis, quos πύξινος appel- ζευγίτης quid? Duo genera arundinum.

lant, eò quod ex ijs optimè ſagittæ fierent. Has, Theophraſto teſte, loco citato tempeſtiuè cædi ſolitas ante Antigenem, cum adhuc ſimplicius tibia canerent, ſub Arcturo menſe Septembris. Sic enim cæſas multis poſt annis vtiles eſſe, multaq; ſonandi exercitatione indigere, ſed ora linguarum cõniuere, quod erat illis ad res populo ſignificandas vtilius; poſtquam verò varietas fictioq; acceſſit, cæſura mutata eſt.

Quando cædi filarent.

Apuleius.

Horum calamorum in Ægyptiacis Solennitatibus vſitatorum meminit Apuleius his verbis: *Ibant & dicati magno Serapidi tibicines, qui per obliquũ calamum ad aurem porrectum dextram, familiare templi, Deique modulum frequentabãt.* Imò vt multa paucis complectamur, dicimus Ægyptios hoc thyrſorũ ferulaceorũ (qui partim manibus Deorum inſerti ſpectabãtur, partim in feſtis ſolennioribus circumferri ſolebant) ſymbolo nihil aliud denotaſſe, niſi plantationem Viris & Muſicæ inuentionem, hoc eſt vitæ liquorem, & harmoniam rebus ſingulis inexiſtentem, qua ſuprema mens mundum, & quę in mundo exiſtunt, locupletauit. Nam Oſiris, teſte Diodoro, muſicâ cum primis delectatus, Satyrorum Muſarumque conſortio nunquam deſtituebatur; vt quod per muſas ſapienter & harmonicè diſpoſuerat, per Satyros, hoc eſt fœcundam vitam conſeruaret. Attribuitur igitur Oſiridi ſceptrum ſeu thyrſus iſte fiſtularis, tum vt eius in mundi harmonia potentiam denotarent. Tria igitur ſunt conſideranda in hoc hieroglyphico; primò ratio vitis plantandæ ad ferulam ſeu palum applicandæ methodus, quam inuentionem eius eſſe propriam, ex varijs ſuprà probauimus. Secundò fiſtularum & lituorum compoſitio, quem Pana ſeu Mercurium primò ex calamis huiuſmodi confeciſſe variè quoque monſtratum eſt; ex quibus poſtmodum muſicæ profluxerunt proportiones. Tertiò demum, hôc, loco ſceptri quoque in manu Oſiridis & Iſidis videtur, & hoc pacto ſexies in tabula Bembina huiuſmodi thyrſus fiſtularis & ſceptrum recuruum in modum obliqui calami exporrectus repræſentatur, quo non obſcurè potentiam rerumque ab ipſis inuentarum diſpoſitarumque in hac mundi œconomia harmonicam præſtantiam ſignificare voluerunt. Cur verò ſexies tantum iſte thyrſus in Bembina tabula reperiatur, myſterium eſt maximum in rerum natura, de quo fuſiſſimè ſuo & proprio loco. Nihil igitur aliud eſt ſignum hoc niſi thyrſus ferulaceus aut arundineus, dictarum rerum ſymbolum hieroglyphicum, vti demonſtrauimus; ſed nunc ad tertium ſymbolum procedamus.

Significata myſtica thyrſi recurui.

§. II.

De Thyrſo Papyraceo & Iunceo.

TErtium in ordine locum obtinet Iuncus Niloticus, vel mauis, Scirpus leuis & enodis, qui à Plinio, Hermelao & Donato cum papyro ſeu biblo confunditur, quo Ægyptij nihil aliud ſignificare volebant, niſi literarum

rarum ac ſcriptionis nobile inuentum à Mercurio Ægyptio ſeu mauis Oſiride & Iſide primò repertum, teſtatur Diodorus lib. 3. cap. 2. Eſt autem plãta leuis ὀξύκομος, foliorũ loco ſtolones ſeu culmos, aut virgas profert erectas, rotundas, tenues, teretes, enodes, cubitum vel ſeſquicubitum altos, herbaceo colore virentes, acutis cuſpidibus, candida medulla refertas, elychnium referentes, & vſu ſupplentes. Theophraſtus inquit; Scirpus eſt Iunci quædam ſpecies, leuis & enodis, indè cribra faciunt in Ægypto: Alij juncorum vſum in naſſas marinas referunt; Alij Plinio teſte, junci medullam in lucernarum lumine, veluti elychnium adhibent.

Inuentum literarum per thyrſum papyraceum.

Definitio papyri.

Scirpus quid?

Vſus iuncorũ

Habet autem iuncus hic tot ſignificationes, quot rebus appoſitus fuerit, aliam enim habet ſignificationem ſolus poſitus, aliam cum cribro, aliam cum muſca, aliam cũ alijs. Hinc adiunctus ſymbolis inuentionis rerum ab Oſiride factæ, nil aliud ſignificat niſi literarum nobile inuentum; quod qua de cauſa breuiter videndum eſt. Conſtat iuncum ſeu ſcirpum, aut mauis papyrum (confunduntur enim hæc à pleriſque Authoribus, vti ex Plinio Hermolaus & Donatus monſtrant) plantam eſſe, qualem ſupra ex Dioſcoride, Theophraſto, Plinio deſcripſimus. Et hanc nulla in parte prouenire frequentius, quàm in Ægypto, teſtantur, quotquot de ea ſcripſerunt & tradideruut Authores. Et hunc iuncum ob egregias ſuas vtilitates, eaſque multifarias, pro varijs quoque paſſim ſymbolis aſſumptum fuiſſe, in ſequentibus expreſsè videbitur. Hìc autem poſitum ſymbolum eſſe literarum ab Oſiride inuentarum, teſtatur Horus ipſe libro 1. cap. 38. his verbis, &c. *Aegyptij*, ait, *literas aut ſacrum ſcribam, aut finem ſignificaturi, atramentum, cribrum & iuncum ponebant, quæ omnia diuerſas habent ſignificationes, Aegyptias quidem literas, quod his omnis apud eos ſcriptura compleatur: iunco enim & non alio propriè ſcribunt*; Libenter igitur aſſumebant pro ſymbolo literarum illud inſtrumentum, quod ijs primò ſcribendi dediſſet occaſionem, nec enim iũcus tantum ſuppeditat calamos, ſed & chartam, vtrumque enim ex eodem fieri teſtatur Theophraſtus & Plinius; & poſt hos Proſper Alpinus, & eius doctiſſimus commentator Ioannes Vueſtlingus Archiater Paduanus. Vndè Apuleius, his verbis: *Nilotici calami perſtringere argutiã*, Ægyptiũ papyrum innuit; & alius: *Qui tenui committere verba papyro*; & Martialis lib. 13. *Perdite Niliaco muſæ mea damna papyro*. Significabant itaque Ægyptij, iunco papyraceo appoſito Papilioni δᾳκοντομόρφῳ, omnium rerum neceſſariarum abundantiã; ſed hæc de iuncoſeu papyro, ſufficiant.

Significata papyri ſeu Iunci Aegyptij.

Apul. de aureo Aſino.

§ III.

De Loto, eiuſque ſceptris, coronis, tutulis.

CVm de Iunco, Papyro, Arundine, ferula, ſimilibuſque fusè actum ſit, reſtat vt & de reliquis plantis hieroglyphicis breuiter aliquid dica-

mus, & primò quidem occurrit inter hieroglyphica non infrequens Lotus planta Ægyptia, quam alij cum Nenuphare siue Nymphæa, alij cum faba Ægyptia prorsus confundunt Horum opinionem vt reijcimus, ita illorum libenter acceptamus. Est enim Lotus nihil aliud quam Nymphæa Ægyptia, herba palustris, inter stagnantium aquarum lacunas luxurioso amictu tripudians. putant nonnulli hanc plantam summè venustam inter Osiridis & Isidis complexus natam, eandemque cum nostra Nymphæa esse, distare tamen tum à Luteâ illa maiore, quæ radices in longum porrigit, tum ab albâ illa vulga ius cognitâ, filorum paulò contractiore magnitudine & quod oras habeat leuibus illis quidam, sed latis incisuris excauatas, neruulis etiam copiosioribus pertextas; tum semina capiti papaueraceo inclusa, quam vulgaris Nymphæa, magnitudine conspectiora possidet.

Lotus Osiridis & Isidis herba.

Sed ad institutum, indicabant itaque Ægyptij primò per Loton, Solem, siue Solis motum ex oriente in occidentem peractum, ob naturalem quandam cum Sole sympathiam; Plerique tamen etiam eam plagam notant, in qua Sol exoritur, quod hieroglyphicum inde sumptum crediderim, quod ea ante Solis emersum implicata folia habeat, quæ quidem ita sensim exsinuantur aperiunturque, vt magis ac magis tollitur iubar Solis. Maximè verò panduntur, vbi medium is iter emensus est; Eodem verò decedẽte folia ipsa vicissim contrahuntur, complicarique incipiunt, ac insinuari, veluti nulli patere velint, præterquam Numini quod venerantur, atque ita quibus liceat modis, eo abeunte sese intra claustra cohibeant. Quod, vt Proclus ait, obseruatum à Magis, vt sacram omnino eam Apollini crederent, effecit. Sed audiamus de hoc ostento Theophrastum, qui lib. 4. hisce plantam verbis describit: Τὸ λωτὸς καλούμενον, φύεται μὲν ὁ πεδίοις ἐν τοῖς πεδίοις ὅταν ἡ χώρα κατακλυσθῇ τότε δὲ ἡ μὲν τοῦ καυλοῦ φύσις ὁμοία τῇ τοῦ κυάμου. ᾗ οἱ πέταλοι δὲ ὡσαύτως πλὴν ἐλάττους καὶ λεπτότεροι. ὄπτεύεται δ' ὁμοίως ὁ λωτὸς ἀφὶ τοῦ κιάμου. τὸ ἄνθος ἀπὸ λευκὸν ἐμφερὲς τῇ ἰωνότητι τῶν φύλλων τοῖς τῶν κρίνων. πολλὰ τὰ ᾗ πυκνὰ ἐπαλλήλως φύεται. ταῦτα δ' ὅταν μὲν ὁ ἥλιος συμμύῃ συγκαλύπτῃ, τὴν κοιλίαν. ἅμα τὴ ἀναπολῇ διοίγεται, ᾗ ὕπερ τὸ ὕδατος γίνεται. τὸ δὲ ποιᾶ, μίσχους ἂν ἡ κοιλία ἐντελεώθῃ, ᾗ τὰ ἄνθη περιῤῥοῇ, & paulò post, Ἐν τῷ ἀφεάτῃ τὴν κοιλίαν φασὶ ᾗ τὰ ἄνθη δύνειν, καὶ ὑποκαταβαίνειν τὰς ὥρας ἀλλὰ μέχει μεσημβρίας, καὶ τοῦ βαθὺ πόῤῥω. ἐπὶ δὲ καθιέντα τὴν χεῖρα λαβεῖν εἶναι. μὴ δὲ ταῦτα ὅταν ὀρθρος ᾖ, πάλιν ἐπαναίρειν. ᾗ περὶ ἡμέραν ἔτι μᾶλλον ἅμα τῷ ἡλίῳ φανερὸν εἶναι τὸ ὕδατος ᾗ ἀνοίγειν τὸ ἄνθος. ἀνοιχθέντος δὲ ἐπ' ἀναβαίνειν. συχνὸν δὲ τὸ βάθος εἶναι τοῦ ὕδατος. hoc est, *Qui Lotus vocatur, in planis parte maxima prouenit, cum rura inundantur; huic natura caulis similis fabæ, & fructus eodem modò, verùm minores graciliores q; Nascitur fructus in capite, flos candidus liliji foliorum angustia proximus, fructus multi ac promiscuè densi exeunt. Sole occidente se comprimunt, caputque integunt mirà industriâ, ad ortum aperiuntur & super aquam assurgunt; idque facit, dum caput perficiatur; floresque defluant:* & paulò post. *In Euphrate caput, floresque mergi referunt, atque descendere vsque in medias noctes; tantumque abire in altum, vt ne dimissa quidem manu capere sit, diluculo deinde redire, & ad diem magis. Sole oriente iam extra vndas emergere, floremque patefacere; quo patefacto amplius insurgere; vt planè ab aquis absit altè.*

Lotus motũ Solis sequitur

Significata Loti.

Vt

Vt proindè minimè mirum videri debeat, si tantò hunc florem honore prosequerentur. Præterea per hunc florem indicabant, sympathiam rerũ inferiorum cum superioribus; vti suo loco in ipsa Obelisci interpretatione fusè ostendetur.

Harpocrates supra Lotum quid?

Iterum DEVS super Loton sedens indicat principatus diuini super omnia supereminẽtiam, ita Iamblichus narrat, cuius sunt sequẽtia: *Confirmat & hoc, quod subindè sequitur symbolum, vbi DEVS inducitur sedens supra Lotum, aquaticam scilicet arborem; vbi significatur, DEVM principatu suo mundanum superexcedere lutum, nec attingere gubernando; sed principatum gerere intellectualem penitus & empyreum. Omnia enim in Loto rotunda sunt, tùm poma tùm folia; ex quo significatur circularis actio mentis per eadem videlicet, & eodem pacto se habens. DEVS igitur ipse supra hanc insuper actionem in seipso consistit, superans eiusmodi principatum, sanctus & venerandus, & in seipso penitus conquiescens, quòd quidem ea actu sedendi significatur.* Hinc natum reor hieroglyphicum illud Harpocratis super Lotũ sedentis, & digito labra prementis, veluti silentiũ suadentis; Cuiusmodi non infrequenter occurrunt, in varijs medalijs, vt vides in ectypo; Estq; idem qui Horus; siuè mundus sensibilis, teste Plutarcho, cuius arthetypus intellectus, iuxta anagogicam interpretationem, supremum illud Numen supramundanum est; Sol ἰνδαλμικὸς siuè Idealis, omnia virtute sua gubernando conseruandoque, & ad quam Loti instar, omnia superiora & inferiora radioso actionũ motu cõuertuntur. Quod & Gnostici in suis sigillis exhibent, sedẽtem in Loto cum flagello seu scutica, è cuius regione hæc verba ponuntur ιαω, & σεβαω; quæ quidẽ ex hebræo corrupta idem denotãt, ac יהוה שבעות, *choua* seu *Adonai Sabaoth*: *Dominus exercituum* cuius virtute omnis aduersarum potestatum vis & truculentia eneruata proscribitur; quæ aptè sanè per scuticam indicantur, malorum auersionis symbolum. Digito silentium suadet, vt indicent naturam eius esse ineffabilem, ac proindè solo silentio venerandam, vt proindè non ineptè eidẽ nomen Dei Ιαω affinxerint, & corruptum, quod idem Dei nomen יהוה hebræis ideo ἄῤῥητον καὶ ἀνεκφώνιτον arcanum & nullis verbis pronunciabile asserunt; vide quæ alibi de hoc nomine copiosè tradidimus; acceptabant enim Ægyptij perlibenter huiusmodi nomina. Nam vt Iamblichus ait, omnia huiusmodi nomina aliquid significãt apud Deos, quamuis in quibusdam significata nobis sint ignota; esse tamen nota quædam, ait, quorum interpretationem diuinitùs accepimus, omnino verò modum in eis significandi ineffabilem esse. Neque secundum imaginationes humanas, sed & secundum intellectum, qui in nobis est diuinus. Quæritur autem, cur nam inter nomina diuinorũ,

Barbara nomina quid notent?

barba

barbara cœteris anteposuerint. Respondet Iamblichus: *Quia videlicet sacrarum gentium veluti Aegyptiorum Assyriorumque totum sermonem Dij approbarunt, tanquam factis maximè congruentem; propterea & communes dictiones modosque loquendi arbitramur cognatæ ad Deos dictioni, orationique adhibendos, præsertim quia antiquior primusque extitit iste modus loquendi.* Patet igitur Harpocratis Loto insidentis significatio. Hinc quem Gnostici Ιαω; Græci Ioua dixerunt, ex eadem Hebraica origine corrupto vocabulo, quem Iouem multi, vt in 3. libro patuit, cum Horo confundunt; est enim Iuppiter nihil aliud, quam mundus, vel mundi pars; vti Horus; hinc Solem Iouis oculum appellauit antiquitas, & Iouē, seu Cœlū, Mundi mentē; & Ægyptij Hori oculos Solem & Lunam dixêre. Sed de hoc Harpocrate seu Horo, fusius suo loco.

§. IV.

De Persea Hieroglyphica, eiusque Thyrsis.

PErsea Planta Ægypti est, quam hisce verbis Theophrastus describit: *Est in Aegypto alia quoque arbor Persea dicta, aspectu magna formosaque, folio, flore, ramo, totaque figura potissimum pyro similis: nisi quod altero folio perpetuo, altero deciduo sit*; & paulò post. *Ex hac simulacra, & mensas, & similia, ad sacram supellectilem spectantia, olim faciebant.* Qui verò fructum huius arboris venenatum in perside gigni putârunt, decepti forsan sunt nominis vicinitate. Nam id de persea diligentiores tradunt, quæ omnino alia est, myxis subrubescentibus similis (pruna ea sunt sorbis insita) in Æthiopia lethalis, in Ægypto salubris. Huius arboris tùm foliorum, tùm fructuum, tùm ramorū, magni apud Ægyptios sapientes, in sacris sculpturis vsus est; Primò etenim significant silentium, eam proindè Harpocrati Sigalioni dedicantes; cum enim fructum habeat cordi, folium linguæ simile, subobscurè indicant, sermonem, qui fructus est intelligentiæ, sedem in corde, non in lingua habere debere; Vndè & cordis symbolum fuit, vt est apud Plutarchum, cum enim Naturam ei cordis figuram impresisse, atque adeò cum fructum cordi mirificè conferre comperirent, vt cui esset genitus parti, vel ea ipsa specie & characterismo patefaceret, haud incongruè eum in cordis symbolum assumptum, Isidi sacrarunt. Cum enim Isis παρὰ τὸ εἴδω sit, sapientiam hoc indicat intellectu primum concipi, sed parum hoc prodesse, nisi etiam in mortaliū vsum enuncietur. Subinde fructum vnà cum folio exhibent, & tunc veritatis symbolum figurabat. Quippe quod ea species linguam cordi coniunctā ostendat, ac perinde sermo cordis ipsius penetralia adaperiat, nō aliud quippe sentiat, aliud loquatur; cuiusmodi orationem ingenuè, & citra fucum loquentis esse debere, omnes sapientes fatentur. Veritas itaq; dicta tanti apud Ægyptios fiebat, vt ad eam acquirendam phylacterijs ex persea confectis vsi sint. Ita Plutarchus: *Vnde 20. die primi mensis, diem Mercurio festum celebrantes,*

Natura Perseæ.

Significata Perseæ.

tes, mel & ficus edunt, simul dicentes, γλυκὺ ἡ ἀλήθεια. *Dulcis est veritas. Isidis amuletum, quod appendisse sibi eam fabulantur, interpretatum sonat* φωνὴ ἀληθὴς, *vox vera. Harpocrates neque Deus imperfectus, ac infans putandus est; neque vllum leguminum: sed præses atque corrector recentis, imperfectæ & incompositæ hominum de Dijs sententiæ: itaque & digitum ori impositum tenet, argumentum taciturnitatis & silentij, & mense Mesore offerentes ei legumina, dicunt.*

Γλῶσσα τύχη, γλῶσσα δαίμων: τῶν δ' ἐν Αἰγύπτῳ φυτῶν μάλιστα τῇ Θεῷ καθιερῶσθαι λέγουσιν τὴν περσέαν, ὅτι καρδιὰ μὲν ὁ καρπὸς αὐτῆς, γλώττῃ τὸ τὸ φύλλον ἔοικεν. Lingua fortuna lingua dæmon.

De stirpibus Aegyptijs maximè consecratam DEO aiunt Perseam; quod eius fructus, cordis; folium, linguæ speciem referat; Quippe eorum quæ homini obtingere possunt, omnium, nihil diuinius est oratione præcipuè de Dijs, neque maius res vlla ad felicitatem momentum adfert. Itaque hìc oraculum intraturo mandatur, vt sanctè sentiat, & modestè loquatur. Hinc perseam, oppidò frequenter in tabula Bembina Deorum Dearumque simulacris adiunctam videas; Hanc in pompis, in Deorum honorem institutis, circumferebant, vt postea videbitur; ex ligno eiusdem sacras statuas & fabricabātur & folijs fructibusque ornabant, & paulò post fusiùs declarabitur. Cordis & linguæ symbolū Perseæ.

§. V.

Rami Hieroglyphici.

IN solennitatibus Pompisque Ægyptiorum sacris, ramos circumlatos fuisse, testatur Clemens Alexandrinus lib. 6. stromatum: his verbis:

Διὰ τὲ τῶν σομβόλων, ὡς ὁ τὲ τρόχος ὁ στρεφόμενος ἐν τοῖς τῶν Θεῶν τιμένεσιν εἱλκισμένος παρὰ Αἰγυπτίων, καὶ τὸ τῶν θαλλῶν διδομένων τοῖς προσκινοῦσι. *Per symbola autem, quemadmodum & rota; quæ vertebatur in Deorum solennitatibus, tracta ab Aegyptijs, rami quoque dabantur adorantibus,* quæ & Orphei versibus apud dictum Clementem hoc pacto exponuntur:

Ramorum ast queis sunt humanum terrestria curæ
Non vno stant fata loco, in mente, omnia circum
Voluuntur, nec fas vna est consistere parte
Vt cœpit cursus, verum est pars cuilibet æqua.

Significata Ramorum.

Rami autem sunt symbolum primi nutrimenti, vt sciat vulgus fructus quidem omnino germinare & augeri, longissimo tempore permanere, se autem accepisse exiguū vitæ tempus, & eâ de causâ volunt dari ramos. Certè apud Athenienses festus erat dies ramorum nomine insignis, quo in honorem Bacchi præferebantur ὄχοι, quasi moschi, hoc est tenues rami maximè vitis, ex quo ὀχοφορίας, solennitas & ὀχοφόροι nomen ramiferorum obtinuerunt; Sacrorumque ministri acceptos vitis ramusculos ex Bacchi templo in Mineruæ Schirradis ædem deferebant. Vt desertè testatur Scholiastes Nicandri; ὀχοφόροι λέγονται Αθηνῆσι παῖδες ἀμφιθαλεῖς ἀμιλλόμενοι κατὰ φυλὰς, οἱ λαμβάνοντες κλήματα ἀμπέλου ἐκ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Διονύσου, ἔτρεχον εἰς τὸ τῆς σκιῤῥάδος Αθῆνας ἱερὸν, Quod ὀχοφορία quid?

verò

Ramorum vsus in sacris

verò Deos venerantes & manum & ramum secundum veterum adorandi ritum DEO admouerent, hinc D. Hieronymus recte vertit, & applicabant ad nares suas ramum, in signum scilicet adorationis, quam Soli præstabant. Hebræos quoque ijsdem cerimonijs in cultu Dei vsos, in illo festo, quod סוכות id est tabernaculorum vocant, & sacræ literæ, & desertè testatur Iosephus lib. 3. antiq. hisce verbis: ὁλοκαυτοῦν τε καὶ θύειν τῷ Θεῷ πότε χαριστήρια φέροντας ἐν τοῖς χερσὶν εἰρεσιώνην μυρσίνης, καὶ ἰτέας συνκράδη φοίνικος πεποιημένη τοῦ μήλου τοῦ τῆς περσέας πρόσοντος. *Victimas DEO immolantes, & simul per gratiarum actionem sacrificantes, manibus interim gestant ramos myrthi & palmæ, ex quibus mala perseæ dependebant*: In quibus Ægyptios imitatos, patet ex Horo, vbi Horum ramis Perseæ & Loti venerantur, vt significarent cor & linguam Deo dedicandam esse; Hos & Aethiopes imitatos patet ex Hesiodoro lib. 3. Qui Reges aut Magnates excipientes: *Obuiam venere Loto coronati & palmarum ramos in honorem ipsius quatientes*. Verba eius sunt: τὰς κεφαλὰς τῷ Νιλώῳ λότῳ καταστέψαντες καὶ φοινίκων πθόρτους ταῖς χερσὶ κατασείοντες; Itaque si quem insigni populi fauore honestatum, omniumque celeberrimo plausu & lætitiâ exceptum significare vellent, hunc φυλλοβολούμενον dicebant; quin non solùm ramos illos exhibebant, sed præterea folia & flores in benè meritos spagebant, quod genus honoris & beneuolentiæ φυλλοβολίαν καὶ ἀνθοβολίαν nominabant. Vndè Philo libro de legatione ad Caium Agrippam dicit fuisse φυλλοβολούμενον καὶ ἀνθοβολούμενον ἐπὶ εὐσεβείᾳ. Nec hoc tantum fauoris signo contenti, etiam ramos maximè palmarum ad fores insignium virorum affigere consueuerant, quod genus honoris Lucianus notãs ait οἱ φοινίκες δὲ ἐπὶ τῇ θύρᾳ χλωροὶ ἐστεφανώμενοι Hinc Christus quoque tanquam Rex & Deus, Χριστὸς σοφία κοσμοτεχνιτῆς dicit Synesius, ramis palmarum à Populo Hebręorum fuit exceptus, quod rectè animaduertit Poëta:

Heliodorus Aethiop.

φυλλοβολούμενος quid?

Perque viam vt regi velamina præparata
Arboreasque solo frondes, & olentia serta
Sub pedibus strauere, Deum omnes voce fatentes.

βαῖα & βαιοφορία græcorum quid?

Est porrò obseruatione dignum, hanc ceremoniam, quam anniuersariâ religione Ecclesia veneratur, apud Gręcos fuisse percelebrem, dominicamque quam nos palmarum vocamus, ab ijs vocari βαϊοφόρον, à βάϊς, quod βαῖς ægyptiaca lingua, vti Horas docet l. 1. c. 4. sit ramus palmæ; Vnde & βαΐα largitiones & munera quæ ab Imperatore & Patriarcha distribuebantur ea videlicet septimana, quæ diem palmarum præcedit, dicuntur, teste Balsamone, qui de incens. Patriarchę copiosè pertractat his verbis. τὴν ὑψηλοτάτην τῶν θείων αὐτοκρατόρων περιωπὴν, καὶ τῶν πατριαρχῶν τὴν μεγαλειότητα μετὰ τῶν ἄλλων ἐσέμνουν καὶ ἐτήσιοι ῥόγαι πότε καὶ βαίων φιλοτιμήματα *Præcesam*, inquit, *diuorum Imperatorum circumspectionem & Patriarcharum magnificentiam, cum reliquis augustam faciebant, & annuæ erogationes, & donorum qui βαῖα nominantur, munifica largitio*; de quibus plura huius generis lib 3. cap. 5. rerum Europ. Luitprandus adfert. Patet igitur nullam Ægyptijs sine ramorũ circũgestatione solem-

ſolemnitatem peractam eſſe; hoſce ſiquidem ramos in Iſiacis, Mythriacis, Ithyphallijs, ſiue Dionyſiacis, geſtare conſuêrant, nullam ſine hiſce diuinationem, nullas ſortes, vel conſultationes peragebant, vt alibi docebitur. Cur verò hiſce potiſſimum ſignis & ſymbolis vſi ſint Ægyptij, docet Porphyrius lib. de abſtinentia. οἱ πάλαιοι ἄνθρωποι ὔτε λιβάνωτον, ὔτε ἄλλο θῦμα προσέφερον, ἀλλὰ χλοῆς οἷον πίνα τῆς γονίμε φύσεως χνῦν ταῖς χερσὶν ἀφάμενος κατίκαιον. *Antiqui*, inquit, *homines neque thus, neque aliud incenſum offerebant, ſed folia veluti primam pubeſcentis naturæ lanuginem manibus decerptum*; quorũ vi, & herbæ, & fruges, & fructus, omnia deniquè ex terra orta producerentur, & adoleſcerent. Vti verò per variarum arborum ramos, diuerſas Deorum virtutes deſignabant, ita in eorumdem ſolmnitatibus, eos quæ eorum virtutibus maximè congruerent, ramos præferebant. Ita in Mercurij ſolẽnitatibus, Perſeæ ramos, cordis & linguę ſymbola; in Iſidis, Palmæ, abrotoni, & ſeriphij ſine Abſynthij marini: In Hippocratis ſiue Hori põpis, Loti & Fabæ ægyptiæ; in Dionyſiacis, ficulneos ramos, eo quod folium eorum veretrum expremeret, & Thryo dicebant, teſte Plutarcho; ad fęcunditatem huius Numinis, vitis quoque ramos, ad vini, cui præerat, vim indicandam. In aliorum feſtis, alios & alios ramos præferebant; neque hîc quieſcebant, ſed & in varias eoſdem ramos figuras, ne quicquam myſterijs vacaret, detorquebant. Hoc pacto, Agathodæmona expreſſuri, in figuram A, vt figura in marg. docet, transformabant, ita Perſeæ quoq; ramos, Mercurio, Iſidi, & Harpocrati ſacros hâc formâ, quâ vides in ſubiecta figura, inuerſo ſitu exprimebant. Quibus quidem occultè rerum generationem totius anni decurſu fieri ſolitam; per triplicem quidẽ ramum 3. anni partes, per 12. folia quorum vnuſquiſque rurſus 4. alia continet, 12. menſes innuebant; vidimus ramum, iam myſteria quoque ſub eo latentia exploremus. Sicut igitur Perſeæ ſemen, terræ inditum, primâ anni parte, hoc eſt quadrimeſtri ſpatio hyemali putrefactum, per conceptum genitalem calorem animatur; ſecundâ verò anni parte, hoc eſt ſecundo quadrimeſtri verno in ſurculos, folia, calices, flores erũpit; Tertia demùm anni parte, hoc eſt quadrimeſtri ſpacio æſtiuo in fructus protuberat, qui Eteſiarum flatu ad maturitatem perducti, nouam ſeminis copiam pro ſecuturo anno producũt; Sic, inquam, omnis vegetabilium generatio contingit.

Qui rami quibus Dijs facris?

Thryo quid?



A

Rami triplicis ſignificata

Nam ſemen primò terræ mandatum, putrifactum que pulatim ad vitã diſponitur; quo facto, in ſurculos, folia, flores, mox prorumpit; denique So-

lis virtute in fructus nouos, qui est vltimus vegetabilis naturæ scopus, annuo spacio, decoquitur; quem circularem vegetationis motum haudquaquam incongruè per ramum inuersum expressisse videntur; nisi enim planta seu arbor quodammodo inuertatur, & superiora inferiora fiant, iuxta illud secretioris philosophiæ pronunciatū, quod superius est, fit sicut id quod inferius; hoc est, nisi fructus superiorem primo in arbore locum obtinentes inferiores fiant, id est in terram recidentes putrefiant nouam vt fundent generationis sobolem, fieri non potest, iuxta illud æternæ sapientiæ dictum, *nisi granum frumenti in terram cadens mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, centuplam fructum adfert*; pulchrè itaque hoc triplici ramo inuerso, generationis mysterium, veteres insinuasse videntur. Quia verò omnis seminatio aut plantatio frustranea est, nisi Osiris ille cœlestis Sol accedens, motu illo suo per 12. cœli mensiones facto, eam viuificet, Isis verò Luna influxu suo eandem viuificatam humectatione veluti irrigatione perpetuâ vegetet & augmentet; Mercurius denique id est agriculturę ratio accedens, illa per industriam ad perfectionem perducat; hinc aptè in solennitatibus suis, triplicem illum mysticum ramum preferebant quorum primus Osiri, Soli; secundus Isi, id est Lunæ; tertius Mercurio dicabatur, Horum enim ductu omnia suam perfectionem, totius anni decursu nanciscirebantur; Atque hisce tribus Numinibus triplici ramo, veluti mystica quadam veneratione supplicare, eorundemque subsidium implorare videbantur; Quem & tanti facêre, vt hunc characterem, in album hieroglyphicorum adscriptum, nulli non obelisco inseruerint, quem & omnium foliis & floribus expressissimum in Rameſæo siue Lateranensi Obelisco reperias. Atque hæc de vegetabilium hieroglyphicis sufficiant. De colcasia, faba aegyptia, schenosyri, seriphio, plurima dicenda erant, sed cum hæc in nostro Obelisco non compareant; ea in Oëdipi Hierographiam botanicam consul. tius differenda duximus; de tetradicis verò germine in V. libro suo loco videat Lector curiosè tractatum.

Omnia corruptione pręuia generantur.

Ramus triplex quibus Sacer?

HIEROGRAMMATISMVS XX.

De Hieroglyphycis Geometricis, instrumentalibus. & Kyriologicis.

§. I.

De Characlere Tautico, siue Cruce ansata omnium hieroglyphicorum principe.

MVltorum sanè ingenia defatigauit hoc hieroglyphicum ansatæ Crucis, quam nos Characterem Tautcum dicimus, in quô ter hieroglyphicas notas frequentius nihil occurrit; Non enim in scriptionem vel minimam

nimam hieroglypgicam inuenias, vbi non mox dictum occurrat mysteriosum Crucis ἔκτυπον.

Vnde varij varijs diuersisque agitati sententijs & opinionibus, varias quoque explicationes seù potius coniecturas prodiderunt. Ruffinus lib. 11. cap. 29. id significasse putat vitam venturam: Verba eius hæc sunt. *Signum hoc dominicum Crucis, inter illas, quas dicunt* ἱερατικὰς, *id est, Sacerdotales litteras habere Aegyptij dicuntur, velut vnum ex ijs, quæ apud illos sunt litterarum elementis. Cuius litteræ seu vocabuli hanc asserunt esse interpretationem, Vita ventura.* Sozomenus lib. 7. Eccl. instit. c. 13. Φασὶ δὲ τοῦ ναοῦ καθαιρουμένου τούτου (τοῦ σεράπιδος) τίνας τῶν καλουμένων ἱερογλυφικῶν χαρακτήρων σταυροῦ σημείῳ ἐμφερὲς ἐγκεχαραγμένους τοὺς λίθους ἀναφαίνηται, παρ' ἐπιστημένων δὲ τὰ τοιάδε ἑρμηνευθεῖσαν, σημαῖναι ταύτην τὴν γραφὴν ζωὴν ἐπερχομένην. *Aiunt templo isto Serapidis diruto & disiecto, quasdam ex ijs, quas vocant hieroglyphicas notas similes signo crucis inscriptas lapidibus apparuisse. Ab ijs autem, qui docti hæc talia, explicatam eam notam significare vitam venturam.* In Socratis quoque historiola hæc breuiter; Ἐπὶ θεοδοσίου τοῦ μεγάλου βασιλέως κατερουμένων τῶν ἑλληνικῶν ἱερῶν εὑρέθησαν ἐν τῷ σεράπιδος νέῳ ἱερογλυφικὰ γράμματα σταυροῦ ἔχοντα τύπον. ἅπερ θεασαμένοι οἱ ἐξελληνῶν χριστιανίσαντες ἔφεσαν σημαίνειν τὸν σταυρὸν παρὰ τοῖς ἱερογλυφικὰ γινώσκουσι γράμματα, ζωὴν ἐπερχομένην. *Theodosio Magno regnante cum fana gentilium diruerentur, inuentæ sunt, in Serapidis templo hieroglyphicæ litteræ habentes Crucis formam, quas videntes ij gentilium, qui Christo iam addicti erant, aiebant, significare Crucem apud peritos hieroglyphicarum notarum, vitam venturam.* Lipsius in suo tractatulo de Cruce, cum mysticum hoc Crucis ἔκτυπον admirabundus considerasset; tandem ingenuè fatetur, nescire se, quid id significet, & cur toties in omnibus hieroglyphicis syntagmatis insultum reperiatur. Gretserus vult, annulum istum ei impositum, oculum significare; per oculum autem Aegyptij significabant Solem, vndè & eum oculum Iouis appellant.

Crux hieroglyphica vitam venturã notat? *Ruffinus*

Zatomenus

Crux ansata vitæ venturę symbolum

Lipsius

Gretserus de Cruce.

Sed ex his & similibus apparet, nec Lipsium nec Gretserum vidisse Obeliscos, qui modò in Vrbe inueniuntur, vel si viderint, non exactè comparationem huius figuræ cum alijs passim hinc indè occurrentibus instituisse, quod occasionem præbuisse videtur errori, quo putant hoc Symbolum per signum T solummodõ repræsentatum; cum illa non ea tantum figura, quâ Gretserus noster eam describit, occurrat; sed omninò diuersis figuris. Fallitur quoque Iacobus Bosius, quamuis in hoc negotio præ cœteris acutior, qui eam vult tantùm illâ figurâ vbique poni, quâ hic delineatam vides ♀. Verba eius Italica sic sonant: *Perciochè l'annello ò sia il Circulo, stà sopra il Tau, ouero sopra la Croce, non è in modo alcuno figurato, ma per tutto è intagliato, e scolpito, come in seguente figura si vede, non solamente ne gli obelischi, ma in tutti gl'alteri sassi e framenti dell'Egyttiache antiquità hieroglyphicate, ch'in Roma si ritrouano;* Quod falsum esse, pace boni viri dixerim, manifestissimè patebit ijs, qui paulò diligentiorem fecerint huius cum cœteris comparationem; Ego sanè, qui nihil non intentatum in hieroglyphico hoc negotio relinqui, dum ad calculum reuoco, & singulari scrutinio omnia pensito, in ipsis exemplaribus hunc Characterem duodecies &

Bosius de Cruce.

pluries diuersis modis scriptum ex omnibus hieroglyphicorum frãgmentis, quæ aut Romam, aut ad tempora nostra vsque peruenerunt, connotaui, quorum figurarum diuersitatem hîc ob oculos pono Lectoris.

Ex quibus luculenter cognoscitur, in omnibus hisce figuris, Crucis figuræ circulare quid admixtũ, quod mysterio nequaquam carere existimandum est, vti postea videbimus. Verum vt post tot, atque adeò diuersos ingeniorum conatus aliquid certi de hac figura statuatur, nos quid de ea statuendum sit, ostendere aggredimur. Ac primò quidem de origine huius figuræ, & qua ratione ad Aegyptios translata sit, audiamus. Sic igitur dicit Abenephi. Crucẽ autem circulatã Misraim à Noë per patrem Cham accepit, ille ab Adamo, quæ quidem nihil aliud est, nisi character mysterioſus, cuius ope Angelus Raziel Adamum maxima quęuis mysteria edocebat, qui character, per continuam successionem posteris temporibus per Noë ad Cham, & ab hoc per Misraim ad Aegyptios peruenit, Cham quoque illum in vsum magicum conuertit, & multa eo miracula & prodigia edidit. Hinc Aegyptij stupefacti illum varijs modis accomodantes in proprium vsum conuerterunt & amuleti loco vsurparunt; processumque naturæ in rebus sub ipso symbolicè repræsentarunt, vehiculumque dixerunt Spiritus Mundi. Hactenus Abenephi cuius Arabica verba citata, vide in V. libro.

Origo Crucis ansatæ

Atque hæc est sententia Abenephi de hoc signo, quibus sanè nihil aliud insinuare vult, nisi mysterioſum illum Characterem, & nulli non notũ T Tau: alludendo ad communem illum arboris vitæ ramum, quem Angelum Adamo post præuaricationem dedisse ferunt; quod vt melius intelligatur, audiamus alios Rabbinos de hisce clarius loquentes. Rabbi ille magnus apud eos, quem ob singularem vitæ sanctitatem ac doctrinæ excellentiam רבנו הקדוש id est, magistrum nostrum sanctum appellant, in libro quem RazeGaleia, id est, reuelatorem arcanorũ vocat. Hic ad Antonini Consulis Vrbis Romæ petitionem, qui ipsum interrogauerat, ex qua arbore excisa esset virga, quâ Moses miracula faciebat, atque vndè eam nactus fuisset, ita respondit. Quod me rogas de virga Mosis, tibi notitiam dare, dicam tibi, quod de hoc ipso scriptum reperi à R. Simone filio Iochai in libro qui dicitur מחוקר הסודות, id est, Inuestigator secretorum, sic dicente:

Iechaides.

Virga illa, quâ Moses & Aharon miracula faciebant in terra Aegypti, & postea in deserto floruit, gemmasque edidit, ab ea arbore excisa est, quam Moses ostendit in deserto, vt aquæ amaræ dulces fierent. Et hæc arbor excisa est, ab arbore vitæ, quæ in paradiso sita erat angelorum manibus; quam quidem miserunt Adæ, cum ille misisset Seth filium suum ad paradisum, misericordiam Dei imploraturum de

suo

ſuo peccato; dixeruntque Angeli ad Seth; vt plantaret hanc arborem, futurum vt quò primum fructum faceret, miſericordia DEI in eum deſcenderet, aperirenturque portæ Cœli, quæ obſeratæ ſunt. Hanc autem arborem, ſeu potius ramum accepit Seth, plantauitque in deſerto, quam poſteà Moſes inuenit, & ex ea virgam ſuam excidit, ideòque DEI virga dicta eſt. Cum autem Iſrael ad Marah conſiſteret, neque illas aquas bibere poſſet, DEVS oſtendit Moſi hanc arborem, quà aquas illas redderet dulces; & hæc eſt arbor illa, in qua Moſes ſerpentem impoſuit, per quam DEVS vniuerſum orbem ſaluum facere inſtituit, & mittere miſericordiam ſuam ſuper Adam, cum venerit Meſſias; Tunc enim hæc arbor fructus geſtabit, quibus ſecundò amaræ aquæ efficiãtur dulces, purgabitque primum peccatum, omniaque delicta, quæ fecerunt, facturique ſunt homines. Et paulò poſt: *Docuit te hoc arcanum, cum contemplaberis arborem ſcientiæ boni & mali & inſuper arborem vitæ, quæ in paradiſo ſita erat, ac etiam ſerpentem, qui Heuam tentaturus acceſſit; intelligas quam ob rem Virga Moſis in terrã proiecta, ſerpens effecta eſt, moxque per caudam accepta eleuataque à terra, virga redierit, vt erat, abſorbueritque omnes Virgas Magorum Aegypti, qui idem faciebant, ſicut dictum eſt, Zachar. 13. cap.* והיה ביום ההוא נאם יהוה צבאות אכרות כל עצבים מן האדמה ולא יזכרו עוד *Et erit in die illa dicit DEVS exercituum, exſcindam omnes arbores à terra, &c. Item intelliges, cur DEVS miſerit Serpentem Iſraël in deſerto, & tamen præceperit Moſi, eique dixerit num. 21. cap.* עשה לך שרף ושים אותו על נס והיה כל הנשוך וראה אותו וחי *fac tibi Serpentem, & pone eum ſuper lignum, vt quicunque morſus viderit eum, viuat. Hoc enim ſignificat, quod quicunque morſus fuerit à ſerpente peccatorum, reſpiciens in ſerpentem in arbore collocatum, ſuperuiuat, & quoniam ex arbore vitæ hic ramus exciſus fuit, fructus eius vitam afferũt mundo: hæc omnia ad verbum ille, quem ipſi Magiſtrum noſtrum Sanctum appellant.* Quod porrò Abenephi dicat, Crucis fuiſſe ſymbolũ myſteriosũ, iſtud ſignũ, teſtatur cabaliſticũ fragmentũ, quod habetur apud Galatinũ, in illud pſal. c. 39. *Retrò & ante formaſtime, & poſuiſti ſuper me vitam tuam, ſcilicet manum tuam:*

Seth plantauit ramum arboris vitæ in deſerto; ex qua arbore deinde Moyſes virgam ſuam fabricauit.

Hinc Cabaliſtæ in reconditiori ſua Theologia arborem Sephiroth ea ratione formant, vt tres proprietates ſeu מדות vt ipſi vocant, cum Sephirâ תפארת, quam ipſi arborem vitæ in medio paradiſi plantatam dicunt, conſtituant in perfectam Crucis figuram, vnicuique autem Sephiroth diuinæ, attribuunt quatuor Angelos, quos hîc repræſentauimus. Atque hoc myſteriũ Adamo primô poſt præuaricationem in ramo, quem Angelus é paradiſo ei tranſmiſit, repræſentatum aiunt, vt antè dictum eſt. Lege Raphaëlem Aquilinum in tractatu de S. Trinitate.

Myſtica ratio arboris Sephiroth.

Fuiſſe autem primis patribus à DEO deſtinatos Angelos, communis eſt Cabaliſtarum opinio, quam & alibi in hoc opere ex Iezirah R. Abraham aliiſque Rabbinis citauimus: quibus ex ſacris litteris addi poſſunt Tobiæ præceptor Raphaël, Danielis in viſione de Anti-Chriſto, ſicut & B. V. Mariæ Gabriel. Atque hoc eſt ſignum illud ſalutiferum Tau, quo fideles ad vitæ fructus percipiendos ſignatos ait Ezechiel; quod figuram Crucis habere teſtatur S. Hieronymus in hunc locum.

Patriarchis primæuis ſingulis ſui Angeli.

Dein

Tau siue antiquum crucis Aegyptij à primis patribus acceperunt.

Dein Ægyptios hunc characterem ab Hebræis accepisse Abenephius; quem alibi citamus, confirmat. Ægyptij quoque notantes huiusmodi signum in Virgâ miraculosâ Mosis & Aaron, quâ tanta miracula patrabant, dùm post discessum Israël domos Hebræorum istiusmodi signo in primogenitorum plagâ signatas videret; vti rem diuinam arbitrati sunt, ita quoq; ceù potentissimum cõtra malorum occursus amuletum receperunt; At Trismegistum à primis Patriarchis id acceptũ sui iuris fecisse, & Tautũ àsuo nomine dixisse, alibi diximus. figura Taumystici in præcedẽti foglio explicata sequitur.



R. Azarias in meor ghainaim.

Villalpandus.

Atque horum paulò antè citatorũ testimonia vera esse, liquet ex antiquo Hebraico alphabeto, quod tibi R. Azarias proponit, in libro, quem intitulat מאור עינים lumen oculorum. Et Vilallpandus in explanat. Ezechielis cap. IX. fol 129. cum multa de significatione literæ Tau discurrisset, tandem ita concludit. *Quod si roges, vndenam Gentiles hæc signa sacra, imò mysteria tam abstrusa discere potuerint; Respondebo, non esse nouum Romanos à Græcis, Græcos*

Græcos ab Aegyptijs, Aegyptios ab Israelitis multa accepisse pietatis nostræ Sacramenta. Nam & Epiphanius Author est, Aegyptios memores illius diei, quo à cæde Angeli liberati sunt Israelitæ, qui sanguine agni postes domorum delinierant, solitos esse intrante æquinoctio vernali accipere rubricam, & illinire omnes arbores, domosque vniuersas, clamantes, quia in tempore hoc ignis vastauit omnia, contra quam luem remediũ putant ignicolorem sanguineam rubricã Hanc cum Thephilim quoque seu Totaphot, in pergameno agni mundissimo in modum Crucis descriptam, quatuor sententijs ex sacra scriptura depromptis, brachijs & fronti olim affigebant ex mandato Dei; de quibus plurima in Zohar inuenies, & passim apud Cabalistas.

Thephillin, seu Totaphoth

Cum igitur signum T character fuerit mysticus, & propriè Hebræis in summa veneratione; Aegyptij autem pleraque ab antiquis Hebræorum acceperint, quemadmodum iam sæpè ex Clemente ostendimus, verisimile est, cùm ex dictis, tùm ex ratiocinatione Abenephi, hunc characterem quoque ab Hebræis mutuatos esse Aegyptios, vtpotè curiosos figurarum obseruatores; vtrisque quidem mysticum, sed diuersorum mysteriorum significatione dissipatum. Dicimus igitur, characterem hunc apud Aegyptios non præcisè significare vitam venturam, quemadmodum vult Ruffinus, Suidas, alijque supracitati Authores; Sed verisimile est, totum hunc rumorem exortum esse à Iudæis, qui tum temporis Aegyptum exules peruagabantur; videntes enim signum hoc T toties in imaginibus eorum repetitum, passim salutem suam, seu vitam venturam ex patrum suorum traditione interpretabantur, vti dictum est. Sed congruentius dicemus cum Abenephio, illum characterem nihil aliud apud Aegyptios significasse, quam diuinæ mentis in rerum omnium productione motum & diffusionem. Quàm alta itaque & sublimia per hunc caracterem denotarint Aegyptij penitiùs discutiamus.

Quid significet Tau ansatum proprie.

Dicimus igitur, characterem hunc mysticum à primis patriarchis acceptũ esse; alios verò astronomicos ope illius adinuentos esse primò, partim à Zoroastre, quem supra cum Chamo & Misraim confudimus; partim à Mercurio, de quo in primo libro multis iam egimus; vt ijs ingeniosè repræsentaret rerum in hoc mundo nascentium processum: Quam opinionem nostram confirmat Marsilius Ficinus, in plat. philosoph. c. 29. *Habuerunt enim Zoroastres eiusque Sacerdotes peculiarem quandam scribendi rationem à vulgari differentem; ipse autem Zoroastres eam instituit, & formauit literas cum characteribus cœlestibus signorum & stellarum, à quo postmodum instructus Mercurius trismegistus eum tradidit Aegyptijs.* Siuè igitur Zoroastres, siue Mercurius illũ primò inuenerit, aut traditione acceptum, suis inuentis auxerit, perindè est. Character sanè summo ingenio confictus maximam primorum hominum in imponendis rebus nominibus solertiam, & in naturâ rerum per congruos characteres exprimendâ, arguit ingenium, quod & in hoc præsenti charactere maximè elucet, in quo vnico quasi in

Ex Tau ansato characteres Astronomi informatio prima.

Marsilius Ficinus

Hermes Trismegistus in numerum literarum Tau trastulit.

speculo

ſpeculo quodam ob oculos poſuiſſe videntur totius naturæ pantamorphæ ideam. Sed cum character ille adeò multiplex reperiatur in ſacris ſculpturis; nos tantum hîc agemus de charactere huius loci proprio, qualem nimirum ſacris ſimulacris vt plurimũ appoſitũ videmus; de alio charactere ſignũ Crucis Andreanæ formam præſeferente, fuſius agentes in Prodromo & acturi in explicatione tabulæ Bembinæ, quamuis etiam hi caracteres ijdem ſint, vt poſtea patebit.

Compoſitio characteris Tautici.

Conſtat igitur Character iſte duabus heterogeneis partibus, circularibus & rectilineis, apparetque nihil aliud eſſe, quàm character ille, quo antiqui aſtronomi, Aegyptos ſecuti denotabant Mercurium, ſic ☿; Vndè & characterẽ Tauricũ dicebant. Per circulum denotabant, diuinæ mentis diffuſionem in mundum ſiderium, & per Crucem, diffuſionem in elementa;

quẽ lapſum elegantiſſimè expreſſum hieroglyphicè videmus in obeliſci Lateranenſis lateris 1. tertio hierogrãmatiſmo, hoc ectypo. Vbi ſerpens ἱεροκόμορφος ex circulo prodiens ſeſe inſinuare videtur mundo huic ſenſibili, per crucem anſatam ſignificato, adeò quidem, vt circulus nihil aliud niſi motum diuinæ mentis, vt ſupra fusè demonſtrauimus. Serpens autem ἱεροκόμορφος nihil aliud, niſi ſpiritus illius, qui per vniuerſam Mundi molem diffunditur: vti fusè in hierogrammatiſmo xvij. ſerpentis actum eſt. Hinc Anaxagoras quatuor elementis conſtitutis per crucem indicatis, ijs motorem adiungit ſiue ſpiritum, ſiue DEVM, ſiue Mentem, vt Proclus interpretatur, per quem hæc quatuor regantur; Quod Virgilius etiam nullius ignarus diſciplinæ affirmat, dum canit:

Anaxagoras

Virgilius.

Principio Cælum ac terras, campoſque, liquentes,
Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque aſtra.
Spiritus intùs alit, totumque infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

Triſmegiſtus fol. 13. edit. Baſ.

Alluſiſſe quoque videtur ad hoc Triſmegiſtus in ſuo ad Æſculapium dialogo, cum ſic ait apud Symphonianum ſupre citatum lib. de poteſt. & ſapientia DEI. *Ex voluntate DEI, quæ Verbum complexa, pulchrumque intuita mundum, ad eius exemplar, reliquum ſuipſius elementis, virtutibuſque ſeminalibus exornauit. Mens autem DEVS, vtriuſque ſexus fœcunditate pleniſsimus, vita & lux, cum verbo ſuo mentem alteram opificem peperit, qui quidem DEVS ignis, atque ſpiritus Numen; DEVS verbo ſancto clamauit: pullulate, adoleſcite, propagate vniuerſa germina atque opera mea: Vos inſuper, quibus mentis portio conceſſa eſt; genus recognoſcite veſtrum; his dictis, prouidentia per fatum harmoniamque conflauit miſtiones, generationeſque inſtituit, vndè cuncta ſunt ſecundum genus proprium propagata.* Quæ omnia exactè quadrare videntur ijs, quæ & Moſes in geneſi ſua, de prima rerum productione protulit, vbi ſic habet Targum hieroſolymit: בחכמתא ברא יי׳ שמיא וארעא ideſt, *DEVS in ſapientia ſua*, ſeu כר *Bar*, hoc eſt filio, & Verbo mundum creaſſe dicit, & ſpiritu amoris à DEO

Targum Hieroſolymitanũ.

proce-

procedentẽ ſupra aquas agitat m fœcundo flatu eas incubuiſſe, hoc eſt, incubantẽ, ac fęcundãtem aquas רוח מרחפת על פני המים: cui conſentiunt Ionathas Ben Vziel, vna cum Hebraicis paraphraſtis Vt proindè ſi gradus, & ordinem verborum à Mercurio prolatorum adductum benè conſideres, luculenter in ſcriptis ſuis Mercurium Moſi eſſe quàm ſimillimum perſpicias. Moſes enim tenebras vidit ſuper faciem, & ſpiritum Domini incubantem ſuper aquas; Mercurius verò vmbram horrendam in humidam naturam migrantem, quam verbum Domini faciebat. Ille potenti verbo Domini cuncta creata nunciat; hic verò: *Verbum illud lucens, germen mentis, filiũ DEI eſſe aſſerebat, & mentẽ, Patrẽ, & verbum mentis filium naturà non diſtare, conſubſtantialis quippe erat ei.* Philo quoque ſimilibus verbis hunc Geneſis locum exponit, lib. de opificio Mundi. Gen. 1. Vzielides.

Appoſitè igitur per hoc ſignum hieroglyphicum Ægyptij, primam rerũ omnium creationem, atque à prima cauſa, & opifice mente earundem proceſſum exhibuerunt; ad quod hiſcè verſibus Pacuuius congruè alludit. Pacuuius.

Quicquid eſt hoc, omnia animat, format, alit.
Auget, creat, ſepelit, recipitque in ſe omnia.
Dumque idem eſt Pater, identidemque eadem,
Quæ erant de integro, atque eodem occidunt.

Notandum autem, duplici hieroglyphico ſua arcana exhibuiſſe Ægyptios. Alij enim naturam rerum per virtutes, & proprietates animantium; Alij per characteres quoſdam ſummo ingenio excogitatos, ſeu geometricas notas repræſentabãt. Nè enim adeò multa congererent, neuè longis diſcere volentes ambagibus implicarent, cum omnem illi naturæ obſcuritatem manifeſtè adeò ſibi cognitam profiterentur, & quaſi per manus proditam diſciplinam polliderent, cumque præterea cognoſcerent, nec ſine linea, circulum, nec ſine puncto rectum artificioſè fieri poſſe, hoc vnico contenti hieroglyphico conſtante lineis rectis, & circulo, mundi conditionem omnem, rerumque ſpeciem quandam vniuerſam expreſſam eſſe voluêre; lõga enim experientia edocti, & variarum rerum cognitione imbuti, rerum omnium tum non exiſtentium, tum in naturæ latentium inuolucris, primam ſimpliciſſimamque productionem repræſentationemque factam fuiſſe, non niſi per lineã rectã & circulum intuebãt; puncti proindè, monadiſq; ratione res & eſſe, & cępiſſe primò, & quæ peripheriâ ſunt affectæ, quantæcunque eæ fuerint, puncti nullo modo carere poſſe miniſterio, egregiè oſtẽdit Deenus in Monade ſua hieroglyphica primò, & ſecundò Theoremate. Duplex ſigni. ficandi modus Aegyptijs vſitatus. Per circulum & lineas rectas omnia in mundo explicant Aegyptij.

Circulo igitur Orbes Cœleſtes, quibus ſe ſpiritus Mundi primò, ijs ſuâ communicando virtutem, immiſcet; per Crucem quatuor elementorum in ſublunarem Mundum, virtutem, mediantibus cęleſtibus corporibus, ex quibus omnium rerum exurgit generatio, notabant. Quæ omnia pulchrè per numeros ſub decuſſata hac figura latitantes, exprimebant. Circulus verò Cruci innitens appoſitè tùm ternarium, tùm quaternarium ſignificat. Quid per Crucem anſatam. Figura decuſſata.

Ternarium, quandò ex duabus rectis lineis & vtriuſque quaſi copulatiuo puncto conſtat. Quaternarium verò ex quatuor rectis interſecantibus ſe ad quatuor angulos rectos, vndè ex quatuor rectis, quatuor angulos comprehendentibus octonarius quoque myſticus reſultat, de quo ſupra, cum de myſterijs pyramidum tractaremus, fusè actum eſt. Manifeſtè quoque hîc elucet, ſeptenarius numerus ex duabus nimirum rectis & communi puncto; deindè è quatuor rectis ab vno puncto ſe ſeparantibus, quorum numerorum ope Pythagoras & Plato, Ægyptiorum diſcipuli, totius mundi viſibiliſque orbis machinam oſtendebant, vti citato loco oſtendimus. Adnuertebant enim Ægyptij, duos potiſſimum ſimplices motus in rerum naturâ eluceſcentes, rectum ac circularem, hunc per circulum, illum per rectas exhibebant; Elementis enim extra ſedes naturales dimotis, ſuos ad eaſdem reditus non aliter, ac per rectas lineas facere experimento comprobabant. Non igitur incongruè per quatuor rectas & vnico puncto indiuiduoque in contrarias excurrentes partes, quatuor elementorum (in quæ elemẽtata ſingula tandem reſolui poſſunt) innuêre myſterium, confirmant ea quæ in Cabala Saracenica me annotaſſe memini. اعل الفلسفه وطبا معصر وفرس والهند والروم فلمايريدون ان يدلون العناصر اويكتبوالمرهم بصوره الصليب ——— ✠ *Philoſophi & Medici Aegyptij, partium Indiæ & Græciæ indicaturi quatuor elementa, quadratum ſub figura Crucis pingebant.* Quomodò autem ex quaternario denarius reſultet, omnium in vniuerſo contentorũ ſymbolũ, ſupra folio 183. dictum eſt. Verùm antequam vlterius progrediamur, hoc loco originem literarum, ſeu characterum planetariorum oſtendere viſum fuit, vt quàm ingenioſa ſpeculatione, & quàm congruorum ſymbolorum adinuentione, conceptus ſuos myſticos adornauerint, ex hierogrammatico hoc apparatu Lector curioſus colligere poſſit.

Ortus ſum. e regno Crucis figura latet.

Pythagoras

Duo motus in natura ũm plices, rectus & circularis.

Cabala Saracenica.

Origo literarum aſtronomicarum.

Ac primò quidem ſupponoex Clemente Alexandrino & Euſebio; duplicem habuiſſe Ægyptios modum myſteria ſua ſymbolica repræſentandi; vnum per virtutes animalium, herbarum, plantarum; alterum per geometricos characteres, appoſitè myſteria intenta repræſentantes. Sic per ſcarabæum & Ibidem primo modo Solem & Lunã, quos eoſdem poſteriori modo per Solis & Lunæ ſimplices characteres repræſentabant. Sic quatuor Elementa ſiue principia rerum per quatuor animalia, quæ qualitates haberent elementis non abſimiles primo modo; poſteriori verò per † repræſentabant; quod Clemens Alexandrinus hiſce verbis confirmat.

Clem. Alex. 6. ſtrom. *Symbolice autem τνα quidem loquitur per imitationem, alia τverò ſcribitur τveluti propriè, alia τverò aperte ſumitur allegoricè per quædam ænigmata; τvt qui Solem τvolunt ſcribere, faciant circulum, Lunam autem, figuram Lunæ cornuum formam præſeferentem (hoc eſt, ſemicirculum) conuenienter ei formæ, quæ propriè dicitur; ænigmaticè τverò Solem ſcarabæo aſſimilant, obliquam aſtrorum conuerſionem, ſpiris & τvoluminibus ſerpentum.* Porphyrius quoque apud Euſebium ſic ait: *Vndè factũ eſt, τvt omnia candida cœleſtibus Diis attribuerentur; pila & rotunda omnia Mundo,*

Lib. 3. c. 3.

præci-

præcipuè ☉ *&* ☽, id est, *Soli & Lunæ. Circulus verò & quæ circularia, sunt, seculo & motui Cœlesti & Zonis ac circulis, qui in Cœlo esse intelliguntur.* Quæ nos ad mẽtem veterũ ita explicamus. Ægyptij pingebant circulũ, quo Solem repręsentabant, stellarũ omniũ principem, & cęlestium Numen, à cuius luce omnes participarent. Cum autem omnem virtutem suam solùm in Elementarem Mundũ cognoscerent, circulo decussatũ apposuére signũ seu characterem ♀, quo notabant spiritus Mundi omnia permeãtis, fęcunditatem vndè & Gręci, Venerem veluti generationis Deã illo exprimendã assumpsêre. Cũ autem hanc virtutem Veneris sparsam & seminatã à Deo per omnes mundi partes intuerentur, spiritũ nimirum animæ Mundi, siue Solis, dantis vnicuique rei formam, vitam, essentiam & durationem, cum, inquam, eũ inueniri viderent in omnibus rebus, in homine inquam, in bestijs, in terra, aqua, aëre, igne, in fluminibus, in aëre, in montibus, planis, vallibus, syluis, pratis, desertis, plantis, animalibus, in cœlis etiã & stellis, semicirculũ ☽ ei apposuerunt, & ortus est character ille celeberrimus, & sacer ☿ Mercurij, quem in tertio libro spiritũ Mundi, seu Solem Aegyptiorũ omnia ad se attrahentem, interpretati sumus. Mẽti nostrę mirũ in modũ astipulatur Deenus in sua Monade hieroglyphica: vndè verba eius cedro digna, hæc sunt: *Antiquissimi Sapiẽtes Magi, quinq; planetarum nobis tradidère notas hieroglyphicas, compositas quidem omnes ex Solis & Lunæ characteribus, cum elementorum aut arietis hieroglyphico signo. Ac primam, quidem de ijs, qui Lunæ habent characterem, nos iam paraphrastice agemus: de Solaribus deindè, Lunaris nostra natura, dum per Elementorum scientiam circa nostram sit semel reuoluta terram, Saturnus mysticè dicebatur. Et eadem de causa Iouis quoque habebat nomen, istamque secretiorem tenebat figuram ♃. Et Lunam tertiâ vice elementatam obscurius sic notabant ☿ quam Mercurium vocare solent, qui quàm Lunaris sit, videtis? Martis verò character mysticus ♂, an non è Solis & Arietis hieroglyphicis est conflatus? ♃ elementato partim interueniente magisterio. Et Veneris quæso, an non ex Solis & elementorum pleniore explicatione? isti ergò planetæ solarem recipiunt περιφορὰν opusque ἀναζωοπυρήσεως; in cuius progressu fit tandem conspicuus Mercurius ille alter, priori quidem vterinus frater; ex Lunari scilicet, solarique elemento completa magia;* Quæ omnia appositè Hermes expressit his verbis:

Sicut res omnes fuerunt ab vno mediatione vnius, sic omnes res natæ fuerunt ab hac vna re, adaptatione. Vides igitur, quomodò, & quam ingeniose mysturam qualitatis planetarum in appropriatis characteribus exhibuerint. Meminit huius characteris mystici, quoque Cæsar Riuiera in suo de Mundo magico tractatu, vbi compositionem eius admirabilem ex recondito manuscripto erutam, attribuit primò Ægyptijs, verba eius Italica sic so-

♄	Saturnus conuenit frigore cum	☽
♃	Iupiter humore cum	☽+
♂	Mars calore & siccitate cum	☉♃♈
♀	Venus humore & calore cum	☉+
☿	Mercurius cum omnibus.	☽☉♈

Characteris ☿ origo.

Deenus

Riuiera in mundo magico

nant, lib. 1. fol. 22. *Questo medesimo ci significauano gli antichi Sacerdoti Egitij col mirabile, e misterioso giroglifico, è materiale, Secondo Platone & Aristotele, e composto di otto Cieli, di quattro elementi, è delle cose, che in essi si trouano. Tanto questo comprende in se detto giroglifico, essendo egli composto de caratteri delle note di ciascuna di dette cose, le quali iui apertamente si scorgono. Imperoche facendosi di quello anatomia, e diuidendosi nelle sue parti vedrassi chiaramente, che egli costa primieramente d'vn circolo perfetto giroglifico del Sole. appresso egli costa d'vn semicircolo, nota della Luna, d'vna croce, symbolo delli quattro elementi, è del segno dell'Ariete; gli altri quattro giroglifici poscia, cioè quello di Saturno, di Giouе, di Marte, e di Venere sono formati ò dal carattere del Sole, ouerò della Luna, con l'annessione della croce, ò parte di lei, ouerò della nota dell'ariete. Il giroglifico di Saturno è composto di quello della Luna, & insieme di quello de gli Elementi; Quello di Giouе costa de i medesimi, & è, istesso, eccetto che ritiene sito diuerso. Il carattere di Marte è composto di quello del Sole, e di quello del Ariete congionti insieme dalla retta linea della croce. La nota di Venere è formata di quella del Sole, e de gli Elementi. e finalmente il giroglifico dell'Ariete si forma di duoi semicircoli connessi in vn commun punto.*

Compositio characterum astronomica.

Vides igitur quàm mirabile istiusmodi hieroglyphicum appareat, & quàm aptè magnus ille Mercurius Trismegistus, maximum illum Mercurium spiritum & animum vniuersi, vnicam causarum causam repræsentarit? Quod autem cœlestis ille spiritus Mercurij in omnibus rebus inueniatur, & quod similiter res omnes in ipso spiritu contineantur, affirmant Platonici. Hinc Proclus in lib. de Magia & Sacrificio; Antiquos Sacerdotes optimè cognouisse, omnia in omnibus esse; in Cœlo quidem res terrenas modo cœlesti, & in terra cœlestes modo quodam terrestri, vti supra in pyramide mystica interpretati sumus; Cui Anaxagoras quoque subscribere videtur, dicendo: omnia in omnibus esse. Hermes quoque in mysteriosa sua tabula smaragdina, dicta scitè exprimit, dum dicit; *Quod est supra, est sicut, quod est infra*, sed de his etiam alibi dictum est. Ad hoc quoque alludere videtur antiquissimus Artefio in principio de abstrusis secretis: *Mūdus ait à primo omnium cognoscitur.* Porrò cum spiritus ille mundi, Mercurius ille cœlestis omnia numeris, proportionibus & harmonia complêrit, sine numeris deprehendi non possunt. Pythagorâ enim teste, natura numerorum transiuit per omnes res, & cognitio illius, est illa vera sapientia diuina & incorrupta, de qua Antiquissimus Artefio in libro secretorum. *Cognito numero, cognosces, qualiter notitia rerum omnium habeatur per illū*, & alibi, *à calculis primi hominis, omnium artium scientiam, omnemque cognitionem inueniri*; Numeris enim omnia, quæ in mundo sunt; (teste Boëtio) constant; in hoc charactere Mercuriali omnes quoque numeri repræsentati videntur; si enim eum in partes suas explicaueris, vti dictum est, hoc est, in ☉, ☽, ☥, ☿, habebis mox mirabilem illam τετρακτυν pythagoricam, quam ille vocabat fontem perpetuæ naturæ, ideam omnium rerum creatarum & cognitionis rerū

Proclus.

Anaxagoras.

Tabula smaragdina Hermetis.

Artephio

in

in diuina mente rationabiliter operantiũ: hæc tetras quoq; iuxta Iamblichũ mystica fuit appellata, quâ per Ægyptios 4. mundi partes repræsentabantur, vti in processu operis, dicemus. Item manifestè apparet, quâ ratione tetractide ista omnes res gubernentur & comprehendantur, quod & Hebræos non latuit, cum sub nomine Dei tetragrammato totius vniuersi res comprehendant, vti alibi diximus.

Explicatio figuræ.

1. Tota Crux nota diffusionis mentis diuinæ.

2. Circuli 8. notant 7. Planetarum Orbes cum firmamento.

3. Figura circularis, Solẽ, Luna sextilis Lunam.

4. Crux notat Mũdum Elementarem.

5. Quatuor Genij, præsides notant 4. Elementorũ.

6. Cruces ansatæ ideas in mente diuina existentes.

7. Cornu Arietis notat calorem in Mundo.

8. Luna hucmorem, quæ duo sunt generationis principia.

9. Caput Tauri ♉ notat Characterem ex capite Tauri inuentũ.

10. Scatabæi figura idem notat.

Serpens deinque ex inferiori globo emergẽs notat vim diuinam omnia permeantem.

Primò Chaos est diuisũ in 4. elem. principia rerũ omniũ corporaliũ. Cœlũ in 4. part. seu angulos. Aër in 4. Ventos. Zodiacus in quatuor triplicitates; sub Cœlo quatuor temporũ qualitates, sub qualitatibus quatuor elemẽta, sub elementis

mentis ſubſtantia, quantitas, qualitas, motus: Sub ſubſtantia corporea, entitatiuum, vegetabile, ſenſitiuum & intellectiuum. Quantitates in punctũ, longitudinem, latitudinem & profunditatem; qualitas in quatuor, ſiccum, frigidum, humidum, calidum; Motus in aſcendentem, deſcendentem, rectum, circularem. Terra in quatuor ſpacia diuiditur.

Præterea non malè Tetractys dicitur continere res omnes, cum quaternarius, vti alibi oſtendimus, vtpotè in potentia denarius, numerorum omnium perfectiſſimus & abſolutiſſimus, ſit rerum omnium idea, vltra quam nullus alius numerus reperitur: vt ſupra oſtenſum lib. 2. cap. 10.

Cabaliſtæ ad 10. omnia reuocant.

Hunc quoque Cabalici Hebræorum reducebant ad decem Zephiroth, quæ ſunt diuina attributa & menſuræ, quêis ſolent deſcribere Deum, diuinam prouidentiam, & immenſitatem rerum. Verum vt quæ hucuſque dicta ſunt, in compendium contrahantur, præcedentem figuram proponendã duxi, in qua totius ſpeculationis ideam in charactere Tautico conſideratam oboculos ponimus curioſi Lectoris. Conſtat figura circulo, Lunæ ſegmento, cruce, per circulũ, mundũ ſiderium in ſuas orbitas planetarũ diuiſum; quem Luna interſecans, characterem Mercurij, ex Sole & Luna compoſitum efformat. Crux verò mundum notat elementarem, in quem vim ſuam exerit mundus ſiderius per animam mundi omnia peruadentem; extramitates crucis 4. continent ſtatuas præſides 4. elementorum, per 4. mundi plagas indicatorum. ſuprema ſtatua accipitriformis eſt, & ignem denotat, ſitu ypſilomorpho, cuius myſterium in ſequentibus aperimus.

Altera ſtatua caniformis, Aêri; Tertia Ibiformis Aquæ, quarta denique ἀνθρωπόμορφος Terrę notat præſidiũ, ex qua erumpit ſerpens ſęcunditatis nota, quâ terra mundani ſpiritus diffuſione imprægnatur; omnes ſunt poſitæ in formã ypſilon, cuius myſterium in ſequentibus aperietur; omnes inſtructę crucibus anſatis, ad indicandam vim, quam à ſpiritu mundi hauriunt; tota crux crucibus anſatis referta eſt, ad indicandas diuinę mẽtis ideas, cuius totus ille character ſymbolum eſt; appoſita ſunt cornu Arietis cum lunula, capita bouis & ſcarabæi, e quibus veluti elementis character Tauticus conſtituitur, adeoque tota figura characterem ☿ mercurij exprimit, vtpotè ab ipſo inuentum; & ex omnibus mundanis materijs compoſitum; reliqua characteris arcana cum fusè in toto hoc hierogramatiſmo expoſita ſint, ſuperuacaneam eſſe ratus ſum de ijs hîc verboſius agere. ſufficiat itaque expanſa totius characteris hic appoſiti ſane myſtenſiſſimi, veluti in epitome quadam comprehenſa exhibitio.

Cur Tau anſatũ toties videatur inter hieroglyphica.

Cur porrò myſticus ille crucis character plerumque appareat in Bembina tabula, alijſque idolis ex Ægypto recens adductis, manibus eum geſtantibus, mirum alicui forſan videri poſſet, Verum id iam reſtat, vt explicemus.

Notandum igitur, Ægyptios huiuſmodi characteres myſterioſos in magna ſemper veneratione habuiſſe, non tantum ob ſumma, quæ in ſe continetine-

tinebant mysteria; Sed vel maximè, quia huiusmodi charactere, naturali quadam sympathiâ Genios cœlestes allici putabant. Mundum enim, cum crederent animal esse veluti quoddam, in quo partes, quamuis loco distantes, propter naturam tamen vnam ad se inuicem ferantur, ipsamque conciliatricem mundi & causam communem omnium mistionum trahere ad se inuicem partes, vt Iamblichus ait, suapte natura; hinc eiusmodi tractus, & appetitus arte quadam præter ordinem augeri posse existimarunt. Hinc vt rectè famblichus ait, *Aegyptij imitantes ipsam vniuersi naturam fabricamque Deorum, ipsi quoque mysticarum reconditarumque notionum imagines quasdam in simbolis conficiendis ostendebant, quemadmodum & natura rationes occultas in apparentibus formis quasi symbolis exprimit, & Dij veritatem idearum per manifestas imagines explicant, præsertim cum perspicerent, superiora omnia inferiorum similitudine delectari, atque insuper optent à superioribus bonitate repleri, quatenus pro viribus imitentur; meritò & ipsi conuenientem superis modum agendi pro viribus offerunt, quandò occulta mysteria symbolis inserunt manifestis, in quibus interpretandis dimitte voces, accipe sensus.* Ægyptij igitur huiusmodi symbolum sub certis temporibus cœlique situ efformabant, maxime sub Ariete & Mercurio, ex quibus signis, vti supra demonstrauimus, constituebatur character. Sole enim in Ariete exaltato, & Luna cum Mercurio maximam virtutem cœlitus acquirere arbitrabantur, ad Genios in diuinationibus perficiendis, rerumque inuestigatione eliciendos, & ad contrarios Genios Typhonios repellendos. Sed hæc omnia aptè & clarè describit Marsilius lib. 3. de vita cęlitus propaganda.

Tauticus character efficax amuletum Aegyptijs.

Iambl. de mysterijs Aegypt. fol. 140. Edit. Bas.

Aliquis autem quæret, quas potissimum cœli figuras imaginibus imprimere solerent Aegyptij. Sunt enim ibi formæ oculis valdè conspicuæ, & à multis quales sunt, quasi depictæ, vt ♈, ♉, similesque figuræ Zodiaci, & quæ sunt extra Zodiacum manifestæ. Sunt ibi prætereà formæ quamplurimæ non tàm visibiles, quàm imaginabiles, per signorum facies ab Indis, Aegyptijs, Chaldæisque profectæ, vel saltem excogitatæ. Veluti in prima facie Virginis Virgo pulchra sedens, geminas manu spicas habens, puerumque nutriens. Sunt denique characteres quidam signorum & planetarum ab Aegyptijs designati. Volunt igitur imaginibus omnia hæc in sculpi; vt si quis exspectet proprium à ☿ beneficiũ, collocare eum in ♍ debeat, vel saltem ibi ☽ cum aspectu Mercurij; & imaginem tunc ex stanno conficere vel argento, in qua totum sit virginis signum, & character eius, characterq; ☿. constituebant quidam vniuersam eorum formam ad cœli similitudinem rotundam, Antiquiores verò figuram crucis cunctis anteponebant; Quia corpora per virtutem agunt, ad superficiem iam diffusam; prima verò superficies cruce describitur; Sic enim in primis habet longitudinem & latitudinem; primaque hæc figura est & omnium quam maximè recta; & quatuor rectos angulos continet; effectus verò cœlestium maximè per rectitudinem radiorum angulorumque resultant; Tunc enim stellæ quàm maximè sunt potentes, quandò quatuor cœli tenent angulos, Cardines Orientis videlicet, occidentisq; atq; medij vtrinq; cœli; sic verò dispositæ, radios ita cõijciunt in se inuicem, vt crucem indè consti-

Crux Astronomis veteribus vsitata.

constituant; Crucem ergò veteres figuram esse dicebant, tum stellarum fortitudine factam, tum earundem fortitudinis susceptaculum. Ideoque habere summam in imaginibus potestatem, ac vires, & spiritus suscipere planetarum. Hæc autem opinio ab Aegyptijs velinducta fuit, vel maximè confirmata, inter quos characteres crux vna erat insignis, vitam eorum futuram significans, cuius figuram pectori serapidis insculpebant, interim characterem hunc multis rebus impressum. Ego verò, quod de crucis excellentia fuit apud Aegyptios ante Christum, non tàm muneris stellarum testimonium fuisse arbitror, quam virtutis præsagium, quam cum Christo fuerat acceptura. Astrologi autem, qui statim post Christum fuerunt, videntes à Christianis miranda per crucem fieri, nescientes autem, vel nolentes in IESVM tantum conferre, in cœlestia retulisse. Atque hactenus Marsilius, in quo veluti in breui quodam compendio, omnia ea, quæ hactenus fusè dicta sunt, comprobantur.

Arabs anonymos.

Sedet hæc confirmantur ab Arabe quodam Anonymo, qui in libro manuscripto sic dicit;

من القدما نقبل ان قوة كثيره في صوره الصليب

Ab antiquis accepimus, magnam in decussatæ figuræ, hoc est, crucis symbolo inesse vim & efficaciam. Ex quibus omnibus patet fuisse præcipuum Aegyptiorum philacterion, & amuletum, hunc characterem magicum. Cuius virtute nimirum dęmones in idola compingerent, & ad responsa danda compellerent, typhoniosque insultus infringerent, ac proindè serapidis fronti, qui molis mundanæ symbolum, & oraculum Aegyptiorum maximum erat, fuisse insculptum. Atque hinc Caduceus Mercurij originem traxisse videtur. Nam posteriores Aegyptij, vt illud mysterium spiritus Mundi clariùs explicarent; ope characteris illius, duos serpentes finxerunt, alarum veluti remigio, decussatæ virgæ ita complicatos, vt medio gyro circulum, capitibus verò se mutuò appetentes, semicirculum constituerent. Spiritum serpẽs denotat. Circularis figura, & hemicyclica, dum gyrãdo se serpens in eas se trãsformat, notat Solem, Lunam, astra, vt ex Horo, alijsque hieroglyphicographis diximus; Crucem, quam constituit virga arundinea cum alis hinc indè affixis, elementa, quæ spiritus Mundi peruadit. Quæ omnia pulchrè repræsentata spectantur in hieroglyphico schemate, quod supra in Hierogrãmatismo Canis folio 294. exhibuimus; vbi Mercurius, siue Anubis pingitur â posterioribus Aegyptijs canino capite cũ, caduceo, insistens crocodilo, cui â latere adiuncta capita Ammonis κριοκεφάλου, & Apidis βουκεφάλου cum inscriptionibus, vti vides. Per Mercurium hunc solem intelligi, seu animam Mundi alibi dictũ est. pudendum eius detectum significat fęcunditatem vbique apparentem spiri-

Serapidis frõti inuisa.

Caduceus Mercurij ex Tautico charactere originem habuit.



descriptio Mercurij

Explicatio figurarum schematismo iv. exhibitæ

ſpiritus Mercurialis; per ſphæram verò Mundi gubernatorem & harmonicis ordinis Choragum. per Crocodilum, humorem fœcundum ſpiritus Mundi ad rerum generationes requiſitum. Eſt enim crocodilus animal fęcundum gaudens humore Nili fęcundo; in humido enim & calido omnis generatio conſiſtit. Per Ammonis & Apidis adiuncta capita indicare voluerunt, Anubidem Mercurium, Ammonem & Apidem eandem rem eſſe, effectu diuerſam, vt inſcriptio docet; ſed hæc fuſius in præcedentibus explicata reperies.

§. II.

De Sphæra, & Circulo.

COnſenſu omnium Doctorum, conſtat, ſenſibilia, eorum, quæ inuiſibilia ſunt, quædam veluti ſimulacra eſſe, Deumque proindè cognitione non ſecus ac in ſpeculo & ænigmate ab intellectu humano videri poſſe, cum enim omnia ad ſe inuicē quandam (nobis tamen occultā & incōprehensā) habeant proportionem, vt ex omnibus vnum exurgat vniuerſum, & omnia in vno maximo, ſint ipſa vnum, ea autem ſine imagine & ſimilitudine concipi nō poſsint; hinc plerique ſapientes eos maximè imagines & ſimilitudines in ſupernorum entium contemplationibus adhibuêre, quæ vti ſimpliciores abſtractioreſque, ita ſupernorum rationes aptiùs quoque exprimerent. Cuiuſmodi ſunt rerum mathematicarum contemplationes, quæ cum circa numeros & figuras geometricas vt plurimùm occupētur, eam ſpeculationum pepererunt abundantiam, vel nemo è veterum magnis viris alia, præterquam dictâ viâ, ardua diuinarum rerum myſteria aggreſsus ſit; Hinc appoſitè Boetius, nullum inquit, diuinorum ſcientiam ἀγεωμέτρητον attingere poſſe. Hinc Pythagoras, Plato eorumque aſſeclæ omnem veritatis inquiſitionem in numeris & geometricis figuris poſuêrūt. imo D. Auguſtinus, numerum rerum creandarum in animo Conditoris principale exemplar fuiſſe, ex Platone probat. Ariſtoteles ipſe aliter nobis mathematicarum ſpecierum differentiam tradere non potuit, quam per numerorum comparationem; Cum enim de formis naturalibus, quomodo vna in alia, ſcientiam tradere vellet; ad formas mathematicas neceſſariò ſibi confugiendum cenſuit, dum dixit. Καθάπερ τρίγωνον ἐν τῷ τετραγώνῳ, ἕτως ὕπατον ἐν τῇ ὑπερτάτῃ; ſicut trigonum in tetragono, ita & inferius in ſuperiori. adeo vt teſtè Boetio, tota veritatis doctrina in multitudine & magnitudine, comprehendatur. Quæ omnia, ab Ægyptijs hauſiſſe veteres græcos, nulli dubium eſſe debet; Hi enim, vti primi Literarum, mathematicarumque inuentores, ita & earum freti notitiâ, maxima quæuis ſuperiorum entium myſteria & ſacramenta ijs denotabant. Quæ vt oſtendamus, à circulo initium faciemus noſtræ diſceptationis.

Antiqui geometricis ſūma notabant myſteria.

Numeri & figuræ notant ideas rerum.

Miranda circuli.

Aristoteles, cum mirabilium & prodigiosorum effectuum causam, quæ circa vectem & libram cum magna omnium admiratione in mechanicis passim occurrunt, causam profundiùs scrutaretur; nullam aliam tandem eorum effectuum causam inuenit, nisi stupendarum rerum maximè obstupescendum circulum; nec immeritò: ex admiranda enim causa admirãdos effectus procedere, rationi quàm maximè consentaneum est. Est autem circulus figura plana, vnâ tantum lineâ contenta, quæ circumferentia nuncupatur, ad quam ab vno signo, quod centrum vocant, omnes rectæ lineæ prodeuntes inter se sunt æquales. In hac itaque figura maximè contrariorũ existentia occurrit admiranda; fit enim omnis circulus ex commoto & manente, vno quidem circini pede fixo stante, altero in peripheriam circumacto. Prætereà maximè mirum est, lineam eam, quæ circuli orbem complectitur, Græcis περίμετρον dictam, cũ omnis expers latitudinis sit, contrariorum quoque veluti quandam admittere conuenientiam, concauum scilicet & curuum, quę quidem eo modo sunt contraria, quo etiam magnum & paruũ, horum enim medium est æquale, illorum verò rectum: omne quippe quod magnum est, vt fiat paruum, vel quod paruum, vt fiat magnũ, necessè est, vt perueniat ad æquale, priusquã ad extremum alterutrum peruenerit, ita linea curua, antequam fiat concaua, debet fieri quasi recta; & concaua, vt transeat ad conuexam & circularem, debet similiter prius esse quodammodo recta.

Circuli definitio.

Circuli proprietas mirabilis.

Has admirabiles circuli qualitates ac virtutes Ægyptij minimè ignorasse videntur; Nam cum rerum omnium in mundi huius ambitu contentarum cyclicas quasdam veluti elucescentes συστάσεις intuerentur, supremi quoque illius Architecti, nescio quid sphæricum, tum in seipso, tum in operibus suis, quæ non nisi ad circuli exemplar facta, teste Plutarcho, supra diximus, affectantis spirales ideas cum summa admiratione contemplarentur, circulo diuinum quippiam inesse arbitrati sunt, adeò quidem, vt quandocunque magnũ quid piam, mirabile, excellens, in quo aliqua diuinitatis vestigia apparerent, indicare vellent, id apposito circulo, seu sphærâ demonstrabant. Indè Hermes ille verè Trismegistus diuinam naturam definiens, medium assumpsit circulum, interrogatus enim, quid esset DEVS? Respondit, *Deus circulus est, seu sphæra intelligibilis, cuius centrum est vbique, circumferentia nusquam.* Cum enim DEVS non sit corpus, nec etiã esse possit, eò quod summè simplex sit, quia omne perfectissimũ oportet esse simplicissimum, omnis compositionis expers, eò quod posterius componentibus, sit omne compositũ, ideò ad differentiam spæræ corporalis, dicit esse sphæram intelligibilem, vndè per centrũ, quod est quid minimum & simplicissimum circumferẽtię comparatum, diuinam simplicitatem intellige, sed per circumferentiam, quæ est maxima, immensitatem diuinam accipe, est ergò prædictæ descriptionis sensus; DEVS est sphæra, id est, principio carens & fine, multò magis quam circulus siue sphæra materialis, vt sic notetur eius æternitas; intelligibilis, vt notetur eius immaterialitas, cuius centrum, id est, indiuisibilis essen-

Veteres circulo quiddã diuinum inesse putabant.

Deus circulus est & quomodo hoc intelligendum.

eſſentia vbique tota eſt; ſed circumferentia eius, id eſt immenſitas nuſquam eſt, quia à loco comprehendi non poteſt DEVM quoque centro circuli cõparamus, circa quod omnia ſunt, & à quo vniuerſa ordine certo in Orbem procedunt, donec integra rerum vniuerſitas abſoluatur; vt enim centrum nec magnitudo eſt, nec circulus, nec orbis, ſed omnium, & circulorum, & orbium principium; pari menſura & DEVS nihil eorum eſt, quæ ſunt in mundo, nec mundus totus, ſed totius tamen mundi principium. Ad hoc ergò centrum omnis creaturarum ſummitas terminatur, perindè atque in circulo omnes portiones per formam pyramidis à circumferentia in centrũ finiuntur. Atque ex hac Triſmegiſti doctrina accepit Pythagoras noſter cerimoniam illam, quam poſteà tradidit, nempè eſſe DEVM circumactu corporis colendum περισκινεῖν περιφερόμενον. Quod etiam Numæ Pompilij inſtitutum fuiſſe Author eſt Pierius Val. lib. 39. præcipiebat enim, vt priuſquã aliquis DEVM coleret, verteret ſe in orbem, factoque circulo cultum DEO exhiberet, quia illum venerabantur, qui per circulum, figuram perfectam erat ſignificandus. Plinius apud Pierium, in adorando inquit, dextram ad ortum referimus, totumque corpus circumagimus. Verum hæc adnotare hîc volui, licet παίγνια forſan videantur; circularem motum, per quem corpus ad eundem, vndè aſcendit terminum, circumuoluitur, expreſſiſſimam videlicet eſſe imaginem veræ & æternæ felicitatis, per quam creatura ad idẽ principium redit, à quo proceſſerat, felicitatem enim definiunt, reditum vniuſcuiuſq; rei ad ſuum principium, quia felicitas eſt ſummum bonum, sũmum bonum autem id eſt, quod omnia appetunt, quod autem omnia appetunt, idipſum eſt, quod omnium eſt principium, at omnium principium eſt Deus, vnus, omnipotens; idem igitur finis omnium, quod omniũ principium. Hinc binæ illæ Dei appellationes apud Pythagoricos, vnum ſcilicet & bonum. Vnum enim cognominat, quia omnium eſt principium, quemadmodum vnitatem diximus eſſe totius numeri principium: bonum autem, qui omnium finis, omnium quies, & abſoluta felicitas; in orbem quidem non mouentur, niſi immortalia & incorruptibilia; ad Deum non redit, niſi immortalis & æterna ſubſtantia. Cœleſtia etſi idonea ſint motui circulari, non ipſa tamen ſibi ſufficiunt ad hunc motum explendum, ſed diuino opus eſt Motore, qui illa verſet & circumuoluat: Non aliter nobis atque Angelis contigit: tales enim naturâ ſumus, vt non circumagere nos, & reflectere, ſed circumagi Motricis vi gratiæ, & reflecti in Deum poſſimus. Hinc illud; *qui aguntur ſpiritu Dei, filij Dei ſunt*. pulſat aſſiduò animum noſtrum ſpiritus Motor, quẽ ſi admittamus, ſtatim Deo pleni per orbem religionis ad Dominum reportamur, in eò ſemper vitam poſſeſſuri; in quo & ſemper, antequam fieremus, vita fuimus. Hæc eſt vera Religio, vera hominis felicitas, ad quam Religio nos promouet, dirigit, & impellit.

Pythagoras Deum circumactucorporis colendũ, qui intelligendũ.

Fœlicitas quid ſit.

Quomodo reditus fiat ad Deum.

Sed vt eò, vndè digreſſi ſumus, redeamus; Circulum itaque Ægyptij inter cœteras Geometricas figuras in maxima ſemper veneratione habebãt,

Circulus in honore apud Aegyptios.

tùm ob dictas cauſas, tùm quia hanc Vniuerſi molem circulari figurâ inſignitam videbant. Hanc enim ex omnibus Cœlo maximè competere, neminẽ latet; quod quemadmodum capaciſſimũ, ſimpliciſſimũ & perfectiſſimũ eſſe oportebat; ſic in eius cõditu capaciſſimã, ſimpliciſſimã & perfectiſſimam figuram ſapientiſsimus Architectus elegit; perfectiſsimum enim eſt, cum ſua omnia poſsideat, nec fieri poſsit, vt iacturam vel minimam patiatur. Simpliciſsimum, quoniam, vt ſentiunt Platonici, non eſt, ex quo fiat, aut in quod reſoluatur, alioquin generationem & corruptionem incurreret. Capaciſsimum, quoniam nihil extra ſeipſum relinquit, ſed vniuerſa intùs complectitur. At huiuſmodi ſphæram eſſe, inditio eſt, quod eandem ad cætera ſolida, quam ad ſua plana circulus, habet comparationem. Primò quidem circuli figura eſt omnium iſoperimetrarum capaciſsima, ad hæc perfectiſsima, quod nullum incrementum decrementumque ſuſcipat, quin & ſimpliciſsima, quod vna duntaxat linea contineatur. Sic & ſphæra figura eſt ſolida vna ſuperficie contenta, ad quam ab vno puncto centrali omnes rectæ lineæ ductæ ſunt æquales; ergò & ſphæra capaciſsima eſt, quia pro termino circulũ habet; eſt perfectiſsima, cũ non, ſicut corpus angulosũ, creſcat vlpiã, nec decreſcat: quin & ſimpliciſsima, nã vnica ſuperficie concluditur. Accedit ad hanc cauſam alia tantæ venerationis ratio, quod per lineam rectam circulumque prima ſimpliciſsimaque fuit rerum tum non exiſtentium, tum in naturæ latentium inuolucris, in lucem productio repræſentatioque; Sed circulus neque rectè, nec artificioſè ſine puncto fieri poteſt; puncti itaque monadiſque ratione res & eſſe cœperunt primò, & quæ peripheria affectæ quantæcunque fuerint, centralis puncti nullo modo carere poſſunt miniſterio. His itaque ſic demonſtratis, reſtat, vt cur Ægyptij circulum & ſphæram capitibus ſtatuarum, vt ex pleriſque Obeliſci noſtri ſimulachris videre eſt, impoſuerint, dicamus.

Proprietas Circuli.

Cur Aegyptij capitibus Deorum circulares coronas ſeu orbes impoſuerint.

Conſueuit antiquitas res hominum opinione religioſas & auguſtas ſtudioſè venerari, inter has maximè nobiles ſunt, orbis quidam capiti aliquãdò circumſcriptus, venerationis index & maieſtatis, quæ humanam excederet. Hic paſſim Imperatoribus, quos Veteres ſupra faſtigium mortalitatis elatos ſuſpiciebant, Prouincijs Orbis Romani, Vrbibus primarijs, animalibus etiam Deorum circumpoſitus notatur; & quod ad Auguſtos pertinet, extãt numiſmata ænea Antonini Pij & Conſtantij, quorum meminit Laurẽtius Pignorius vir antiquitatis peritiſſimus in menſæ Iſiacæ expoſitione. *Hunc Orbem*, ait, *Ægyptij in ſummo capite ſimulacrorum ſuorum locabant. Quod & hìc & alibì licet notare; ab illis Romanos ſumpſiſſe licet ſuſpicari & variaſſe habitũ decoris ratione, quod capiti, cui diuinum aliquid ineſſe putabant, eo ſitu corona aptaretur, qui tamen ornatus in ſequentium principum moderatione & tacito omnium conſenſu Deo, & Sanctis eius vt pleraq; in totum ceſsit, & antiquum diadematis nomen in hodiernum diem retinuit;* Hactenus Pignorius, cui fauent ea, quæ Pierius fol. 4. lib. 29. dicit. *Vnus*, inquit, *circulus deſcriptus aut ſimpliciter, aut alteri cuipiã picturæ*

Laurentius Pignorius.

Pierius. circulus quid notet.

picturæ ſignoque circumductus, nunc ſemper, nunc perpetuum & æternum, nunc omnia quippè τὸ πᾶν ſignificabant Ægyptij, nempè quod in ea figura neque principium neque finem inuenire ſit, quod æternitatis eſt proprium: Et paulò poſt, *Cuius etiam principij finiſque nuſquam comparentis ratione habita, Ægyptij Deum ex hieroglyphico circuli intelligebant.* Porphyrius apud Euſebium c. 3. de præp. Pilam ab Ægyptijs, Dijs attributam teſtatur, hiſce verbis: *Pila & rotunda omnia mundo, præcipuè Soli & Lunæ attribuuntur; in circuli figuram aras, templa figurabant.* Perſæ quoque Briſſonio teſte: *Cum Iouem Cæli Dominum dicerent, ſacrificia illi facere putabant, vbi celſiſſimam ſpeculam conſcendiſſent, Iouemque Cæli circulum nuncupaßent.* Tranſit idem mos ad Turcas, hinc ab alta quadam turri matutinales illæ conclamationes; *la alla elle alla*, &c. Quorum ſenſus eſt, Deum eſſe ſemper, futurumque ſemper, nec quicquam aliud, niſi quod ſuum etiam ſalutent Machometem. Saraceni quoque & pleræque aliæ nationes Deum circulum appellabant, atque hinc ſempiternum exprimi concludebant; Mogores quoque Regem ſuum, quem veluti diuinis honoribus venerantur, depingunt radioſo capite fulgentem.

Iuppiter cœli circulus.

Deus circulus

Ex hac Ægyptiorum conſuetudine, Græcorum & Romanorum origo profluxiſſe videtur, quod Deos ſuos radioſo circulo ornarent; quæ omnia infinita medalia, & numi, quos apud Fuluium Vrſinum, Parutam, alioſq; Antiquarios vide, monſtrant. Nam Dijs omnibus radiorum corona, ſeu fulgens quoddam lumen appingi quandoque ſolitum, fusè â me in apparatu hieroglyphico dictum eſt, idq; propriâ quâdam appellatione nimbum vocabant, vt pluribus locis teſtatur Seruius; neque verò quis putet, cæteris quidem Numinibus ſolidum tantummodò lumen, & quaſi continuum affingi conſueuiſſe; Soli verò in radios diſpertitum; Nam & ijs hominibus, quibus diuinitas tribuebatur, dabãtur radij in modũ circuli. Lucianus de Dea Syria. *ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἀκτῖνας φορέει*: & in Myſanthropo Iouẽ deſcribit; *κεραυνὸν ἐν ἑ δεξιᾷ ἔχοντα, ἢ ἀκτῖνας ἐπὶ τῇ κεφαλῇ*. Æthiopes quoque hanc conſuetudinem habuiſſe teſtatur Heliodorus, qui lib. 9. Æthiop. hiſtor. eleganter has radiorum circumpoſitiones deſcribit: *Πλέγμα*, inquit, *δὲ ἡ κυκλοπερὲς τῇ κεφαλῇ ἐπιθέντες, καὶ τὸ βέλεσι τὸν κύκλον ἐπιπέμψαντες τὸ μὲν ἐπιφερόμενον τοῖς βέλεσι ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἐπιτιθέασι τὰς δὲ ἀκίδας οἷον ἀκτῖνας ἃς τὸ ὀκτὼς ἐπιβέβληνται.* *Circulari*, inquit, *inuolucro quodam caput ambientes, illud ſagittis in orbem configentes, priores quidem ad caput conuertunt, cuſpides verò ad inſtar radiorum extrorſum protendunt.* Quibus quidem nihil aliud indicare voluerunt, niſi ad Ægyptiorum mentem, diuinitatis latentis indicia, vti in V. libro copioſius declarabitur.

quid radioſus orbis circa capita ſanctorum.

Nimbus quid

Lucianus.

Quomodo autem Ægyptij Deum, infinitum per circulum demonſtrarint, & quomodo lineam, circulum, & trigonum quadratumque in DEO idem eſſe ex circulo didicerint, reſtat explicandum; cum itaque cognoſcerent, Deum ex naturæ ſuæ neceſſitate neceſſariò infinitũ eſſe, primo ex ſimilibus circuli proprietatibus, ad infiniti proprietates ſubtili ſanè ratiocinio

deuo-

deuoluebantur; circulus enim quo maior est, eo semper obtusiorem videbant obtinere circumferentiam; fiant itaque circuli semper in infinitum maiores & maiores, necessariò consequebatur, vt is, qui infinitatis, vt ità dicam, terminum attingeret, infinitus esset, ac proinde cũ linea recta infinitâ coincideret; ita si circuli D,E,F, in infinitum semper maiores, & maiores effigientur omnes in puncto C se contingentes, certum est, omnium maximum, atque adeo infinitum omni exutum obtusitate, cum linea AB pariter infinitâ coincidere. Fingamus iam triangulum CDB ex centro semper obtusius & obtusius versus DEF promoueri crure DB, certum est illud triangulum in circulo infinito in F productum infinitum fore, atque idem cum diametro CF, quamcum infinitam supponamus, infinitum quoque triangulum fore, atque adeo lineã rectam, circulum, & triangulum in infinita magnitudine in vnũ concidere. Vide quæ abstrusissima quæuis de hisce & similibus in Geometria nostra hieroglyphica docuimus, vt proindè ex pauculis hisce satis superque constet, quam subtiliter veteres immensam Dei naturam inuestigarint, & quam appositè paulatim ex sensibilibus, ad inuisibilia, & intellectui humano imperuia penetrarint; patet quoque ex hisce, quomodo definitio Dei, ex Trismegisti, paulò ante proposita descriptione circuli intellectualis, infiniti, intelligenda sit. Visa itaque ratione, qua supremũ Numen per geometricas figuras, innuebant; iam, quomodo eius in mundo sensibili operationes per easdem indicauerint, dispiciamus.



Quomodo Dei infinitatem ex circulo ostenderent?

Quomodo circulus triangulum linea recta in DEO idem fiant.

§. III.

De Circulo, & Angularibus figuris.

CVm Ægyptij in DEO tanquam in Archetypo rerum omnium, circularem proprietatem notassent, eundem meritò in sensibilis mundi symbolum selegerunt; vt sic ideatum ideæ suæ vndiquaque perfectè responderet. Etenim intuentes rerum omnium vestigia actionesque circulares, mundum, & quæ in mundo sunt circulos dixerunt sensibiles; intelligentias verò incorporeas, circulos inuisibiles; quæ in l. 5. Eud. argutè more solito explicat Proclus. *Cuncta res mathematica inquit, primum in ipsa anima sunt, & ante numeros numeri, qui per se mouentur, & ante apparentes figuras, figuræ vitales, & ante ea, quæ concinnata sunt, harmonicæ rationes, & ante corpora quæ circulando mouentur, inuisibiles circuli producti sunt*, cum enim stellarum radios, terræ veluti centro innixos, vertigine circulos describere cognoscerent; proprium id diuinæ

Proclus in 5. l. Eucl.

facul-

facultatis opus exiſtimantes. cum ſymbolis ſuis aut diuinitatem, aut mundum, aut cœlos indigitare volebant, circulo id, vel ſphærâ, vel ijs, ſymbolo quopiam ex rebus inferioribus aſſumpto, haud abſimili exprimebant; Vnde & natum puto, quod delubra, aræ, & inſtrumenta quibus ſacra adminiſtrabant, omnia circulari apparatu efformarentur; cerimoniæ quoquè geſtus motuſque in circulum fierent, de quibus cum ſparsim toto hoc opere diſſeruerimus, breuiter tãtum hîc ea indicare voluimus. De circulo itaq; ad liquas figuras angulares progrediamur. Cum itaque veteres notarent, ex centro ſeu puncti fluxu imaginario naſci lineam, cuius vnus terminus immotus, alter circumductus curuam deſcriberet lineam, quem circulum dicebant, ex hac contemplatione paulò altius progreſſi, neſcio quid angulare quoq; in ipſo circulo imaginati sũt; Nã angulus in eo cõſtituitur, influxus pyramidalis ſymbolum; deindè alia quæuis linea, diametrum in centro ſecans conſtituit decuſſim, quæ ſi ad angulos rectos fieret, crucem perfectam conſtituebat, ſymbolum influxus in 4. mundi plagas. ſi ad acutos, proprie χάσμα efficiebat, ſiue decuſſim, pyramidalis Numinum influxûs ſymbolum. prius probat Iuſtinus Martyr, qui mundum à DEO conditam, Ἐχάραξεν αὐτὸν, inquit, ἐν τῷ παντὶ, decuſſauit ipſum in toto; alludens ad crucis myſterium, quemadmodum in apologia II. tribus circiter ante finem folijs oſtendit ὅτως ἔδωκεν ἀναγκὰς τῷ Πλάτωνι, τῷ μὴ ἀκριβῶς ἐπιζήμενος, μηδὲ νοήσας τύπον εἶναι σκυρᾶ, ἄλλα χάσμα νοήσας, τὴν μὲν τὸν πρῶτον Θεὸν δύναμιν κεχλάδος ἐν τῷ παντὶ *Sit dedit & agnouit Plato, non certò ſciens, illud typum eſſe crucis, ſed decuſſis rationem ſolùm cognoſcens, videlicet illam à primo DEO virtutem, decuſſatim factam eſſe in vniuerſo.* Myſterium ænei ſerpentis, de Chriſto explicauerat, quo Platonicum hoc trahit. addit in notis ad Iuſtinum ipſa Sylburgius Platonis verba. Ταύτην τὴν ἓν σύστασιν πᾶσαν διπλῆν κατὰ μῆκος χίσας μέσην πρὸς μέσην, ἑκατέραι ἀλλήλαις, οἷον Χ προσβαλὼν κατέκαμψεν εἰς κύκλον. Quæ in opera de Vniuerſitate ſic conuertit, *Hanc igitur omnem coniunctionem duplicem in longitudinem diſſindens, mediæque accommodans mediam quaſi decuſſauit.* Quod χάσματος ſiue decuſſis myſterium haud dubie ab Aegyptijs hauſerat. Quã decuſſim quoque in numerum literarum, ob rationes folio 126. demonſtratas, & ob eximia myſteria ſub ea latentia haud illibenter aſſumpſerunt. Ex quo quidem deindè charactere innumeri alij originem inuenerunt, inter cętera crux anſata, cuius myſteria in præcedentibus declarauimus, & aliæ æque variæ decuſſium ſpecies quę in hoc noſtro Obeliſco paſſim occurrunt, quaſque ſuo loco expoſituri ſumus, emerſerunt. Nam primo Λ ex Ibidis inceſſu inuenta, influxum Numinis in inferiores hylæos mundos, per V verò roſtrũ Ibidis apertum, reditum Numinis ex inferioribus ad ſuperiora denotabãt, quibus quidẽ in vnũ coniunctis verticibus, X emergebat, decuſſis illa celebris & myſteriosa, quâ proceſſum ſpiritûs mundi ἄνω καὶ κάτω ap e innuebãt; quo & denariũ numerũ ſymbolũ vniuerſitatis rerũ, clariſſimè Horus docet his verbis γραμμὴ ὀρθὴ μία ἅμα γραμμῇ ἐπικαμμένῃ δίκα ἐπίπεδος σημαίνουσι

χάσμα quid & ſignificata eius.

Plato.

l. 2. c. 30.

Recta

Recta linea simul cum altera supernè inflexa, decem lineas planas significant. Verum cum hic locus prorsus in omnibus exemplaribus mendosus sit: quomodo restituendus sit, videamus; vsi sumus codicibus impressis & M. SS. corrupti fere plerique sic habeant γραμμὴ ὀρθὴ μία ἅμα γραμμῇ ἐπικεκαμμένη δίκα γραμμας ἐπιπέδως σημαίνει. *Lineà rectà vna cum lineà inflexà, decem lineas planas significant.* Sensus prorsus inconueniens; In alijs manuscriptis minus corruptè ita legitur. γραμμὴ ὀρθὴ μία ἅμα γραμμῇ ἐπικεκλημένη, ... ἢ δίκα γράμμας ἐπιπέδως σημαίνει; *Linea recta vna cum linea inclinata, vel . . . . . vel* 10. *lineas planas significant* vbi vide; spacium punctis notatum, aliquid omissum significare; vnde ego sic legendum existimo; γραμμὴ ὀρθὴ μία ἅμα γραμμῇ ἐπιπταμένη, ἢ χάσμα, ἢ δίκα γράμμαι ἐπιπέδως σημαίνει. hoc est, *Linea recta quà pariter alia linea secta est, hoc pacto* X, *vel decussim, vel decem lineas planas hoc pacto* IIIIIIIIII *significant.* Decussim igitur in formam crucis hoc pacto X designantes, denarium exprimebant, quæ consuetudo in hunc vsque diem à posteris recepta fuit; quomodo vero 10. lineas planas hunc eundem denarium expresserint, restat explicandum; sciendum itaque veteres, dum necdum figuras numerorum certas inuenissent; numeros suos totidem lineolis quot numerus significabat, expressisse; hinc vnum, duo, tria, quatuor, &c. innuētes, vnam, duas, tres, quatuor, vsque ad decem lineas ponebant, I. II. III. IIII; hoc pacto IIIIIIIIII. quibus numerum per decussim indicatum simpliciter ob oculos per 10. lineas ponebant; atque hoc est, quod verba Hori indicare videntur, γραμμὴ ὀρθὴ μία, ἅμα γραμμῇ ἐπιπταμένη δίκα, ἢ χάσμα, ἢ δίκα γραμμὰς ἐπιπέδως σημαίνει, atque hoc numero, vti 10. ita rerum omnium complementum occultè denotabant; vltra 10. enim omnes numeri nihil aliud sunt, quam repetitio priorum; videntur huius adhuc vestigia quædam apud Veteres Romanos, dum Duumuiros, Triumuiros, Septemuiros, Decemuiros, hisce linearibus numeris Ī vir ĪĪī vir ĪĪĪĪī vir &c. indicabant. Quia ideo fusiùs explicanda duximus, vt & textus Hori restitueretur, & quomodo denarium per illa indigitauerint, patefieret. Per hanc enim decussationē duarum linearum oriebatur veluti duplex pyramis communi apice connexa, quarum prior sursum, altera deorsim tenderet, processùs animæ mundi, ἄνωθεν κάτω genuinum symbolum. Vide quæ de hisce fol. 126. 169. 171. tradidimus.

Emendatio loci corrupti in Horo.

Quomodo antiqui numeros formaret

Porro hanc decussim siue angularem figurā, sub duplicis quoque piramidis expressę figura exprimebant hoc pacto N. quo signo pariter processum illum Numinis ἄνωθεν κάτω signabāt. quam & in numerum literarum referebant, vti fol. 126. ostensum fuit. prior piramis ABC denotat illapsum supremæ monadis in multitudinē; BCD vero pyramis, eiusdem monadis ex inferiori, seu materiali mundo in lucis mundum reditum, vel quod idem est influxum Numinis actiuum per pyramidem ABC, quæ fit expunctio B in multitudinem, seu latitudinem AC. propagatum; influxum vero passiuum

Mysteria sub litera N.

uum, seu actiui influxus receptionem in inferiori per pyramidem inuersam BCD indicabant; vide, quæ fol. 171. fusius de hisce egimus. Cùm verò Ægyptiorum Genius eo ferretur, vt iuxta analogiam quandam archetypo congruam, reliquarum sensibilium rerum in generatione corruptioneque euanescentium processum referrent; per hanc figuram aptè sanè spermaticę virtutis progressionem, qua omnia, quæ in hylæis mundis continentur, & quæ per quaternarium, septenarium, & denarij decussim indicantur, exhibentur. Sed mysterium paucis explico, idq; vegetabilium exemplo. Arbor cum ex semine progrediatur, atque ex arbore iterum semen sit; hoc quidem posterius, alterum prius; finis quoque in numero, cum primo non coincidat, coincidat autem finis effluxus, cum principio refluxus; rectè septenarius exoritur, ac exinde denarius. Nam si A est vt semen; D vt arbor; G vt aliud semẽ; K verò vt alia arbor; tunc A per BC in D progreditur. D verò in G. per EF progreditur, & clauditur septenarius; G verò in K per HI ascendit, & sic denarius complebitur. Indiuidualis itaque, vt scholæ loquuntur, contractio speciei in A semine in seipsa corruptibilis, in specie verò incorruptibilis, in virtute speciei contractæ, in ipsa existente se conseruare studens, in speciem se resoluens, indiuiduationem seminis exuit, vt per speciei medium ex se simile elicere queat; quaternaria igitur progressione in arborem ascendit; quoniam sine eius medio se in specificâ similitudine multiplicare non potest; intendit itaque A, producere G; & quoniam id sine ascensu in D perficere nequit, ascendit in D, vt sic ad intentum pertingat. D vero arbor existens nõ nisi in simili arbore se conseruare posse conspiciens, K intendit; K autem sine G attingere nequit, quare in G. descendit; vt eius medio K attingere possit. Copulatur itaque in A duplex appetitus, naturalis qui in G, & accidentalis qui in K terminatur. In D verò pariter duplex copulatur appetitus, naturalis qui in K finem capit, accidentalis qui in G terminatur; ideò quaternarius appetitum mouet; vno appetitu stimulante alterum. vt sit continuatio quædam generationis, & corruptionis successio. Verùm hunc quam nos scholastico more proposuimus discursum, Aegyptij allegorico sic explicant. Osiris humidũ, Isis terra est, cui miscetur Osiris, ex quibus Horus spiritus omnia alens, & fœcundans, ex semine nascitur. Isis ab inferis Horum resuscitat, dùm semen terræ commissum in plantam, arborem, folia, flores, fructus protuberat: adustiua verò Typhonis vi & siccitate Horo insidiante, quod Autumnali tempore fit, Horus interimitur à Typhone, id est, fructus decidens, nouam sementem præstat, quæ condita terræ, denuò ab Iside Anubidis, id est, Mercuriali Agricultoris industriâ instauratur. Hâc similitudine non tantùm de generationis ac corruptionis rerum vicissitudine in semine vegetabili se exerente, sed & de sensibili, imò & de rationali atq;



Hieroglyphicum generationis & corruptionis rerum.

intellectuali ſymbolicè ratiocinabantur. Nam de ſemine admirationis, arbor exoritur rationalis, quæ fructus parit admirationi ſimiles, per elicitam ſiquidem admirationem, ſimilem erigit rationis arborem. Ita ex ſeminali demonſtrationis principio, intellectualis procedit arbor, ex ſe principia ſeminalia exerens, per quæ intellectualis iterum arbor exurgit. Ex quibus omnibus, fuſiùs forſan, quàm par erat, enarratis patet, quam ſubtili ratiocinio, rerum generabilium viciſſitudine ſub viliſſima etiã, hác trigráma litera indigitauerint; & quomodo ſpiritus ille mundanus inſeminibus rerum vniuerſi latens paulatim aſcendat, & quomodo deſcendat, vt iterum aſcendat, omnibus & ſingulis genitabilia principia inſtillando; vt ſic mundus in eſſe ſuo conſeruetur, quod ſine hac viciſſitudine minimè contingeret.

Arbor rationalis quæ?

§. IV.

De Triangulo, Quadrato, &c.

EXplicato iam Angularium linearum myſtico proceſſu, reſtat vt & de polygonorum ſymbolis pari pacto ratiocinemur. Ægyptij itaque per lineas, angulos, & figuras geneſin rerum occultè indigitabant: ita iuxta geneſin quoque figurarum, corporumque ex punctis, lineis, & ſuperficiebus, reſultantium, ſpiritus mundani proceſſum conſiderabant; qui ex vnitatis ſuæ puncto, ſeu centro euolutus neſcio quid angulare primo in mundo efformat, inferiori; hinc vero remeans, dum omnia mundi corpora permeat, velutis anacamptico quodam varieque radiationis motu figuras innumeras deſcribere videtur; quarum prima triangulus eſt; iſque triplex, vel æquilaterus, vel Iſoſceles, vel ſcalenus. Et primò quidem V. libro Schematiſmi I. interpretatione fusè oſtenſum eſt, triangulum æquilaterum fuiſſe ſupremi Numinis in mũdum ſenſibilem Elementarem diffuſi ſymbolum, quid de Iſoſcele & Scaleno ſenſerint videamus. Proclus in Comment. in Eucl. ſcribit ex mente Pythagoræ & Platonis, primam figuram triãgularem, notam eſſe & imaginem coarctationis quæ diuinis ineſt, ordiniſque ratione, quæ diuiſa in vnum, partibilia in impartibilem naturam, multaque copulantem communitatem colliguntur, ideòque ab oraculis, angulares figurarũ coniunctiones, nodos nuncupari; quia imagines ſunt, vnionum coarctantium diuinarumque coniunctionum; per quas ea quæ natura diſcreta ſunt, ſibi inuicem adhærent. Deindè idem adijcit eos angulos, qui in ſuperficiebus ſpectantur, ipſarum rerum vniones exprimere, magis immateriales, ſimpliciores, & perfectiores. Eos verò qui ſunt in ſolidis, iam ad inferiora progredi, magiſque diſiunctis rebus communitatem & omnino partibilibus eiuſdem naturæ vnionem tribuere. Rurſus eorum angulorum, qui ſunt in ſuperficiebus, quoſdam primas horum formas, mixtaſque affingere, alios eas

Triangulum æquilaterũ, Iſoſceles & Scalenus quid notarét

quæ

quæ infinitatem progreſſionum in ipſis exiſtentium complectuntur: nonnulloſque intelligentes formas vnire, vt qui ad circulos pertinent; alios ſenſibilibus accommodari,& rationum in his exiſtentium coniunctionem prębere,vt ſunt,rectilineri;alios eſſe mixtos,qui eas copulãt,quæ has inter & illas medium locum obtinent. Quæ faciunt vt intelligamus, cur pro principijs elementorum, quæ prima ſunt ſenſibilia corpora, eos tantùm angulos Alcinous ex Platone ſumat, qui & in planis ſpectantur, & rectis lineis conſtant. Cum verò rectilineorum tres ſũt ſpecies,rectus,obtuſus,& acutus,recti quia inter ſe omnes ſunt ſimiles, & ijdem, idcircò hos Pythagoras cenſecrat Dijs puris & immaculatis, vt Authoribus diuinæ prouidentiæ,quâ inferiora reguntur. At quia acuti & obtuſi maioris vel minoris inæqualitate diſtincti ſunt, & ſecundum hæc ipſa motum infinitum habent, hos illi referunt ad Deos progreſſionis & motus,qui rebus ipſis naturâ conſtãtibus varias facultates dicuntur tribuere; quibus etiam explicari poteſt, cur in triangulis elementa primò conſtituentibus,Plato potiſſimum affectauerit angulum rectũ, nec tamen eius originem ſiuè obtuſo & acuto explicare potuerit. Quoniam vt idem Proclus dicit, obtuſus angulus elementis vniuerſam ſubſtantiam tribuit, eiuſque ratio materiales formas in magnitudinem auget, & in omnis generis mutationem; acutus verò eorum naturam diuiſibilem facit; addit etiam,hinc in triangulis æquilaterum,vtpotè immutabilis eſſentiæ omnium eſſe optimum, & circulo, diuiniſq; animis ſua æqualitate & ſimplicitate maximè cognatum. Quoniam, inquit, menſura inæqualiũ æqualitas eſt,quemadmodum inferiorum omnium diuinitas;hinc patet,cur Plato in primis elementorum principijs æquilaterum triangulum non vſurpârit, & cur nos ſuprà id,Dei in mundum ſenſibilem diffuſi ſymbolum dixerimus. Hinc citatus Proclus ex Pythagoręorum ſententia, vt triangulum ortûs conformationiſque rerum omnium principium eſſe doceret, eo in explicandis primorum corporum cauſis fuit contentus; Quæ Philolaus pythagoricus diligenter obſeruans, trianguli angulum Dijs quatuor conſecraſſe dicitur, Saturno, Plutoni, Marti, & Baccho; his comprehendens quatuor elementorum exornationem, quæ ab ipſo cœlo, vel à quatuor Zodiaci ſegmentis proficiſcitur; ſi quidem Saturnus humidam & frigidam conſtituit eſſentiam; Mars ardentem, Pluto terrenam, Bacchus humidam & calidam. Verum cum hæc omnia fuſiſſimè in V. libro in Schem. I. interpretatione proſecuti fuerimus,Lector, ne eadem toties repetere cogeremur, adire poterit; vbi geneſin 5. regularium corporum, quæ ſunt geneſeos elementarium corporũ ſymbolum, perfectè demonſtratam reperiet.

Angulus rectus quibus ſacer.

Acuti & obtuſi anguli quid notent.

Proclus.

Angulus triãguli 4 Dijs dicatus.

§. V.

De Hieroglyphicis inſtrumentalibus & Kyriologicis.

AEgyptij vt omnia myſticâ quadâm ratione ſibi conſtarent,non animalia tantum,ſed & adeò inſtrumenta ipſa,quæ in vſum ſacrorum adhi-

bebãtur, in hieroglyphicorum album receperunt; ſuntea varij generis: quędam in ornamenta capitis ſymbolica cedebant ſacrorum ſymulachrorum, vti tutuli, ſtruppi, cidares, tiaræ, è varijs materijs confectæ; Nonnulla manibus inſerebantur Deorum, vti baculi, ſceptra, tauticus character, ſiſtra, aliaque innumera; quæ pro diuerſitate Numinum, è diuerſa quoque materia fiebant; de quibus vidè hierogrammatiſmum vegetabilium, de ſceptris & thyrſo. Erant præterea variæ ſediũ formæ quibus inſidentia Numina veluti poteſtate ſupremâ prædita, rerum potiri videbãtur. Quorũ quidem omnium rationes myſticæ, lib. V. proprijs locis, explicabuntur, vt proindè ſuperuacaneum eſſe ratus ſim, hoc loco peculiares de ijſdem hierogrammatiſmos attexere.

Quænam ſint ſymbola kyriologica.

Denique Kyriologica hieroglyphica ea dicuntur, quæ ipſis rebus appropriata ſunt. Ita Solem & Lunam, expreſſuri, circulum aut circuli ſegmentum pingebant; ſi portam, portæ figuram; ſi catenam, catenam; ſi ſacrum craterem, craterem; ſi ſeptum Apidis, ſeptum; ſi ſacrum feretrum, feretrum; ſi ſacram barram, barram; idem de innumeris alijs quæ paſſim tùm in hoc noſtro, tùm alijs in obeliſcis occurrunt, figuris, iudicandum eſt; neque tamen quiſquam ſibi perſuadeat, eos ſimiles res, ſine myſterijs adhuibuiſſe, cum enim ſummo ingenio pollerent, ſingulas etiam minimas & viliſſimas res, adeò myſterioſa effugiatione exhibebant; vt ignarus rerum ſignificationem quidem rei, nudum que corticem perciperet, nucleum tamen, ſiue myſticas rationes nequaquam peruideret. Etſi enim Solem per circulum exhiberent, ſub circuli tamen proprietatibus varijs, varias Solaris Numinis excellentias & prærogatiuas, ſolis myſtis notas, vnà exhibebant. Hoc pacto, eas portas per quas in adyta ſacra, aditus patebat, non nudâ tantum figurâ contenti, ſed eas architecturâ myſterijs plenâ, efformabant. Idem de catena, pheretro, barra, cratere, receptaculo ſacræ lymphæ ſentiendum. De quibus omnibus, vt dixi, in ſequentibus proprijs locis, copioſior dabitur diſceptandi materia. Atquæ hæc ſunt, quæ de ideis hieroglyphicis paucis perſtingenda duxi.

OBE-

OBELISCI PAMPHILII

LIBER V.

Actualem Obeliſci Interpretationem continens.

PRAEFATIO.

POST operoſam in ſuperioribus libris propoſitæ ſuppellectilis comparationem, tandem ipſam Hieroglyphicorum in Obeliſco ordine contentorum interpretationem felici diuini Numinis auſpicio ordimur. In qua ita eiuſdem diuina Patris luminum gratiâ verſabimur, vt nihil adeò minutum atque exile relinquamus, quod non explicemus, explicatum congruis Authoritatibus ex omnigena doctrina depromptis ſtabilitum comprobemus. Lector verò ipſo facto comperiet; Non me ſolis coniecturis, vt quidam ſibi imaginari poſſent, indulſiſſe, ſed ex veterum probatiſſimorum Authorum monumentis, doctrinam hanc Aegyptiorum depromptam, ita, ni fallor, me feliciter combinaſſe, ita ſucceſſu temporum diſſipatam connexuiſſe; vt vel indè catenam illam hieroglyphici contextus hucuſque deſideratam reſtituiſſe videamur. Cum porrò literaturæ hieroglyphicæ contextus idealis ſit, & integros ſiue naturalium ſiue diuinarum rerum ſenſus inuoluat; Nemo hic Lectionem illam, quæ ex literarum coniunctione in verba & periodos exurgit, exſpectet; Sed eam quæ abditos Aegyptiorum ſenſus, ſub ſymbolicis inuolucris latentes indicat, correſpondentem contempletur ἀνάγνωσιν. Quæ omnia clarè curioſo Lectori ex ſequentibus patebunt.

Interpretationem verò hoc pacto inſtituimus. Primò, ſingula ordine hierogrammata occurrentia, ſuis nominibus exprimimus; Actiones figurarum, ſeu imaginum trãsformationes indicamus; deindè ſingulorum myſticas ſignificationes adiungimus, quas ex Authoribus probatis ità ſtabilimus, vt ſi fidei humanæ locus ſit; Lector de veritatis notitia minimè dubitare poſſit.

Quæ

Quæ verò maiorem ob multiplices ſenſus explanationem requirebant, in proprijs Hierogrammatiſmis fusè explicauimus, ad quos Lectorem remittimus, nè rerum congeſtarum multitudine in interpretationis ordine confuſus, contextum perderet.

Hiſce demum Lectionis idealis rationem apponimus ſingulis Schematiſmis. Et vt Lector ſcire poſsit, contextùs lectionis cum figuris reſponſum, ſingula hieroglyphica ſuis numeris aut literis notauimus; quos eoſdem numeros literaſque appoſuimus correſpondentibus in contextu Lectionis verbis, nominibus, periodis. Sed & hoſce in principio quoque Explicationis ſingulorum appoſuimus; nè quicquam, quod ad abſtruſiſſimarum rerum notitiam clarè, ſyncerè & fideliter communicandam neceſſarium foret, omiſiſſe videremur.

Sciendum autem tantum eſſe huius hieroglyphicæ doctrinæ vaſtitatem & amplitudinem, vt ſi ſingulorum rationes, & ſcientiarum reconditiſsimarum penetralia diſcutere voluiſſemus, nè quidem tres tomi ad vnicam huius Obeliſci interpretationem, pro meritò perficiendam ſuffeciſſent. Hinc relictà rituum, & cerimoniarum, variàq; per huiuſmodi ſymbola diuinandi, medicandique methodo, fuſioreq; explicatione, ſolum hoc loco intentum Aegyptiorum, in admirandis huius Obeliſci literarum contextus ſignificationibus, per Authoritates congruas inſinuandum duximus, fuſiorem ſingulorū interpretationem Oëdipo reſeruantes.

Quod ſi quandoque dogmatum Veterum Aegyptiorum rationes adducimus, tolim Lectorem ſibi perſuadere, aut me placitis eorum ſubſcribere, aut eadem proprio calculo approbare; Sed vt interpretem decet, ab omnibus huiuſmodi abſtrahendo, ſolam latentis veritatis ſignificationem intendere; Atque hæc ſunt, de quibus Lectorem primò monitum volebamus. Nihil igitur reſtat, niſi vt operi inſtituto manus adhibeamus.

CAPVT I.

Diarthroſis ſiue Anatomia Obeliſci Pamphilij.

hoc eſt,

De variâ diuiſione & compoſitione hieroglyphicorum in Obeliſco Pamphilio contentorum.

AEGYPTII ingenio pollentes, longa rerum experientia docti ductique, vt myſterium ſuorum multitudinem variè referrent, non ſimplicibus tantum, ſed vt, plurium compoſitis ſymbolis vſi ſunt; quorum varietatem hoc capite explicare viſum eſt, vt interpretationis inſtitutæ ſcopus luculentius dignoſcatur.

Sunt itaque in hoc Obeliſco varia ſymbola, pro variâ rerum abditarum ſignificatione exhibita, quæ in quatuor claſſes diuidimus. Prima claſſis eſt rerum ad animalis naturæ conditionem pertinentium; vel enim ſunt ſimulachra humana, humanæ formæ conſtitutione conſpicua, quorum nonnulla

nulla ſitu variant, quædam geſtu; alia habitu, ornamentiſque videlicet tutulis, ſtruppis, coronis, epomidibus; omni veſtiũ genere, inſtrumentiſque differentia conſpicuuntur. Sunt præterea animalia quadrupedia: vti Bos, Leo, Canis, Felis, Cercopithecus, Hircus, Aries, omnia geſtu, ſitu & ornamentis varijs exornata. Sunt ex volatilibus, Accipiter, Ibis, Meleagris ſiue Gallina Pharaonis, Columba, Vpupa, Ardea, Noctua, Vultur, Anſer, Cornix, Hirundo, Coturnix. Ex Aquatilibus, Phagrus, Oxyrıngus; ex amphibijs, Crocodilus & hippopotamus. Sequuntur inſecta, Aſpis, Ceraſtes, Serpens cornibus conſpicuus, Serpentis figura varia, Scarabæus δρακοντόμορφος ſiue Muſca Nili. Quorum interpretationem paulò poſt adferemus.

Secunda claſſis eſt dictarum rerum πολυμόρφωσις, ſiue rerum varié transformatarum ſyntaxis; dum cum admiratione aſpicimus hominem cum quolibet dictarum animantium aſſumi, & in vnum veluti compingi. adeoque totus in toto πολύμορφος ſeu multiformis euadat. dum ſub humanâ formâ accipitrino vulto minax, iam ibiacâ facie deformis, modò hircinâ formâ ridiculus, ſubinde leonino rictu formidabilis ſe conſpiciendum præbet. Modò ἀνδρόπροσωπος ſiue vultu & capite tantum humano, reliquo corpore vel Ibidis, vel accipitris vel leonis, vel felis, vel ſcorpionis aut ſcarabæi ſe ſuſtituente, manifeſtat. Vt proindè non mirer, Ammianum Marcellinũ myſteriorum ſub ijs latentium ignarum, Obeliſcos animalibus huiuſmodi ob nimiam transformationem, vel ex altero mundo aſſumptis refertos putaſſe. Neque transformatio tantùm locum habet in capite & corpore diuerſorum animalium in vnum coniunctis; Sed ſubindè volucribus dantur brachia humana, & inſectorum chelæ, vti in hieroglyphico quartæ faciei circa finem videre eſt. vbi Accipiter vnâ alâ, vno brachio humano, & chelâ ſcarabæi ridiculè transformatus cernitur. II. Claſſis hieroglyphicorum.

Tertia claſſis eſt Arthrotica, id eſt, humani corporis, aut etiam reliquorum animalium diuerſa membra, ſeorſim â reliquo corpore, eaque ſitu, geſtu, habitu differentia exhibet. Caput humanum varié ornatum ſæpius videas; brachium verò modò clauſum, modò apertum, iam alijs rebus inſtructum; Pedes modò vnum, modò diſcretos, modò cum alia quapiam re coniunctos. Oculi quoque in hoc Obeliſco non deſunt, nunc ſceptro fulgẽtes, iam perſeæ folio, modò phallo inſerti. Phallus ſiue veretrũ humanũ ὀφθαλμόμορφον trequens eſt. Ex reliquis verò animantium corporibus, videas ſimiliter capita nunc per ſe, vt leonis, arietis, felis, bouis, modò coxas pedeſue poni; Ex volucribus verò iam capita, modò pennas aut alas, nunc vnam, iam binas, nonnunquam pedes, pariter vel vnum, vel duos, iam diſcretos, modò indiſcretos ad ſua ſacramenta arcanè notanda aſſumebant, quod & in Inſectis obſeruabant. III. Claſſis.

Quarta claſſis eſt rerum vegetabilium & inſtrumentalium, artificioſa machinatione confictarum. Ex vegetabilibus videas hic Lotum, λωτόμορφον perſeam, Iuncum niloticum, colocaſiam; nymphæam ſeriphium, aliaſque IV. Claſſis.

que, quæ ſuo loco declarabuntur, vna cum floribus, fructibus, ſeminibus; lapides quoque non deſunt, vti Mnizuris Pyropus, amethiſtus, criſtallus ſmaragdus, topatius, lazulus, turcoius, onyx, quibus omnibus diuerſa ſignabant myſteria. Ex metallicis corporibus aurum, argentum, plumbũ, ferrũ; quorũ omniũ ſignificata, nõ ex colore qui deſuit, aut ex proprietatibus ſingulis conditis, ſed ex contextu & authoritate didicimus. Ex inſtrumentorum ſuppellectili, videas hic varia ſedilia, bales, ſceptra, vncos, vaſa, tripodes, abacos, baculos, coronides, lanceas. Ex ornamentis tutulos, mitras, cydares, coronas, vela. Ex Geometricis figuris, triangulos, quadrata, pyramides, trapezia, ſtellas, decuſſes, circulos, ſphæras; earumque ſegmenta, aliaque oualia ſchemata. Ex artificialibus ἰδιοξοπίας ſiue κυκλολογίας ſignis, figuras literarum variarum, portarum, portuum, murorum, Solis, Lunæ, ſimiliumque de quibus in decurſu operis, DEO dante, tractabitur.

Lapides.

Metalla.

Inſtrumenta & ornamenta.

Figura geometricæ.

Viſa itaque diarthroſi, & anatomia rerum in dicto Obeliſco contentarum, nihil modò reſtat, niſi vt ad interpretationem ſingulorum calamum conuertamus.

CAPVT II.

Obeliſci Pamphilij Argumentum.

MErcurius Triſmegiſtus è ſtirpe Chanaan vir philoſophus, ſagax, ingenio peracutus, & diuino quodam mentis vigore præditus, Abrahę σύγχρονος; cùm immenſo, tùm ad rerum naturalium, tùm eorum potiſſimum, quæ ad diuinarum notionum inquiſitionem pertinerent, ſtimularetur deſiderio; nihil non egit, vt earundem plenam perfectamque notitiam nactus, eam poſteris conſignaret. Cum itaque primi Patriarchæ ab Adamo humani generis protoplaſto inſtructi, oretenus multa de natura DEI, de beneficijs in humanum genus collatis & conferendis, de Angelis, eorumque natura, & miniſterio, varijſque in mundana Oeconomia officijs, de mundi conditu, ſtructurâ, fabricâ, de rerum naturalium ordinibus, virtutibus, vſibuſque, continua & ſucceſſiua quadam traditione accepiſſent. tûm potiſſimum Noëmus vtriuſque mundi ſpectator, humanique generis conſeruator futurus, vnà cum filijs ſuis Sem, Cham & Iaphet perfectam haud dubiè earundem tantoperè humano generi neceſſariarum notitiam hauſit; Mercurius itaque Noëmi filiorumque eo ipſo tempore adhuc ſuperſtitum frequenti conſuetudine vſus, ab ijs, quibus ſanguine proximus erat, perfectam rerum, tùm ante, tùm poſt diluuium immediatè geſtarum creditarumque, vt fusè in primo libro probatum eſt, hiſtoriam oretenus didicit; tùm inter cætera de profundo triuniusDEI myſterio, & verbo eiuſdẽ incarnando, tùm gratia, tùm natura, alijſque myſterijs primis mundi humani generis propagatoribus à DEO reuelatis, aliquam notitiam hauſit;

Vnde prima femina literatura hieroglyphicæ.

Noe filijque notitiam rerũ ante diluuiũ ad poſteros propagant.

Mercurius eo tempore participes exponit.

Quibus

Quibus quidem instructior & ipse multa commentans animum adjecit, ad ea posteritati consignanda; Et ne rerum tam insignium memoria, successu temporum aboleretur, prædecessorum consuetudinem secutus, ea saxis durissimis ceu perpetuò duratura insculpsit, ne verò cuiuis plebeio tam sublimia arcana obuia forent; ea allegorico quodã symbolorum variorum apparatu inuoluta; quorum penitior intelligentia foret, penes solos Sacerdotes (quos ea de causa instituit) Regnique Primores, mundo exposuit; & ne nihil non mysteriosum esset, figuram elegit saxorum oppidò mysteriosam, vt sic sublimitas sacramentorum per ipsam mysticam figuram exhiberetur. Quod institutum Posteri secuti passìm in templis, sacrisque locis huiusmodi saxeas moles, quas à forma quã imitantur radiorum, *digitos Solis*, hoc est, Archetypi Numinis & *Ambras*, hoc est, sacros libros; Græci à forma Obeliscos appellabant. Symbola verò siuè literas, quibus sacram doctrinam ab Hermete acceptam saxis insculpserunt, sacras literas; Græci deindè Hieroglyphicas appellarunt; Cui instituto tanto sequentibus seculis studio incumbuerunt, vt vix locus esset Ægypti huiusmodi Obeliscis immunis, cum tantâ nominis & sapientiæ famâ, vt Philosophus apud externos non haberetur, qui Ægyptios non habuisset Magistros, tametsi successu temporum, Sacerdotes, Chami degeneris stirpis placita sectantes, vti fieri solet, plurima varijs superstitionibus inuoluerint. Atque ex huiusmodi Obeliscis vnus est noster Pamphilius, qui præ cæteris sublimium rerum contemplatione fulget, vt nesciam sanè, quâ prouidentiâ factum sit, vt eius Obelisci mysterijs Christianæ fidei haud absimilibus referti, eo tempore prodiret à tot seculis abscondita interpretatio, quo Pamphilius Christianæ Religionis Præses Orbem moderaretur. Verùm antequam ad actualem eiusdem interpretationem progrediamur, hoc loco primo Argumentum totius ob oculos ponemus curiosi Lectoris; vt eum ad secutura, majori attentione expendenda inuitaremus, animaremusque.

ⲛⲓⲧⲉⲃ-ⲡⲏⲣⲏ quid?

ⲁⲙⲃⲣⲏ quid?

Continet itaque Obeliscus hîc Pamphilius primò Triunius Numinis, siue Animæ mundi vniuersalis Triformis, quam Ægyptij Hemphta vocãt, tùm intrinsecas, tùm extrinsecas operationes. Quomodò videlicet supremum illud Triforme Numen ante omnem creaturarum constitutionem in solitaria essentiæ suæ vnitate Mentem genuerit opificem, & deindè Mentem tertiam, spiritum omnium viuificatorem; Quomodò deindè Triunum hoc Numen ex solitaria vnitate in multitudinem lapsum, primò produxerit Mũdum intellectualem siue Angelicum, quem Ægyptij Genialem vocant, & quomodò in eum continuò veluti diuinæ mentis exemplaria quædam absolutissima & immediata, bonitate influat, vitam, motum, potentiam in omnia inferiora tribuendo, qui influxum immediatè à supremo Numine Hemphta participantes, in quadripartitam Mundi plagam, quæ per quatuor Obelisci latera indicantur, exerunt, atque adeò in varias classes diuidũtur, quorum alij Rectores & Duces, alij veluti administri spiritus, mandata

Triformis numinis essentia centralis, & quomodo generet?

Numen in multitudinẽ lapsum.

Mundi Angelici & Genialis classis expositio.

principis in executionē deducunt; alij Tutelares ad mala propulsanda destinati: Continet prætereà hîc Obeliscus; quomodò supremum Numen Triforme vim suam per Genios veluti administros in siderium Mundum exerat, videlicet in Osirim Solare Numen pantomorphon, & siderei Mundi animam vnà cum effectibus & operationibus, quas mediantibus quatuor primis naturis seu elementis in inferiori mundo exercet; quomodò deindè hæc Mundi Anima in corporeum siue elementarem Mundum corruptionibus & generationibus rerum destinatum influat; Ex quo influxu rerum omniū humanæ vitæ necessariarum vbertas emanat & abundantia, quam vitæ humanæ felicitas, tandem consequitur. Atque hæc est mirifica illa trium Mūdorum catena, quam Plato quoq; & Pythagoras ab Ægyptijs instituti asseruerunt. Cum verò quatuor Obeliscus constet lateribus, quatuor Mundi partibus correspondentibus; Primum namque Obelisci latus Orientem; secundum Meridiem; tertium Occidentem; quartum Boream respicit.

Siderius mūdus.

Mundi Elementarem.

4 Mundi partes.

Obeliscus pulchrè docet, quibus rebus analogis, ex omnibus rerum naturaliū classibus depromptis, singularum Mundi partium Genij sint attrahēdi, quibus ritibus sacrificijsque propitiandi; quibus adiurationibus, hymnis, canticis, suffimigijs, iuxta analogiam quandam naturæ & proprietati vniuscuiusque correspondentem alliciendi; Quomodo in bonum mundi, si quandò irati fuerint, placandi sint, & ad bonum procurandum sollicitandi; quibus denique Geniorum aduersorum nociua vis coërcenda & propulsanda; continet prætereà, quibus medicamentis ingruentium infirmitatum morborūque ab aduersis Genijs immissorum mala curanda, quibus prophylacticis auertenda; Cum verò futurarum rerum euentus, siue ad mala vitanda, siue ad bona acquirenda cognoscere subindè necessarium sit, docet hîc Obeliscus, quomodò per somnia, per auguria, per varias easque multiplices diuinationum species vaticinandi scientia procuretur. Quo victu, vestitu, situ in religionis negotio, sacrisque peragendis, ad similia à supremo Numine, Genijsque obtinenda, vti oporteat. Præterea in huius Obelisci mirifico symbolorum contextu implicitè quoque docetur, quibus Amuletis, phylacterijs, prophylacticisq; ad malorum omnium auerruncationem, felicitatemq; consequendam, cùm publicè tùm priuatim, tùm denique in adytis isiacis, quisque dictorum Geniorum colendus sit & inuocandus; quibus cerimonijs & exorcismis sub multiplici fabularum allegoria inuocari debant, quauè ex materia statuas τετελέσμενας, quas nunc Thalismata, modò στοιχεία Græci, Arabes Tallesmath vocant; ex singulis mundi materijs construxerint, vt ijs, Geniorum proprietatibus κατὰ τὴν ἀναλογίαν adaptatis, hoc est, per assiduam & puram vitæ, animi, corporisque castimoniam allecti obsequantur.

Attractio geniorum bonorum, malorum propulsatio.

Medicamentatio.

Diuinatio.

Amuleta phylacteria.

Statuæ tetelesmenæ.

Atque hæc est summa rerum in præsenti Obelisco contentarum; quæ omnia sub artificiosa symbolorum architecturâ proposita continentur, quorum aliqua eximia cùm in Theologia, tùm in naturali philosophia pandunt mysteria; Nonnulla magicis & superstitiosis artibus inuoluta,

Superstitiones.

vtpotè

vtpotè Dæmonibus occultè operationibus eorũ ſeſe immiſcẽtibus, ac Simias quaſdam diuini cultus agentibus, cœcis mentibus, ac fidei ſupernæ lumine deſtitutis, dùm ſanctam Religionem ſe profiteri inconſultiùs credunt, iter ad totius perditionis præcipitium aperuerunt. Quæ tamen omnia eâ cautelâ à nobis explicabuntur, vt ſolis ijs rebus, quæ Chriſtianum animum ſcire oporteat, expoſitis, nec ſcandalo tenerioribus mentibus hæc noſtra interpretatio eſſe poſſit, nec prę feruidis, curioſiſque ingenijs antiquorum Magiam addiſcendi detur occaſio. Quin potiùs futurum ſperamus, vt ope huius, arcanis Ægyptiacæ, Pythagoricæ, Platonicæ, Chaldaicæ, Perſicæ Theologiæ recluſis penetralibus, antiquorumque detectis, refutatiſque ſuperſtitionibus, omnes noſtri temporis artium ſuſpectarum, totiuſque adeò μαγαιτεχνίας officinæ fraudibus & impoſturâ Dæmonum oſtenſâ, ſuaptè ſponte corruant. Diuinæ itaque bonitatis freti ſubſidio, hanc Obeliſci interpretationem aggredimur, nihil aliud in toto hoc opere quæſituri, niſi vt malignorum ſpirituum fallacijs, & impoſturis detectis, Lector curioſus, inſignes quaſdam vtilitates & vitæ documenta hauriat, ac tandem hoc pacto, diuinus honor & gloria vnicè promoueatur.

Cautela in explicatione ſeruanda.

CAPVT III.

Obeliſci Pamphilij Interpretationis partitio.

ACcedimus tandem cum bono DEO ad id, quod à principio intenderamus, videlicet ad actualem totius Obeliſci interpretationem, quod negotium vti arduum, difficile, ac prorſus profundæ ſpeculationis, fabricæque ſublimiſſimæ opus eſt; ita alta quoque fundamenta ſuo veluti iure poſtulare videbatur; adeò vt quęcunq; in toto hoc opere per apparatum quadruplicè operosè produximus, in hunc vnicũ exactæ interpretationis ſcopũ collimare videantur. Vt verò methodicè in tam intricato negotio procedamus; totum Obeliſcum in viginti quatuor Schematiſmos, vel quod idem eſt, ſingula latera in ſex partes diſſecabimus; quorum vnuſquiſque iterum in alios 6. hierogrãmatiſmos diuiditur; vt ſic ſinguli Schematiſmi ordine explicati perfectius clariuſq; totius argumentum Obeliſci, ob oculos ponerent curioſi Lectoris. Intelligimus autem per ſchematiſmum, certam quandam ſiue hierogrammatum, ſiue hierogrammatiſmorum congeriem, per hierogramma verò, ſimplicem literam hieroglyphicam, per hierogrammatiſmũ verò hieroglyphicum ex varijs ſymbolis conflatum; quæ ideò præmittere voluimus, nè multitudine terminorum confundereris. Et primò quidem ſingulis ſchematiſmis ſimplicem totius idealis conceptus ſignificationem proponemus, deindè ſcholia ad lectionem authoritatibus debitis comprobãdam ſubiungemus. Et nè filum interpretationis rerum dicendarum authoritatumque multitudine & copia interrumpatur, hinc omiſſis longioribus

Diuiſio Obeliſci in Schematiſmos 24 quorum quilibet alios 6. hierogrammatiſmos continet.

authoritatibus Lectorem auidum ad easdem in præcedentibus copiosè allatas remittimus. Sic enim futurum confidimus, vt rerum demonstratarum veritas luculentiùs patefiat; vt verò idealis conceptus ratio, rerumque significatarum multitudo & varietas à sapientibus maximè intenta penitiùs introspiciatur, physicas anagogicis, & his morales magicas, mysticasque interpretationes κατὰ τὴν ἀναλογίαν, allegoricis mysterijs ita tẽperabimus; vt sic vel ex hoc capite Veterũ sacerdotum intentio & scopus, & quantam rerum scientiarumque congeriem sub pauculis symbolis indigitauerint, exactiùs dispiciatur. Constat autem Obeliscus quatuor lateribus ita dispositis, vt singuli singulis mundi lateribus, arcanis rationibus paulò post aperiendis, responderent. Ita latus A plagæ Orientali; B Meridionali; C Occidentali; D Boreali; latera singula Genijs singulis plagis præsidentibus exacte respondent; tum ad eosdem propitiandos, tùm per res consimiles in bonum commune priuatumuè attrahendos, vti in argumento dictum fuit, ordinata. Sed relictis verborum ambagibus rem ipsam postliminiò aggrediamur. Quod dum facimus, nemò sibi imaginetur hanc hieroglyphicam scripturam eo modo perfici, quo scriptura ex literis alphabeti, syllabis & vocibus syntaxique conflata nobis vsitato more perficitur; sed cum hæc symbolica & idealium conceptuum scriptura sit; hinc per idealem quoque lectionem Lectoris animo exhibenda est; in quibus legendis, vt cum Iamblicho loquar: *dimitte voces, accipe sensus*. Vide quæ de natura huius in 2. libro de symbolica Ægyptiorum scriptura fusè egimus:

LATVS I. ORIENTALE.

SCHEMATISMI I.

HIEROGRAMMATISMVS I.

Globus, ὀφι-κυκλο-πτερόμορφος, *hoc est*, Ali-cyclo-serpentiformis.

Continet primus Schematismus Lateris Orientalis, vti & cæterorum trium laterum primi Schematismi, singuli quatuor alios hierogrammatismos; qui sunt veluti Epigraphæ quædam totius secuturi apparatus rationem indicantes; & primò quidem juxta apicem Obelisci occurrit in singulis lateribus globus alis conspicuus, ex quo serpens emergit, estque symbolum τρίμορφον, nos non incongruè ὀφι-κυκλο-πτερόμορφον, hoc est, Ali-sphæro-serpentiformem appellamus, quo Sacerdotes pulchrè sanè Numen illud, siuè Diuinitatem illam virtute & proprietate triformem, quam Eusebius corruptè *Emeth*, Iamblichus *Emeph*: Ægyptij, vt in Scala magna Ægyptiacæ linguæ videre est, nunc ϩⲉⲙⲫϯ *Hemphtha*, hoc est, *Deum maximum*, nunc ⲫⲏⲉⲧⲥⲁϫⲓ *Phietsagi, omnia verbo virtutis suæ exprimentem*; modò ⲫⲏⲉⲑⲙⲏⲛⲉⲃⲟⲗ ⲡⲓⲣⲉϥⲧⲁⲛϩⲟ, id est, *æternum rerum omnium viuificatorem*, nunc ⲑⲗⲱⲓϫⲓⲛⲧⲉⲗⲱⲓ ϫⲓⲛⲓⲃⲉⲛ, id est, *causam causarum*, seù *vniuersalem*

Nomina Aegyptiaca attributorum DEI.

lem mundi animam vocabant; quamque virtute suâ triformem esse hisce symbolis indicabant; per globum, seù sphæram, teste Trismegisto, circulum illum immensum, incomprehensibilem, supramundanum, archetypum, hoc est, æternam, immensamque illam, & nullis terminis definitam, puram, & simplicem D E I essentiam, quam nunc Patrem, nunc Mentem primam, nunc intellectum supremũ appellat Trismegistus, signabant.

Circulus seù globus quid notet?

Per Serpentem è globo emergentem, fœcundam DEI naturam, siue formam quandam DEO inexistentem & coëxistentem omnium viuificatricem atque animatricem signabant, quam Trismegistus *Verbum*; Plato *Mentem* vocat *Opificem*; per alas verò vim in DEO motricem, siue formam quandam omnium penetratiuam, quam *Spiritum mundi* vocat Iamblichus, *Amorem* Trismegistus; Plotinus *Mentem tertiam*, alij alijs nominibus appellabant. Habemus itaque in triformi Numine Hemphta, triformi symbolo arcanâ ratione explicatam significationem; restat, vt tam mirificam philosophiam Authoritatibus congruis stabiliamus, quod vt quàm optimè fiat, paulò altiùs tam dignum consideratione negotium ordiamur.

Quid serpens notet ex globo emergẽs.

Æsclep.

Quid per alas.

Mercurius Trismegistus primus hieroglyphicæ disciplinæ Author & Institutor, vti in primo & secundo libro fusè ostendimus, cum altissima Diuinitatis mysteria à primæuis muudi ante diluuium humani generis Patriarchis (inter quæ haud dubiè Sacrosanctæ Triadis, vti & incarnati Verbi mysterium principem locum obtinebat) accepisset; mirificè, vti erat peringeniosus, & pondere quodam in diuinas huiusmodi contemplationes rapiebatur, in Ægyptum se conferens (vbi diuina huiusmodi mysteria à Chamo jam propalata, & multis variisque modis contaminata deprauataque in manifestum superstitionum seminarium degenerabant) dogmata sua longè latèque dilatabat. Vt verò tanti momenti traditiones posteritati superstites juxta synceram Patrum traditionem sine contaminatione propagarentur, & vt solis Sapientibus & Sacerdotibus mysteria peruia, à plebæorum hominum obscuro intellectu tuta manerent; hanc hieroglyphicam literaturam architectatus est; quæ de Diuinæ naturæ miris proprietatibus, de mundi per eam productione, & natura rerum DEI arte, de Angelis & Genijs, similibusque arduis & sublimibus Sacramentis ratiocinia, ingeniosis symbolis tecta, saxis contra omnem iniuriam temporum insculpta posteritati, vt alibi quoque docuimus, proposuit. Cultum sacrorum, sacerdotalil-

Mercurius Trismegistus Author disciplinæ hieroglyphicæ.

Quæ in Obeliscis contineantur.

que

què ordinis rationem instituit, quæ dogmata à Mercurio tanquam Diuino ingenio adinuenta, & nullo non tempore propagata, Obeliscorũ hâc multiplici doctrinæ exhibitione insignitorum occasionem & consuetudinem præbuerunt, ita vt non Obeliscus esset, qui non eius doctrinâ notaretur, cuiusmodi noster hîc Obeliscus Pamphilius vnus fuit, in quo arcanioris Theologiæ & Philosophiæ Veterum Sacramenta ita graphicè exhibentur, vt non à Gentilibus, sed orthodoxis Magistris adumbrata videantur; neq; enim posteri vnquam, nisi Hermeti ingenio pares, tam sublimia excogitare poterant; vt benè notat Abenvaschia in libro de cultu Ægyptiorũ, his verbis:

Abenuaschia de cultu Aegyptiorum.

وان كثيرين اهل عدا بلد لا يعرفون ما يدل عليه هذا اللغز وذلك ان تعليم ليس اهل مصر قريبوهم بل رجل طرقنا قبل زمان طويل من ارض كنعن وكان مبرزا في الحكمة وفي نحو والمساحة والحساب والهندسة والموسيقي وفي فلسفة وسايز العلوم المتداولة التي سماها الاوايل التعاليم واعدوا جيده العشوره قربا بالله ــ
Vtique multi è populo huius Regionis ignorant, quid significent huiusmodi ænigmata, atque hoc, quia indigenæ non consecrarunt illa, sed vir quidam ad nos se recepit olim ex terra Canaan, is erat eximius in Sapientia, & in Grammatica, Geometria, Musica, Arithmetica, Philosophia, & reliquis scientijs significatis, quas an' qui notant disciplinas; & hic dono obtulit has figuras, vt Deo essent sacræ. Sed hisce præmonitis jam ad comprobationem singulorum progrediamur.

Essentia Dei per circulum denotatur.

Essentiam DEI per circulum denotari, Trismegistus apertis verbis ostendit, qui DEVM definiens, circulum intellectualem esse ait, *cuius centrũ vbique, circumferentia nusquam*; qui cum sensibus nequaquam patere possit, hinc circulũ, seù sphærã sensibilem posuit datæ definitionis indicem; quasi diceret, intrinsecam DEI essentiam & naturam etsi indiuisibilem, infinitæ tamen amplitudinis suæ extensione omnia, quæ animo concipi possunt, spatia excedere; circumferentiam verò nusquam, id est, nullis terminis circumscriptam, circulum tamen dixit, ob diuinæ mentis actiones circuli proprietatibus analogas; quæ omnia pulchrè explicat Theologia Ægyptiorum, quam Plato voce, Aristoteles scriptis comprehensam edidit, quamq; nonnulli deinceps à Numenio proditam volunt, sic enim l. 4. c. 4. dicit. *Intellectus* (primus scilicet) *est centrum circuli, quod continet quicquid angulorum, laterum, linearum, superficierumque, atque aliarum rerum imaginabilium, ipsi cæterisque figuris inest; ipsum autem est indiuisibile, & ἀμέρες, omnesque lineæ circuli, vndè profluxerunt, refluunt, centrum ideò dictum.* Et in Pimandro Hermes, *Deum in circulos agitatum asserit.* Et fol. 29. edit. Basil. *Mens & ratio sese complectens libera ab omni corporis mole, impassibilis, intangibilis, ipsi sibi assistens purgans, atque seruans omnia, cuius radij sunt bonum, principale lumen, primaque animorum forma.* Huc Plato allusisse videtur, quando dixit: Θεὸν ἀεὶ κυκλομέτρην, *Deum semper circulos versare.* Eulebius quoque Deum & omnia diuina circulo demonstrata, vti in hierogrammatismo circularium figurarum ostendimus, ad quem Lectorem remittimus. Circulo igitur, seù sphæ-

Hermes.

Aegyptiaca Theologia secundum Aristotelem.

Plato Deum circulos metientem dicit.

ra,

ra, si vlla alia ex materialibus rebus, appositè sanè & maximè propriè hic essentia DEI æterna nullis limitibus arctata, prima Diuinitatis forma, vt Ægyptiacè loquar, exprimitur. Vide, quæ de circulo eiusque significatis fusè diximus §. II. Hierogrammatismo XX.

Sequitur Serpens, qui ex sphæra emergit, quo insigni sanè symbolo secunda Diuinitatis forma exprimitur, notatque DEI fœcunditatem. Quemadmodum enim serpens juxta Ægyptiorum placita partìm sine semine ex putri, hoc est, seipso, partìm ex commistione sexus vtriusque nascitur, multiplici fœtu fœcundum, viuacissimum adhæc & mori, nisi violentâ occisione, nescium, & cùm ad senium peruenerit, teste Horo, per cutis innouationem juuentutem recuperat. Ita DEVS, nullo alio præexistente, necessariò est ex seipso, omnis senectutis expers, æternus, immensus, immortalis, nec tamen infœcundus; cùm Pater sit omnium, non tantùm ad extra, sed ad intra mentem gignit secundam, quæ cùm vis sit omnium ἁρμόζουσα dispositrix & adaptatrix, appositè sanè per serpentis naturam exprimitur. Sed audiamus Epiem apud Eusebium libro primo, capite septimo. Τὸ πρῶτον ὂν Θειότατον ὄφις ἐστὶ, ἱέρακος ἔχων μορφὴν, ἄγαν ἐπίχαρις, ὃς εἰ ἀνάβλεψε φωτὸς, τὸ μὲν τὸ πᾶν ἐκπλείρου ἐν τῇ προτογόνῳ χώρᾳ αὐτοῦ; εἰ δὲ καμμύσειε σκότες ἐγίνετο, ἔμφασιν διδοὺς ὁ Ἐπιεὶς, ὅτι καὶ διάπυρόν ἐστι διὰ τοῦ φάναι διήυγασε. Φωτὸς γὰρ ἴδιον ἐστὶ τὸ διαυγάσαι; *Diuinissimum* ait, *animal serpens est, & accipitris habens formam, valdè iocundum, id si palpebras erigebat luce omnem primogenitam suam regionem replebat; cùm verò clausos retinebat oculos, tenebræ fundebantur.* Hinc Epies dixit, igneam eius esse naturam à Phœnicibus traditũ; Quid per Accipitrinam formam aliud, nisi prima Mens, & per serpentem aliud, quàm mens secunda à prima mente genita innuitur: Vide quæ mira de hoc Ophioneo DEO narrat Pherecides apud citatum Eusebium. Præterea DEI prouidentiam, quam Platonici secundam mentem Opificem vocant, serpente indigitatam Horus indicat lib. 1. c. 2. circa finem his verbis: Τὸ τὲ ὡς τροφῇ χρῆσθαι τῷ ἑαυτοῦ σώματι, σημαίνει, τὸ πάντα ὅσα ἐκ τῆς Θείας προνείας ἐν τῷ κόσμῳ γεννᾶται, ταῦτα πάλιν τὴν μείωσιν εἰς αὐτὸν λαμβάνειν. *Quòd verò serpens veluti cibo, suo vtatur corpore, significat id, quæcumque DEI prouidentia in mundo gignuntur, ea rursum in eandem resolui, & tanquam imminutionem sumere.* Verùm de serpente plura vide in proprio eius hierogrammatismo fol. 348. Moses certè dùm serpentem æneum in deserto veluti salutis remedium erexit; communi omnium sententia ad Verbum incarnatum respexisse creditur, quòd jam non per reuelationem tantùm, sed & ex scriptis Hermetis traditione à primis Patriarchis accepta, propagataque, aliquo modo cognoscere poterat; Cùm enim in omni Ægyptiorum sapientia præsertim Theologica instructus esset, tantum mysterium eum neutiquam latuisse verisimile est; Accedit quòd ipsa Veritas se serpentem dixerit in sacro Ioannis Euangelio; *Sicut Moyses exaltauit serpentem &c.* & forsan per binum serpentis caput, duplex in Verbo incarnato natura indicatur, sed hæc mea coniectura est; cui Clemens lib. 6. Stromat. quem alibi citamus, astipulatur. Serpente itaque appositè Mens Opifex DEI, secunda

Serpens secundam diuinitatis formam notat.

Serpens animal viuacissimum.

Epies apud Eusebium.

Pherecides apud Eusebiũ.

Moysis serpens exaltatus quid?

cunda diuinitatis forma juxta Ægyptios significabatur, in qua cùm omniũ seminalium rationum ideæ conuolutæ, eas haud incongruè, Horo teste lib. 1. cap. 2. per serpentem varijs interstinctum squammis veluti stellis astralium idearum notis indicarunt.

Horus.

Alatus globus quid?

Tertiò, per alas Accipitris globo annexas pulchrè indicant tertiam Diuinitatis formam, quam Platonici nunc spiritum vniuersi, nunc animam mundi vocant, & nihil aliud est, quàm vis penetratiua totius, motusque Diuinitatis in mundos sensibiles & hylæos, ita Abenephius:

Abenuasshia Arabs.

وصورة الدايرة في حنا حان البزي كانوا يدلون على الروح الذي ـــــــــا

Et per figuram circuli duabus accipitris alis præditam notabant spiritum mundi.

Saturnus binis alis in capite quid?

Cum verò Phœnicibus, teste Sanchuniathone, Saturnus nihil aliud sit, quàm spiritus totum mundum permeans, hinc capiti eius duas alas affingebant ad Ægyptiorum præsens hieroglyphicum alludentes, quæ ita se habere Eusebius refert: Κρόνῳ τὸ πάλιν δεύτερον ἐπὶ κεφαλῆς πτέρυγε δύο; ἐν δὲ τῇ ὑγεμονικοτάτῃ ναῖ, ᾧ ἐν δὲ ὁ αἰῶν ἵστησι. *Saturno verò iterum duæ circa caput alæ, quarũ vnà denotabant principatum mentis, alterà sensum;* Porrò alas ad hunc effectum assumpsere non cuiuscunque volucris, sed accipitris, quod non mysterio vacat; diximus enim in præcedentibus nomen Accipitris ϐⲁⲛⲟⲩ in Ægyptiaca lingua compositum esse ex duobus vocabulis ϐⲁ, & ⲛⲟⲩ, quorum prius animam, alterum Cor significabat, quo arcanè innnebant; quod sicuti anima potissimùm in corde residet, vitalis facultatis centro; ita & animam mundi potissimùm in Sole veluti in mundanæ fabricæ corde residentem vires suas vndique per motum, ceù per volatum, ad omnia quæ in mundo sunt, pertingentem, exerere.

Eusebius l. 1. c. 7. circa finẽ

Accipiter ϐⲁⲛⲟⲩ lingua Aegyptiaca.

Sphynges alatæ in templis quid?

Hinc sphyngas figuras passìm in templis ponebant Ægyptij, animalia πτερόμορφα, ad sublimium rerum actiones indicandas; nam vt rectè Clemens lib. 5. Stromat. *Facies quidem symbolum animæ intellectualis. Alæ autem sunt ministeria & operationes sublimes dextrarum simul & sinistrarum potestatum;* vnà innuentes intellectum supremum sub caligine latentem, inuentu difficilem, virtute ineffabilem, ita Porphyrius lib. 4. de abst. ἡ τῆ πτερῶ φύσις ἐν τῇ κεφαλῇ κεῖται δῆλο τὸ δυσεύρετον & κεκρυμμένον; *Pennæ verò natura in capite consistentis, notat Deum difficilem inuentu esse, & occultum.* Hinc Moses quoque Cherubin, non alia de causa alatos posuit; nisi ad incomprehensibilis DEI arcanas & sublimissimas rationes indicandas; & ad celeritatem actionum, quæ per ministrorum suorum promptitudinem in omnibus voluntati supremi Numinis conformem, exequitur, velocissimam demonstrandam. vti S. Dionysius & Interpretes in 25. Exodi commentantes sentiunt. Fuit itaque ala semper Diuini motûs symbolum, quod & Plato in Phædro pulchrè tradidit, atque à Plutarcho his verbis explicatur: Πῶς πότε ὁ τῷ Φαίδρῳ λέγεται τὸ πῖλω τῆ πτερᾶ φύσιν, ὑφ' ἧς ἄνω τὸ ἐμβριθὲς ἀνάγεται κεκοινωνηκέναι μάλιστα τῇ θείᾳ τὸ σῶμα τῆ Θεῆ. Πότερον, ὅτι θεῖον ἔρωτος ὁ λόγος δείκνυσι, κάλλους τε τῆ θείᾳ τὸ σῶμα ὁ ἔρως. Τὸ δ' κάλλος ὁμοίπτα τῇ θείᾳ τὰ Θεῖα κινεῖ σύναμμησις τῶ ψυχῶ; ἢ μᾶλλον, οὐδὲν θείοτερον, ἀλλ' ἁπλῶς ἀκυρίαν, ὅτι τῇ θείᾳ τὸ σῶμα ἡ ψυχῆς δυνάμεων πεφύκασι οὐσῶν, ἡ ἀγαλλιαστικὴ, & ἀγα-

Plutarch. quæst. Platonicis.

ὅ δὲ νοητικὴ μάλιστα τῇ Θείᾳ κεκοινώνηκεν, ὧν τῶν Θείων ὁ ἐρασὶων ἔφησεν· ὧν ἐκ ἄπο βάρος πτερὸν πεφυκὸς ἀίρειν, ὡς τὸ ψυχὸν ἀπὸ τῶν ταπεινῶν ὁ θνητῶν ἀνιφέρειν. *Quando*, inquit, *in Phædro dicitur naturam alæ, quòd id, quod graue est, sursum euehitur, maximè eorum fieri participem, quæ sunt circa corpus DEI. An quia de amore sermo est; amor autem est pulchritudinis corporis adhærentis; pulchritudo autem similitudine rerum diuinarum mouet animum, eique res in memoriam redigit, aut potiùs absque vlla curiosa interpretatione verba simpliciter sunt accipienda, nempè quod multis animi facultatibus circa corpus occupatis, vis ratiocinandi & intelligendi maximè diuinam participet naturam, quam illa vim diuinarum ac cælestium rerum capacem cùm dixisset, non abs re alam appellauit, vt quæ animum ab humilibus & caducis rebus seorsum eleuet.* Diuinus itaque spiritus alis per corporeum mundum agitatus, omnia animat, & in amorem suum excitat; quo anima alata, relictis terrenarum rerum ponderibus, creatori coniungitur, vti Zoroastris oracula pulchrè tradunt, lib. 2. cap. X. fusè explicata.

Habemus itaq; triplicem diuinitatis formam in vno ὀφι κυκλο-πτερομόρφῳ symbolo exhibitam, hoc est, vnum Numen triplici virtute expositum. quod dictis symbolis adumbratum expressissimis verbis ostendit Abenephius lib. de Religione Ægyptiorum.

اوليك فلما كانوا يريدون ان يخبروا علي القوه وصفه الله مثلثه وصوروا الدايره مع حناحان ومنه تخرج الحيه وصوره الدايره كانوا يدلون علي الطبيعه الله غير مدركه وغير معرفه وهي ازليه وغير مبديه وغير محدوثه وصوره الحيه الحكمه الله الذي حلق فيه كل ما يره وصورة الحناحان القوه التي في حركته تعطي الحياة لكل ما في الدنيا

Hoc est: *Cùm vellent indicare tres diuinas virtutes seù proprietates, scribebant circulum alatum, ex quo serpens egrediebatur; per figuram circuli significantes naturam DEI incomprehensibilem, inseparabilem, æternam, omnis principij & finis expertem; per figuram serpentis, virtutem DEI creatricem omnium; per figuram alarum duarum, virtutem DEI motu, omnium, quæ in mundo sunt, viuificatricem.* Quibus verbis quid clariùs dici possit, non video. His totidem ferè verbis astipulatur Sanchuniatonis fragmentum de Religione Phœnicum antiquâ Chaldaicâ seù Phœniciâ linguâ conscriptum:

Fragmentum Sanchuniathonis.

اهب هو اهجنا احنايما هدنه اذ سمل. اهجنا هو حمل وكلما
وملاه لا هوا ولا هملكدا واخذا هب هجده وسمنا هو فتسا وكلما
وهسبل حملا حلحد

Iuppiter sphæra est alata, ex ea producitur serpens; circulus diuinam naturam ostendit sine principio & fine, serpens ostendit verbum eius quod mundum animat, & fœcundat, eius ala spiritum DEI, qui mundum motu viuificat.

Ex quibus luculenter apparet, Mercurium Trismegistum hieroglyphicæ literaturæ institutorem, siuè per reuelationem, siuè per traditionem appositè sanè Sacrosanctam Triadem adumbrasse, quam & in Pimandro verbis omnes humani ingenij limites longè excedentibus sic expressit: ὁδὶ τοῖς ὁ Θεὸς ἀρρενόθυλος ὢν ζωὴ καὶ φῶς ὑπάρχων, ἀπήκυσε λόγῳ ἕτερον νοῦν δημιεργὸν. *Mercurius in Pimandro.*

Pym. fol. 13. edit. Baſ.

Mens autem DEVS, vtriuſque ſexus fœcunditate pleniſſimus, vita & lux, cum Verbo ſuo alteram mentem Opificem peperit, qui quidem DEVS ignis, & Spiritus Numen. Quæ omnia tam aptè quadrant hucuſq; traditis, vt dictum ſymbolum hiſce verbis explicuiſſe videatur. Vides quam aptè circulus mentem Diuinam? quàm pulchrè fœcundi DEI ſobolem, id eſt, ſecundam Mentem, quam Verbum dicit, & Diuino ore prolatum, vitam & lucem per ſerpentem notârit? Serpens animal fœcundum & viuax, & quod præter os, nullo alio membro, teſte Horo, conſtat: ὁ ὄφις ἐδενὶ ἐπέρῳ τῷ μελῶν ἰσχύει, εἰ μὴ τῷ στόματι μόνον. *Serpens nullo alio membro præualet, præter os tantum.* Quamobrem os ſignificantes ſerpentem pingebant, juxtà illud: *Spiritu DEI firmati ſunt cœli, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.* Per ſerpentem autem Spiritum DEI omnia permeantem indicatum, expreſſis verbis Horus l. 1. cap. 64. oſtendit: Παντοκράτορα τὲ ὁπὸ τῦ ζώου τῦδε σημαίνοσες πάλιν τὸν ὁλόκληρον ὄφιν ζωογραφῦντες, ἔτο παρ' αὐτοῖς τὸ παντὸς κόσμε τὸ θῖον ὄνομα. *Omnium autem moderatorem eiuſdem animalis perfectione ſignificant, rurſum integrum pingentes anguem; ſic & apud eos ſpiritus eſt, qui per vniuerſum mundum permeat.* Quàm congruè denique ſpiritum mundi viuificum per accipitris alas expreſſerint; Mercurius hiſce verbis tangere videtur; ὁ δὲ δημιεργὸς νοῦς σὺν τῷ λόγῳ ὁ περιέχων τὸς κύκλους, ἐν θεῷ; ῥοιζῷ ἔστρεψε τὰ ἑαυτῦ δημιεργήματα & ἤαστε στρέφεσθαι, ἀπ' ἀρχῆς ἀορίστε εἰς ἀπέραντον τέλος; ἀρχὴ γὰρ τὸ λήξει. Hoc eſt: *Mens quidem Opifex vnà cum Verbo circulos continens, ac celeri rapacitate conuertens, ſuam ad ſe machinam reflexit, eamque volui à principio ſine principio ad finem abſque fine præcepit; incipit enim ibi ſemper, vbi deſinit;* vel vt alibi: *Monas monadem genuit, & in ſe ſuum reflexit amorem.* Quis non videt apertè Mentem primam per circulum; Opifex Verbum circulo inſitum, per ſerpentem; celerem denique rapacitatem per accipitris celeris & agilis, cycloſque archetypos volatu affectantis alas, ſpiritum mundi viuificatorem ſignificari? Certè tam admirabilis doctrinæ virum Mercurium non alia de cauſa dictum Τρισμέγιστον, ſiue *ter maximum*, niſi quòd DEVM trinum aſſereret, & quòd in vnitate eſſentiæ Diuinæ tres maximas poteſtates inueniſſet, Chronicum Alexandrinum his verbis docet: Ἐν τέτοις μὴ ταῦτα χρόνοις ἐβασίλευσεν πρῶτος ἐκ τῆς φυλῆς τε Χὰμ Σεσόπεως, ὃς ἦν Ἑρμῆς ὁ Τρισμέγιστος, ἀνὴρ σοφώτατος ἐν σοφίᾳ, ὅστις ἔφασκεν ἓν θεὸν μεγίστας δυνάμεις ἔχειν, τὸ τῷ ἀῤῥήτῳ & δημιέργῳ Θεῷ ὄνομα μίαν Θεότητα εἶναι. Διὸ τὸ & κληθῆναι ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων Τρισμέγιστος Ἑρμῆς. Hoc eſt: *Regnauit autem his temporibus apud Aegyptios primus ex familia Cham Seſoſiris* (in verſione Raderi eſt Seſoſtris perperam, vt alibi oſtendimus; debet enim eſſe juxtà dialectum Seſoſiris, hoc eſt, germen Oſiridis) *vir ſapientiâ venerandus, terribilis, id eſt, admirandæ doctrinæ, qui aſſerebat tres eſſe maximas in DEO poteſtates, virtutes, ſeù formas, nomen ineffabile & opificis DEI vnam Deitatem, ob quam cauſam ab Aegyptijs appellatus eſt Mercurius Ter maximus:* Quæ & Suidas tradit his verbis:

Horus lib. 1. cap. 45.

Mercurius eò quòd Deũ trinum aſſereret, Triſmegiſtus dictus eſt.

Chronicon Alexandrinũ.

Suidas verbo Hermes Triſmegiſtus.

Ἐκέκλητο δὲ Τρισμέγιστος, διὸ τὸ περὶ θεῖας ἐφθέγξατο πάντα ἐν θειᾷ μίᾳ εἶναι Θεότητα ὅπως, ἦν φῶς νοερὸν, καὶ φωτὸς νοερᾷ; & λαὰ ἀὰ νεὸς φωτεινὸς & ἀδὴν ἕτερον ἐν ᾗ τέτῳ ἐνόησε, ἢ πνεῦμα πάντα περιέχον ἔκπυρ τέτῳ ᾗ Θεὸς, ἐκ ἀγγέλος, ἐκ ἀῤῥὴ τις ἄλλη. Πάντων γὰρ κύριος, & παντὸς καὶ Θεὸς, καὶ πάντα ὑπ' αὐτὸν, & ἐν αὐτῷ ἔχει, ὁ γὰρ λόγος αὐτῦ παν-

παντέλειος ὢν, ἐ γόνιμος, ἐ δημιουργὸς ἐ γονίμω φύσει. *Dictus est Ter maximus, quia de Trinitate locutus est, dicens, in Trinitate vnam esse Deitatem, sic: Erat lumen intelligibile priùs lumine intelligibili, & erat semper Mens à Mente lucens, ac nihil aliud erat huius vnitas, quàm Spiritus omnia circumplectens: extra hoc non est Angelus, non substantia quædam alia. Omnium enim Dominus, & Pater, & DEVS, & omnia sub ipso, & in ipso sunt. Nam Verbum eius absolutissimum est, & fecundum, ac Opifex in fecunda natura.* Quid aliud hinc colligitur, nisi expressis verbis Sacrosanctæ Triadis mysterium, in quo tres personas, vt orthodoxè loquar, in essentiæ & naturæ Diuinæ vnitate subsistentes, DEVM trinum & vnum notant, quod, & Mercurio teste in Pimandro, mysterium in hunc diem genus humanum latuit, quod & inscriptio illa in tertio libro adducta: *Ego sum quicquid fuit, est & erit, nec meum peplum mortalium vllus detexit,* clarè ostendit Quæ aptè verbis Trismegisti respõdent in Pimandro: *Quod sanè non est, es ipse; ipse omne quodcunq; genitum, ipse omne quod nunquã genitũ; Mens quidem intelligens, & Pater fabricans, Deus efficiens bonũ, bona faciens omnia.* & fol. 13. *Cumẽ illud ego sum, mens Deus tuus; mentis verò germen, Verbũ lucens Dei filius, quorũ vnio vita est.* Vtrũ autẽ hæc tanta mysteria aliundè habuerit, an ex reuelatione, dubium est; à primis Patriarchis eum subobscura quædam principia hausisse Nomen DEI ineffabile, cuius hic mentio fit, quodque, vti alibi ostensum est, primis Patriarchis in summa veneratione fuit, vti ex Cabala Hebreorum patet, & Trinitatis mysterium implicitè continebat: per reuelationem quoque Pimandri, hoc est Verbi DEI, se hausisse partim ostendit in Pimandro his verbis: *Hæc mihi contigerunt ex mente hauriente,* id est Pimandri, *diuinæ potentiæ Verbo; vndè & ipse diuino afflatus Spiritu, veritatis compos effectus sum. Quamobrem omnibus viribus Patri Deo gratias ago Sanctus Deus Pater omnium, Sanctus Deus, cuius voluntas à proprijs potestatibus adimpletur. Sanctus Deus, qui suis familiaribus innotescit; Sanctus es, qui Verbo cuncta constituisti; Sanctus es, cuius imago est omnis natura; Sanctus es, quem nulla vnquam natura formauit; Sanctus es omni potestate validior; Sanctus es omni excellentia maior; Sanctus es omni laude melior, &c.* Repetit *Sanctus* nouies, ita tamen, vt vnicuique ex tribus subsistentijs, siuè personis ter concinat trisagium hoc admirabile, & supernis potestatibus sublimius, ex tribus, vt postea dicetur, triadibus, juxtà Zoroastræa oracula constitutum.

Deus Trinus & Vnus.

Pym. fol. 46. edit. Bas.

fol. 13.

Vtrum Hermes mysterium nouerit ex reuelatione, an aliundè?

Hymnus Deo Triuni ab Hermete persolutus.

Ex dictis itaque patet, Mercurium Trismegistum primum, siuè traditione ab Hebræis acceptâ, siuè reuelatione Pimandri, SS. Triadem asseruisse, quod admirandum mysterium, tùm per alia symbola, tùm maximè per hoc ὀφιο-κυκλο πτερόμορφον hieroglyphicum exhibuit, ita vt quæcunque in Pimandro sublimi ratiocinio disseruit, viua huius dicti symboli interpretatio, vt postea fusiùs declarabimus, dici possit. Lego in Cabala Hebræorum, haud absimili ratione exhibitum Sacrosanctæ Triadis mysterium, quod haud dubiè à primis Patriarchis continuâ successione traditum ad nostra vsque tempora peruenit. Ita autem habetur in Iezirah, siuè libro

Hebræi successiuâ traditione aliquâ hauserunt notitiam SS. Triadis.

Ietzirah liber de formatione Abrahæ adscribitur.

formationis, quem plerique Hebræorum Abrahæ adscribunt, suntque Hermeticæ doctrinæ, quæ in eo continentur, prorsus conformia. Tres autem proprietates (quas *Middoth* vocant, de quibus multis in locis huius operis mentionem fecimus) in Deo considerant; quarum prima vocatur כתר *Kæther*, hoc est, *Corona*: altera, חכמה *Chochma, Sapientia*: tertia בינה *Binah*, hoc est, *Intelligentia* dicitur; quas Author Ietzirah in explicatione triginta duarum Sapientiæ semitarum, his verbis describit: הנתיבה הא׳ נקרא שכל כתר והוא אור מושכל קדמון והוא כבוד ראשון אשר אין כל בריה יכולה לעמוד על מציאותיו *Semita prima vocatur Intelligentia admirabilis & abscondita, Corona summa. Est enim lumen dans intelligere primordialitatem sine principio, & est gloria prima, nulla enim creaturarū valet assequi essentiam eius.* Pergit Abraham: הנתיבה ב׳ הוא שכל מזהיר והיא כתר חבריח וזהר האחדות השוה חמתנשא לכל ראש וחוח נקרא כפי בעלי הקבלה כבוד שני

3. Middoth apud Hebræos quid?

עליון

Explicatio 3 Middoth.

Hoc est, *Secunda semita vocatur Intelligentia illuminans, & illa est Corona creationis, & splendor vnitatis maximè æqualis, quæ supra omne caput est exaltata, & vocatur secundùm Cabalistas gloria secunda;* Pergit porrò Ietzirah: והנתיבה ג׳ שכל מקדש והוא יסוד החכמה הקדומה ונקרא אמונה אומן ושרשו אמן אב האמונה

Tertia semita vocatur Intelligentia sanctificans, & ipsa est basis seù fundamentum Sapientiæ primordialis, quæ vocatur artifex fidei, & radices eius veritas. Et est Pater fidei, quoniam de virtute eius fides emanat; vbi Rab. Abraham filius Dauid commentans, vocat primam proprietatem in DEO intelligentiam admirabilem & absconditam, Coronam summam, siuè Mentem primam, primam potestatem. Secundam verò Intelligentiam vocat, gloriam secundam, causam causarum, coronam creationis, & splendorem vnitatis, Mentem secundam. Tertiam vocat Intelligentiam sanctificantem, Spiritum scilicet viuificum, ex quibus deducunt decem in DEO numerationes; septem inferiores, tres verò superiores spirituales, siuè intellectuales, quas veluti spiritum, spiraculum, & animam septem inferioribus statuerunt, per quas illæ tres superiores, spirituales, vel intellectuales operantur, sicuti anima operatur per corporis sui membra. Quæ omnia pulchrè quadrant ijs, quę de influxu in inferiora, & de trimorpha Dei natura in Pimandro suo disseruit Hermes.

R. Abraham Ben Dauid.

Ex Middoth emanant 10 in DEO Sephiroth.

Patet itaq; hinc vniuersis & singulis sacræ paginæ studiosis, antiquissimos & doctissimos Hebræorum Theologos ab Abrahami tempore, vt recentiorum Hebræorum libri testantur, tres primordiales existendi modos, vel potiùs juxtà meliorem significationem Hebraicæ vocis ספירות *Sephiroth*, hoc est, numerationes, & emanationes (quarum primam, vti dictum est, Coronam summam, secundam Sapientiam primordialem, Coronæ summæ per omnia æqualem & coæternam; tertiam Intelligentiam vocant) statuisse, coluisse, adorasse. Harumque coæternum, splendidissimorumq; omnium splendidissimum splendorem ex ipsissima Deitatis ipseitate, &

è fontani luminis infinitatis inacceſſibili abyſſo egredi, ita tamen vt nihil intelligatur de ea emanare aut procedere, quo ſplendidiſſimus hic Deitatis ſplendor dilatetur & perfundatur, aut incomprehenſibilis eius profunditas diminuatur; atque illas tres numerationes, emanationes ſiue exiſtendi modos, eſſe in vnitate maximè vnâ & perfectiſſimâ, nec vllam in ſeipſis pati diuiſionem: cùm tamen ratione proceſſus alia ab altera, ordine ſuo tanquam prior aut poſterior diſtinguatur, tametſi quælibet harum in ſeipſa menſurari aut circumſcribi minimè poſſit. Prima igitur harum, vti dictum eſt, vocatur Corona ſumma, & propterea delubrum eius vocatur admirabile, vel abſconditum, quia huius contemplatione omnium mentes caligant, linguæ obmuteſcunt, vox omnis ſilet, animus deficit, ob impenetrabilē eius altitudinem; hoc autem peculiare & proprium habet, quod omnes numerationes ab ipſa, illa verò à nulla alia procedat. Ecce Patrem in Diuinis, Filium, & Spiritum Sanctum DEVM, in vnitate trinum, & in trinitate vnum, ita graphicè deſcriptum, vt nihil clariùs ab orthodoxis dici poſſit; quod & myſticè ſcribentes in triangulo circulo incluſum exhibent, in cujus medio tria Iod cum Kametz ſubſcripto, Nominis DEI indicibus, quaſi diceres יה. יה. יה. *Iah, Iah, Iah*, DEVS vnus in Trinitate, & trinus in vnitate. Quamuis moderni Hebræi obſtinatiores hæc minimè concedant, ſed per modum trium attributorum DEO conuenientium ſumi debere aſſerant. Conuicti tamen, cùm ex varijs Sacræ Scripturæ locis, tùm ex propria Cabala, hic ijs præciſè SS. Triadem indicari, fateri debent, de quibus ſuo loco in Oedipo. Porrò hanc admirabilem de triformi Numine cùm Hebræorum, tùm Triſmegiſti Philoſophiam, quotquot deindè ſecuti ſunt Sacerdotes & Philoſophi Ægyptij, & poſteriores ijs Græci, aſſeruerunt, vti ex ſcriptis eorum patet; in quibus paſsim mentio fit triformis Numinis.

Theologia Hebræorum arcana de tribus DEI proprietatibus.

Zoroaſtres Mercurio ſynchronus. Primò Deum πατρικὴν μονάδα, *patrem monadem* vocat, omnia continentem in ſe; ſi Pater eſt, ergò generat; & quidnam generat; illud profectò quod poſt ipſum natura primum, & hæc dicuntur duo, vti verba eius habent παναὴ ὅτι μόνας, ἡ δύο γεννᾷ. *protenſa eſt monas, quæ duo generat.* Si duo generat protenſa monas, dyas cum monade neceſſariò faciunt Triadem, vbique fulgentem; ita enim ait: παντὶ γὰρ ἐν κόσμῳ λάμπει τρεῖς, ἧς μόνας ἀρχή. *Toto enim in mundo fulget Trias, cuius monas princeps;* Et alibi: πάντα ἐξετέλεσεν πατὴρ ὁ τῷ παρέδωκε τῷ νῷ δευτέρῳ. *Omnia perfecit Pater, & tradidit menti ſecundæ.* Et deindè: νοῦς γὰρ νοῦ ἐστιν, ὁ κοσμοτεχνίτης πυρός. *Mentis enim Mens ea eſt, quæ mundi artifex eſt ignei.* Habemus itaque ex Zoroaſtre, quòd DEVS ſit monas; quòd illa ſit generatiua, quòd dicatur mens paterna; quòd protenſa generet dyadem; quòd cum dyade generet triadem; quòd trias ſit principium & terminus profundi paterni; quòd vbique reſplendeat; quòd denique cum dyade & triade mundum ſeù vniuerſum produxerit. Quæ omnia Triſmegiſti doctrinæ conformia ſunt. Orpheus ab Ægyptijs in doctrina Hermetis & ipſe inſtructus, hanc triadem in DEO,

Zoroaſtris oracula.

Monas generat dyadem & triadem.

rerum

rerum omnium creatricem congruè sanè cecinit in themate suo sacro, vbi primam potestatem in DEO vocat Ægyptiaca lingua ΠΙΝΤ, hoc est, *patrem*; quæ vox à nemine hucusque intellecta, ab omnibus Authoribus passim *phanetas*, corruptè dicta fuit. Secundam ΦΡΑΝΟΝ *Vranum*, hoc est, mentem à prima genitam, scilicet à Patre, & vocatur cœlum. Tertiam vocat ΚΡΟΝΟΝ *Chronu.*, scilicet mentem Opificem, quæ & Saturnus nuncupatur, quem Phœnices per duas alas accipitris exprimebant, vti paulò ante ostensum fuit. Si itaque DEVS ΠΙΝΤ *pinud*, hoc est, pater est, ergò habet filium; sed quemnam? *Vranum*, quæ est secunda subsistentia, mens Patris, Φύσις γὰρ. teste Plutone, τῶ νοερῶ ἀυτῶ λόγω, φύσις ἐξι ζωογονικὴ τῆ ἀνωτέρω. *Natura enim intellectualis ipsius Verbi, generatrix & conditrix rerum est*; quam sequitur mens alia Opifex, quam Cronum siuè Saturnum dicit ab vtraque dependentem. Pythagoras quoque omnia, quæ vnquam in mundo sunt, hâc triade consistere ait; Plato, qui pleraque, teste Iamblicho, ex columnis Mercurij didicit, passim circa triformem Diuinitatem Mercurio subscribi, dùm nunc primam mentem, jam Patrem, modò primùm, verum, bonum, vnum, modò primam in Diuinis substantiam appellat. Secundam verò Diuinum intellectum, primam mentem imparticipatam; primum mundum Archetypum, primi boni filium, æternam DEI rationem, æternum Verbum, Sapientiam DEI diuinam appellat; tertiam verò potestatem, Animam mundi, Regem vniuersi, Ducem omnium, causam totius; quæ eadem ferè Plotinus, Porphyrius, Iamblichus, Numenius, Proclus, Syrianus, alijque eius sectatores totidem ferè verbis exponunt; Iamblichus verò tres dictas DEI formas his verbis describit: *Primus DEVS ante Ens, ac solus, Pater est primi DEI, quem gignit manens in vnitate sua solitaria, atque id est superintelligibile, estque exemplar ipsius, quod dicitur sui pater, sui filius, Vnipater, & DEVS verè bonus. Ille enim maior, & primus, & fons omnium, & radix eorum, quæ prima intelliguntur & intelligunt, scilicet idearum. Suntque hæc principia omnium antiquissima; est intellectus seipsum intelligens, atque in se intelligentias conuertens, qui Aegyptiacâ linguâ* Emeph, (*melius* Hemphtha) *dicitur; huic vnum impartibile, anteponit, quod appellat primum exemplar, expressionem aut effigiem, quod* Icthon *appellat, in quo est primum intelligens, & intelligibile primum, quod solo silentio colitur. Quatenùs verò in generationem progrediens occultam latentium rationum potentiam traducit in lucem, Aegyptiacâ linguâ* Amun *dicitur.* Quæ fusiùs tractata vide in tertio libro. Sed hisce ita adductis, jam ad Obeliscum revertamur.

Nomina ab Orpheo prolata S. Triadem referûnt.

Philo. Plethon in Zoroastris Oracula.

Pythagoras. Plato.

Iamblichus de myster. fol. 350. edit. Basil.

Ponitur autem hoc symbolum ὀφι-κυκλο-πτερόμορφον in capite Obeliscí, veluti totius Obeliscí de Triformi Numine titulus & epigraphe. Ponitur in singulis Obeliscí quadripartitam mundi faciem respicientis lateribus, vt ostenderetur, nullam adeò in mundo abditam & reconditam partem locumque esse, qui hac triformis DEI virtute non animaretur, viuificaretur-

Cur alatus hic globus ad apicem Obeliscí ponatur.

que.

que: ponitur in triangulo, siuè intrà pyramidij triangulare latus, vt omnia ad Trinitatis significationem conspirare significarent; triangulum enim Sacræ Triadis symbolum alibi ostensum est: ponitur juxtà apicem seù supremum Obelisci punctum, vt triformis Numinis, veluti ex incomprehensibili rerum omnium centro, in Mundi sensibilis latitudinem (quæ per Obelisci, ex puncto supremo in basin veluti latitudinis regnum propagatos radios pulchrè indicantur) veluti in circumferentiam influxus pateret & emanatio; vide quæ de hoc folio 169. tradidimus: ponitur solùm & ab omnibus alijs separatum hierogrammatismis (per symbolum distinctiuum, quod sacrum retinaculum dicitur.) vt, puritas & simplicitas triformis Numinis, in quo vnum & multa, omnia & vnum, omnia in omnibus identificantur, innueretur.

Explicata itaque Epigraphâ Obelisci, nihil ampliùs restat, nisi vt triformis Numinis in mundum intellectualem, angelicum, seù genialem, vt Ægyptij vocant, se diffundentis processum, quem Ægyptij ἐπιστροφὴν dicunt, explicemus, quem secundus hierogrammatismus schematismi primi nobis exhibet.

SCHEMATISMI I.

HIEROGRAMMATISMVS I I.

Qui effluxum triformis Numinis in Genialem mundum exhibet.

Hierogrammatismus secundus hoc symbolorum apparatu exprimitur. In medio spacio, figura humana fœminea, superiori parte nuda, reliquâ tecta, variegatæ sedi insidens, indiscretis pedibus, manu dextrâ sceptrum vpupæ capite insignitum tenet, siniſtrâ efficaciter contracta, tutulum capite sustinet φλογο-φι-κυκλο-πτερόμορφον, id est, ex flamma bifurcata è capitis summitate emergente, & duobus aspidibus ceruice tumidis. ex circulo & ex pennis conflatum; cui à dextrâ & siniſtrâ duæ aliæ sub figura humana imagines capillorum profluuio conspicuæ, pedibusque discretis adstant: quarum prior signata litera B, manu dextrâ sceptrum Loti flore insignitum, alterâ calathum gestat, capite sustinens ornamentum ex Loti flore compositum; altera signata litera C, siniſtrâ pennam, dextrâ sceptrum Loti flore conspicuum tenet, capiti superimposito calatho

Explicatio figurarum hierogrammatismi I I. Schemat. I.

calatho cum Loti flore. Deſcriptionem hierogrammatiſmi exhibuimus, modò ſingulorum occurrentium ſymbolorum ſignificationem videamus. Dictum fuit in præcedentibus, circulo-ſphæro-ſerpentiforme ſymbolum denotare Numen triforme ab omni materiæ contagione ſecretum, in ineffabili Diuinitatis receſſu, fontanique luminis inacceſſibili abyſſo ſeſe retrahens & contegens; cuius ſplendidiſſimus ſplendor nudus immanens, nullo attributorũ amictu, aut proprietatum veſtitu, vt Ægyptij loquuntur, profundatur & dilatetur, ſola ineffabili eſſentiæ ſuæ contemplatione contentum, μονάδο ζίαδα, id eſt, vni-trinam DEI formam, ſi ita loqui licet, adumbrare. Modò Hieromantæ à Mercurio inſtructi, in ſecundo Hierogrammatiſmo, ſub arcanis ſymbolorum ſimilitudinibus pergunt oſtendere, quomodò hoc triforme Numen ad extrà prodeat, & quomodò mundo paulatim per rerum naturalium effectus ſenſibile innoteſcat. Quod pulcherrimè ob oculos ponit hic præſens hierogrammatiſmus, in quo tutulus φλογο κυκλο-πτερόμορφος, hoc eſt, flammo-circulo-penni ſerpentiformis idem, quod ſupra triforme Numen denotat, ita vt per circulum mens prima; per ſerpentẽ ſecunda, hoc eſt, fœcunditatis Opificis mentis in centro Diuinitatis abſcondita, & ignea quædam vis, per flammam indicata, vti & motus, volatus, Diuinique impulſus Spiritûs per pennas aptè inſinuetur.

Itaque triformis Numinis, circulis agitati in mundum intellectualem ſiuè Geniorum proceſſum, exhibet Genius A, ideò dictus, Iamblicho teſte, παντόμορφος, quod in omnem ſeſe formam mutet, Diuinitati proximus; Characterem triformis Numinis geſtat in capite, vt in ſe miram ſupremi Numinis in rerum adminiſtratione prouidentiam exprimat, adeòque triforme Numen ſub ipſius Genij formâ in intellectualem mundum agitatum intelligatur; vt proindè ipſum Ægyptij paſsim cum ipſo ſupremo Numine confundant, atque adeò pulchrè hoc nomen quadret ijs, quæ ſacræ literæ de Angelo narrant Exod 23. ibi enim DEVS Opt: Max: expreſſis verbis dicit, ſummo honore & reuerentiâ cum eo tractandum, in cuius medio nomen ſuum eſſet ſcriptum. Verùm audiamus verba ſacri contextus:

Genius παντόμορφος quid?

הנה אנכי שלח מלאך לפניך לשמרך בדרך ולהביאך אל המקום אשר הכנתי השמר מפניו ושמע בקולו אל תמר בו כי לא ישא לפשעכם כי שמי בקרבו

Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, vt cuſtodiat te in via, & vt introducat te in locum, quem præparaui tibi. Obſerua eum, & audi vocem eius, nec reſiſtas ei, quia non dimittet peccatis tuis, quoniam nomen meum in medio eius. Vel vt Chaldaica Onkelos paraphraſis habet: ארום בשמי מימריה, hoc eſt, *quoniam in nomine meo Verbum eius*; id eſt, tanquam Legatum in nomine meo rerum peragendarum executorem excipies, quaſi diceret, Angelus nomine meo inſignitus, immediata meiipſius ſimilitudo, & exemplar, in omnia opera mea dirigenda, adminiſtranda, perficienda poteſtatem habet, vnicus voluntatis meæ in mundanâ Oeconomiâ executor; Haud ſecùs, Ægyptij ſecundos Deos ſuos, ſiuè Genios tanquam primos ſupremi Numinis adminiſtros

niſtros eiuſdem nomine, vel quod idem eſt, ſymbolo eîdem competente, videlicet ὀφι-κυκλο-πλεσομόρφω inſignire ſolebant; vt oſtenderent, in nomine & verbo eius, omnia ſe in mundo complere. Atque hinc patet, cur Tymæus Pythagoricus Deum vocet κόσμον ἐνδιάλμικον, *mundum exemplarem*; vt enim mundus omnia ſuo complexu cingit, ita Deus maximè, quod ajunt Pythagorici, vniuerſaliſque natura vbique præſens, omnia videns, audienſque cuncta continens, nullius verò rei ambitu contenta; maximus mundus Sapientiæ, ſanctitatis, intelligentiæ, vitæ, rationum, formarum, quæ pulchrè ſanè more ſuo amplificat Plato his verbis: τὰ γὰρ νοητὰ ζῶα πάντα ἐκεῖνος ἐν ἑαυτῷ περιλαβὼν ἔχει, καθάπερ ὁ κόσμος ἡμᾶς ὅσα τε ἄλλα θρέμματα συνέστηκεν ὁρατά· *Omnia enim quotquot ſunt animalia intelligibilia, ille in ſe complexus ſeruat, atque continet, non ſecus ac mundus nos, & omnia creata quæcunque cernuntur, ſuo ambitu cingit.* Sed ad inſtitutũ: Figura humana conſpicitur iuuenis & fęminea, vt eius in mundo intellectuali Angelico pulchritudo & fęcunditas indicaretur; Superiori parte nuda conſpicitur, quia licet Deus, omnibus rebus creatis inſit, nulla tamẽ earundẽ contagione eius inficitur ſimplicitas & puritas; inferiori parte tecta eſt, quia ſeminalium idearũ rationes occultæ ſunt; indiſcretis pedibus eſt; quia Deus, etiamſi ſemper in motu ſit, ſemper tamen naturâ ſuâ immobilis eſt; Sedi quadratæ inſidet, tum ad ſtabilitatem & immutabilem diuini Numinis naturam, tum ad ſtabilem, firmum, inconcuſſumque naturæ ordinem indicandum; inferna ſedis baſis, quinque anſatis crucibus inſignitur, vt oſtenderetur Numen in quinque potiſſimum naturalium entium claſſes & ordines agere; in intellectualia, rationalia, ſenſitiua, vegetabilia, & vitæ expertia corpora omnia, dominium ſuum obtinere; quod ſceptrum vpupæ capite inſignitum pulchrè oſtendit, hoc enim rerum creatarum varietas graphicè exprimitur, vt in hierogrammatiſmo proprio vpupæ explicatum eſt. Huic aſſiſtunt duæ aliæ imagines B & C, pari pacto genialis naturæ indices. Quod vt pateat, ſciendũ, DEI, tametſi omnia in omnibus operetur, ſpirituum tamen, quos Genios Aegyptij, ſiue ſecundos DEOS nominant, in adminiſtrandâ Mundi Machinâ vti miniſterio & famulatu. Atque his ſchematis tũ Genios exprimunt, tum maximè principalem A, quem παντόμορφον, hoc eſt, omniformem Aegyptij, teſte Iamblicho, vocant; dictæ magines B & C. ſingulæ Lotiferis ſceptris & tutulis inſtructæ, vt per Lotum Orientis ſolis ſymbolum, & orientalis plagæ præſidium innuant. Nudæ ſunt, vt

Explicatio Schematiſmi II.

ostendatur, nullo eos terrenæ mistionis inuolucro vestiri; discretis pedibus sunt, & ad currendum veluti incitatis, vt eorum in exequendis supremi Numinis mandatis, promptitudo, atque in ipsa rerum creatarum administratione motionis exprimatur celeritas. Quarum prior Loti flore insignito sceptro denotat in omnia Oriēti subiacentia potestatem, Calathus vbertatem, quæ mundo ex eorum administratione resultat, altera similiter præter Lotiforme sceptrum, pennam quoque sinistrâ tenet, celeritatis in actionibus indicem, in capite vtraque canistrum tenet Loti flore conspicuum, quo occultè motum & reuerentiam, obedientiamque quâ erga Supremū Numen & παντώνυμον Hemphta perpetuò inclinant, iuxta Loti Aegyptij floris naturam, & proprietatem, quæ occulto quodam amore, & consensu ad Solis præsentiam ita rapitur, vt cum Oriente extra aquas emergens oriatur, cum occidente occidens mergatur; veluti indignè ferens eius se aspectu priuari. Vndè & Orientalis plagæ symbolum apposité, ab Aegyptijs assumptus est Loti flos; verum hæc omnia in hierogrammate Loti fusiùs discussa examina fol. 358. Atque hæc est breuis & succincta secundi Hierogrammatismi interpretatio, restat vt ita sese rem habere, solidè & variâ doctrinâ comprobemus.

Quid canistrū conferme.

Ostendimus in præcedentibus, quomodò Aegyptij per symbolum κυκλο-οφι-πτερόμορφον pulchrè tres in DEO distinctos existendi modos seu formas demonstrent; & quomodò DEVM secundum essentiæ suę ineffabilis rationes exhibuerint: nunc verò vlteriùs progredientes; per alium schematismum priori concatenatum ostendunt, quomodò triforme hoc Numen per Mundi sensibilis productionem, ex insensibili paulatim fiat sensibile. & quomodò primò in Mundum intellectualem influens, Mundi œconomiam Genijs diuinorum mandatorum Ministris, secundis Deis, mundi præsidibus & Oeconomis distribuat. Nam vt rectè ex mente Aegyptiorum Abenragel Aegyptius refert.

Abenragel l. de Influentijs.

الله كل اقوات بدو واتنها رسم بطابع للاشكال وبعطي لملايكه الذين دعوة شكلهم رسم
كل ما في سما وفي النجو ـــ

DEVS omnium virtutum principium, & terminus, sigillum idearum dedit Angelis, qui virtute ideali omnia signant, in cælis, & stellis. Hoc est DEVS virtutum omnium principium & terminus, idearum sigillum ministris suis præstat intelligentijs; qui tanquam fidi rerum executores, res quasque sibi concreditas ideali virtute consignant; cęlis atque stellis tanquam instrumentis, materiam interim disponentibus, ad suscipiendas formas illas, quæ in maiestate Diuinâ, vti Plato in Timæo ait, per astra deducenda residents, easque ἰδεοδότης ideſt formarum dator distribuit per ministerium intelligentiarum, quas supra-opera sua constituit rectrices & custodes, quibus ea facultas in rebus sibi commissis credita est, vt omnis virtus lapidum, herbarum, metallorum, & cęterorum omnium, sit ab ipsis intelligentijs, præsidentibus, & regentibus; postea à cælorum aspectibus dispo-

nen-

nentibus, porrò ab elementorum disposítis complexionibus, correspondentibus cælorum influxibus, à quibus ipsa elementa disponuntur. Habent igitur operationes eiusmodi in rebus ipsis inferioribus per expressas formas, in cęlis autem per virtutes disponentes, in intelligentijs per virtutes mediantes, in Archetypo per ideas & formas exemplares. Quæ si quis paulo exactiùs trutinauerit, is videbit ea pulchrâ sanè connexione huic nostro hieroglyphici schematismi contextui respondere. Mercurius postquam primo capite generationem verbi ex patre ostendit, capite tertio Pimandri sic dicit: *Emissum autem est lumen sanctum & concreta sunt sub arena ex humana essentia elementa: & Dij omnes distribuunt naturam inseminandi*; & paulò post. *Et apparuit cælum in septem circulis, ac Dij in figuris siderum apparentes, vnà cum eorum figuris omnibus, & distincti sunt cum illis, qui in ijs sunt Dijs, & terminatur circularis conuersio, aëre circulari cursa, & spiritu diuino mota, prodit autem vnusquisque DEVS particulari virtute, quod sibi iussum fuerat.* Ita Mercurius. Hinc Græci Herculem Solare Numen in Sole situm, vnà circumagi, in Luna verò Mercurium putabant, teste Plutarcho, eius verba sunt: Ἐν τοῖς μὲν ἡλίῳ τὸν Ἡρακλέα μυθολογοῦσι διεσπαρμένην συμπεπλοκέναι, τῇ δὲ σελήνῃ τὸν Ἑρμῆν. *Et in Sole situm Herculem vnà circumagi, in Luna Mercurium fabulantur, quæ enim Luna efficit, ea orationis & sapientiæ operum sunt similia, Solis autem calorem vi & robore effectam, Solem enim à mari nutriri atque ali volunt, Lunam à fontanis & terrestribus aquis dulcem mollemque submittere exhalationem.* Figura A Hemphtha Numinis Sancti, sub Genio pantamorpho Solari Numine velati, refert primò processum in mundum intellectualem siuè Geniorum, quem humana figura aptè, vt posteà explicabimus, exprimit; deindè per hosce vlteriorem in mundum sensibilem processum, qui pulchrè indigitatur per baculum seù sceptrum, quem manu tenet, vpupæ capite insignitum; cùm enim, vti in hierogrammatismo vpupæ dictum est, hæc auis septem diuersis coloribus à natura depicta deprehendatur, & quater in anno juxta quatuor anni tempora mutetur, appositè sanè per septem colores septem planetatum qualitates, quibus in quadruplicem elementarem naturam continuis mutationibus agunt, indicant, atque ita Abenephius illud explicat, ☆ القصبة التي فيها راس الهدهد تدل على التحويل الذي ——— id est: (*Sceptrum, in quo caput vpupæ reperitur, indicant, varietatem rerum in mundo perpetuam*; per sessionem, stabilitatem, siuè firmum ac stabile DEI imperium in terram. Quæ omnia fusè explicata sunt in hierogrammatismo sedilium; adeòque vera est hæc significatio, vt ab Ægyptijs edocta tota posteritas meritò sedem ad stabilitatem dominiumque denotandum assumpserit: Hinc Apollodorus: οἱ παλαιοὶ ἔθρα φασὶ τὸν Δία καθίζοντα, ὡς σημαίνῃ ἀκινήτον τὸ Θεῖον κράτος. Hinc Numa Pompilius, dùm Sacerdotium instituit, Sacerdotes Ægyptios imitatus, præter alia ornamenta, sellam quoque ceu symbolum immutabilis & inconcussæ stabilitatis similitudinisque, quam Religio Sacerdotij confert, ordinauit. Apud Platonem

Quid per figuram A notatur?

Vpupa cur, & quid significet

Sedes stabilitatis symbolum

Numa sellam ordinat

Plato in Phædro. Vesta curiedeat sola inter Deas.

nem quoque Phœdro duodecim ordinibus domo digressis, ac alatum Iouis currum subsequentibus sola Vesta, quæ cùm terram stabilem, firmam & solidam referret, meritò præ cæteris Dijs ipsa sola sedet: hanc autem figuram A sedentem pennato tutulo sceptroque conspicuam, verè triformem nostrum Numen Hemphtha referre, describit Eusebius his verbis: (*Cneph* (vel meliùs, vt suprà ostendimus, Hemphtha) *humanam, humana figura depingunt colore cæruleo, zonâ circundatam & sceptrum in manu eius, pennam gerentem in capite.* Sedes variegata est & quadrata, denotans terram stabilem, siuè solidam, varietate rerum refertam. Cur verò indiscretis pedibus sit, explicat Heliodorus lib. 3. fol. 148. ἀλλὰ δι' Θεοὶ τοῖς τὲ ὀφθαλμοὺς ἐν γνωσθῆναι ατοῖς μόλις βλέποντες, & τὸ βλέβαιον οὐ πότε ἐπιμένοντες & τὸ βλέβαιον οὐ πότε ὑπομένοντες. καὶ τὸ βαδίσμαπ πλέον, οὐ κῆ δέσιν τῶν ποδῶν ἐ δὲ μᾶθεν ἀνωμένω; ἀλλὰ κῆ πνα ῥύμω αἴρων καὶ ὁρμὼ ἀναβαπόδισον, πεμπόντων μᾶλλον τὸ ἐμβαῖνον ἢ ἐμπεριλαμβανόμενον. διὸ δὴ καὶ τὰ ἀγάλματα τῆ Θεῶν Αιγύπτιοι πωπόδι ζώγυιῦτες & ἅπερ ἑστῶτες ἱσᾶσι. ἃ δὴτὲ Ὅμηρος εἰδὼς ἅτε Αιγύπτιος & τῶ ἱερῶν παιδευσιν ἐκδιδαχθεὶς, συμβολικὰς τοῖς ἐπεσιν ἐναπέθετο τοῖς δυναμένοις συνιέναι γνωρίζειν καθελέσθαι.

Euſebius l. 3. c. 3.

Heliodorus l. 3. fol. 148.

Quid indiscreti Pedes.

Incessu autem maximus Deorum aduentus notatur; non ex dimotione pedum, neque transpositione exiſtit, ſed ex impetu quodam aërio & vi expedita findentium magis auras, quam tranſeuntium. Quamobrem ſtatuas quoque Deorum Aegyptij ponunt coniungentes illis pedes & quaſi vnientes. Quæ etiam Homerus ſciens, vt Aegyptius, & doctrina ſacra inſtructus, occultè & inuolutè verſibus reddidit, relinquens intelligenda ijs qui poſſunt. Cui consentit id, quod Eusebius tradit de huiusmodi simulacro, quod Mundi hieroglyphicum fuisse asserit ἀιθεσποδὸς complicatos habuisse pedes, vestem talarem, aureamque pilam capite sustinuisse, quâ formâ immobilis constitutio, rotunditas & stellarum varietas significatur, ijs omnia à DEO regi, sustentarique, & in D E I cognitionem mentes hominum induci, notabant.

Quod verendo recta. *Herodotus & Plutarchus.*

Nuditatem verò, essentiæ simplicitatem & verendarum partium occultationem, reconditam seminalium rationum naturam significare, Herodotus in Euterpe in Panos descriptione, & Plutarchus de Osir. & Isid. ostendunt. Vide quæ de huiusmodi significatione in hierogrammatismo humanæ figuræ fusius tractauimus.

Quod verò per basin, quintuplici ansatæ crucis charactere insignitam, triformis Numinis per Genios in quatuor elementa, & ex hisce quinque mistorum productionem significauerint, reperies amplissimè probatum in Hierogrammatismo ansatæ crucis, vbi & multa admiranda & consideratione dignissima circa hunc characterem, ex variâ Scriptorum doctrinâ Auctoritatibusque comprobata reperies.

Porrò imagines adsistentes nudas & calathis lotiformibus vt & sceptris conspicuas, Genios Orientalis plagæ præsides indicare, Abenephius asserit his verbis.

وبعرياں الاصنام كانوا يدلوا الارواح ويقصبه من زعر الفوفر المشرق الشمـــس ۞

Per figuram verò ſimulachrorũ nudorum indicabant, Spiritus ſeu Genios, & per virgam

gam ex flore Nenupharis seù Nymphæa, quàm eandẽ cum Loto suprà docuimus, *Orientis Solis plagam*; per calathos verò in capite vtriusque Loti flore conspicuos, ingeniosè inclinationem, promptitudinem, & obedientiam Geniorum, consensûsque immutabilem legem, quâ diuino illi vltramundano soli coniunguntur, designabant. Sunt in Loto, omnia rotunda, radix, thyrsus, folia, flores, quibus, quomodò omnia secundum analogiam quandam supremo Numini summâ promptitudine & festinatione conformari debeant, occultè innuunt; quod & pedibus discretis, & ad currendum quasi incitatis, illos insinuasse, supra ex Heliodoro ostensum est. Circúlos enim, teste Trismegisto, affectat DEVS, circulos intellectualis Geniorum natura, circulos mundus, circulos omnia in mundo, aptè per Loti rotunda omnia expressa; Hermes f. 14. edit Bas. *Mens quidè opifex vna cum verbo circulos continens, ac celeri rapacitate conuertens, suam ad se machinam reflexit, eamq; volui à principio sine principio ad finem absq; fine præcepit. Incipit enim illic semper vbi desinit. Horum profectò circuitus cunctorum, quemadmodum & mens ipsa voluit*, &c. Consensûs quoq; inferiorum ad superiora symbolum fuisse Lotum naturali & insatiabili quodam amore ad solem se conuertentem, ex hierogrammatismi interpretatione Lector curiosus videre poterit; quæ omnia pulchrè per Harpocratem puerum Loto insidentem & digito labra

prementem indicantur. Harpocrates mundum notat diuinitate plenum, Iouis enim omnia plena, teste poeta; labra premendo silentium indicit, vt monstret, arcana huius empsychoseos sacramenta alto â profanorum auribus silentio supprimenda; Loto insidet pueri formâ, ad significandum generationem rerum, quibus Mundus continuò veluti solaris Genij virtute reiuuenescit, ex humido emergere, cuius Loti flos, ad solis præsentiam mox ex aquis emergens, similitudo & exemplar quoddã est. Cur præterea nudæ statuæ, cur sceptris conspicuę? cur inferiores tectas habeãt? cur specie humanâ? cur sedeãt, pulchrè declarat Euseb. l. 3. c. 3. his verbis: *Iouis simulachrum humanam in speciem conformabant, quòd mens esset, cuius in procreatione rerum exemplar intueretur, cuius seminalibus quasi rationibus cuncta perficeret. Idem verò sedet, vt cunctam potestatis suæ constantiam vtcunque significet:* κάθηται δὲ τὸ ἑδραῖον τῆς δυνάμεως αἰνιττόμενος. γυμνὰ δὲ ἔχει τὰ ἄνω, ὅτι φανερὸς ἐν τοῖς νοεροῖς καὶ τοῖς οὐρανίοις τοῦ κόσμου μέρεσιν ἐστί. *Partes superiores corporis nudas habet, quod in spiritalibus ac cœlestibus mundi partibus sese illustriùs spectandum exhibeat.* σκέπεται δὲ αὐτῷ τὰ πρόσθια, ὅτι ἀφανὴς τοῖς κάτω κεκρυμμένοις. *Inferiores contra tectas, quòd in infimis rebus penitusque reconditis, absconditus ipse delitescat.* ἔχει τε τῇ μὲν λαιᾷ τὸ σκῆπτρον, καθ' ὃ μάλιστα τῶν τοῦ σώματος μερῶν, τὸ ἡγεμονικώτατον τε καὶ νοερώτατον ὑποικουρεῖ σπλάγχνον ἡ καρδία. *Et sceptrum quidem leuà tenet,*

Harpocrates Loto insidẽs quid?

net, quod ex omnibus humani corporis partibus eo præsertim in latere cor illud cæterorum facilè princeps, vimque intelligendi maximum complexum visus, tanquam in proprio domicilio conquiescat. Quod verò mundus sit intellectualis, in varios ordines Geniorum distinctus, luculenter ostendit Iamblichus fol. 306. editionis citatę, vbi dicit: *Numinum multitudo est quasi mundus aliquis, habens multos ordines in vnum conspirantes; similiter sacrificia debent habere Numinum ordinem, pariter in vnum ordinem conspirantem, ita vt singuli singulis Numinibus ritè respondeant. Similiter quæ circa nos sunt, & in nobis, multiplicia sunt, neque debent ex aliqua parte tantùm, sed ex cunctis congruè diuinis nostrarum rerum causis respondere, atque ita ad superos ascendere duces.*

Symbola denotant quoq; modum procedendi in sacrificijs.

Hinc Ægyptij Sacerdotes ingenioſi, non tantùm per hoſce hierogrammatiſmos, Diuinitatis triformis operationes, proceſſumque eius ad extrà, vti dictum eſt, notabant; ſed & hiſce ſymbolicis ſchematiſmis vnà demonſtrabant per occultam quandam analogiam, modum, quo hoc triforme Numen per cerimonias, ſacrificia, ritus, orationes eidem analogas non ſolùm attrahere poſſent, & ſibi propitium reddere, ſed eîdem penitùs θεόμορφοι Deiformes fieri; quam θεομόρφωσιν ſiuè Deiformitatem ſupremam felicitatem, vti reuerà, & in noſtra Theologia orthodoxa eſt, omnium opinione Theologorum, (*vt videlicet filij Dei nominemur & ſimus*) vtpotè à quo omnia bona, omnis ſalus, pax, quies & tranquillitas & beatitudo vltima hominis dependeret, indicabant, vt ex paulò ante citatis verbis Iamblichi patet.

Mercurius in Pimandro.

Quæque omnia pulchrè oſtendit in Pimandro Mercurius Triſmegiſtus, vbi ferè in hoc vnum collimare videtur; quomodo per actiones DEO placitas θεόμορφοι ſiuè Deiformis euadere poſſit, quæ fuſiùs tractata vide apud Porphyrium, Plutarchum, alioſque, quos paſsìm citamus. Quibus autem cerimonijs, ſacrificia inſtituenda typus ipſe apprimè docet. Primò enim

Sacrificiorũ operagendorũ ratio.

Sacerdotes ad Deum trahendum, Statuam Numinis in adytis à conſortio hominum remotiſſimis locis poſitam habebant, eo ſymbolorum apparatu, quo hic vides inſignitam. Hinc vt & habitu, & cerimonijs & ſacrificijs ſimiles fierent, nudi nullo terreni corporis amictu vestiti, Loti thyrſos vnâ manu, alterâ calathum & pennam, non ſecùs ac Genios habere vides, geſtantes, capitibus pari ratione calathos Lotigeros geſtantes; ſymbola videlicet rerum actionibus Geniorum Orientalium, & Triformis Numinis, quod exhibent, prorſùs analogarum ſimilitudine expreſsâ. Hâc enim ſymbolorum ſimilitudine & analogiâ, & Numen, & Genios potentes attrahi credebant, ita vt hic hierogrammatiſmus primò ſit quædam veluti anagogica virtutum DEO propriarum exhibitio; deindè viua quædam pictura & repræſentatio Sacerdotalium operationum, quibus rectè & juxtà præſentem typum inſtitutis, in DEVM rapti, intentæ felicitatis terminum ſe nanciſci putabant; gracilibus & tenuibus corporibus exhibentur; vt Sacerdotes hinc inſtructiores, diuina ſacra monerentur adeunda, non cibo, potuque fartis & impinguatis corporibus, ſed abſtinentiâ & caſtimoniâ veluti præparatione

ne

ne præuia, vndè macilentia prouenit, attenuatis, ita Plutarchus: ἀλλὰ εὐσταλῆ καὶ κοῦφα ταῖς ψυχαῖς περικεῖσθαι τὰ σώματα, καὶ μὴ πιέζειν, μηδὲ καὶ θλίβειν ἰσχύοντα τῷ θνητῷ, καὶ βαρύνοντα τὸ θεῖον. *Sed animis volunt leuia atque gracilia circumdata esse corpora, ne diuina pars à mortali prematur atque affligatur.* De quibus, cùm in sequentibus passìm acturi simus, hoc loco intentionem sapientum in exhibitione sculpturarum innuere tantùm voluimus; Authoritates singulorum suis locis copiosiores reseruaturi. Nam vt argutè Iamblichus ex mente Ægyptiorum fol. 220. docet: *Obseruantia decens præceptorum, operumque diuinorum, quæ omnem excedunt intelligentiam, atque symbolorum, Sacramentorumque potestas mira, solis vota numinibus præstat nobis Deificari vnionem.* Et paulò post: *Sicuti enim in Agricultura, Medicina, arte imaginum, coitu humano, homo materiam oportunè captat, causa verò superior vniuersalisque adhibet formam; sic in sacrificijs quãdo fiunt symbola atq; synthemata, sacerdotes, signacula & sacramenta, Sacerdos adhibet materialia quædam scilicet, ad imitationem potentiarum naturaliũ, quo ordine decus instituit, DEVS autẽ vim efficacem imprimit Sacramẽtis.* Hinc fol. 238. edit. Basil. *Adest itaque subitò, vtiturque Propheta vti instrumento, qui interim neque sui iuris est, neque animaduertit quæ loquitur, sed &, vbi sit, ignorat, quin etiam ante potum aquæ diem & noctem cibis abstinet, & ad sacra se quædam reuocat inaccessibilia vulgò. Itaque propter sequestrationem à rebus humanis, sincerum se reddit, aptumque ad DEVM suscipiendum; hinc Sacerdos antequam DEI oracula multa ritè peragit sacrificia, obseruat sanctimoniam, lauatur, triduũ prorsus abstinet cibo, habitat in adytis, sicque paulatim illuminari incipit, mirificèque gaudere.* Explicato itaq; processu Numinis supremi in intellectualem mundum, quomodò deindè in mundum sensibilem, siuè sidereum procedat, explicemus.

Iamblichus. edit. Bas. fol. 220.

HIEROGRAMMATISMVS III.

Influxum Triformis Numinis in Mundum siderium exhibens.

POstquam per duos præcedentes Hierogrammatismos appositos Sacerdotes repræsentarunt triformis Numinis actiones, tum intrinsecus, tum extrinsecus in Mundum intellectualem, & per hunc in mundum hunc sensibilem. Modo veluti ad magis particularia procedentes, sub hoc tertio hierogrammatismo pulchrè ostendunt, & quid Numen illud triforme in principali sensibilis huius Mundi parte, hoc est in Sole operetur; & quomodò paulatim in sensibilibus mundanæ machinæ simulacris innotescat.

Tria itaque hoc loco symbola conspiciuntur; Accipiter variegatus, in cuius capite calathus perseæ fructu onustus, nescio quid arcanum, & veneratione dignum prodat; Cui â tergo, globo incumbit aspis ceruice erecta tumidus; Habes hic tria symbola, & illa quidem eadem, quæ in symbolo hierogrammatismi primi κυκλο-οφι πτερο-μόρφῳ, nisi quod, quæ ibi vnita, hic dispersa, & explicata spectentur, quod insigni mysterio haudquaquam caret.

Influxus Triformis Numinis in Mundũ Siderium.

caret. Hoc enim admirabili quodam ingenio aptiſſimè cum triformis Numinis, Hemphta inquam, ex vno in plura proceſſus, tum ex vnitate illâ diuinitatis ſolitariâ atque in innaceſſo fōtani luminis receſſu reconditę, in mundanæ multitudinis propaginem fœcunda denotatur diſperſio; Quomodo vero monas illa Triformis ſit ſolitaria, in primo hierogrammatiſmo docuimus; quomodo ex vno in duo procedat, hoc eſt, in intellectualem Mundum Angelicum ſiue Geniorum, oſtenſum eſt ſecundo hierogrammatiſmo per tutulum κυκλοφι-πτερό-μορφον, in quo quidem tria ſymbola vnita, vt qui ſimulacro ſub humana forma ſedenti additus, alteritatem quandam, ſiue lapſum monadis indyadem, arcanâ quâdam allegoriâ innuat. In hoc vero tertio hierogrammatiſmo dicta tria ſymbola diſperſa, & ſeparata cernuntur; quo aptè oſtenditur, quomodò triforme Numen ex monade in Dyadem, ex Dyade in triadem, hoc eſt, inaceſſa illa Supremi Numinis ſublimitas paulatim in corpoream naturam, ſenſibilis & aſpectabilis naturæ amictu veſtita prodiēs, potiſſimum in Sole mundanorum corporum principe ſuum ſibi tabernaculum poſuerit. Si itaque tria hæc ſymbola in vnum coniunxeris, illa rurſus inaceſſam illam diuinitatis triformem monadem exhibebunt, ſi diſiunxeris ea, tibi eandem quidem moſtrabunt, at in multitudinem diffuſam; Verum nè ſolis hæc coniecturis aſſeruiſſe videamur; authoritates ſubiungemus.

Cur hic ſymbola triformis numinis diſpoſita ſint.

Per accipitrem tutulatum monadem illam triformem, ſolem illum Archetypum, primum omnium motorem, corruptionis omnis expertem, in principali mundi corpore eluceſcentem, quem nunc Oſirin, nunc Orimazen oui mundani productorem, nunc Mythram ſiue μεσίτην Perſæ, teſte Plutarcho, vocant, indicatum, Zoroaſterapud Euſebium lib. 1. cap. vlt. hiſce verbis teſtatur: ὁ Θεὸς ἔχει κεφαλὴν ἔχων ἱέρακος. ἔυτος ἐστὶν ὁ πρῶτος ἄφθαρτος, ἀΐδιος, ἀγέννητος ἀμέρης, ἀνομοιότατος, ὑλοχς παντὸς καλῶ, ἀδιαφθόρητος, ἀγαθὸς ἀγαθώτατος, φρονήμων φρονιμώτατος, αὐτοδίδακτος, φυσικὸς, καὶ τέλειος, καὶ σοφὸς, καὶ ἱερὰ φυσικῆ μόνος εὑρέτης.

Zoroaſter apud.

DEVS, inquit, *Caput accipitris habet, is incorruptibilium primus est, semp ternus, ingenitus, expers partium, sibi ipsi simillimus, bonorum omnium auriga munera non expectans, bonorum optimus, prudentum prudentissimus, pater iustitiæ, à seipso edoctus, natura perfectus, Sapiens, Sacræ naturæ inuentor.* Atque hunc talem esse mystice per tiaram siue cidarim, quam capite in formam calathi prominentis, & fructum perseæ eidem insertum gestat, indicatur; per calathum quidem regalis denotatur Rhodigino & Macrobio testibus, supremi Numinis omnia in sublime trahentis potestas, vndè & capiti, veluti totius rationis potestatisque arci, origini, & fonti imponitur; fructu perseæ cordis figuræ simili, sapientiam in Mundi machinâ administrandâ, & in rerum Mundo necessariarum inuentione elucescentem, indicante. Est enim hic diuinus Osiris, vt rectè paulò antè ostensũ fuit τοῦ ἱερὰ φυσικοῦ μόνος εὑρετής; *Sacræ naturæ vnicus inuentor*; hinc in conum quasi desinebat calathus cum fructu acuminato, ad acumen mentis, quod ad inquisitionem rerum necessarium est, significandum. Verba Clementis Alexandrini sunt: *Accipiter symbolum solis est, quia igneæ naturæ est, & fortitudinem habet ad occidendum.* Cui subscribit Porphyrius lib. 5. cap. 3. hisce verbis. *Soli*, ait, *Accipiter dedicatur, quia lucis, & spiritus symbolum est, alterum propter motus velocitatem, alterum, quia in altiora volat, quæ lucidiora inferioribus sunt.*

Quid accipiter notat.

Quid Calathu cum fructu Perseæ capiti impositus.

Clemens Alexandrinus.

Porphyrius.

Græci similiter etsi non adorarent accipitrem, quemadmodum Aegyptij facere solebant, magni nihilominus eum faciebant, habendo eum pro auspicij optimi volucre, velocissimum Apollinis, hoc est Solis nuncium credentes; Quod & Origenes tacitè insinuare videtur hisce verbis: *Quin & Apollo accipitris auspicio quædam significat, & is dicitur huius DEI celer nuncius*: Ac proindè quandocunq; lucem Solis repræsentare volebant, accipitris pingebant caput, cum circulo seù Sphæra suprapposito, quo diuinum aliquid, vti supradictum est, huiusmodi capiti inesse monstrarent, quod aptè in obelisco Flaminio exhibitum est, de quo suo loco.

Accipites nũcius Apollinis.

Origenes.

Efformabant igitur simulacrum Osiridis sub Accipitris forma, ad indicandam igneam, & lucidam vim solis, radijs suis totum mundum inferiorem, & superiorem penetrantem. Porphyrius iterum. *Soli accipiter dedicatur; quia lucis, & Spiritus symbolum est, alterum propter motus velocitatem, & alterum quia in altiora volat, quæ lucidiora inferioribus sunt.* Audiamus & Plutarchum libro de Iside, & Osiride, Porphyrio subscribentem. *Accipitre inquit etiam picto, Osirin sæpè exprimunt, auis enim ea pollet acumine visus, & volatus celeritate.* Verum qui hæc omnia ex omnigenâ doctrinâ stabilita desiderat, leget quæ in proprio hierogrammatismo Accipitris tradidimus; Nunc quid globus alatus portendat, ex Authoritate congruâ stabiliamus.

Porphyrius.

Plutarchus. l. 4. de abs.

Globus aspide circundatus, vt supra diximus, nihil aliud designat, nisi vim illam igneam omnia mundi loca penetrantem, omnia fœcundantem, quod Abenephius de sacris literis Aegyptiorum hisce refert.

بصورة الدايرة كاذوا يدلون القوة ذاريه التي في الشمس وصورة الحيه التي هي في
الدايرة للحاية والهيوج والنشجه العال ——————— م ۞

Per figuram inquit virtutem igneam in Sole elucescentem, & per figuram aspidis sphæram circumdantem, vitam, & motum, & fœcunditatem Mundi designabant. Quibus ferè verbis subscribit Sanchuniaton apud Euseb.

Sanchuniathō apud Eusebiū l. 1. c. 7. edit. colon.

Τὴν μὲν οὖν τῶ δράκοντος φύσιν καὶ τῶν ὁφίων αὐτὸς ὁ Τάαυτος, καὶ μὰ ἀυτὸν ἴυδεις φοίνικες ϑ καὶ Αιγύπτιοι. πνευματικώτατον γὰρ τὸ ζῶον πάντων τῶν ἑρπετῶν καὶ πυρῶδες ὑπ' αὐτὰ παρεδόθη. παρ' ᾧ καὶ τάχος ἀνυπέρβλητον διά τε πνεύματος παείσησι, χωρὶς ποδῶν ϑ καὶ χερῶν, καὶ ἄλλ' ἀπὸ τῶν ἐξωθεν. ὀξὺ ὧν τὰ λοιπὰ ζῶα τὰς κινήσεις ποιᾶται, καὶ ποικίλων σχημάτων τύπους ἀποτελᾶ, καὶ καὶ τὴν πορείαν ἑλικοειδῆς ἴσχι τοῖς ῥεύμασι, ἐφ' ὃ βέλεται τάχει, καὶ πολυχρονιώτατον δ' ὄζει, οὐ μόνον ὡ ἐκδυόμενον τὸ γῆρας νεάζειν, ἀλλὰ καὶ αὐξησιν ἐπιδέχεσϑαι, μείζονα πέφυκε· καὶ ἐπιδὰν τὸ ὠεισμένον μῆκος πληρώσῃ, εἰς ἑαυτὸν ἀναλίσκεται. ὃς ἐν ταῖς ἱεραῖς ὁμοίως αὐτὸς ὁ ταάυτος κατέταξε γραφαῖς. διὰ καὶ ἐν ἱεροῖς τῶτ τὸ ζῶον καὶ ἐν μυστηρίοις συμπαραλήπται.

Draconum naturam atq; serpentium ipse Taautus diuinam putauit, & post ipsum etiam Phœnices, & Aegyptij; spiritualissimum enim animal omnium est, & igneum. Nam Spiritu absque manuum, aut pedum, & omninò alicuius organi exterioris argumento, vt cætera videmus animalia ferri, eximiam celeritatem assequitur, variasque figuras & formas perficiens, inuoluto reuolutoque, atque in helicis formam adornato, ad quam vult celeritatem, gressu facillimè præstat; longæuum etiam & multorum annorum, nec solum senectam cum pelle deponens reiuuenescit, sed crescit etiam in adolescentia reductum; cumque determinatos adimpleuerit terminos, in seipsum reuolutum rursum reuiresci, quàmuis sen per minus; quemadmodum eos in sacris literis ipse Taautus constituit, ideò in sacris hoc animal, & in mysterijs semper fuit assumptum. Quæ verba ita omnia pulchrè enucleant, vt nihil demi aut addi posse videatur. Non sine ratione itaque per Aspidem globo circundatum, diuinam Osiridis vim, & operationem occultam, Spiritum quoque, & vitam, quam singulis mundi partibus, cœlis, elementis per varias serpentis formas in gressu figuratis, indicabant; vnde Phœnices illum ἀγαθὸν δαίμονα καλοῦσι; Αιγύπτιοι τὸ κνὴφ ἐπονομάζουσι. ϑεοσπϑέασι τὲ αὐτῶ ἱεράκος κεφαλὴν, ϑ διὰ τὸ ϑερμικὸν τὲ ἱέρακος. *Bonum dæmonem vocabant, Aegyptij verò Knuph. cui Accipitris caput apponunt, propter actiuitatem accipitris singularem.* Hinc Epies summus Deorum interpres, & Sacrarum literarum scriba, cuius libros, teste Eusebio, Arius in græcam linguam traduxit, illud dicit: τὸ ϑερμὸν ὂν ϑεῖόν τε ὅτις ὄφις ἱεράκειος ἔχων μορφὴν. *Primum omnium diuinissimum est serpens accipitris formam habens,* Et tametsi in alijs locis, vt paulò ante diximus, sub aspidis ἱεροκεφάλου accipitrinâ facie transformati figurâ conspiciatur; hic tamen & accipiter solus, & aspis cum globo solus aspicitur, quod mysterio non caret; huius enim vtriusque symboli seperatim positi significatione, indicabatur diuinarum perfectionum in Solari lumine siue Osiride dispersio. Aptè itaq. per Accipitrem Numen solare, & per globum serpente animatum, eiusdem vim penetratiuam fęcundatiuamque expressam ex dictis patet indicari; iam ad quarti hierogrammatismi arcana progrediamur.

Epies interpres Deorum & hieromitæ apud Euseb.

 Schemat. I. Lat. Or.

HIEROGRAMMATISMVS IV.

In Mundum Elementarem Triformis Numinis influxum exhibens.

IN præcedentibus oſtenſum fuit, quomodo Triforme Numen ad extra prodeat in intellectualem, & ſiderium Mundum, nunc in hoc quarto hierogrammatiſmo oſtenditur, quomodò ex ſiderio in elementarem Mundum, & hinc in generationis ſphæram labatur, exqua rurſus aſſumptis alis in monadem ſolitariam fiat reditus; Sed explicemus Symbola.



Symbolorum quarto hierogrammatiſmo cõtentorum explicatio.

Primo poſt accipitrem occurrit figura, literæ Ibiacæ *a* in formã literæ Alpha trãsformata, poſt quã baculus *b* ſiue linea, literæ precedẽti connexa, poſt hanc tres circuli *c*, poſt hos iterum baculus *d* cũ tribus quadratis *e*, poſt quæ quinque triangula rectangula *f*, quorũ vnum è regione quadratorum, reliqua quatuor triangula infrà ponuntur vnà cum baculo cyclo formi *h*, quibus omnibus ſubiungitur feretrum *g*; quo Symbolorũ apparatu maxima & inſignia myſteria, vt ex interpretatione patebit, innuunt. Et primò quidem character in formam Alpha proſtratus, idem eſt, quod Agathodæmon; ſiue bonus Genius, eſtque character alphabeticus, primum in alphabeto Ægyptiaco locum obtinens; dicitur ibiacus, quia ex Ibidis ſitu primùm ab Aegyptijs inuentus eſt. de quo vide fol. 149. & fol. 236. Sequuntur tres circuli, ſiue orbes, infrà orbes figura in formam linearem ſceptri producto crure, quo innuitur, quod ſicut Agathodæmon archetypus triformis eſt, ita & virtute triformi in triplex cœlum ſcilicet ſtellarum fixarum, planetarium ſolare, & lunare influit. Per baculum verò cum tribus quadratis indicatur vlterior ex Triade circulari in tetradem ſiue quaternarium, qui numerus rerum corporearum

Quid tres circuli.

Quid tria quadrata.

rearum in mundo vniuersitatis nota est; & hinc in triadem siue ternarium angularem processus, quem referunt per trianguli rectanguli figuram in eadē serie constitutā, estque generationis nota, vt postea ostendetur; post quæ quatuor alia triangula rectangula ponuntur, quibus ostenditur processus triadis geneticæ in [illegible] hoc est, quaternarium Elementarem, ex cuius coniunctione cum ternario septenarius numerus mysticus, & harmoniam totius continens, magnus, inquam, ille triangulus geneticus, ex quinque alijs triangulis, qui quinque rerum generabilium subiecta in elementari Mundo signant, constitutus nascitur. Sunt autem quinque subiecta, primò elementares impressiones, quas μετέωρα græci nominant. Secundò ἄψυχα inanimata corpora siue mineralia. Tertiò ἔμψυχα siue vegetabilis naturæ. Quartò αἰσθητικὰ siue sensitiuæ naturæ. Quintò ex sensitiuâ & vegetabili naturâ composita, quæ ζηόφυτα græci vocant. Quibus si rationalis & intellectualis natura accedant, habebimus septenarium illum mysticum rerum omnium terminum, ex quibus quidquid in tota rerum vniuersitate latet absconditum, constituitur; per baculum verò cycloformē ϱ, processus cyclicus supremi Numinis ex circulo in lineas, hoc est, ex cœlestibus in elementaria, & deindè hinc iterum in circulos agitati, in monadem solitariam reditus ostenditur. In calce tandem pheretrum cultus diuini siue venerationis nota ponitur, qua venerationis, attractionisquo Numinis istius Triformis in omnibus rebus latentis, modus & ratio monstratur. Atque hæc est interpretatio quarti hierogrammatismi, quem ita sese habere, iam ordo postulat, vt authoritatibus debitis ostendamus, nè quicquam propriâ coniecturâ finxisse videamur. Sciendum itaque Aegyptios, vt alibi quoque probatum fuit, non tantum arcana sua mysteria sub ingeniosâ sacrorum animalium architectura exhibuisse, sed & eadē sub varijs figuris geometricis (erant enim, vti Geometriæ inuētores, ita eiusdē præ cœteris mortalibus peritissimi, & arcanorū eiusdē probè cōscij, vnde & ΝΙΑΡΔΕΝΑΔΑΠΤΗΣ *Ardenadaptæ* dicebātur) ita quidē, vt huiusmodi scientiæ, quæ apud reliquas nationes summo in honore & pretio haberentur, paucosq. earū peritos sortirentur; eæ teste Clemente & Philone in Aegypto penè vulgares essent, de quibus ita Clemens lib. 1 Strom: dū Democriti cuiusdā suâ eruditionem intemperātiùs prædicantis mentionem facit his verbis Καὶ λογίων ἀνθρώπων πλείστων ἐσήκουσα καὶ γραμμέων συνθέσιος μετ' ἀποδείξεως οὐδεὶς κώμε παρήλαξεν, οὐδ' οἱ Αἰγυπτίων καλεόμενοι Αρπεδονάπται. *Et homines doctos audiui plurimos, & in componendis cum demonstratione lineis nemo me adhuc superauit, nec qui Aegyptiorum quidem vocantur Arpedonaptæ*; quod verbum verè Ægyptiacum est, & significat ingeniosos machinatores, vti ex Lexico nostro patet; ἱερογραμματεῖς verò de genere erant Sacerdotum, τῶν ἱερῶν λογίων ἑρμενευταὶ appellati; ἱεροφόροι quoque & ἱερόστολοι dicuntur; ὅτι τὴν ἱερὸν πάσης λόγον περὶ θεῶν πάσης καθαρεύοντα δεισιδαιμονίας, καὶ περιεργίας ἐν τῇ ψυχῇ φέροντες, ὥσπερ ἐν κίστῃ τὰ περιστέλλοντες. *Quod Sacram doctrinam ab omni superstitione & curiositate puram in animo suo tanquam in*

Quid per 5.

Arpedonaptæ qui?

cista

cista gestant, atque continent. Ita Plutarchus de Osir. & Il. Vates quoque fuisse innuit Suidas οὗτοι παρ' Αἰγυπτίοις ἦσαν ὀνειροί, καὶ οἱ τῶν μελλόντων τὴν ἀλήθειαν ἐπῶν. Tales fuêre peruetustus ille Bitis, & Iachim τῶν ἐξαπόρων τῷ ἱερεῖ Μωσεῖ μαντευόμενοι, qui Moysis in Ægyptios imperium dicuntur Pharaoni prædixisse. Cęteros gradus Sacerdotalis ordinis, vide passim hoc opere allegatos, & apud Clemẽtem lib. 6. fusè descriptos vbi & functiones singulorũ graphicè exponuntur; de Entaphiastis, Odis, Horoscopis, Stolistis, Prophetis, Pastophoris, cum fusissimè tractet vt dixi, Clemens cit. locũ Lector consulere poterit; patet igitur quomodo Ardenadaptæ à Sacris & Sacerdotibus distinguantur.

Porrò Sacerdotes geometricis ritè imbuti, vti animũ ad altiora philosophiæ sacramenta parabant, ita geometricas figuras & numeralẽ scientiã ad perfectè philosophandum, assumere solebant. Quemadmodum ingeniosè in hoc hierogrammatismo partim per numeros, partim per geometricas figuras præstitum est; rerum siquidem arcanarum rationem penitius trutinantes, cum comperirent, DEVM & numeros, & geometricas figuras, vti triangulos, quadrata, circulos, harmonicasque proportiones in suis operationibus affectare, easdem sanè meliori & comprehensibiliori modo, quàm per dictas formas exhibere non potuerunt. Quos secuti Pythagoras & Plato sapientum Magistrorum sapientes discipuli, maxima quæuis mysteria sub ijsdem formis expressêrunt. Sed ad rem.

Prima huius hierogrammatismi figura est A, quâ significabant Agathodœmona, estq; character ibiacus, ex ibidis incessu situquè â Mercurio inuentus, de quo curiosa multa, & consideratione dignissima vide in mysticâ Aegyptiorum Alphabeti fabricâ, & in hierogrammatismo huius figuræ proprio; Per hunc enim characterem primò motum ex supernis ad inferna, vti pyramidalis figura eiusdem ostendit, significant; ipsa verò vti, primatum inter literas, ita & primatum Genij huius designabat; quem ipsi Agathodœmonem, siue bonum Genium Aegyptij vocabant, & sic exprimitur Ἀγαθὸς Δαίμων, Aegypti, initialibus literis sub vnâ comprehensis. hic enim præter dictarum vocum capitales, vt dixi literas, eius quoque Aegypti portionis figurã, quam Δ passim, siue ⲇⲁⲗⲧⲁ Copticè, hoc est bonum agrum vocant, exprimit. Hunc characterem vt plurimum ex tribus vel perseæ, vel papyri thyrsis, in figuram primæ literæ alphabeticæ, quam sic exprimebãt adaptatis, compositum, in solemnitatibus Comasiarum vt dictum est Deorum statuis præferebant. Vide quæso, quæ de hoc monogrammatè in Prodromo Copto folio 231. fusius, & in hierogrammatismis de perseа, pheretro sacro, & de charactere A fusius disseruimus; vt enim hîc singula repetantur, nec temporis angustia, nec operis moles permittũt. Sufficiat hunc characterem Agathodęmonis symbolũ & hîc nos innuisse, & alibì fusiùs demonstrasse; Ponitur itaque Agathodœmonis character primo loco, ad ostendendum huius in Mundo inferioris, & sensibili imperium, quod pulchrè exprimitur per baculum vnius ex cruribus characteri annexum;

Figura Agathodæmonis

xum; character quoque non erectus sed prostratus est, quo indicabant, Agathodœmonis non absolutum imperium, hoc enim per symbola recto situ dispositа indicabant, sed vicarium siue dependens â superioris Numinis directione, quod per prostrata symbola denotabant, vt in sequentibus fusiùs ostendetur, sed iam ad reliqua symbola interpretanda calamum conuerramus.

Quid per 3. circulos notetur.

OOO Per tres circulos intelligitur triformis Numinis sub forma Agathodœmonis in trium Mundorum, Empyrei, Siderei, & Elementaris præsides particulares, influxus & dominium, qui tribus circulis denotantur, ob idealem, quam quisque habet cũ supremo, & supramundano Deitatis circulo perfectam analogiam, vt postea dicetur; per baculum transuersum, & tria quadrata, eiusdem triformis Numinis dominium influxusque, qui mediãtibus tribus Mundis genialibus fit in tres Mundos corporeos, materiales, siue quos hylæos philosophi vocant, quorum prior corporum aëriorum, alter aquaticorum, tertius terrestrium corporum mũdus est. Notantur tribus quadratis, cum ob quadratorum cum corporeis rebus similitudinem, vt posteà dicetur, tum ob quatuor elementorum, ex quibus existunt, compositionem. Atque per tres circulos indicatur triplicis Mundi figura, Empyrei, Siderei, elementaris, in quos supremum Numen potentiam, bonitatem, & pulchritudinem suam exerit. ita Aegyptij apud Aristotelem lib. 11. c. 3. & 4. *Mens ipsa humana, cum orbem intellectuum perspexerit, nobis renunciat illum esse opus primum creatum, summoque decore insignitum existere, illaborioſum inafflictumque, imò lætabundum suo lumine, profluenteſque ab alijs essentijs exultanter substantias in seipso continere; Quarum Iouis planeta est primarium exemplar omnium illius entium; neque verò nullibi collocatur, sed in alio orbe secundario, bono tamen illustri, perpetuoque, ac eius primi simulacro referto. vndè etiam decet eum esse bonum absolutumq; siquidem metatypus est, & similis archetypo. rursus; hic mundus infimus similis est cœlesti, vti vitæ, essentiæ bonitatisque causatiuæ, successiua iugiter generatione est quadamtenus perpetuus, sicuti ille constanter. Siquidem omnis vita nostra cum sit similitudo superioris, continuatur ab orbe illo continuato adhuc per supremum principium.* Et in sequenti capite. *Cum itaq; essentiæ princeps lux infinita nunquam corumpatur, nunquam etiam desinet illuminare orbem supercœlestem, isque cœlestem, ideo quoquè hic secundarius Dominus infimi, vtpotè primus illius primarij semper existat. Et quanquam princeps Mundi superioris parum referat ab inferiore, nihilominus conatur seruare illum, seruator porrò Mundi intellectualis, est lux primæua, Mundi autem cœlestis ille supercœlestis, siue Genialis; huius autem infimi sensibilis, ille medius cœlestis, omnes tamen seruantur consistuntque virtute Authoris primi, qui eos suæ administrationis robore fulcit ac sustinet, vt qui eum, à quo pendent reliqui, perornat.* Atque hoc ita esse pulchrè docet Plato in Alcinoe cap. 11. & 12. vbi ait, mundum corporeum ex Elementis compositum, in quo processus rerum fit per lineas rectas, per quadrangulum fuisse indigitatum à priscis, quæ scoliastes eius ita explicat,

Quid per 3. □ □ □

Aristotelis Philosophia Aegyptia

Quid per quadrangulum.

in

in Elementorum motu duplex linearum situs considerandus est, iuxtà situm Elementorum duplicem Terra, & Aqua opposita, in hieroglyphico quadrangulo basim scilicet, & oppositum ei latus obtinent, quem situm semper planum, vel vt Mathematici loquuntur terræ, siue Horizonti parallelum, vnum supra alterum sortiuntur; Aer verò, & ignis quia sursum vergunt hinc latera in hieroglyphico quadrãgulo πρὸς τὰς ὀρθὰς prioribus lineis insistẽtia, aeris & ignis sursum vergẽtis naturam apprimè declarant; atque adeò quatuor Elementorum qualitates per quatuor quadranguli latera aptè exprimuntur. Quæ omnia in nostra Geometria hieroglyphica fusè explicabuntur. Cùm verò sol Zodiacum perambulans, maximè elementarium siue mixtorum corporum miscellam incitet, & ad generationes rerum disponat; hinc per tria quadrata haud incongruè annum indigitarunt, qui teste Diodoro Aegyptijs in tres partes scilicet in Ver, Aestatem & Hyemem diuidebatur, quæ partes per tria quadrãgula, vti & per quatuor latera quatuor mẽses, aut quatuor signa Zodiaci, quibus singuli anni trientes constabant, denotabantur; per hæc enim dedecamoria sol diuinus ille Osiris, Agathodæmon Aegypti transiens, elementa ad rerum omnium productionem excitat. Atque huic nostræ interpretationi haud abludit Horus his verbis: ἔτος τὸ ἐνιστάμενον γράφοντες, τέταρτον ἀρούρας γράφουσιν; ἐστὶ δὲ μέτρον γῆς ἡ ἄρουρα πηχῶν ἑκατὸν βουλόμενοι τὲ ἔτος εἰπεῖν, τετάρτον λέγουσι &c. *Instantem annum significantes, quartam arui partem scribunt, Est autem ἄρουρα siue Aruum terræ mensura centum complectens cubitos. Atque hòc ideò, quod à Sothis ortu ad alterum quarta diei pars sit interiecta.* Cum enim Solis annus 365. diebus absoluatur, Aegyptij quarto quoque anno superuacuum diem, quem ἐπαγομένην vocant, computantes intercalabant; quatuor siquidem diei quadrantes diem perficiunt; Vide quæ curiosissima de hoc hieroglyphico in Prodomo, & deinde in nostra Astronomia hieroglyphica fusè tradimus. Vides igitur quomodo Agathodęmon ille supramundanus triformis ex triade illa mundorum intellectualium incorruptibili, æternâ, per circulos indicatâ, moueatur in triadem tetradicam, siue quaternariam mũdorum trium elementarium; ex simplici videlicet & immutabili, in angulosam corruptionibus obnoxiam, variamquè hylææ mistionis faciem, quam aptè quadrangula figura refert, feratur. Quæ vt paulò altius dilucidentur.

Quomodo annũ notarent Aegyptij?

Sciendum est, Aegyptios ad DEI signandas virtutes, geometricis vt plurimum figuris (quod Platonem, & Pythagoram eos secutos fecisse Laertius, & Malchus in vitis eorum ostendunt) vsos esse. Inter cœteras autem trian-

Trianguli significationes

triangulum maximè obſeruarunt; & in ipſo tres iterum affectiones, vel enim triangulum conſtat tribus æqualibus lateribus, & dicitur iſopleuron, vel duobus tantum, & dicitur Iſoſceles, vel tribus lateribus inæqualibus, & dicitur Scalenus; per Iſopleuron diuinitatis triformis in mundum corporeum proceſſum, vndè teſte Platone corporei Mundi præſidibus Dijs dicabatur: per Iſoſcelem proceſſum eiuſdem in ſiderium Mundum: per Scalenum trium angulorum inæqualium, quorum prior rectus, alter tertij duplus eſt, Mundum alterationis, hoc eſt elementarem; per Circulum verò ſolitariam DEI triunam naturam, vt poſteà dicetur, aptè denotabant. Quomodo verò hunc ordinem & ſeriem generationis rerum omnium oſtenderent, Alcinous Platonicus fusè & pulchrè deducit.

Iſopleurus.

Iſoſceles.

Scalenus.

Alcinous. c. 11.

Cum autem duo ſint ex quibus mundus eſt conſtitutus, corpus & animus; quorum illud quidem aſpectabile & tractabile hic neque aſpectabilis eſt, neque tractabilis, vtriuſque vis & conſtitutio eſt diuerſa. Corpus enim ipſum ex igne, terra, aqua & aere coagmentatum eſt. Si quidem hæc quatuor, quæ ſanè nullam ordinem elementorum prius habebant, mundi opifex formauit Pyramide atque cubo, Octaedro & Icoſaedro & præter hæc omnia dodecaedro. Materia enim quatenus Pyramidis figuram ſuſcepit, ignis extitit: quòd hæc omnium maximè ſecando & diuidendo ſit accommodata, paucioribuſque triangulis conſtet, atque idcirco ſit tenuiſſima; quatenus autem Octaedra facta eſt, ſimul aëris qualitatem accepit: ſicut & aquę, quatenus Icoſaedri forma eſt ornata. Cubi verò figuram terrę attribuit, vt omnium maximè ſolidę atque firmæ. At dodecaedrum ad ipſum vniuerſam accõmodauit. Magis autem quam hęc omnia ad principia accedit natura planorum: Si quidem plana ſolidis ſunt priora. Planę verò naturæ duo quidem progenitores triãguli pulcherrimi rectanguli, vnus Scalenus alter Iſoſceles. Atque Scalenus cum vnum angulum habet rectum, alterum continentem duas tertias vnius recti, reliquum verò eiuſdem partem tertiam, hunc quidem priorem dico. Hoc autem Scalenus triangulus pyramidis & octaedri atque Icoſaedri elementum eſt. Cum Pyramis ex triangulis quatuor, omnia latera æqualia habentibus conſtituatur: quorum quilibet, in ſex triangulos Scalenos, quales modo dicti ſunt, diſtribuatur. Octaedrum verò ex octo, qui ſimiliter ſinguli in ſex Scalenos diuidantur. Sicut & Icoſaedrum ex viginti. Alter verò (dico autem Iſoſcelem) aptus eſt ad conſtituendum cubum. Quoniam huius ſpeciei quatuor trianguli coniuncti, quadratum abſoluunt: ſicut ſex quadrata, cubum. Dodecaedro autem ad vniuerſum Deus vſus eſt. Quia in cælo ſigna duodecim conſpiciuntur in Zodiaco, quorum vnumquodque in partes triginta ſecatur: quemadmodum in dodecaedro ex duodecim pentagonis compoſito, horum cuilibet in quinque triangulos diuiſo, ſex trianguli inſunt: ſicque in toto dodecaedro trianguli trecenti ſexaginta reperiuntur, quot & ipſius Zodiaci ſectiones ſunt. His igitur figuris materia à Deo expreſſa mouebatur: primùm quidem rudibus veſtigijs ſine ordine, deinde ab eodem in ordinem adducta, ſecundum eam rationem, quam in illa coagmentatione omnia inter ſe obtinent. Neque tamen hæc loco diſcreta manent, ſed in perpetua agitatione ſunt, eandemque materię oſſerunt. Quoniam mundi ambitu

bitu constrictà pelluntur, & alternis pulsibus ipsa feruntur: ea quidem quæ tenuiorum sunt partium, in regionem crassiorum. Quare nihil omnino inane relinquitur, & corpore vacuum: atque in illis inæqualitas permanens, concussionem affert, Si quidem materia ab ijs agitatur, & hæc ab illa.

Quomodo verò Plato ex mente Ægyptiorum quatuor regulares figuras composuerit ex scalenos cuius vnus angulus rectus, alter duas tertias vnius recti, reliquus vero eiusdē tertiā partē habeat, id est cuius vnus angulus 90. alter 60, tertius 30, graduum sit; cum hucusque commentatores eius latuerit, nostrarum partium esse rati sumus, id geometrico ratiocinio hoc loco demonstrare. Primò itaque describebant triangulum æquilaterum ABC, ex cuius angulis A B C totidem perpendiculares, AD, FC, & EB ducebant, diuidebaturque triangulus æquilaterus in 6 triangulos scalenos omnes æquales & similes, vti numeri ostendunt, quorum singuli vnum angulum rectum, reliqui duos, partim 60, partim 30 graduum constituunt, & ij quidem, qui puncto medio S insistunt, 60; quæ terminant in punctis ABC triangulum, 30; qui deniq; medijs lateribus in punctis F D E cōsistunt, 90 graduū sunt. Lateraq; sortiūtur sub ea proportione, quam numeri 3, 4, 5 habent; quorum mysterium postea explicabitur. Huiusmodi itaque triangulum dicebant nunc geneticū, nunc γαμικὸν, siue nuptialem figuram, quod principiū esset generationis rerū omnium sublunarium, hoc pacto, per basin BA notabant principium rerū passiuum, humidum videlicet, siue Isim; per normalem CB, AB insistentem innuebant principium rerum actiuum, calidum videlicet siue Osirin, masculam vim; per AC verò hypothenusam, ex vtroque compositum, Horū; vti in 3. libro fusè ostensum est. Iam videamus, quomodo huiusmodi triangulis Isoscele & scaleno, tanquam primis principijs, quatuor figuræ regulares, & consequenter quatuor elementa quorum ea symbolum sunt, producantur; In quarū consideratione duo gradus sunt obseruandi, hoc modo. Terræ symbolum cubum, ita conficiebant, primo Isoscelem *a b c* quadruplicabant, & proueniebat quadratum, *a b c d*; hoc ductum in 6, cubum constituebat *a b c d i f g*: ita vt Isosceles, Proclo teste, esset terræ primum principium, quadratum verò proximum. Porrò ignis symbolum pyramidem, seu tetraedron ita conficiebant. Cum tetraedron 4 constet triangulis æquilateris, quorum vnusquisque iterum, vti paulò ante ostensum fuit, ex sex scalenis constituatur, 4 ducta in 6 producebant 24 scalenos genetico; (ita enim imposterum appellabimus huiusmodi triangulum) pyramis itaque tetrapleura hoc pacto non ignem tantum; sed & totum vniuersū, in quod ignea vis se occultè diffundebat, notabat; hoc autem pactò in corpus id deducebant.





Triangulum geneticum quod?

Terræ symbolum quod?



Ignis symbolum quod?

Tetraedron quomodo fiat.

Triangulum Iſopleurum ACD ſubdiuidentes bifariam, duos efficiebant Scalenos A B C, B A D, quo quidē notabant proceſſum Numinis ex Mundo Archetypo in Mundum alterationibus mutationibuſque, qui ſignificabatur per ſcalenum, expoſitum; hos Scalenos bifariam iterum ſecantes, producebant iſoſceles B F A, B E A, proceſſus Numinis per influxum ſiderium indices. Hos Iſoſceles iterùm bifariam ſecabant, per lineam F E, & producebant quatuor triangulos iſopleuros A F E, F E B, E B D, F C B, quibus complicatis efformabant primum omnium ſolidorum corporum tetraedron, triade abeunte in tetradem, id eſt, trianguli oriebatur figura quatuor planorum, ſiue pyramis trilatera, & ex tribus angulis naſcebantur anguli duodecim; adeò vt in vnica hac figura haberent omnem totius Mundi tàm ſiderei, quàm elementaris ſeriem; Trigonus enim triade ſuâ rerum exprimebat generationem, vt poſteà oſtenderetur; quaternarius laterum, elementa. Tria & quatuor coniuncta dabant ſeptenarium ſiderei Mundi, ſeptem planetarum circulis conſpicui; duodecim anguli, Aplanes ſiue Zodiaci duodecim denotabant dimenſiones; figura erat acuta & pyramidalis, quâ innuebant ignem ſiue calorem, generationis rerum principium actiuum, quod elementa, planetas, Aplanem, verbo omnia permearet:

Mirifici Pherecydis hiſtoria Pheraeo.

Octaedron quid denotet.

Iterum cum octaëdron ex 8 Iſopleuris ſiue æqualium laterum triangulis conſtitueretur, quorum vnuſquiſque iterum ex ſex ſcalinis geneticis cōficeretur, 8 ducta in 6. dabant 48 ſcalenos, quibus conſtituitur octaëdrō aëris ſymbolum. Denique cum Icoſaedron 20 triangulis æquilateris conſtet, vnuſquiſque autem eorum 6 ſcalenis; hi ducti in 20, dabunt 120 ſcalenos, ex quibus tanquam principijs icoſaedron conſtituitur, ac proindè in aquæ ſymbolum fuit aſſumptum. Habemus itaque in tetraedra pyramide 24, in octaedro 48; in Icoſaedro denique 120 ſcalenos geneticos; ex quorū comparatione Plato ab Ægyptijs & Pythagoræis doctus in notitiam venit proportionis elementorum, quam vnumquodque ad alterum obtinet.

Icoſaedron quid notet.

Nam quia ignis, aer, & aqua pro primo principio ſcalenum habent, terras verò Iſoſcelem; collegit, hæc omnia in ſe inuicem nequaquam diſſolui atq; permutari poſſe, terram, inquam, cum reliquis tribus; tria verò aërem aquam, & ignem ob commune ſingulis principium geneticum, in ſe inuicem actu diſſolui & permutari.



Cubus quid notet.

Significauit quoque, quæ in numeris triangulorum, ex quibus tanquam ex primis principijs tria elementa conſtant; proportio exiſtit, inter 24. 48. & 120. eandem eſſe in denſitate & raritate ſubſtantiæ inter ignem, aerem, & aquam, proportionem. Vt ſcilicet ignis aere ſit duplo rarior, ſicut aqua quatruplò eodem tenuior; & ſe habent ſicuti ſcaleni tetraedri 24, ad octaedri 48, & icoſaedri ſcalenos, 120. Cubus verò terræ ſymbolū, vti ex heterogeneo, videlicet, iſoſcele triangulo componitur, ita quoque

quoque cum reliquis 3 elementis ex hoc ipso permutari non posse iudicauit; subesse tamen cubo terræ symbolo harmoniam quandam, totius harmoniæ mundanæ moderatricē, ex partibus eius cognouit, videlicet ê sex planis, duodecim lineis, octo angulis solidis, viginti quatuor planis, ex quibus cubus constat, id est, proportiones harmonicas, 6 ad 12 duplam, diapason; 6 ad 8 sesquialteram, diapente; 12 ad 8 sesquitertiam, diatessaron; 8 ad 24. triplam, diapason diapente; 6 ad 24 denique duplam, disdiapason. Sed quoniam præter has 4 solidas figuras regulares, quintam etiam constitui posse videbant ex pentagonis, quorum 3 in vnum compacta, solidum angulum conficerent, atque ita figuram complerent 12 basium, siue dodecaëdram, vt corpora, quæ naturâ constant, omnino responderent mathematicis, quæ Pythagorici Ægyptios secuti, naturalium ideò rerum prima dicebant principia; atque hoc dodecaedron vniuerso adscribebant, non vt nonnulli putant, quintæ essentiæ superlunari; sed quinto magno corpori vniuersi, ex quatuor primis corporibus simplicibus composito. Hoc pacto; 12 pentagonos isopleuros, quorum vnusquisque in 5 isoscelia diuidebatur, cum ita in vnum coaptari posse viderent, vt nihil vacui remaneret inter cōmissuras laterū, præterea, hi in cētro circuli coniūcti 12. pyramides pentagonas cōstituerent; mysteriū vniuersi subolfacientes; per 12. latera dodecaedri primò, 12. sedes Zodiaci, quem ipsi totius vniuersi terminum dicebant, referebant; hæ enim sedes quasi stellarum radioso influxu in centro terræ coniuncti, totidem pyramides constituebant pentaedras, 12 penetralium, per quæ Numina in inferiorem mundum influerent, symbolum, de quorū mystica ratione cum fol. 177. iam egerimus, id Lector consulere poterit. Quemadmodum itaque hæ 12 pyramides pentaedræ verticibus suis in centro terræ connexæ, ita aptè coniunguntur, vt nullum vacuum intermediū relinquant; ita mundi vita per Numina, quæ dodecaedris Zodiaci præsidēt ita per omnia diffunditur, vt nihil sit, quod non eam participet. Iterum, quemadmodum cubus terræ symbolum ex isoscelis componitur, ita & pentagoni dodecaedri, quo quidem mysterio nescio, quem occultum consensum notabant, Zodiaci masculi cum Terra fœmina, ê quorum coitu omnia nasci dicebantur.

Cubus totius harmoniam continet.

Dodecaedrō vniuersum notat.

Nam sicut ex bisectione isoscelis in cubo & pētagonis dodecaedri cōsideratis nascuntur scaleni, ita ex terra ceu principio passiuo, atque ex motu Planetarum sub 12 Firmamenti (quæ sunt veluti principium quoddam actiuum signis influxu q. in terram facto, nascuntur scaleni genetici, hoc est omnia in mundo sensibili entium diuersa genera.

Vides igitur, quomodò ex primis & simplicissimis lineis, & figuris ad corporum genesin, totiusq. corporeæ naturæ arcanum procedebant. Sicuti autem per circulum centro, radio, circumferentia trinum, triunam diuinitatem, ita per triangulum æquilaterum triunam diuinitatem in operibus creationis sese exhibentem, vti dictum est, notabant; & circulus quidem nihil

Triangulum æquilaterum Deum vt creantem notat.

ex se gignit, vt potè complementum & polygonorum omnium maximum infinitis lateribus constans, ita abditè solitariam vnitatem trinam signat, trigonus verò principium totius generationis, omnium reliquorum siue figurarum polygonarum, siue corporum, vt paulò ante ostensum fuit, genitor est; Hunc proximè sequitur isosceles, terræ & firmamenti symbolum, quod sequitur, Scalenum rectangulum, ad summa geneticæ naturæ mysteria indicanda. cōstat triangulū Scalenū, vti supra dictum est, tribus lateribus inæqualibus, totidemque angulis, recto vno, & duobus acutis; per rectum, constātem & immutabilem naturæ in operando legem; per duos reliquos, vnum maiorem subduplum motum augmentationis, per tertium subsesquialterum diminutionis, diuisionisque rationem indicabant; per lineam prætereà inferiorem, quæ basin trianguli constituit, significabant, teste Plutarcho, principium passiuum rerum, maximè terram siue Isidem; per normalem ei rectà insistentem, principium rerum actiuum, formam, Osirim siue solem: per hypotenusam denique siue subtensam vtramque lineam coniungentem, compositum, Horum, filium ex vtroque natum acutè indicabant; vide fol. 201.

Triangulum Scalenum, quid notet.



Sed videamus modò arcanum totius sub citati scaleni figurâ reconditum; latera huius se habent ad inuicem, sicuti 3. 4. & 5. vt in figura patet, vbi vides triangulum Isopleurum, sub ternario numero, quaternarium sub isoscele, quorū duo quadratū, & deinde cubū constituūt. Porrò 3. 4. & 5. simul iuncta faciunt 12, dodecaëdron naturæ, vt sicuti numeri in numeris, lineæ in lineis, figuræ in figuris implicite continentur; ita omnia in omnibus esse, occultè hisce præfigurabant. Præterea latus AB 3. in se ductū, cō. ficit 9. latus BC 4. in se ductum constituunt, 16. quæ simul iuncta constituunt tantum, quantum latus AC 5 in se ductum videlicet 25. arcanum ingens in mathematicis, & inuētionum infinitarum ferax, ab Ægyptijs primum inuentum; à Pythagorâ verò sub suo nomine propalatum; quo mundanorum corporum, adeoquè totius vniuersi genesin per geneticos triangulos, subtili sanè ratiocinio indicabant, sed hæc ex professò in Geometria nostra hieroglyphica.



Hinc infrà tria quadrata immediatè ponebant quinque triangulos Scalenos, ad indicandum, corporeum siue elementarem Mundum, quinq; entium gradus in se continere, in quæ triformis Numinis vis agat; est primus gradus purarum elementarium impressionum; alter Mineralium siue Metallicorum corporum; tertius vegetabilium; quartus sensitiuorum; quintus rationalis naturæ corporeæ; hi enim gradus entium, cum ex materiâ

teriâ & formâ componantur, aptè ea per totidem triangulos geneticos indicabant, hoſce verò triangulos in vnum maius triangulum diſponebãt, vt eo generationem in mundo quintupartitam oſtenderent. Quæ omnia cum fuſiſſimè ex varijs reconditorum ſcriptorum monumentis, cum in Oedipo, tractatu de Geometria hieroglyphica; tum in proprijs trianguli; quadrati, circuli hierogrammatiſmis oſtenderimus, hic fuſiores eſſe noluimus.

Inter quinque Scalenos occurrit alia figura ♀, quâ nihil aliud indicare voluerunt, niſi per innumeros circulos, & figuras diuinæ Mentis proceſſum, hoc eſt, per Geniorum orbem in Mundum ſiderium & elementarem, tandem ex hoc veluti infimo, per figuras recti-lineas indicato, in orbẽ diuinitatis, hoc eſt in ſeipſum reditum. Quem proceſſum aptè hæc præſens figura indicat, per lineam rectam circulo annexam. Verùm nè quicquam confinxiſſe videar, audiamus Alcinoum Platonis c. 14. qui ex mente Aegyptiorum ita pulchrè dicta deſcribit, vt ad hanc figuram reſpexiſſe videatur; hic vbi de mente diuinâ in corporeum mundum per varios circulos fusè agit; tandem hiſce verbis diſcurſum ſuum concludit. Figura cyclo-formis quid?

Ex omnibus denique circumuolutionibus, reuolutionibuſq́, abſolutus numerus, tempuſq́. complebitur, cum ad idem punctum ſidera peruenientia eiuſmodi recipiant ordinem, qualem linea quæpiam recta à ſupremo circulo vſque ad terram ſecundum perpendiculum conſiderata, omnium centra in ipſa conſpiciantur.

Occurrit tandem feretri figura ⊓, quo honorem & reuerentiam, quã ſupremo huìc Numini debebant, indicabant. Dicitur hęc figura feretrum ſacrum Ægyptiacè ϯcλʜ *Tisle* cuius ratio ſignificati, vt luculentiùs appareat, ab eius primis incunabulis ordimur. Notum eſt ex Clemente Alexan. lib. 6. Stromat. & Apuleij metamorphoſi, in pompis Comaſiarum Iſiacis, 4 ſimulacra, quas ipſi 4 literas appellabant, circumlata fuiſſe: inſtrumentum autem quo illa ferebant, in formam quadranguli parallelogrammi, vt illud myſterio quaternarum literarum vndequaque correſponderet, fuiſſe concinnatum, cruribus oppoſitis parumper protenſis, vt feretrum facilius geſtãtium humeris exciperetur; inſtrumentum ſimile ferè ijs, quo hodiè mortuos efferre ſolent. Duobus autem modis id confectum fuiſſe, forma in Obeliſcis paſſim obuia ſat ſuperque docet; primò per modum nudi quadranguli, cui ſuperimponebant tum ſacra ſimulachra, tum ciſtam opertaneam ſacrorum; ſecundò, per modum ciſtæ quadrangulo inſertæ, iuxta quã formã pariter ſpectanda proponitur. Hoc itaque inſtrumentum adeò Ægyptijs vſitatum fuiſſe legimus, vt id ob myſticas rationes quaternarij, in album hieroglyphicorum, ſicuti omnia reliqua inſtrumenta, quæ ſacrificijs cerimonijſque quouis modo inſeruiebant, aſſumpſerint: per quaternarium enim laterum, quadripartitam mundi plagam, aut quatuor elementa, in quam 4. Genij, quos ſupra impoſitos portabant, vim ſuam diffundere credebant, indicabant: nobile cum primis reddebant hoc inſtrumentum, ſacra lipſana quæ Quid feretrum notet?

ciſtæ

cistæ eiusdem condebantur; videlicet, phallus Osiridis ficulneus, tæniæ Isidis, περίαπτα & καὶ πέταλα Hori, similiaque absurda, apud eos in pretio & æstimatione habita, vnde dicebatur cista sacra, oportanea sacrorum, teste suida, κίσται ἱεραὶ & portantes eam κιστοφόροι appellabantur.

Cista Sacra quid?

Sacra dicebatur, quod operta esset, neque exposita profanorum oculis. Hanc autem summâ celebritate circumgestatam, feretroq. impositâ Apuleius in metamorphosi sua docet, his verbis: *Porrò cista secretorum capax penitùs cœlans operta magnificæ religionis.* Mysteriosa quoque Suidæ, dicitur: ἀπὸ τοῦ μύειν τὸ στόμα à claudendo ore, quod scilicet deceat eos, qui audiunt videntque diuinas cerimonias, & religionis arcana, os obturent, nec vllo mortalium enuncient; vt verò pompam augerent, non quilibet, sed ex magnalibus ad eam portandum assumebantur, adeo quidem, vt Lampridius & Ælius Spartianus dicant, hisce sacris initiatum olim Commodum Imperatorem, non dedignatum humeros subdere huic ridiculo oneri, dum sacra Isidis coluit, caput rasit, Annubim portauit. Hinc, etiá Plutarcho teste, phallus gestari solitus ponè virgines Canophoras & phallicum cani. Erant autē virgines Canophoræ, canistrum capite gestantes, in quibus omnes primitiæ essent repositæ; sed audiamus Aristophanem in Acharnaicis eas apposite describentem:

Aristophanes.

Πρόιθι ὡς τὸ πρόσθεν ὀλίγον ἡ κανηφόραι
Ὁ ξανθίας τὴν φάλλον ὀρθὸν στησάτω
Ἐγὼ δ' ἀκολουθῶν ἅσομαι τὸ φαλλικόν.

Vbi Scoliastes: Ἐν Ἀθήναις αἱ εὐγενεῖς πάρθενοι ἐκανηφοροῦσι τοῖς διονησίοις ἥντε ἐκ χρυσοῦ πεποιημένα τὰ κανὰ ἐφ' ἐν τὰς ἀπαρχὰς ἀπάντων ἐτέθεσαν.

Porrò qualia simulacra portarent in huiusmodi feretro, Clemens describit, cuius verba, cum passim in hoc opere citemus, fol. 121. & 128. ea consulere poterit ibidem Lector curiosus.

Feretrū quidē.

Cum itaque feretrum dictis sacrorum vsibus destinatum esset, tum ob mysticam figurā, tum ob alias fines, inter hieroglyphica symbola, locum inuenit; ita vt Deos & Numina debito honore celebranda significaturi, feretrum hoc pingerent. Patet itaque origo & significatum feretri.

Verum vt quæcunque hucusque de geniali Mundo, & Sacerdotum actionibus ei congruis, vti & de pōpis publicis, & de in ijs feretrorum vsu diximus, authoritatem plenam sortiantur, hic apponam verba Apulei, lib. 11. Metamorphos. quibus dicta adeò exactè describit, vt ijs olim interfuisse videri possit: *Sed & Antistites sacrorum proceres illi, qui candido linteamine cinctum pectorale adusque vestigia strictim iniecti, potentissimorum Deorum proferebant insignes exuuias, quorum primus lucernam præmicantem claro porrigebat lumine, non adeo nostris illis consimilem, quæ vespertinas illuminant epulas sed aureum cymbiū medio sui patore flammulam suscitans largiorem*; Atque hôc alludebant ad flammam bifurcatam ex capite pantamorphi emergentem: *Secundus vestitu quidem similis, sed manibus ambabus gerebat altaria, id est auxilia, quibus*

Apulei l. 11. met. pompæ Isiacæ descriptio.

nomen

nomen dedit proprium Deæ ſummatis auxiliaris prouidentia : Atque huiuſmodi ſtatua occurrit in obeliſco ſenniſerteo, ſint Flaminio, circa baſim obeliſci. *Ibat tertius attollens palmam auro ſubtiliter ſoliatam nec non mercurialem etiam caduceum* : Hôc verò alludit ad ſimulachra, quæ in Schemat. I. Hierográmat. II. Lat. III. ponûtur, palmis, & crucibus anſatis, quæ crux anſata, eadẽ cũ caduceo Mercurij Ægyptijs eſt, ſpectabilẽs. *Quartus æquitatis oſtendebat indicium, deformatam manum ſiniſtram porrecta pamula, quæ genuina pigritia, nulla calliditate, nulla ſolertia prædita, videbatur æquitati magis apta quã dextra; idẽ gerebat, & aureum vaſculum in modum papillæ rotundatum, de quo lacte libabat*. Vide huius veſtigia paſſim in tabula Bembina. *Quintus auream vannum aureis congeſtam ramulis; & alius gerebat amphoram. Nec mora, cum Dei dignati pedibus humanis incedere prodeunt; hic horrendum attollens canis ceruices arduas, ille ſuperùm comeator & inferùm: nunc atra, nunc aurea facie ſublimis, leua caduceum gerens, dextra palmam virentem quatiens; cuius veſtigium continuò ſequebatur bos in erectum læuata ſtatum. Erat & bos omnipotentis Deæ fæcũdum ſimulacrum; quod reſidens humeris ſuis proferebat vnus è miniſterio beato, greſſu geſtuoſo; ferebatur ab alio ciſta ſecretorum capax, penitùs celans operta magnificæ religionis. Gerebat alius felici ſuo gremio ſummi Numinis venerandam effigiem, non pecoris, non auis, non feræ, ac ne hominis quidem ipſius conſimilem* (forſan globum alatum) *ſed ſolerti repertu etiam ipſa nouitate reuerendam, altioris vtcunque & magno ſilentio tegendæ religionis argumentum ineffabile. Sed & ad iſtum modum fulgente auro figurata vrnula faberrimè cauata, fundo quàm rotundo, miris extrinſecus ſimulacris Ægyptiorum effigiata; eius orificium non altiuſculè eleuatum, in canalem porrectum, longo riuulo prominebat, ex alia verò parte multum recedens ſpatioſa dilatione adhærebat anſa, quam contorto nodulo ſuperſe lebat Aſpis, ſquammea ceruicis ſtricto tumore ſublimis*. Hactenus Apuleius; quam pompam hodie elegantiſſimè inciſam ſpectamus in columnæ fragmento, quod reperitur in Hortis Mediceis, è regione eius lateris Obeliſci, quod reſpicit hortos penſiles, & viã Pincianam, quam & hoc loco libenter inſeruiſſem, niſi temporis anguſtia intentum retardaſſet.

Certè Apuleium ſacrorum Ægypti conſcium, hoc loco verè & propriè, ſacras Sacerdotum cerimonias & pompas in ſolennitatibus Deorum celebrari ſolitas deſcripſiſſe, ei ſoli patere poteſt, qui aliquam rerum Ægyptiarũ notitiam habuerit.

Clauditur porrò hoc totũ Syſtema, ab omnibus alijs ſeparatũ, vt eſſet veluti inſcriptio quædam & ſummaria compendioſaq. omnium in Obeliſco contentorum epigraphe, claudebatur quoque, vt oſtenderent Numen Triforme totum Mundum in ſe continere, & omia in Mundo in diuina natura idem & vnum eſſe, iuxta illud phere cides de Hymno Iouis.

Ο θεὸς ὅτι κύκλος, τετράγωνος, καὶ τρίγωνος,
Κἄνος δ' ἡ γραμμὴ, κέντρον, καὶ πάντα τὰ πάντων:

DEVS enim eſt Circulus, & quadratum, & triangulus, & linea, & centrum,

trum, natura, & omnia omnium. Cum enim essentia diuina sit infinita, rectè Circulus erit infinitus, cum & quadratum, rectè erit quadratum infinitum, & cum triangulus rectè triangulum infinitum erit, & cum linea, & centrum sit, rectè illa in Deo erunt infinita, erit igitur circulus, sphæra, quadratum, triangulus, linea, centrum, in Deo idem prorsus; & punctum erit linea, & triangulus, & quadratum, & circulus, & Sphæra; quæ omnia geometricis rationibus demonstrata fol. 383. reperies. Cum enim diameter circuli sit linea recta, & circumferentia sit linea curua maior diametro, ergò circumferentia maximi circuli non quanti, quo maior esse non potest, erit minimè curua, quare maximè recta; coincidet itaque maximũ cum minimò, eritque idem, & circumferentia, & diameter circuli. Cum præterea diameter centro immobili circumducta aliquo vsq; triangulum; & tota circumducta, circulum describet; Diameter autem sit infinita, erit & triangulus, & circulus, quem describit, infinitus. Constat enim triangulum cuius vnum latus est infinitum, alia non posse esse minora, & quoniã quælibet pars infiniti est infinita, necessario infiniti trianguli latera erunt infinita; & quoniam plura esse infinita non possunt in eodem genere, ratio dictat, infinitum ex pluribus lineis componi non posse; licet sit maximus, verissimus, incompositus, & simpliciſſimus triangulus, & quia veriſſimus triangulus est, quia sine 3. lineis esse nequit; erit necessariò vna linea infinita tres lineæ, & tres vna linea simpliciſſima, in quâ angulus vnus tres, nec putes huiusmodi maximum triangulum quantum, nec ex lateribus & angulis compositum; sed in eo vnum, & idem erit linea infinita, & angulus, itaut linea sit angulus; quia triangulus est linea; quæ omnia sensibilibus, & quantitatiuis figuris repugnant. Idem de circulo, quadrato, & polygonis sẽtiendum est. Vt vel hinc subtile Aegyptiorum ingenium intelligas, quam quidem mirificam Theologiam occultâ quâdam allegoriâ in hoc primo hieroglyphico Schematismo, per circulos illos, & quadrata, & triangulos, & lineam innuere voluerunt.

Explicato itaque primo Schematismo, nihil restat, nisi vt quæcunque hucusque fusiùs forsan ostensa sunt, hic omnia per idealem quendam discursum hieroglyphicis denotatum, summatim ob oculos ponamus Curiosi Lectoris.

Obe-

Obeliſci Epigraphe
SCHEMATISMVS I.
Pars Orientalis.



Idealis Conceptùs lectio
hæc eſt.

Hierogram. I.

[1] Triformi Numini Hemphta, Menti primæ motrici omnium, [3] Menti ſecundæ opifici, ſpiritui [2] pãtamorpho; triuni, æterno, [1] principij & finis experti; Deorum ſecundorum Origini, quod Numẽ ex Monade ſua ſolitaria veluti centro, & apice in

I. Mundus Archetypus.

Hierogram. II.

mundanæ pyramidis amplitudinẽ diffuſũ, bonitatẽ ſuã primò contulit Mũdò intelligibili Deorũ ſecundorũ, oriẽtis præſidũ; q diuinitatis triformis charactere inſigniti triplicis Mũdi præſides cõſtituũtur. [A] Supremus in ordine, & choro ſuo Genius, virtutẽ ab Hẽphta participatã, per Aſcelas [EF] Genios iuſſis ei [*] obediẽtiſſimos inferiori Mũdo [III] cõtinuo influxu cõfert; vnde rerũ omniũ [K] varietas, nũc naſcẽtiũ [DL], nunc intereũtiũ [GK]; vt iterũ renaſcãtur, in inferiori Mũdo [III] origo; & ſic tandẽ humana felicitas completur, exemplar ſacerdotibus ad imitandũ in ſacris propoſitũ.

II. Mundus Angelicus.

Hierogram. III.

1 Hemphta ex cẽtro Monadis ſuæ [II] in dyadem, & hinc per dyadem, hoc eſt, Angelicas Mentes in triadẽ, mundi [III] hoc eſt in ſidereum mũdum ſenſibilem diffuſum: Supremo ſe communicauit Oſiri, id eſt ſolaris mundi præſidi. Hic virtute participata ſiderei Mundi Anima, dux & moderator [2] cælorũ agitator conſtitutus, ope ſenſibilium Deorum (planetarum) [6] Mundum vniuerſũ triformis Numinis charactere inſignitum [7] viuificat, [7] fœcundat, [7] locupletat.

III. Mundus Sidereus.

Hierogram. IIII.

[a] Monas per [b] dyadem in [c] triadem, & ex hoc in [c] tetradẽ [IV] diffuſa, hoc eſt IV. Mundum [e] elementarẽ, in eo per [a] Agathodæmonem [b] potentem, trinam ſuam diffuſionem, [c] potentiamq. [d] propagat, [e] in triplicem Elementaris Mũdi faciem, ſiue Hyleos Mundos: & hinc in generationis Sphæram [f] quintuplici Entium ordine diſtinctam lapſa, omnia ad [f] generationem, [7] fœcunditatem [7] vbertatem inſtimulat; expletoque demum bonitatis ſuæ [b] appetitu circulari, ex [k] infima materialium mundorũ miſcella, in ſolitariam ſuam [a] Monadẽ reuertitur, Numẽ [3] diuino cultu, & honore ab omnibus colendũ, & adorãdũ.

IV. Mundus Elementaris.

INTERPRETATIO. SCHEMATISMI I.

II. Lateris Meridionalis.

Qui Triformis Numinis, in Meridionalem Mundi plagam, diffusionem exhibet.

PRimus Schematiſmus Meridionalis lateris, quatuor pariter, vt prior hierogrammatiſmos continet, primus, & tertius idem cum priori ſunt, ſecundus & quartus diuerſi, vti differunt, ita diuerſum quoque ab alijs quidpiam ſignificant.

Primus itaque Hierogrammatiſmus eſt globus ὀφι-κυκλο-πτερόμορφος, Triformis Numinis ſymbolum, quod cum fusè in præcedenti Schematiſmo explicauerimus, eò lectorem remittimus.

Explicatio Figuræ.

Secundus Hierogrammatiſmus ſic ſe habet. A Figura prima fæminea cidari ſeu tiara in formam calathi perſeæ fructu grauidi inſignita, nuda, mammis turgentibus, verendis tamen caligis opertis, pedibus indiſcretis, quadratæ ſedi IK inſidet variegatæ; manu dextra B ſcuticam, ſiniſtra ſceptrum C Cucuphomorphon præfert. Huic figuræ aſſiſtunt ſimulacra D E, quorum prius E ſub forma maſculina nudum, ſi verenda ſub ligaculo lineo tecta excipias, diſcretis H pedibus, & ad currendam incitatis; caput vitta tegit, vittâ pennigerum tutulũ F, cuius medio circulus impoſitus, ſuſtinẽte; Manu dextra ſtatuã N Ypſilomorphõ, ſiniſtrâ Tauticũ charactẽrem, ſiue anſatam crucem O præfert; Alterum ſimulacrum D nudum penitus, capillis ſuſis, vberibuſque turgentibus fæminam mentitur, capite eius duabus pennis bifurcatis F, quas circulus intermediat, inſignito; manu dextra M cidarim ſiue Tiarã calathoformẽ, ſiue ſub calathi forma exhibet ſimulachro ſedenti; alteram verò manum contractam tenet. Quid porrò per hunc hieroglyphicum apparatum ſignificarint Aegyptij veteres, interpretandum aggredimur.

Per hunc itaque hierogrammatiſmum genialis mundi meridionalis pars indicatur, in quos perpetuò ſupremum Triforme Numen influit; per

quos

quos omnia, & ſingula meridionalis plagæ ordinat, diſponit, moderatur. Et primò quidem per primam figuram quadratæ ſedi inſidentem, vnum ex Vſiarchis, hoc eſt, principalibus Genijs denotabant, nudus eſt, quia ab omni terrenæ mixtionis cõtagione ſemotus eſt, verendis opertis viſitur, quia occultas ſeminalium rationum miſcellas, abdito quodam hominibus miniſterio, rebus omnibus indit; Calathum perſeoformem loco tiarę habet, ad abundantiam, quam confert, inſinuandam. Scuticam dextra tenet, ad Typhoniam vim, hoc eſt, ad aduersa omnia à rebus ſibi commiſſis profligãda diſpellendaque; Sceptrum, quod ſiniſtra tenet cucuphomorphon, varietatis rerum in Mundo producendarum index eſt; quadratæ ſedi, & variegatæ inſidet, ad dominium, & poteſtatem, quam in omnia eius plagæ ſibi ſubiecta habet, indicandam. Reliquæ duæ figuræ ſignificant aſſeclas Genios, at inferioris ordinis, quos Zonços, teſte Pſello, vocant Aegyptij ſub maſculino, & fæmineo habitu sũt, quo oſtendunt generationis principiũ actiuum, & paſſiuum, ſunt enim generationis præſides, & res ad generãdũ, & producendum ſollicitant; tutulos quoq; pennigeros in capite gerunt, vt promptitudinem & celeritatem voluntatis eorum notẽt, ad principis Vſiarchi mandatis obſecundandum, quam & pedibus diſcretis, & veluti ad currendum incitatis oſtendunt. Horum prior in dextra ſtatuam, ad indicandum, quo honore coli debeat; ſiniſtra Tauticum characterem portat, amuletum potentiſſimum, & triformis Numinis in Mundum elementarem per Genios, influxũs, indicẽ. Altera figura fæminea, dextrâ calathũ præbet, alteram contractam tenet; per calathum abundantiæ præſidiũ, per contractionem manus, efficacia in operando indicantur. Exhibitâ interpretatione, modò ſupereſt, vt eam congruis teſtimonijs ſtabiliamus.

Sceptrũ Cucuphomorphon quid?

Pſell. in Oracula Zoroaſtr.

Et primò quidem de globo alato, cùm fusè is in præcedentibus, fol. 400. expoſitus ſit, non attinet dicere. Quarè ad ſecundum hierogrammatiſmum progrediamur, in quo eędem prorſus figuræ occurrunt, quæ in præcedẽtis lateris Schematiſmo ſecundo, hoc ſolum differentiæ interuenit, quod alijs inſtrumentis tutuliſque muniantur. Et primò quidẽ quid ſceptrũ Cucuphæ capite inſignitum, quid Calathus perſeo-formis, ornamentum capitis, quid ſedentis habitus, ſtantiumque aſſeclarum, quid nuditas, quid ſedes quadrata, ex varijs Authoribus ſatis in præcedenti Schematiſmo oſtenſum fuit ſtabilitumque.

Explicatio Hierogrammatiſmi II.

Hoc loco tantũ sũmâ curâ nobis incũbit, vt, quid ſcutica in manu ſedẽtis, quid ſtatua, quid Tauticus character, ſiue crux anſata in manu ſimulachri ſiniſtrâ, quid manus ſiniſtræ in alterâ contractio, quid Tiara calathoformis in manu dextra, quid denique tutuli pennigeri proprié ſibi velint, varijs authoritatibus comprobemus.

Dixmus in præcedentibus ſecundum Schematiſmum Mundum intellectualem, ſiue Genialem referre, in quem primò triforme Numen influat; & conſequenter hoſce Genios nihil aliud varijs & differentibus inſtrumen-

ſignificatio mythica expo nitur.

tis, quibus instruuntur, nisi diuersa munia quibus in hâc mundi æconomiâ, veluti in distincta officia à Triformi Numine destinati, funguntur, significare; Et horum quidem alios Orientali, de quibus in præcedenti Schematismo dictum est; alios Meridionali; alios Occidentali, & denique Boreali plagæ præsidere. Est enim mundus plenus Dijs siue Genijs; Quos quidem quicunque cognouerit, vti volebant Aegyptij, omnium rerum felicitate refertus putabatur. Hinc ars sacrorum orta inuocationis Numinum, attractionisque Geniorum desideratorum per res eisdem conuenientes consentaneasque originem dedit, quæ omnia totidem ferè verbis ostendit Iáblichus: *Quando, inquit, per diuersas Mundi plagas Numinum fit distributio, intellige alias plagas, aliter Deorum munera pro sua proprietate recipere. Quod quidem considerans ars sacrorum operum, proprijs inuocationibus vtitur, quæ eiusmodi distributioni proprietatique Numinum consentaneæ videntur; Quælibet enim Mundi pars accipit aliquid à quolibet Deo, quilibet enim Deus, cuilibet parti Mundi totus adest, sed partes aliæ aliter hunc accipiunt, æther quidem ætherea, aer autem aereà suscipit ratione; Certis namq; materijs inuocationibusq; munera Deorum naturaliter attrahuntur.* Quæ verba ita clara sunt, vt Schematis. ferè exposuisse videãtur.

Iamblichus de myster. Aegypt.

Quid porrò per scuticam, quam supremus Meridionalis plagæ præses tenet, signetur, explicemus. Putabant Aegyptij, nõ genios tantũ benignos, & tutelares, sed & implacabiles quasdam potentias esse, de quibus Psellũ in oracula Zoroastri cõsule, quasi; Typhoniá sobolem vocabant, quæ nociua, & destructiuâ quâdam vi præditæ, insidijs, dolis, fraudibus, & liuore plenæ, bello implacabili cum tutelaribus Genijs perpetuò dissiderent; Contra hasce tamen potentias Typhonias, sese munire solitos Deos tutelares, qui vti fortiores, vtpotè Deo proximiores, ita facilè quoque malignis Typhoniæ cateruæ Numinibus resistunt, eorum curæ commissa omnia tutantur & defendunt; Huius tutelæ Symbolum erat scutica, quam tutelarium simulacrorum manibus inserebant, fiebatque vtplurimùm è caudâ bouis sacri; hanc enim maximam ad aduersas potestates profligendas vim habere rebantur, ob rationem supra in hieroglyphico bouis adductam; eratque variæ figurę. Hinc omnes tutelarium Numinum statuas & simulachra huiusmodi scuticis instructas videre est; quarum magnam mecum copiam habeo ex varijs Mundi partibus ad me transmissam; talis est statuuncula, quam ad me transmisit non ita pridem Eccellentissimus Medicus Paduanus Ioannes Rhodius, vir inter paucos sanè πολυδιδάκτος. Tales sunt, quas intra effigies, hieroglyphicas commentario in Lucretium operi sanè luculentissimo postposuit Ioannes Nardius Medicus, & Phylosophus clarissimus fo. 648. vbi in adyto quodam vides tutelarem pedibus indiscretis, manu sinistra scuticam tenentem; altera canis veluti caudam, signa aueruncatiua contrariarum potestatum; quorum è lateribus quatuor alij tutelares, Anubis sub forma canis; Accipiter sub forma Osiris; Mercurius sub forma Cynocephali, & Isis sub forma humana, singuli verò Scuticas

Ex qua materia Scutica auerrũcatiua fieret.

Figuræ hieroglyphicę Suctica instructæ.

Figura ex Nardio.

cas laqueoſq. in manu tenent, minitabundi & veluti ad contrarios ipſis Dæmones vinciendos; domandoſque parati; infinita huius generis vide in Oedipo, vbi, quicquid ad hác materiam pertinet, propoſitum ſuo tempore reperies; præ cęteris tamẽ hæc ſcutica apparet in imagine Harpocratis, Loto inſidentis, vt hîc luculenter apparet; quamq; ex Numis; quos Laurentius Pignoria, in fine menſæ Iſiacæ poſuit, excerpſimus.

Teſtis & huius Pauſanias Atticus, qui delubra deſcribens, inter alia ſimulacra, quorũdam mentionem facit, ſcuticas manibus tenentium quaſi ad feriendum paratorum; Erant autem huiuſmodi Scuticæ diuerſæ formæ, quarum omnium deſcriptionem in Oedipo, vbi & ſingulorum myſticas rationes reperies. Scutica itaque in manu Simulachri indicat tutelare Numen; Calathoformis verò Tiara, principatum; Manus extenſa, vti & ſedentis ſitus, authoritatem & dominium, qui hieroglyphicus ſitus proprius eſt illis ex maiorum Numinm choris, Genijs; ſitus verò ſtantium vicinorum indicat ſubiectionem quandá & promptitudinem ad obediendum, altiori præſidi Genio, quemadmodum in præcedenti Schematiſmo ſecundo oſtenſum, probatũque fuit. Nam vt rectè oſtendit Iamblichus his verbis: *Dij oſtendũt Deos vel Angelos circa ſe aſtantes*. In manibus tenent, primò quidem ſiniſtrà crucem anſatam, ſiue characterem Tauticũ, dextra ſtatuã in formam V portat. Altera tiaram Genio vſiarcho exhibens, alteram manum contractá tenet; quæ omnes maximas habent in natura rerum contemplationes. Character Tauticus, ſiue crux anſata, nulli non ſimulacro familiaris, vti ex omnibus mundi elementis conſtructus eſt, ita amuletũ contra aduerſas poteſtates omnium efficaciſſimum, meritò ab Aegyptijs iudicabatur; indicat prætereà proceſſum animæ mundi per omnia mundi membra; quem characterem cum fusè & ex profeſſo integro tractatu, quem Hietogrammatiſmum Characteris Tautici appellamus, diſcuſſerimus, eo Lectorem remittimus, vbi miſa prorſus & paradoxa ſub huiuſmodi abſcondita reperiet.

Explicatio Schematiſmi II.

Quid anſata crux in manu Geniorum.

Quomodo autem ab Hebræis ad Ægyptios peruenerit, & quæ ſignificata apud eos habuerit, docet Abenephius, his verbis:

الصوره الصليب الذي يطرفه الدايره بشكل المقبض وهو حرف قبله معبر من حم وحم من ذبح ابيه وذوح من حنوخ عوادريس ع م وحنوخ من شيث وشيث من ادم ع م وادم من رزيايل ملاكه وحم فيه فاعل عجايب عظيمه ومنه قبله عرميس ع م ووضعه في الحروف الطيور وده يعني الهيوج الروح الدنيا وكان الطابع محسوسيه وسر عظيم بطلسماتهم وجاذم قديم صن الشماطيه ——————— من ☼

Figura crucis in cuius capite circulus in modum anſæ, accepit eam Meſra à Chamo, & Cham à Noë, & Noë ab Hanuch, ipſe Idris, pax ſuper eũ, & Hanuch à Seth, & Seth ab Adamo patre eius, pax ſuper eum, & Adam ab Angelo ſuo Raziel. Cham verò ope eius fecit mirabilia magna, & ab eo accepit Hermes, pax ſuper eum, & poſuit eum inter literas auium, eſt autem hic character ſignum proceſſus motuſue ſpiritus mundi, & fuit magicum ſigillum, & ſecretum in talesmatis eorum, & annulus contra dæmones, & malignas poteſtates: Statua verò quam altera manu portat, indicat, quo honore & ritu Genius ille principalis coli & deuinciri debeat, vocamus Statuam ὑψιλόμορφον id eſt, ſub forma ypſilon, quod hæc litera lucidam ſignificaret pyramidem, quæ lucis ſemita, quâ inferiora á ſuperioribus illuminantur, & influxus diuinos participant, hinc & ſtatuas in huius literæ formam myſticâ quâdam ratione contorquebant, vt nihil abeſſet â ſacris, non myſteriis plenum; vide quæ de ſtructura Alphabeti myſtici fol. 129. fusè de hoc charactere diximus, & in Oedipo de ſtatuis hieroglyphicis in omnium literarum formas contortis. Vnde rectè Iamblichus; *Variis Deorum Ordinibus reſpondent in Mundo variæ ſpecies certæque certis, ex his verò variæ profluunt melodiæ, quæ componunt ſimiliter per ſuos quoſque motus certis Ordine Dijs, principijs motionum*, & cœtera, quæ ſequuntur, appoſitè ad rem noſtram. Nam vt rectè in Hierogrammatiſmo ſtatuarum probatum fuit, magnâ rationem tenendâ cẽſebant Aegyptij in ſtatuarũ ſitu & geſtibus, qui quantò erant reconditiores, tantò maiorem vim continere putabãtur, teſte Iamblicho, ad attrahendũ repellendumue. Vide quæ in præcedentibus ex Plotino de huius generis argumento produximus. Porrò etſi huiuſmodi ſimulachrum, Genialem Mundum referret; ſimul tamen Sacerdotibus modum exhibebat, Deorum ritè colendorum, ſacrificiorumque iuxta myſticas & legitimas Ceremonias inſtituendorum; ita vt quales Genij ſe exhibebãt, tales ſe in Sacrificijs præſtarẽt Sacerdotes, vt Genijs tutelaribus, quibus litabatur conformiores in operationibus ſacris fierent, & tamdem quod peterent, obtinerẽt. Nam vt rectè Iamblichus. *Oportet Sacerdotes apparitiones Spirituum regula Ordinis totius examinare, & cauere, nè à ritu Sacrorum aberretur vnquam, quæ enim multis ſeculis & operoſo labore in Sacris comprobata ſunt, nefas eſt, ex nonnullis repentè incidentibus temerè iudicando mutare*: quę omnia cum variè ex omni doctrina veterum hoc in opere probata ſint, conſultò authoritates ſuſiores hîc omittendas duxi; inſtar omnium ſic Iamblichus, qui pulchrè noſtra cõfirmare videtur, dum

dicit,

Quid geſtario ſtatuunculę in manu Geniorum.

Iamblichus.

Sacerdotes ad normam Symbolorũ quibus Genij inſtruebãtur, omnia in ſacrificijs peragebant.

Iamblichus, de myſter. Aegypt.

dicit, *in materialibus vltra corporeas qualitates latere etiam rationes, & ſpecies, & menſuras incorporeas, atque diuinas, per quas quæ adhibentur, ſint congrua dijs: Nã parua quædam congruitas rerum noſtrarum ad Deos nobis ſufficit, vt illud ab illis hauriamus; illi enim ad hoc ſemper promptiſſimi ſunt, propter bonitatem naturalem mirabilemque potentiam; Cauſa verò præpotens agit in materiam vel exiliter præparatam.* & alio in loco, *neque enim dij, neque ſequaces eorum vel transformant naturam ſuam in aliqua ſimulachra, neque hæc in aliud, ex ſe producant, ſed veras ſui formas in veris animæ moribus illuſtrant atque demonſtrant.*

varia ſymbolorum ſignificatio

Genij itaque exhibiti hoc ſymbolorum apparatu, quid à Sacerdotibus fieri vellent, oſtendebant. Hinc Sacerdotes eodem prorſus ritu, cerimonijs, formâ, habitu, ſitu, quem Genij referebant plagæ alicuius mundanæ præſides, ad eoſdem propitiandos ſacrificare ſolebant; vti paulò ante ex Iamblicho patuit; adeò quidem, vt hic typus, ſicuti in præcedenti Schematiſmo quoque innuimus, præter typum, quo Genialem Mundum refert, typus quoque ſit ſacrificiorum eodem ritu inſtituendorum, quæ hoc loco indicaſſe ſufficiat. Genius ſiniſtrâ manu Tiaram præferens, indicat poteſtatem influxûs in inferiores res fidei ſuæ commiſſas, ſiniſtrâ manu contractâ, efficaciam, vti alibi probauimus in operando notante. Atque hæc de ſecundo hierogrammatiſmo ſufficiant.

Tertius hierogrãmatiſmus Accipiter eſt Tutulatus, vnà cum globo Serpẽtifero, quod hieroglyphicum cùm in præcedenti Schematiſmo vtpote, idem cum ipſo, fusè deſcripſerimus, eo Lectorem remittimus; Denotat enim triforme Numen in Mundum ſiderium illapſum, & in Sole, cuius accipiter hieroglyphicum eſt, potiſsimùm ſe manifeſtantem, vt pulchrè Mercurius, quem alibi citauimus in Aſclepio docet.

Quartus Hierogrammatiſmus ita ſe habet. primo ſe offert in eo bouis figura, ſub quo decuſſis; hanc excipit brachiũ extenſum Capreolum vitis manu tenens, poſt quam figu-

ra

ra Agathodœmonis, quam denique sequitur statua in formam literæ V situata. Sed explicemus singula.

Quid Bos indicet.

Per Bouem Agriculturę Deum Osirim siue Apin denotabant, cuius mysticas rationes, & arcana recondita in Hierogrammatismo Bouis amplè ex omni Orientalium doctrina probauimus. Decussis ostendit ascensum, descensumque animæ Mundi siue Triformis Numinis in sole operantis; vti enim in Osirim influit, ita hic in omnium humano generi necessariarum rerum inuentionem suppeditationemque, quam & manus extensa Capreolo vitis instructa appositè docet. Quæ omnia docet Abenephius his verbis. بصورة الثور كانوا يعنوا العبدة الارض وبيد مبسطة الحسنة الارواح Hoc est, *per Bouis signum indicabant seruitutem terræ, per manum verò extensam beneficientiam Geniorum*. Quid verò per Capreolum vitis (est autem Capreolus nihil aliud, quam extrema illa, & vltima teneriuscula pars vitis, vel cucurbitæ, aut Cuscutæ, quæ in helices quasi lineas conuoluitur, suntque veluti manus quædam vitis ad sese fulciendas â natura ordinatæ, quicquid enim apprehendit, adeò tenaciter eidem se circumuoluit, vt ea vix extricari possit, atque hoc Capreolo pulchrè sanè indicabant vegetabilis naturæ appetitum, quo in superiora, à quibus vitam obtinent, feruntur; Deindè hoc Capreolo quoque vitis inuentionem, quam Osiri acceptam, teste Herodoto, Diodoro, Eusebio, Clemente, referebant. Hinc in sacrificijs vitis huiusmodi, vti & perseæ, myrti, palmæq. frōdes in manibus gerebāt, de quibus fusè folio 362. & quos in Hierogrammatismo proprio citatos vides, referebant. Sequitur figura A, quam Agathodœmonem significare folio 125. ostendimus, & probauimus.

Quid per Capreolū vitijs.

Idolum verò indicat Isin, siue Terram, cum quâ Osiris Agathodœmon congrediens, teste Eusebio, & Plutarcho, rerum in Aegypto varietatem producit; vndè situm habet ad recipiendum aptum, in capite vrnam habet, ad abundantiam, quæ ex hac commixtione oritur, demonstrandam, quæ quidem duplicem sensum habent; vel vt Bos per Solem, & Isis, per Lunam; vel vt Bos per terram; per Aquam, siue Nilum, Isis intelligatur, quorum vtrumque Plutarchus asserit ab Aegyptijs esse receptum; Aquâ enim & terrâ congredientibus; mira illa terræ fertilitas, quam Authores tantoperè deprædicant, resultat, quam beneficentiam per brachium extensum cum manu Capreolū tenente expresserunt, teste Diodoro apud Causinum. ἡ μὲν δεξιὰ τοὺς δακτύλους ἐκτεταμένους ἔχουσα, σημαίνει βίου πορισμόν, *Dextra digitos extensos habens significat suppeditationem rerum necessariarum*, ἡ δὲ εὐώνυμος τήρησιν καὶ φυλακὴν κρημάτων, *Sinistra verò contracta conseruationem & custodiam facultatum*. imò ipsam terram Aegypti per brachium designatam Abenragel in descriptione Nili pulchrè docet.

والارض مصر التي هي مبسطة من جنوب الى الشمال تحت صورة الذراع الانسان الذي وزيده قلوه ملكي مثل النيل وابوابه مثل اصباء ——— ✡

Hoc est, *Aegyptus ex Austro in Boream rectà protensa est, instar brachij huma-*

humani, & Nilus per medium eius transiens instar venæ cardiacæ, & cum Mari appropinquauerit, tunc terram veluti in digitos quosdam manus diuidit; vndè & ab antiquis Aegyptijs dicta fuit brachium Osiridis, vide quæ de hoc argumento plura, & curiosa in nostra Chorographia Aegypti in Oedipo proferimus, atque adeò indè Agathodœmones Aegypti nomen sortiti sunt, vt alibì in hoc opere sæpè probatum fuit. Cum verò Nilus ex Austro in Boreá rectà tendat, & tota terra Aegypti sub eâdem longitudine eumdem situm obtineat, hinc & Meridionalem plagam, teste Plutarcho, effluxum Osiridis, quod Nilus in ea oriretur, dixerunt; quem beneficum effluxum cum Typhonia Tyrannis, hoc est, vis Solis adustiua, & exsiccatiua impedire moliatur; Hinc tutelares hosce Aegypti Genios aduersis potestatibus oppositos, & huius plagæ meridionalis præsides ad vim Typhoniam perfringendam, veluti contraponebant: vti oraculum Zoroastris habet: ἔχει κόσμος νοερὰς ἀνυοχῆας ἀκαμπεῖς, *Habet mundus quadamtenus sustentatores intellectu præditos & immobiles*. Psellus verò dictum oraculum fusius his verbis explicat. *Chaldæi, & Aegyptij, posuerunt potentias in mundo, quas nominarunt mundi duces siue rectores, quod mundum motibus cum prouidendi cura regant. Has igitur potentias siue facultates appellat oraculum sustentatores, quod mundum vniuersum sustineant; Atque immobilitate quidem declaretur illarum vis firma, ac stabilis, sustentatione verò custodiæ atque conseruationis cura.* Quæ apprimè suprà per Genios sedentes, & baculis fulcitos innuimus; pergit porrò Psellus. *Istas autem facultates designant per solas mundorum causas, & immobilitatem. Sunt verò, & aliæ nonnullæ potentiæ, quas implacabiles vocant, vt quæ validæ, atque fixę, adhæc inferiora nunquam flectuntur; & in causa sunt, vt animi ab effectuum illecebris neutiquam demulceantur; sunt & nociuæ quædam potentiæ, perpetuam ad nocendum subuertendumque inclinationem habentes;* ἀγαθοδαιμόνων ἀντίτεχνει. Sed de his vide nos alibi discurrentes: vides igitur hierogrammatismorum contextum, Quem & hoc ideali discursu ob oculos ponimus curiosi Lectoris, hac verborum Epigraphâ, vt sequitur.

Obeliſci Epigraphe.

SCHEMATISMVS I.

Lateris II. Auſtralis.

Idealis Conceptùs lectio hæc eſt.



I. Mundus Archetypus.

Hierogram. I.

[1] Triformi Numini Hemphta, Menti primæ motrici omnium, [3] Menti ſecũdæ Opifici, [2] Spiritui pantamorpho, Triuni Numini, æterno, principij & finis experti; Deorum Secundorum Origini; quod ex Monade veluti apice quodam in Mundanæ

II. Mundus Angelicus.

Hierogram. II.

pyramidis amplitudinem diffuſum, bonitatem ſuam primò cõmunicat Mundo intellectuali Geniorũ, qui ſub Duce [A] Chori Auſtrini [B] Tutelari, per [2D] Aſſeclas Genios [Hh] celeres, efficaces, prõptos, ſubſtãtias ſimplices & materiæ expertes, virtutẽ participatam poteſtatemque [Kl] inferiori Mundo communicant. Exemplar Sacerdotibus propoſitũ, vt ad eos propitiandos in Sacrificijs analogo ritu operẽtur. Ab his virtus à ſupremo Numine communicata

III. Mundus Sidereus.

Hierogram. III.

in ſiderium Mundum deriuatur, vbi, Oſiris potẽs ſolis ſenſibile Numẽ, omnia virtute [3] ſua, fæcundat, [3] eſſentiã vitã & motũ largitur, reb[9] vera sẽſibilis Mundi anima, Dux & moderator, [4] agitatorq. cœlorũ, [4] ope Aſſeclarũ ſenſibilis mũdi Geniorũ, [2] Mundũ ſenſibilem triformis Numinis charactere inſignitũ [3] viuificat [3], fœcundat, locupletat.

IV. Mundus Elementaris.

Hierogram. IIII.

Hic [a] Apis ſiue Serapis fœcundus Aegypti Genius eſt, qui virtutem à ſuperis acceptam [b] quodripartito influxu in omnia Auſtro ſubiecta [d] beneficus, per [f] Genium Nili Nephthen diſtribuit, Aegypti [e] Agathodœmonem; vndè omniũ rerum humano generi neceſſariarum vbertas & abundantia emanat, per quæ tandem humana felicitas completur.

Horum omnium rationes Lector tùm in præcedentibus, tùm in proprijs hierogrammatiſmis explicatas videat.

SCHE-

SCHEMATISMVS I.

Lateris III. Occidentalis.

Triformis Numinis in intellectualem, ſiderium, & elementarem Mundum, & in Occidentalem plagam influxum exhibens.

PRimus Hierogrammatiſmus in hoc latere eſt globus alatus, qui quid indicet, iam dictum eſt, videlicet, triformis Numinis naturam.

Secundus Hierogrammatiſmus denotat Genialem Mundum, in quem primò influxum ſuum exerit triforme Numen; vbi princeps huius chori, vt in præcedenti Schematiſmo patuit, ſedi quadratæ inſidens, ſcuticâ pariter inſtructus, manu dextrâ veluti præcipiens quidpiam, ſummam, quâ ſuos in miniſtros valet, authoritatem & dominium exprimit. Scuticâ verò cõtra ſiniſtras poteſtates tutelam innuit. Cætera cum in præcedentibus explicata ſint, non attinet hoc loco repetere; Aſſeclæ Genij nuditate, ſitu, geſtu, anſatiſque crucibus inſtructi, quid velint, iam ſæpe dictum eſt, tutulis pennigeris poteſtatem, ac ſupremi Numinis participationem indicant, anſatas cruces deorſum protendunt, ad indicandum appetitum ad influendũ in inferiora fidei ſuæ commiſſa; pennas in manibus tenent, quaſi eas principi Genio exhibentes, ad celeritatem & promptitudinem oſtendendam, quâ nutibus eius ſtant, quamque, & pedibus ad properandum incitatis indicant; Quorum alter à ſiniſtris ἰβικέφαλος, alter λεοντοκέφαλος, hic Ibiceps ê Lunaris, alter Leoniceps è Solaris claſſis ordine ſe eſſe oſtendunt: Hoc autem ita eſſe, ea quæ in Hierogrammatiſmo Ibidis & Leonis propoſita ſunt, luculenter docemus fol. 325; & clarè Euſeb. l. 1. huius trãsformationis cauſam docet: *Hos igitur deos Terram, aiunt, luſtrare vniuerſam, hominibuſque modò ſacrarum animantium figurà, modò hominum vultu, modo alia quàpiam ſpecie tectos ſe præbere interdum videndos, cum illi ſint, à quibus omnia reapſe procreentur; adeoque poetam cum in Aegyptum appuliſſet, ac ſermones eiuſmodi cum eo ſacerdotes communicaſſent, quaſi rem fieri ſolitam, quodam ſuo poeſios loco, ita celebraſſe.*

Explicatio omnium ſymbolorum.

Quin etiam interdum peregrino Numina vultu
Mille nouis luſtrare ſolent noſtra oppida formis
Faſque nefaſque ſimul propiori lumine cernunt.

Tertius Hierogrammatiſmus, accipiter videlicet tutulatus, cum globo ſerpentifero, quid ſibi velit, in præcedentibus quoque dictum eſt.

Ad quartum ergò Hierogrammatiſmum progrediamur, in quo primò figura κυκλολογικὴ catenæ occurrit, quæ occultè indicat, trium Mundorum, quos circuli notant, hucuſque deſcriptorum, concatenationem: ita Abenephius: السلسلة في علامة النظام العالم عالي مع العالم ـــــــــــ ي *Catena figura eſt connexionis mundi ſuperioris cum inferiori*. Sequitur Anubis ſub canis figura abſcõditus, qui Oſiridis, teſte Plutarcho, & Diodoro, cuſtodiã innuit, & vnum ex quatuor præcipuis Ægypti Tutelaribus indicat, cui in-

cœlo respondet Syrius siue Canicula, Ægyptiacè ⲥⲓⲱϯ, vel Sothis dicta, teste Horo, Ἀστροκύων sidus caninum, in humidam naturam influens; quæ omnia pulchrè sanè Plutarchus, his verbis describit: τῶν τὸ ἄστρον τὸν Σείριον Ἰσιδὸς νομίζουσι ὑδρογωγὸν ὄντα, hoc est: *Ex sideribus Syrium Isidi adscribunt, quod aquam ducat;* Quod verum esse Vrna siue Vas Niloticum, quod cani subiungitur, ostendit. Huic autem subiungitur vas Niloticum, siue Hydria ad indicandum præsidium incrementi Nili. Quod quidē vas Niloticū nil aliud significare, ostendit idem hic Hierogrāmatismus in alio quodam Hieroglyphico monimento seu potius fragmento, quod in domo nobilissimi Viri Hippolyti Vitelleschi Equitis, Antiquarij celeberrimi videtur, vbi Isidis statuæ apponitur canis cum vase Nilotico, cuius corpus immodicè protuberat cum latissimo labro & collo strictissimo, vti in fig. b. patet. Non ignoro hæc vasa diuersæ figuræ fuisse, quas suo tempore vidè in Hierogrammatismo Hydriæ, seu vasorum Niloticorum, vbi omnium differentiam pro alia & alia mystica ratione expressa exhibuimus. Anubis itaque hoc loco Genius Ægypti tutelaris cum vase Nilotico incrementi Nilotici præsidium pulchrè indicat. Canem autem & Anubim eadem esse, in Hierogrammatismo Canis probatum vide. Canem quoque ad Isidem referri, tum ex verbis Plutarchi satis patuit, & simulachrum Isidis mammis turgentibus vnâ manu Capreolum vitis tenētis, alterâ vas pariter Niloticum, sat luculenter in Hierogrammatismo exprimit, queis; pulchrè indicatur primò præsidium tutelare in humidū naturæ elementū, siuè Nilum, quo terra, quā Isis referebat, per anni decursum irrigata in vegetabilium procreationem animatur, quam symbolicè vt in præcedentibus dictum est, indicabat capreolus primitiæ plantarum in omnibus vegetabilibus, quam fœcunditatem & mammis turgentibus indicat; imò hæc omnia ita sese habere expressis verbis docet Horus lib. 1. c. 3. ἐνιαυτὸν δὲ βουλόμενοι δηλῶσαι, Ἶσιν τοῦτέστι γυναῖκα ζωογραφοῦσι; τῷ δὲ αὐτῷ καὶ τὴν Θεὸν σημαίνουσι; Ἶσις δὲ παρ' αὐτοῖς ἐστὶν ἀστὴρ αἰγυπτιστὶ καλούμενος Σῶθις, ἑλληνιστὶ δὲ ἀστροκύων; hoc est: *Annum indicaturi, Isin, hoc est mulierem pingunt, quo etiam signo Deam significant. Est autem apud eos Isis sidus, quod Aegyptiacè Sothis, Græcè Astrocyon dicitur* quod pulchrè sanè contextui symbolorū respōdet Vt proindè nō incōgruè canē posuerint supra Isidem, hoc enim, teste Plutarcho, aqua maximè ducitur, quæ ab Isi attracta, generationis rerum omnium terrestrium causa est. Statua verò ita conformata est, vt ipsa conformatione membrorum exprimat rationem influxûs à superioribus potentijs, quà acceptam, quà communicatam inferioribus, quod aptè exprimitur per simulachrum decussiforme, de quo in sequentibus fusiùs. Pedibus indiscretis est, vt terreni Numinis designarent immobilitatem & principij passiui in conceptibus rite formandis, conditionem. Hincenim emanans rerum, beneficentiâ huius Numinis & liberalitate in terram Ægypti collatarum abundantia, per brachium extensum cum Capreolo vitis aptè indicatur. Nam vt rectè Diodorus apud Causinum; sinistra contracta conseruationem & custodiam facultatum vti significat, ita extensi digiti suppeditationem rerum vitæ necessariarum, haud incongruè designant.

Plutarchus de Osir. & Isid.

Vas Niloticū quid?

Anubis vel Canis quid?

Horapolio.

Epi-

Epigraphe Obeliſci
SCHEMATISMVS III.
Lateris III. Occidentalis.

Hierogramm. I.

Idealis Conceptùs lectiò hæc eſt.

[1] Triformi Numini Hemphta; [2] Menti primæ Motrici omnium; [3] Menti ſecundæ opifici; [4] Spiritui pantamorpho Triuni Numini, [1] æterno, [3] incorruptibili [4] principij & finis experti. Secundeorum origini; quod ex Monade ſua veluti centro

I. Mundus Archetypus.

Hierogramm. II.

quodam in Mundanæ pyramidis amplitudinem diffuſum, bonitatem ſuam communicat intellectuali Mũdo Geniorũ, qui ſũt Occidentalis Mundi [EF] præſides, & ſupremi Numinis miniſtri ſub Duce [A] ſupremo, [B] Tutelari cuius imperio [K] obediunt; hic [A] Archetypæ poteſtatis charactere inſignitus, virtutem [A] participatã, [EF] Aſſeclis Lunæ-Solaribus Genijs cõmunicat; qui [L] influxum, acceptum [I] celeres deriuant in inferioris Mundi [CD] Occidenti ſubiectam œcõnomiam, vario ſuo habitu, ſymbolis, geſtu, in ſacrificijs auſpicãdis, ad aduerſas poteſtates diſpellẽdas, & bonos genios propitiãdos, quid fieri debeat, rudiũt

II. Mundus Angelicus.

Hierogramm. III.

Ab his virtus in Mundum Sidereũ deriuatur, vbi [1] Oſiris Senſibilis Mũdi Solare Numẽ, cum Aſſeclis [4] planetis [2] omnia virtute ſua [3] fœcundat; eſſentiam, Viam & motum largitur rebus, vera ſenſibilis Mũdi Anima, Dux & Moderator, [4] agitatorque cœlorũ, Mundũ Sẽſibilem triformis Numinis charactere inſignitũ [3] viuificat, [3] fœcundat, locupletat; & hic virtutem participatam in Mũdum Elementarẽ

III. Mundus Siderius.

Hierogramm. IV.

deriuat, & in eo, quæ Occidenti ſubſunt, propagat; in hac Elementaris Mundi parte [a] Anubis & [c] Iſis [d] concatenatum influxum cælitùs excipiẽtes, reliquis ſuæ curæ & tutelæ commiſſis rebus imprimunt; vndè Nili [be] fœcunditas [f] & beneficentia [g] & liberalitas Numinum, & conſequẽter rerum omnium Aegypto neceſſariarum vbertas, humanæ felicitatis complementum, emanat.

IV. Mundus Elementaris

Rationes horum myſticas Lector tum in præcedenti explicatione, tum in propriijs hierogrammatiſmis explicatas videat.

SCHE-

SCHEMATISMVS I.

Lateris IV. Borealis.

Triformis Numinis in triplicem mundum, & borealem plagam influxum exhibens.

DIuiditur hic Schematiſmus pariter in quatuor alios Hierográmatiſmos. Primò quid per globum ὀφι-κυκλοπτερομορφον indicetur, in primi lateris huius Obeliſci Schematiſmo explicatum, probatumque fuit.

Sequitur Hierogrammatiſmus ſecundus Mundi Genialis, in quem triforme Numen, per dictum globum alatum indicatum, immediatè influit; prima itaque huius ſecundi Hierográmatiſmi figura omnia communia habet cum reliquis trium recenſitorum ſecundi ordinis Hierogrammatiſmorum, præter tutulum, qui cum oppidò myſterioſus ſit, eum paulò fuſius enodandum duxi; conſtituitur is ex flamma bifurcata è capite emergente, cum circulo in medio, ex quo duo emergunt tumidis ceruicibus aſpides, cum folijs perſeæ; circuli denique medium figura Scarabæi inſignit. Dico itaque hôc principalem huius plagæ denotari Genium, à triformi Numine multis priuilegijs & qualitatibus imbutum, quas diuerſitas ſymbolorum in tutulo eluceſcentium appoſitè indicat; & per flammas quidem, ignea notatur vis in eo emergens, ſiue ſumma, vt alibi diximus, intellectualis virtutis ſublimitas, ſubtilitaſque omnia penetrans; & ideò in capite ponitur; per ſerpentes & fœcunditas, & in formarum productione viuacitas; perſeæ folium Sapientia eſt, in aſſidua perpetuaque rerum fidei ſuæ commiſſarum diſpoſitione elucens. Scarabæus denique in centro circuli, diffuſionem eius in vniuerſum Mundũ notat, quem per Scarabæi ſymbolum indicabant, de quo ſymbolo vide quęſo Lector, quę in Hierográmatiſmo XVI curiosè tradidimus. Mundũ autẽ per ſcarabæum Ægyptios ſignificaſſe, Horus docet lib. 1. hierogl. 10. μονογενὲς δὲ δηλοῦντες, ἢ γένεσιν ἢ πατέρα, ἢ κόσμον, ἢ ἄνδρα: κανθαρὸν ζωογραφοῦσι. *Vnigenum*, inquit, *aut ortum, aut patrem, aut mundum &c. ſignificantes, Scarabæum ſcribunt:* Et paulò poſt: κόσμον δὲ ἐπειδὴ κοσμοειδῆ τὴν γένεσιν ποιεῖται. *Mundũ verò ſignificant per ſcarabæum, quod ad Mundiformem ideam fœtus procurationem peragat. Nam certo anni tempore bubulum excrementum nactus, materiam eam ſibi ſuſcipit elaborandã.* Quod primò ſtatim Pacis ſuæ verſu Ariſtophanes: αἶρε μάζαν ὡς τάχιστα κανθάρῳ, quo loco μάζαν poëta pro excremento ponit, vtcunque primùm ex eo pillulas conficit, vt iam Mundi ipſius formam initio imitetur;

Tulus figuræ mediæ myſterioſus.

Sculptor ex errore Serpentes omiſit in tutulo.

Explicatio figurę.

Quid flãma, Serpentes, Scarabæus.

Scarabæus mundi nota.

Horapollo.

vel

vel vt Clemens ait, lib. 5. Stromat. ἐπειδὴ κυκλοτερὲς ἐκ τῆς βοὸς κοπρὸν χῶμα πλασσόμενος ἄντικρὺ στόμος κυλινδῶν; & poſtea, *Mox eas ab ortu occaſum verſus poſticis impellens pedibus non intermiſſa rotatione protrudit, ipſe interim auerſus Orbem ſpectat, quaſi de induſtria det operam, vt ipſius cœli exemplar intuendo, imaginem eius exprimere conetur, quid verò illud, quod inter trudendum à ſubſolano in Africum fertur, quaſi aſtrorum curſui fieri obuiam contendat, qui quidem proprio motu ab Africo in ſubſolanum fit;* Verum cum omnia huius hieroglyphici arcana, in proprio Hierogrammatiſmo ex omni Orientalium doctrina quàm amplisſimè tradiderimus, eum Lector curioſus adire poterit, vbi miranda quædam ab Ægyptijs circa naturam huius animalis notata reperiet; vt proindè non ſine cauſa magnæ hũc poteſtatis Geniũ in omnia Mũdi corpora, hôc ſcarabæoformi tutulo inſignitum, Ægyptij adumbrarint. Aſeclæ Genij, nihil diuerſum à præcedentis Schematiſmi ſymbolis habent, præter ibiformem à dextris Genium aſſiſtentem, manu globum ſerpente circundatũ offerentem; quo arcanè inſinuare voluerunt, Lunaris naturæ Genium, ſiue humidi elementi præſidem, qui aptè per ibidis caput indicatur, dùm globũ ſerpentiferũ, principi Genio offert; quia tam etſi humidum ad omnem generationem requiratur, niſi tamen igneus accedat ſpiritus, ſiue calor fęcundatiuus, quem vt in primò Schematiſmo oſtendimus, globus ſerpentifer refert, nuliũ rerum naturalium effectum nos conſequi poſſe, indicatur, cum omnis generatio in calido & humido cõſiſtat; precari itaque videtur Genium principem, vt humido elemento vim ſuã caloris & fœcunditatis, viuacitatiſque vigorem per influxum cõmunicet; Alter autem Genius ſtatuam porrigit, vt ſpiritu infuſo vim acquirat, id efficiendi, quod intenditur; Hinc in ſacrificijs Sacerdotes ad ſimilia à Genijs impetranda, ſi nilibus ritibus, geſtibus, ſymbolis vtebturã, vt in innumeris huius operis locis oſtenſum eſt, adeoque hîc Geniorum Hierogrammatiſmus, ſacrificiorum à Sacerdotibus, vt vim habeant, inſtituendorum exemplar quoddam ſit & idea.

Clemens.

Operationes Scarabæi myſticæ.

Ibiforme ſymulachrum quid ſit

Quid globus ſerpentifer.

Sequitur Tertius Hierogrammatiſmus, Accipiter tutulatus cum globo ſerpentifero memorato, quo, vt dixi, ſiderei mundi anima, Solis in-

Accipiter tutulatus.

quam

quam aptè indicatur; cuius symbolicum apparatum cum in primo Schematismo fusè explicauerimus, eo Lectorem remittimus.

Catena quid.

Quartus Hierogrammatismus ita se habet; primò se offert figura cyriologica catenæ, trium Mundorum concatenatorum per tres circulos indicatorum symbolum, vndè & Ægyptiacè πιμυρ id est, *connexio* dicitur. Est enim concatenatus quidam influxus Triformis Numinis in Mundum Intellectualem Geniorum, & hinc in siderium & deniq; ex hoc in Elementarem, quem hic præsens quartus Hierogrammatismus refert, cuius influxûs figura catenæ symbolum est, quæ Algazielis Arabis testimonio confirmãtur, qui in libro de Influẽtijs ita dicit: كل من يعرف السلسلة التي تلفق بها العالم العالى مع التحتي هو يعرف الاسرار الطبيعة ويفعل معجزات بكل ما يريد hoc est, *Qui norit Catenam connectentem mundũ superiorem cum inferiori, is cognoscet mysteria naturæ, & mirabilium patratorem aget.*

Fol. 140. edit. Bas.

Hermes quoque hanc catenam tribus veluti annulis connexam, fato, necessitate, & ordine, disertè describit in Asclepio, his verbis: *Fatum ergò ò Asclepi siue ἱμαρμένη, ea est necessitas omnium, quæ geruntur, semper catenatis nexibus iuncta*; & paulò post. *Hæc itaque ἱμαρμένη siue fatum rerum omnium parit principia, altera verò cogit ad effectum, quæ ex illis primordijs dependent. Has ordo sequitur, id est contextus & distinctio temporis rerum perficiendarum. In omnibus his Mundus iste est perfectus, omnia itaque indiuiduo connexa sunt glutino.*

Catenæ è regionè respondet figura crateris sacri, quem in libaminibus sacrificiorum adhibere solebant, atque hoc ita docet hieroglyphicum Schema, in Amphora quadam Ægyptia (cuius typus ex Ergasterio Pereisciano, ad me trãsmissus) in quo sacrificuli Deo Mophta, siue Nili Genio sacrificaturi, hãc figurã manibus tenebãt, veluti craterem quendam, cũ liquore apropriato Dijs, Ex quo mihi figuræ huius significatio primùm innotuit. Cratere autem primò mentem diuinam, intra quem anima demersa, diuinorum contemplationem & intelligentiam Dei nacta, menti ὁμοιόμορφος efficitur, notari; ita in Pimãdro docet Trismegistus f. 36. *Cũ craterẽ patulũ animà impleßet, præconem misit iubens talia quædam animis hominum nunciare; mergat seipsam in hanc paterã quæcunq; potest, quæ videlicet credit craterem animã ad eum qui dimiserat reducturum, quæue finem noscit, cuius gratia nata fuerit. Quicunque igitur præconium exaudierunt, seque merserunt in mentem, ij cognitionis partici-*

ticipes effecti sunt, mentemque suspicientes in homines perfectos euaserunt; non mersi in ignorantia manserunt; Atque hæc est ò Tate scientia mentis, diuinorum scilicet contemplatio; & intelligentia Dei in diuino existente cratere. Hinc Græci quoque craterem Ioui affinxerunt, in quo omnia commixta essent; sed & de hoc alibi. Atq; hæc quoad sensum anagogicum.

Secundò per *a* craterem hunc denotabant iuxta physicum sensum influxum mentis supernæ in Genialis primò, deindè hoc mediante in siderei, & elementaris mundi humidum, quæ sanè aptè indicabant per subiectam Vrnam *c*, qui est Vrceus Niloticus capiti Ibidis *d* innixus, quem, Herodoto & Plutarcho testibus, adhibebant in sacris, & certis festis præ foribus ponebant, in beneficiorum, quæ per Sothis, siuè Mercurium, & Osiridem siuè Nilum accipiebant, memoriam Vrnam siquidem Sothi seu Osiridi dedicatam testatur Hecatæus lib. de sacrificijs, præsens enim, inquit, vrna in sacrificijs, quâ Deum colerent, mos erat εἰωθεν δὲ προσφέρειν τὴν χοῦν ἐν τοῖς ὁσίοις. *Solebāt autem proferre vrnam in sacris*, vti alibi dictum est, & his verbis prosequitur Hecatæus apud Pierium.

Hydriam itaque quandam ingentem summo cultu, & attonitâ pene veneratione prosequebantur, quam obtentam, & casta religione susceptam, in ædem solemni pompa gestabant, quo cum peruenissent, terræ procumbentes manibus ad Cælum sublatis, ijs gratiam agebant, qui prius diuinæ benignitatis munera mortalium vsui communicassent, vtpotè qui ex humore oriri omnia persuasum haberent. Vnde, & similes vrnas in varias figuras transformabant Geniorum Niloticorū proprias, vt vel hinc Canoporum originem Lector cognoscas; Sed vide, quæ de Canopis eorumque varijs differentijs tùm in Prodromo, tùm in Oedipo disserimus. Quod autem Liberum siuè Osiridem, quem non vini tantùm, sed & omnis humidæ naturæ dominum, atque principem faciunt, hâc vrnâ siue Nilotico vase in sacris circumlato referant, Plutarchus docet his verbis. *Bacchus lætitiæ dator gratis frugibus arbores fæcundat. Eaque causa est, quod Osiridis Cultoribus nejas est arborem hortensem perdere, aut fontem aquæ obdurare; Non solum autem Nilum, sed omnem simpliciter humorem* ὀσιρίδος ἀπορροὴν, id est, *Osiridis effluxum vocant, & ante Sacra in pompa semper præcedit vas aquarium in honorem DEI, & ficus folio, Regem ac meridionale mundi clima pingunt, interpretanturque folium ficus irrigationem & fœtationem omnium, videturq; naturà simile genitali membro*, de quo pluribus actum vide in materia de phallo: & in oëdipo de Phallophorijs, Ithyphallicis, siuè Dionysiacis sacris. Plutarchus lib. de Osir. Isid.

Huic vrnæ itaque paulò post respondet caput *d* ibidis vnà cum vnco *c*, siuè harpagine sacro è regione emergente, quo tutelam indicabant Genij Nilotici siue Mercurij. Nam, vt ostensum fuit in Hierogrammatismo Ibidis, erat Ibis eiusque membra proprium Mercurialium rerum symbolum; Eratque vnus ex quatuor Aegypti Genijs in humida tutelam suam exerens. Verùm quomodò vncus siue harpago tutelam indicet, videamus. Est hoc hieroglyphicum in omnibus passìm Obeliscis frequentissimum, & indi- Quid Harpago. Ibidis caput quid?

Harpago in forma Ibidis factus.

cat extractionem Hori aqua ſubmerſi per Ibin, vnde, & ad memoriam rei hamum hunc ſacrum *e* efformabant in formam colli cum protenſo roſtro vncum referentis, quem, vti in Alphabeti myſtici ſtructura oſtendimus, Ægyptiacâ voce ΧΡΕΧΧ vocabãt, ſcilicet normã, vel extractionẽ. Nam ab

Harpago facer Aegyptiacè *Gamar*, id eſt, extractio

Ibide primum detectum, atque ex Nilo, in quem à Typhone, & Titanibus, teſte Diodoro, proiectũ fuerat Corpus Hori, extractum cuſtoditumq; fuiſſe, Hecatæus apud Sophianum clarè docet. Sed vide quæ alibi copioſiùs de hoc hieroglyphico harpagone diſſeruimus. Atq; hinc Aegyptij ſacrũ vncũ ſub forma colli Ibidis *d* cũ roſtro exhibuerunt, cuius magnus erat, tùm in ſacrificijs; tũ in hieroglyphicis vſus & ſignificatio, pulchrè enim hôc tropolo-

Horus aquis merſus quomodo à Mercurio eruatur?

gicè innuebant Horum, qui ſenſibilis Mundi typus erat, ſub aqua merſum, rerum in mundana machina contentarum obliuionem, & ignorantiam, à qua eos liberabat Mercurius, abſcondita Mundi eruens, atque in conſpectum hominum educens, quę humano generi ſcitu neceſſaria erant, ſub forma ibidis edocebat, quod & ſequens hieroglyphicum trium *f* quadrãgulorum maiorum, & trium quadrangulorum minorum mõſtrat; per 3. quadrangula quaternã in Zodiaco triplicitatem, quâ tria anni tempora cõſtituuntur, notabat; vel vt paulò clarius dicam, triplicitatem quaternariã Zodiaci, cuius vnaquæque quatuor manſiones, quę per quatuor quadrangulorum latera indicantur, continet; per has enim Sol tranſiens, trium anni temporum, videlicet veris, æſtatis, & hyemis differentiam efficit (in tot enim partes annus veteribus Aegyptijs diſtribuebatur, horæque dicebantur) Iterum per dictam triadem quadrangularem *f* indicabantur duodecim menſes, quos Sol per duodecim ſigna tranſiens efficiebat; appoſuerũt prætereà tres quadrãgulos minores, qui numeros partiũ notabãt, in quas ſingulos totius anni dies, & noctes diuidebant, quaſi diceres paruos menſes, iuxtà analogiam quandam ad menſes duodecim, ita vt tempus ſingulorum dierum, matutinum veri, meridianum æſtati, veſpertinũ nocturnũq; hyemi reſponderet; atque hâc diſtributione à Mercurio ingeniosè facta, omnium in Elementari Mundo rerum generationem productionemq; denotabant: Quæ Diodorus hiſce verbis confirmat lib. 1. c 2. *Illi enim* (Ægyptij) inquit, *tunc quatuor mẽſibus annum cõficiebant ſecundum tria tempora, æſtatem videlicet, ver, & hyemem; quæ cauſa fuit, vt quidam Græci annos vocarent Horos, quaſi dicas anni tempora, & annales horographias*; Cùm enim Horus filius Oſiridis & Iſidis ſit, id eſt mundus ſenſibilis, per Solem & Lunam perficiatur; Hinc Diodorus in eodem capite ait: *Hos Deos arbitrari aſſerũt vniuerſum circumire orbem, ac nutrire augereque omnia tribus anni temporibus, motu continuò perficientes orbem (id eſt Zodiaci) Vere, æſtate, atque hyeme; hæc inuicem contraria annum conficiunt firma concordia, quorum Deorum natura mutum conferat ad omnium animantium generationem, cum alter igneus*, per accipitrẽ appoſitè, *altera humida atq; frigida*, per Ibidis caput cũ vrna ſuprapoſita indicetur. *aër vtrique communis*. Quam quidem mirificã temporum harmoniam

Diodorus.

Mercu-

Mercurium ibimorphum indicasse, Diodorus docet his verbis: *Imprimis astrorum obseruator fuit Mercurius, & vocum harmonias inuenit, lyræ insuper ex neruis trium chordarum, instar trium anni temporum repertorem tradunt; tres enim instituit voces, acutam, grauem, mediam; acutam ab æstate, grauem ab hyeme, mediam à verè sumens, quæ miram cum dictis symbolis consonantiam ostendunt*; quod verò quadrangulum annum indicet; expressè docet Horus lib. 1. cap. 5. ἔτος τὸ ἐνιαυτὸν μένον γράφοντες, τέταρτον ἀρούρας γράφουσιν. *instante annũ significantes quartã arui partem pingunt. Est enim Arura spacium* 100. *complectens cubitos*, cuius integrum aruum erit 400. cubitorum, & cõsequẽter quadratũ eius latus 20. cur autem $\frac{1}{4}$ agri spatium pro indice anni assumpserint; Horus citato loco describit; & nos alibi fusè pertractauimus.

Atque hic est Horus ille à Mercurio ex aquis ignorantiæ extractus & in lucem ductus, quo vita mundo datur, vt appositа figura Hori quadrangulis subiecti vnâ cum serpente designat; Horum enim, quem inter hieroglyphica, infantile caput fascijs veluti inuolutum signat, sensibilem mundũ denotari Plutarchus multis verbis docet; ex Eudoxo enim Aegyptiam fabulam recitat; Iouem videlicet pedibus inter se connatis feriantem ab Iside ad gressum expeditum fuisse; cuius fabulæ hoc erat ἐπιμύθιον; Dei mentem inconspicuam, & larentem sua natura esse, motu autem ad rerum procreationem processisse; hinc vel per caput infantile, vel per pedes, vt per reticulatam vestem, cui inuolutum fol. 212. exhibuimus; illum exprimunt; Atq; indè quoq; Hori defluxit descriptio, quem Luna, seu Isis mundi mater in aqua repertum vitæ restituit, & immortalem, vt fabulantur, fecit; genitalis enim aquæ vis, & Luna sublunarium Regina mundum, & fœcundant, & immortalem quasi per varias rerum vices efficiunt; hinc apud eosdem Aegyptios inualuit opinio, Lunam, & Solem oculos Hori fuisse; quin & in paludibus apud Butum à Latona primùm enutritum; quæ omnia ad nostram interpretationem alludunt; & Ceraste capiti Hori appositus apertè docet; Nam serpentem Ceraſtem siue binis cornibus conspicuum humidocalidum animal, vitam significare in proprio hierogrammatismo ostendimus, ob duo videlicet, humorem, & calorem, quibus vita in omnibus animantibus conseruatur. Patet igitur ex dictis mirabilis quidam hieroglyphicorum contextus. Explicatis modò quatuor laterum Obeliſci Schematismis, nihil restat, nisi vt iam summatim singulorum in vnum colludentium concordiam exhibeamus, quod tum appositè fiet, vbi prius totius idealis conceptus in singulis Schematismis eluceſcentem lectionem compendiosis verbis ob oculos curiosi Lectoris posuerimus.

Idealis Conceptus lectio hæc est.

Obelisci Epigraphe

SCHEMATISMVS I.

Lateris IV. Borealis.

I. Mundus Archetypus.

[1] Triformi Numini Hemphta; [2] Menti primæ Motrici omnium; [3] Menti secundæ opifici; [3] Spiritui pantamorpho, Numini triuni, æterno &c. Quod ex Monade sua veluti ex centro & apice quodã in

Hierogramm. I

II. Mundus Angelicus.

Mundanæ pyramidis amplitudinem diffusum primò bonitatem suam communicat II. Mundo intellectuali Geniorum [CD]Boreæ præsidum, sub Duce [A] Pantamorpho [B] archetypi Solis imagine insignito, qui [F] ignea quadam & penetratiua [G] vi imbuti, & contra aduſtiuam Typhoniam vim muniti [E] influxum deriuant in inferiorem [HI] Mundum; exemplar Sacerdotibus propositum ad operationes in sacrificijs analogo ritu expediendas propositum.

Hierogramm. II.

III. Mundus Sidereus.

Ab his Virtus in Siderum III. Mundum deriuatur, vbi [1] Osiris sensibilis Mundi Anima [2] Mũdum virtute sua [3] animat, omnibus essentiam, vitam, motum tribuendo, qui [4] Cœlos assectarum ope agitans, omnia inferiora motu, lumine, calore fœcundat, viuificat, locupletat. Hic virtutem participatam in Mundum.

Hierogramm. III.

IV. Mundus Elementaris

Elementarem, potissimum in Borealem Mundi partem & craterem [a] deriuat; Cui [d] Mercurius & [g] Horus præsunt, qui humorẽ [c] beneficum ex cratere [a] contra aduſtiuam [e] Typhonis violentiam temperant; & [b] concatenato quodam influxu per [f] anni duodecim menũm [f] dierũque curricula, omnibus inferioribus [b] vitam largiuntur.

Hierogramm. IV.

Horum omnium rationes Lector tùm in præcedentibus, tùm in proprijs hierogrammatismis explicatas videat.

ANA-

ANACEPHALEOSIS EROTEMATICA,

QVA

Difficultates nonnullæ, quæ Lectoris animum, variè se supra dicta reflectentis, in rerum adductarum confirmatione dubium reddere poterant, per breues quæstiunculas soluuntur enodanturque.

NE vllus in animo Lectoris Curiosi, & intima sectantis scrupulus relinqueretur, hoc loco opportunè hanc Erotematicam Anacephaleosin subnectēdam duxi; in qua plenè Lectoris votis nos satisfacturos confidimus.

Reflexiones circa symbola Hierogrammatismi I.

QVæritur igitur primò. Cur character ὀφι-κυκλο-πτερόμορφος Triformis Numinis immediatè ponatur sub apice Obelisci? Respondeo, quia cùm per pyramidem siuè Obeliscum Aegyptij Vniuersi amplitudinem quadripartitam significarent, aptè sanè per apicem, ad quem omnes lineæ concurrant, & in eo tanquam in centro omnium vniantur, Numen supremum indicarunt; quod ex monade sua in multitudinem lapsum, vti causa, vita, & veluti anima omnium est, ita omnia ad idem reuertuntur, tanquam ad Authorem, & Effectorem omnium, à quo essentialiter pendent; de quibus vide vltimum caput libri secundi de mysterijs pyramidis. Cur globus alatus ad apicē ponatur pyramidis?

Quæritur secundò. Quid in alatis globis tres ordines pennarum? Respondeo Aegyptios ijs significasse æternas supremi Numinis Triformis Archetypi ideas, & exemplaria rerum in trium Mundorum classibus eluceſcētia. Nam, vt rectè Clemens, solebant Aegyptij res subindè exiles adhibere ad res magnas indicandas. Quid in alis globi 3 ordines pennarū?

Quæritur tertiò. Cur Serpens non supra globum, sed infra emergat? Respondeo, hoc eos Mentis Opificis naturalem appetitum, & veluti nisum quendam ad mundis inferioribus se communicandum, indicasse. Cur serpens infra globum emergat?

Quæritur quartò. Cur in trigono à reliquis per figuram retinaculi (quod signum diuisionis ipsis erat) seperatus sit globus ὀφι-κυκλο πτερόμορφος? Respondeo hoc ipso triunam Numinis essentiam (quam & trigonus & globus alatus cum serpentibus indicabat) in æternitatis abysso absorptam suæ beatitudinis contemplatione ita fruentem, vt tamen semper appetitum ad creationem haberet, quod triangulus vltra productus pulchrè indicat, significasse. Quod retinaculum?

Quæritur quintò. Cur in singulis Obelisci partibus illud triforme

symbo.

ſymbolum poſuerint; Reſpondeo, vt omnipræſentem eo Numinis ſupremi influxum, qui per quadripartitam Mundi plagam indicatur, innuerent.

Reflexiones circa ſymbola Hierogrammatiſmi II.

Cur ignis trigono cum globo alato ſucludatur.

QVæritur primò. Cur hi Secundi Hierogrammatiſmi in trigono vnâ cum ſymbolo triformi incluſi ſint? Reſpondeo, hôc illos indicare voluiſſe, Genialem Mundum, ſiue Angelicam ſubſtantiam, immediatum Creatoris opus eſſe, ei quam ſimillimum, ſimplex, incorporeum, quod intellectu ſolo omnia conficiat; & ſicuti expreſſimum, & immediatum Dei ſimulachrum, in quod Numen immediatè influat, tanquam in ſimillimũ ſibi ſubiectum, hinc ob ſimilitudinem, quam cum Deo habet, pulchrè ſanè in eodem trigono, vt pote ſupremi Numinis charactere inſignitum, in ſingulis Obeliſci partibus incluſerunt, vt oſtenderent, Mundum eorum gubernationi commiſſum, eorumquè miniſterio omnium in Mundo ſenſibili partium vel minimas res diſponi, ſingulorum curam geri.

Quæritur ſecundò. Cur tot, tantiſque ſymbolis, ſitu, geſtu, corporis habitu dicti Genij diſtinguantur? Reſpondeo, eos diuerſa, diſtinctaque, quæ in Mũdo, appropriatiſq; eiuſdẽ partibus obtinent, munia ſignificare voluiſſe; Hinc medius Genius ſedentis figurâ, & tutulo præ reliquis conſpicuo inclytus, ſceptro prætereà inſtructus, principatum ſui ordinis, & chori; dominium prętereà, & ſummam poteſtatem in reliquos ſibi ſubditos indicat. Reliqui verò veluti ad capeſcenda Ducis imperia, ſtantes, pedibuſque ad currendũ veluti incitatis huic, neſcio quam promptitudinem exhibent.

Quod varietas illa ſymbolorũ in genialis mundi Schematiſmis.

Quæritur tertiò. Cur ſtruppi illi, ſiue multiformibus ſymbolis inſigniti tutuli potiſſimùm in capite gerantur? Reſpondeo, eos ſignificare voluiſſe; quod omnis poteſtas, dominium, principatus, vita, & influxus primò fiat â ſupremo Numine in genialẽ, ſeu intelligibilem Mundum, aut in intellectum, & rationem, cuius organum ſecundum analogiam quandam ad hominem factam, cerebrum eſt, facultatis rationalis, & intellectualis pars, vnicum rerum faciendarum archetypum; per ſymbola vero, quæ manibus geſtant, oſtenditur facultas operatrix, & executrix eorum, quæ intellectus præſcribit.

Struppi quid.

Quæritur quartò. Cur ſubinde Genij tranſformati iam in faciem hominis, modò in accipitrinam, Ibiacam, felinam, bouinam, caninã formã exhibeantur? Reſpondeo, hôc eos ſignificare voluiſſe diuerſa officia, quibus omnia, quæ in mundo ſunt, adminiſtrant; & partim inſenſibiles, partim ſenſibiles Genij ſunt, per illos, qui humana facie pinguntur, inſenſibiles Genios exhibent, ſolo intellectu, & inuiſibili quadam aſſiſtentia omnia moderantes; per reliquos verò ſub formis animalium cõparentes, ſenſibiles Deos indicant, qui ſub formis animalium totum orbem circumeũtes, teſte Triſmegiſto, humanum genus erudiunt; Sic Mercurium ſub for-

Cur ſtatuæ, tã multi formes?

ma

ma Canis, ſub forma Bouis Oſirin, ſub forma Felis Iſidem, & ſic de cæteris, vti paſſim in toto hoc libro oſtenſum eſt; Hinc transformatos illos, vt plurimum, indumento tectos videmus, reliquos verò inſenſibiles nudo, & ſubtili corpore, vtpotè ſimplices, & ab omni materiæ contagione diſiunctos.

Quæritur quintò, Cur ſub forma fœminea, & maſculina exprimantur? Reſpondeo, ad oſtendendum, eos totius generationis præſides eſſe; eſſe præterea in Mundo intellectuali quandam ſexûs diſtinctionem, ſecũdùm analogiam quandam factam ad hominem, & animalia; vnde partus videlicet intellectualis reſultet, ex quo infinita rerum varietas naſcitur. Quid forma maſculina, & fœminina?

Quæritur ſextò. Cur in ſingulis lateribus tres tantum Genij, & in omnibus lateribus ſimul iuncti duodecim ponantur? Reſpondeo, vt proceſſum rationis diuinæ exprimerent ex monade in dyadem, qui numerus cùm imperfectionem quandam arguat, aptè per eum Mundum II. ab Archetypo, videlicet Genialem indicabant, vtpotè qui reſpectu eſſentiæ ſupremi Numinis imperfectionem quandam notet, quæ per binarium numerum, ſiue multitudinem, vti dixi, indicatur, vt in dyade Obeliſci explicatum eſt; Ex monade tamen in triadem quoque mouetur, quam trigonus, cui includuntur, & numerus Geniorum indicat, eò quòd immediatum, vt dixi, opus à ſupremo Numine profectum, ſit Mundus Angelicus, quæ prima creata Trias dici poteſt, ob ſupremam, quam inter creatas res habet perfectionem; ſicuti Triforme Numen Trias dicitur increata. Si verò tres Genij vnius lateris in quatuor latera ducantur, naſcuntur duodecim, per quem numerum vniuerſitatem rerum appoſitè notabant, vt alibi explicatum eſt; per 3. igitur Genios, tùm excellentia naturæ angelicæ, tùm tres claſſes, ſiuè ordines, in quos in præſidium inferiorum rerum diſtincti ſunt, & per 12. vniuerſi Mundi adminiſtratio, per eos peracta, intelligitur; caue tamen, ne triadem ordinis, cũ triade perfectionis cõfundas. Cur 3. genij tantùm in vna facie?

Reflexiones circa Hierogrammatiſmum III. & IV.

QVæritur primò. Cur poſt Mundum Genialem, Accipitris figuram poſuerint in quadrangulo? Reſpondeo, ad indicandum Mundum ſenſibilem, ſiue corporeum, qui per quadrangulum aptè indicatur, vti ſuprà ex Platone probauimus; Cùm quantò ſeries Mundorum à primo Archetypo circulari Mundo plus receſſerint, tantò ob angulorum, figurarumque varietatem imperfectiores ſint, & tantò plùs à monade, & triade recedãt; hinc inter monadem, & tetradem aptè poſuerunt triadem angelicam, vt indicarent, influxum in Mundum corporeum fieri in tetradem, mediantibus Genijs.

Quæritur ſecundò. Quid ſibi velint ſtriæ illæ lineares, & circulares in alis accipitris? Reſpondeo, eos indicare voluiſſe, cælorum conuerſiones Quid ſtriæ in alis accipitris

fieri

fieri per ſenſibiles potentias Oſiridis affectas in Mundum inferiorem, per lineares ductus deſignatos, quibus motus cauſa rerum omnium exhibetur.

Quæritur tertiò. Cur quartus Hierogrammatiſmus quadrangulo pariter incluſus, quadrangulo maiori includatur? Reſpondeo, Cùm dictus hierogrammatiſmus Elementarem Mundum exhibeat; appoſitè eos per diſtinctum minus quadrangulũ maiori incluſum eũ retuliſſe, vt potè qui à ſidereo Mundo tanquam contentum à continente concluderetur, gubernaretur que; Hinc Oſiris ἱερακομορφος eidem inſiſtit ad indicandum abſolutiſſimum, quod in eum obtinet dominium.

Quæritur quartò. Quid poſt quatuor Mundorum ſibi mutuò concatenatorũ exhibitionem per lineas illas a b c tranſuerſas, & per 7. ad ſuperiores normales, quarũ quæ ſignantur numeris d f g h, diſiũctæ, i k l verò ſuperioribus coniũctæ, oẽs, intra ſpatiũ R S X Z, cõtinẽtur? quid prętereà per sũmã denariã, quę, 3 ad 7 additis, cõſtituitur, indicare voluerint? Scio multos putaturos, hæc parerga quædam eſſe, & ornamenti locum obtinere; Qui tamen acutum Aegyptiorum ingenium penitius ſcrutatus fuerit, videbit apud Hierogrammatiſtas, vti nihil myſterijs vacuum, ità ne hoſce quidem lineares ductus arcanis myſteris caruiſſe?

Quid per ductus lineares.

Reſpondeo, eos per haſce lineas, veluti numericas figuras, totum dictarum rerum contextum, veluti in numerica quãdam idea exhibuiſſe; quemadmodum enim Archetypus ſupremus Mundus per dyadem in triadem, & tetradem Angelicam influit, ita 1 Oſiris corporei mundi Dux, & Moderator; ex monade ſua, hoc eſt, ex centro Solis, in quo, ceu anima, reſidet, cuolutus, primò in binorum mundorũ c e, Siderei, & elementaris dyadem, ab hinc in corpoream rerum f triadem, hoc eſt generationis Sphæram, quæ per tres lineas tranſuerſas a bc aptè inſinuantur, labitur, per tetradem, hoc eſt, quadruplicem Mũdi corporei portam, quæ per quatuor normales lineas d f g h indicãtur, tandem veluti per canales in totius vniuerſi indiuiduas res, quæ per hieroglyphica ordine in ſingulis lateribus ſequentia

Explicatio linearũ Schematũ; quæ in præſentis figuræ baſi intra ſpatiũ R S X Z cõtentã ſpectãtur.

indi-

indicantur, aptè exhibetur; tria autem transuersa parallelogramma a b c, cum quatuor d f g h normaliter positis disiunctisq; conficiunt 7, numerũ mysticum harmoniæ mundi, qui numerus etiam indicatur per septem lineas literis d i f k g l h signatas, quæ tribus superioribus transuersis coniunctæ, constituunt decem, decadis mysticæ, reuolutionis rerum omnium ad suum principium, symbolum; quod verò septem lineæ normales coniungantur cum tribus a b c transuersis, per id indicatur, ex triade corporea influxum superiorum per quatuor mundi portas continuari in omnem inferiorum indiuiduarum rerum ambitum; atque adeò quicquid in capite de mysteriosa figura obelisci, mysteriosum exhibuimus, hic in epitome quadam contentum spectemus. Vide quæ à folio 126. vsque ad fol. 130. de hisce fusè egimus.

Quæritur quintò. Quid habitus ille varius Geniorum indicet, cùm præter transformationem variam in manibus nunc statuas, nunc globum serpentiferum, nunc pennas, nunc simile quid portent? Respondeo, hoc eos indicare voluisse rationem sacrificiorum instituendorum, quæ à sacerdotibus ad Genios propitiandos ritu prorsus analogo institui debebant. Hinc sacerdotes, vt alibi ostendimus, in adytis sacrificaturi, eo habitu, situ, gestu, eoque symbolorum apparatu, quo Genios, quos propitiari intendebant, ab Hermete in Obeliscis repræsentatos videbant, procedebant; credebant enim, nihil ad Numina quà placanda, quà attrahenda potentius esse, quàm analogo ipsis rerum apparatu, cerimoniisque sacra peragere, quæ omnia alibi ex Plutarcho, Iamblicho, alijsque comprobata sunt. Sed audiamus Porphyrium, qui in libro de abstinentia quæcumque in hac Anacephaleosi explicata sunt, ità pulchrè confirmat, vt ad dicta alluisse videatur; *Nos itaq; sanctos antiquosque imitabimur, veluti primitiarum Numinibus ex ipsa contemplatione dicantes, quam nobis superi tribuerunt, & cuius nobis vsus ad veram salutem necessarius. Hinc Pythagorici circa numeros lineasque versati, ex his etiam Dijs plurimum tribuerunt, alium quidem numerum Palladem nominantes, alium verò Dianam, Apollinem alium; rursus alium iustitiam, alium temperantiam, ac similiter in figuris; atque ita sacrificijs similibus, Dijs adeò placuerunt, vt vnumquemque Deorum suis oblationibus aduocarent, eorumque beneficio frequenter ad diuinationem, & vaticinium vterentur; Dijs autem, qui sunt intra Cœlum, siuè cursu quodammodò pererrantibus, siuè non errantibus, inter quos primatum tenere Solem, deindè Lunam existimandum est, cuiusmodi ignem etiam quasi ipsis cognatum accẽdere & offerre consentaneũ erat.* Et paulò post de Platonicis loquens, ita dicit: *Tradunt verò in hunc modum, primus quidem DEVS, cùm sit incorporeus, immobilis, impatibilis in nullo, neque etiam in seipso cohibitus, nullo eget externo, neque etiam mundi anima eget externis; possidet enim, & continet ipsum, quod est trina dimensione perfectum, facultatemque naturaliter sẽ mouentem, & suaptè natura discreuit benè ordinatéq; moueri, mouereque Mundi corpus secundùm optimas rationes; excepit autem seipsa corpus atque complexa est, quamuis in*

Quid habitus & instrumẽta Geniorum notent?

Porphyrius.

corporea ſit itaque ab omni paſſione libera. Dijs autem reliquis, ac Mundo, Stelliſque, quæ omnia ex anima, & corpore conſtant, oculis manifeſtis ſacrificandum eſt inanimatis. Vide Porphyrium in libro de ſacrificijs, & abſtinentia animalium.

Hieroglyphica hic exhibita conſona ſunt Orthodoxæ religioni.

Vides igitur, ex hiſce paucis quæſtionibus, nihil adeò exile fuiſſe Aegyptijs, quod non ad myſteria ſua arcana exhibenda aſſumpſerint. Habes hic etiam, quomodò Pater Filium generet, & quomodò ex his Spiritus procedat; habes quomodò à Triuno Numine Mundus hic productus ſit, habes Angelorum in varios choros diſtributorum ordines, habes Mundum eorum tutelæ & conſeruationi commiſſum. Verùm audiamus de his aurea verba Hugonis Victorini, qui antiquorum mentem in quodam ſermone, adeò appoſitè explicat, vt huc reſpexiſſe videatur: *DEVS Conditor Mundi, contemplato Mundo conſpicitur, & qui videri non poteſt, fecit, quod videri poſſet; & viſus eſt per id, quod fecit. Inuiſibilia enim ipſius à Creatura Mundi per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Quem locum expendens Scholiaſtes, aſſerit, potuiſſe philoſophos in lumine naturali peruenire ad & tributa triũ diuinarum perſonarum; nam vt rectè Origenes in hom. 3. in Cant. docet, hic Mũdus viſibilis de inuiſibili, & exemplaria quædam Cæleſtium continet terrena hæc poſitio, vt ab his, quæ deorſum ſunt ad ea, quæ ſurſum ſunt, poſsimus aſcendere, atque, ex his quæ videmus in terris, ſentire, & intelligere ea, quæ habentur in Cælis; cùm enim impoſsibile ſit homini in carne viuenti agnoſcere aliquid de occultis, & inuiſibilibus, niſi imaginem aliquam, & ſimilitudinem acceperit de viſibilibus; ob hoc arbitror, quod ille qui omnia in Sapientia fecit, ita creauit vnamquamque viſibilem ſpeciem in terris, vt in his doctrinam, & agnitionem rerum inuiſibilium & cæleſtium poneret; quo per hæc aſcenderet mens humana ad ſpiritualem intelligentiam.*

Hugo Victorinus.

Poſtquam igitur Deo non fuit ſatis, ſola ſui ipſius contemplatione frui, ſed operæ precium videbatur, vt quo plures beneficium ſentirent, latius ſeipſum diffunderet, deriuaretque; primùm quidem cogitatione concepit Angelicas poteſtates, ac cęleſtes, quæ quidem cogitatio tranſiuit in opus, quod Verbo complebatur, & Spiritu perficiebatur; creatorũ enim cauſa cõceptrix Pater eſt, Filius cauſa effectrix, perfectrix Spiritus, ita vt Patris quidem voluntate exiſtant adminiſtri ſpiritus; actione autem Filij, in natura rerum producantur; Spiritûs autem præſentiâ perfectionem, & vltimum nanciſcantur complementum. Hi ſunt conſtituti veluti ſecundi quidam ſplendores primæ illius lucis miniſtri. Poſteaquam verò hoc primum opificium ipſi Artifici, & menti Opifici arriſit, alium quendam mundum expreſſit cogitatione ſiuè in Verbo, qui ex materia conſtaret, ac per hoc oculis corporeis pateret, videlicet vniuerſum hoc ex cœlo terraque, omnibuſque in ijs contentis concretum, concinnatumque.

Angelici ordines ſub ternarij quadrato continentur; eſt enim Trias triniter prima, ſummi illius boni principiũ ab omnibus Orthodoxis etiam

Theo-

Theologis in eiusdem substantiæ vnitate sub personarum Trinitate sine sui diuisione celebratum. *Rationabile itaque est, sacrum primi principij numerum, nempe ternarium in se ductum, Cælestium Geniorum, atque immaterialium substantiarum peperisse frequentiam.* Hinc Zoroaster Triade triplicata nouem posuit choros, quos Psellus hisce verbis explicat. Μίαν ἀρχὴν τῶν πάντων δοξάζουσι καὶ ἐν αὐτῇ τὸ ἀγαθὸν ὑπογράφουσιν. εἶτα παρ' ἑκάστην τινὰ βυθὸν σέβονται ἐκ τριῶν τριάδων συγκείμενον ἑκάστη δὲ τριὰς ἔχει πατέρα, δύναμιν, καὶ νοῦν. *Vnicum arbitrantur esse rerum omnium principium, idque profitentur verum esse, & bonum; deindè colunt paternum quoddam fundum ex tribus trinitatibus compositum, quælibet autem trias habet Patrem, Potentiam, & Mentem.* Vides quomodò hæ tres trinitates pulchrè explicatis quadrent; Elucēt hæc primò in mundo intellectuali, & Genijs; deindè in Sidereo, in tribus classibus siderum, scilicet in fixis, Sole, planetis; quæ luce, radio, calore omnia implent; in effectibus, quibus essentiam, vitam, sensum præstant.

Vnius igitur Mundi sunt fœcunditas, partus, & amor, nec fœcunditas est alius mundus, & partus alius, & alius amor; sed sunt vnus, & idem mundus; participatur enim fœcunditas mundi, & partus, & amor in angelis angelicè; in hominibus humanè; in brutis brutaliter; in entibus entiter; in elementis elementaliter; & in singulis alijs suo modo; quod quidem nō habet, nisi ab ipso, qui triunus cùm sit, eidem suam perfectionem meliori quo potest, & quo capax est, modo communicat. Quibus omnibus pulchrè consonat Serapidis oraculum.

Πρῶτα Θεὸς μετ' ἀρτα λόγος καὶ πνεῦμα σὺν αὐτοῖς
Σύμφυτα δ' ἥξια πάντα καὶ εἰς ἓν ἴοντα.

Principium Deus est, tum Verbum, his Spiritus vna est.
Congenita hæc tria sunt, cuncta hæc tendentia in vnum.

Quæritur Sextò. Cur extra obeliscos subindè huiusmodi quoque hieroglyphica syntagmata statuis videlicet sphyngibus, & abacis incisa videātur? Respondeo, obeliscos fuisse veluti quædam Archetypa seù prototypa mysteriosa, in quibus, totam aliquam de Deo, Dijsque scientiam præfigurabant. Quam, ne temporum iniuria dissiparetur, ingentibus, durissimis, capacissimisq; saxis insculpserūt, tùm vt perenni fulgore doctrinæ oculos omnium ferirent, tùm vt essent veluti Archiuia quædam, ex quibus particulares singulis dijs conuenientes Schematismi; tùm in statuarum, simulachrorumq; consecrationem; tùm in priuatum Amuletorum vsum deprōmerentur. Hinc passìm, quæ in obeliscis fusè sunt exposita symbola, ea hieroglyphicis inscriptionibus, sparsim inserta, præsertim ea quæ ouali figuræ inclusa spectantur, reperias. Sed de his amplius in sequentibus. Huius argumenti præter innumera alia passim hinc inde occurrentia, illud vnum est, quod sequitur.

Ex Ergasterio Barberino.

Ex M. Mylesij olim, modo ex Angelomi Musæo.

Interpretatio
TABVLAE HIEROGLYPHICAE

Ex Gazophylacio Barberino depromptæ, quà omnia quæ hucusque dicta sunt veluti in Epitome quadam continentur.

QVæcumque igitur expansè in primis hisce quatuor Schematismis dicta sunt, contractè exhibuerunt in statuis suis mysticis, quarum nõ nisi fragmentum ad me peruenit beneficio Francisci Cardinalis Barberini, qui vti primus moliminũ meorũ pro motor extitit, ita ea pro suo in Rempub. literariam affectu promouere non destitit. Tabella est ex lapide pharionigro, durissimo, cuius crassities pollicem ferè habet, latitudo medium palmum adæquat, longitudo ob fracturam per medium factam colligi nõ potuit, vt in præsenti schemate patet. Quia tamen simile quid me vidisse recordabar in statua Ægyptia, cuius olim mihi copiam communicârat Marcus Milesius I.C. modo possessorẽ eius agit Frãc. Angelomus supra laudatus, omnẽ ex ea defectũ facilè instauraverο: Barberina statua solũmodò inferiorem partem exhibet, Milesiana integram, tametsi non cum tanto hieroglyphicorum apparatu, vti Barberina; Hæc enim à parte postica 14. columnis hieroglyphicis, è lateribus, in fundo, & ex omni denique parte hieroglyphicis subtili manu, & exactissima distinctissimaque incisis, spectatur illustris; illa principalem tantùm figuram integram exhibet; vtramque hic apponendam duxi, vt Lector vnam & alteram comparando, defectum facilè suppleret. Statua intermedia sedentis figuram obtinet, in manu tenens baculum, & vnà scorpionem, binos serpentes, leonisque deorsum nitentis caudam manu stringens; pedibus innititur binorum crocodilorum capitibus, in oppositas partes respicientium; Milesiana statua caput habet cornu arietino munitum, cum leonino capite Lunæ sextili inserto, in manu sinistra serpentes duos, & leonem caudà strictum inferius nitentem, & veluti respicientem, dextrâ scorpionem tenet, & canem, tabula superius in arcum efformata, iuxta quem globus alatus, alis expansis veluti inferiora fouens, extenditur; Barberina præterea infra crocodilos 16. statuas Deorum in sacra animalia variè transformatorum exhibet, in cuius medio Serpens vndulato corporis contractu caudam suam mordet, cuiusque gyris insident quinque statuæ mystagogæ; simulacra extra serpentis vndulati gyros sub accipitris, leonis, catti, canis, ibidis stantium situm, varijs symbolis auerruncatiuis manibus instructæ; gyris verò serpentis imminentes, sedentium situ sunt, vario pariter hieroglyphicorũ

appa-

apparatu insignes. Quid singula indicent videamus. Globus κυκλο-πτερόμορφος triformis Numinis vnitatem, & in contemplatione sui solitaria degentem ostendit. Figura verò principalis indicat eiusdem triformis Numinis pantamorphi in totius Naturæ amplitudinem descensum. Capite gestat Leoninum caput sextili Lunæ insertum, quo potestas, & dominium in Solem, & Lunam ostenditur; quæ potestas sessione quoque declaratur. Cornu gerit arietinum ad fœcunditatem eius demonstrandam, & Ammoniam virtutem. Dextra caudâ scorpionem tenet, & canem; quo aptè indicatur Anubis, & Typhon, teste Plutarcho; & siccatiua vis Solis est, quæ maximè, Sole scorpionem intrante, exeritur, dùm folijs arbores, terra graminibus nudatur. Sinistra complicata tenet Scorpionem, binos serpentes, & figurá Leonis, baculo cõplicata; quèis in vitam, & mortem, in generationẽ & corruptionem, in bona, & mala, in Regnum Mophta vis, & potestas indicatur; ita vt per Scorpionem exitiale animal mors; & interitus rerum, siuè malorum paratio, Horo teste, per binos serpentes duplex mundi cœlestis, & elementaris vita, per Leonem, Momphta humidæ naturæ pręses appositè indicentur; per simulachra verò Numini polymorpho circumpositа, serpẽtibus, alijsque veluti baculis Cucuphomorphis, scutica, ansatis crucibus instructa, sub pueri, leonis, accipitris, ibidis figura, vitalem fœcunditatem, quam ad varietatem rerum Mundo, Soli, Lunæ, Elementis influunt, ostendunt, quæ omnia suis locis fusè explicabuntur. Duorum Crocodilorum in diuersas partes respicientium capita conculcat, quo omnem pernitiosam Typhoniam, & Arimaniam vim, quà patet ortus, & occasus perfectè sibi subditam se tenere pulchrè indicatur. Sub crocodilis superficies arcuata spectatur Genijs pantomorphi Numinis Asseclis, administris rerum tutelaribus; quibus totum regnum Mophta per aptam temporum dispositionem administratur; Horum alij stantes sunt, alij sedentes; stantes sunt primi tres à dextra, & tres à sinistra; quinque intermedij sedentium habitu; primus à dextris incipiendo, Genius est λεοντοκέφαλος, manu harpagonem tenens, sacro vestitus velamine. globum capite tenet, quo Genius vim corroboratiuam soliditatemque rebus conciliatiuam conferens, contra vim rerum dissipatiuam, notatur; sequitur Genius ἱερακόμορφος, id est accipitrinâ facie, baculo Cucuphomorpho insignis, quo vis solaris in calidum, & humidum, quæ varietatis rerum causa est, indicatur. Sequitur tertius Genius αἰλουρόμορφος siuè Felis specie, siuè quod idem est, cynocephalus Genius Lunaris, quibus ex opposito tres alij Genij respondent, quorum prior sedens accipitrinâ facie cum penna in manu, ostendit celerem vim motus Solaris; Secundus Ibidis forma, cum penna in manu, celerem motus Lunaris vim; Tertius sub forma canis; Anubin indicat, Horizontis, teste Plutarcho, præsidem.

Explicatio Tabulæ Barberinæ.

In medio figura serpentis, vndulato gyro caudam sibi mordentis, figura est, quâ annus siuè Zodiacus aptè, teste Horo, indicatur. Vndulatus est,

siuè

siuè in figuram aquæ fluentis dispositus, vt exprimet gyros, quos Sol veluti in cœlestis æquoris vndis per duodecim signa, & totidem menses dùm motu suo cõficit, omnium quæ in mundo sunt, rerum productionis causa est, duodecim signa siuè menses aptè per gyros; quos singulos suis numeris notauimus, indicantur, vt in figura apparet. Quia verò quinque dies anno solari ad 360. desunt, hisce significare voluerunt, per quinque gyros principales, quibus totidem Genij præsunt. Mythologia ex mente Plutarchi ita sese habet. *Reæ*, aiunt, *occultè cũ Saturno congressæ, Sole, qui id flagitiũ deprehendisset, imprecatum fuisse, vt neque in mense, neque in anno pareret; sed Mercurium amore Deæ captum cum eà coiuisse, ac deindè in ludo cum Luna victorem septuagesimam partem cuiusuis diei abstulisse, ac 360. anni edicus [illegible] fecisse, qui quinq; dies nunc ab Aegyptijs Misi, à Græcis ἐπαγομένοι, id est, adiectitij vocantur; & vt natales Deorum festi aguntur; Prima autem earum die natum Osirin rerum omnium dominum; Secunda die Aruerin natum, quem alij Apollinem, alij Horum seniorem appellant; Tertia Typhonem, non suo tempore, & loco, sed latere ictu perrupto exsilijsse. Quarta Isidem in panygris. Quinta Nephtyn quam, & finem, & Venerem, & victoriam nominant.* Nos verò hos quinque deastros ex hieroglyphica doctrina ita restituimus, vt primum diem Hermanubi; secundum Anubi; tertium Isidi; quartum Horo; quintum Osiri tanquam veris Aegypti tutelaribus dicatos intelligamus, quos figura hic expressa notat. Hermanubis enim siuè Hermes ibiacus per statuam ibiformem; Anubis per κυνόμορφον siuè caninam faciem; Isis, per fœmineam cum velo suo; Horus per puerilem, Osiris denique per leoninum & iubatum vultum exprimitur; pennas in manu habent, vt ea occultum agitationis motum innuerent; circuli capitibus primi, secundi, & quinti, indicant vim, & potestatem diuinam in orbem; Phallus oculatus Isidis mediæ capiti superpositus indicat seminalis copiæ multitudinem, cui Isis ceu passiuum rerum principium substat, quinta denique figura Osiris globum serpentiferum capite portat; vt ostendatur, eum esse vitæ mundanæ principium actiuum.

Atque hi sunt moderatores anni, & rerum omnium totius anni decursu in inferiori mundo nascentium tutores conseruatoresq; quia tamen rerum inferiorum per dictos quinque tutelares Genios indicata felicitas, aduersas habet potestates, quarũ liuore res naturæ variè interturbari possent; hinc aptè è latere Genios tutelares auerruncos, vti harpagones, scuticæ, similiaq; auerruncatiuæ virtutis symbola indicant, quibus & Genijs maligna vis abigatur, & intenta rerum varietas, & abundantia conseruetur, apposuerunt; Infra hæc verò duo simulachra sunt, quorum prius lanceâ Hippopotamum; alterũ, crocodilum transfigit; quibus Bebonia vis, ita enim vim Typhoniam nominat, apud Plutarchum Manethon, quâ obstaculum, siuè impedimentum notant, quòd rebus recta incedentibus, & ad suum finem tendentibus Hippopotamus, & Crocodilus Typhonicus obsistat;

ſiſtat; quem tamen Hori, & Oſiridis ſpiritus tandem deſtruat, & diſperdat; Quæ pulchrè ſanè conſonant ijs, quę Plutarchus recitat libro de Oſiride, & Iſide, apud Hermopolim ait, ſimulachrum oſtendi Typhonis; ὕπνον πόταμον. ἐφ' οὗ βέβηκεν ἱεραξ ὄφει μαχόμενος, τῷ μὲν ἵππῳ τὸν Τυφῶνα δυκνοῦντες τῷ τὸ ἱέρακι δύναμιν καὶ ἀρχὴν, ἣν βίᾳ κτώμενος ὑπὸ τῆς κακίας ταραττόμενος καὶ ταράττων. *Equum fluuiatilem cui accipiter inſiſtit in ſerpentē pugnans, equo Typhonē indicante, accipitre vim, & principiū, quibus vi potitus ille ſæpè nō defatigatur præ malitia turbatus atq; turbans.* Vides in hac figura Numen ἱερακόμορφον ſerpentem manu tenens ſiniſtrâ, dextrâ ſpiculum torquens in hyppopotamū; Oſiris enim vita rerum radiorum ſuorum virtute veluti ſpiculis quibuſdam incuſſis, facilè ſuperat vim illius Beloniam, & fini rerum naturalium aduerſam interficit, cui ſe ſedulum Pantagoniſtam exhibet Mophta, quem ſtatua λεοντόμορφος baculo cucuphomorpho inſtructa eum à tergo ſequens, ac vim eius infringens indicat; hoc idem oſtendit in oppoſito latere figura accipitris telo crocodilum configens; Vide Plutarchum citato loco, omnia enim euenta mala, & damnoſa naturę quandam repugnantiam habentia, Typhonis effectus, & opera dicebant, quæ Sol dùm interimit, vnà mundum ἄκρατον in temperiem reducit; Canibus autem ad latera, vndulato ſerpenti accumbentibus, cuſtodia acceſſus, & receſſus Solis indicatur, vel vt Plutarchus vult, ob incrementum Nili, quod canes cęleſtes ortu ſuo mouent, & promouent, ſed hęc ita eſſe luculentis verbis Clemens Alexandrinus lib. 5. ſtrom. demonſtrat his verbis: *Sunt autem qui volunt quidem, Tropicos ſignificari à canibus, qui cuſtodiunt, & inſtar ianitorum obſeruant acceſſum Solis ad Auſtrum, & Septentrionē.*

Atque ex hiſce patet; quod quæcunque de influxu Triformis Numinis in Mundum Angelicum per polymorpham naturam, & hinc in Mundum cæleſtem; & elementarem, dicta ſunt, in hoc hieroglyphico fragmento veluti in epitome quadam, & anacephaleoſi contineantur.

Quibus quidem præpoſitis nihil reſtat, niſi vt ſequentem in ſingulis obeliſci lateribus ſymbolorum ſacrorum contextū pari auſu enodādum aggrediamur.

INTERPRETATIO SCHEMATISMORVM

Primi Lateris Orientalis.

POſtquam fuſiùs forſan, quàm par erat, quatuor primos Schematiſmos expediuimus; nunc ordo poſtulat, vt ſequentes ordine ſingulorum laterum Schematiſmos enodemus; Et priores quidem Schematiſmi, vti Epigraphes loco poſiti ſunt, ita vniuerſalem quoque notitiam præbent doctrinæ in hoc obeliſco contentæ. In reliquis itaq; obeliſci lateribus veluti ad particularia deſcendit doctrina vniuerſaliter tradita, dùm quis in rebus humanis, quis in natura, quis in animo hominis vſus eius ſit; quomodo

do ex Dei Geniorumque influxu bonis omnibus per præuias diſpoſitiones repleantur, oſtendit. His igitur præmonitis, nunc opus propoſitum nobis proſequamur. Obeliſci Lat. 1. Orient.

SCHEMATISMVS I.

Lateris I. Orientalis.

EXhibet hîc Schematiſmus Triformis Numinis influxum primò in Archetypum, deindè in genialem, ſideriũ & elementarem, de quibus cùm fusè fol. 400. tractatũ ſit, eo Lectorem remittimus; Sed antequam vlterius, ad alios Schematiſmos progrediamur; priùs præludere aliquantulum viſum eſt, vt veritas in ſequentium expoſitione luculentiùs innoteſcat. Quæritur igitur quomodo Deus cùm immaterialis ſit, rebus tamen materialibus ſe immiſceat? Secundò cur Ægyptij ſingulis mundi cardinibus, locis, & penetralibus Deos præfecerint? cur ſtatuas Deorum ex omni materia ſenſibili confecerint? & cur animalia habitacula Deorum appellârint? cur denique quaſdam materias tanquam Dijs contrarias reſpuerint? Ad primum quod attinet, DEVS cauſa cauſarum cùm ſit, & nulli diſtans rei, vtpotè ſine cuius perpetuo influxu omnia in nihilũ abirent; omnibus itaq; & ſingulis rebus intimè præſens vt ſit, neceſſe eſt. Hanc doctrinã orthodoxam Ægyptij à Mercurio traditam, tametſi aliquo modò firmiter tenerent, fidei tamen ſuperno deſtituti lumine, vnitatem hanc in omnibus rebus latentem diſperſerũt in rerum materialium multitudinem; quo factum eſt, vt ſingulis rebus ſuos ſibi Genios, tanquam ſuperni Numinis particulas quaſdam aſſignantes, loco verorum Numinum colerent; hinc omnem Deorum ſuſceptioni aptam credebant materiam, quæ ſubtiliter ſanè more ſuo Iamblichus oſtendit his verbis fol. 307. edit. Baſileenſis. *Profectò exuberantia poteſtatis in cauſis vniuerſi ſummis id habet, vt quemadmodum in cæteris inferiora ſuperat, ita & in hoc admodum ſuperet, videlicet in ipſa præſentiæ amplitudine, vt maximæ omniam cauſæ, maximè omnium omnibus ſint præſentes, adeò vt eadem ipſa cauſæ vniuſcuiusq; poteſtas, ſeorſum ab impedimento, vbique tota ſemperque ſit præſens. Hac igitur ratione ipſa omnium prima, vltimis quoque ſubrutilant; immaterialiaque principia immaterialiter materialibus adſunt; nemo miretur ſi quam materiam eſſe dicimus purã atque diuinam. Nam ipſa quoque materia cùm ab Opifice Patreque omnium facta ſit, meritò perfectionem ſui quandam acquiſiuiſſe poteſt aptam ad Deos ſuſcipiendos. Quin etiam nihil prohibet, ſuperiora lumen ſuum ad inferiora diffundere, neque igitur materiam permittunt expertem fore ſuperiorum; Quapropter quantumcunque materia perfectum & purum eſt, atque Deiforme, ad Deorum ſuſceptionem non eſt ineptũ. Nam cùm oportuerit etiam terrena nullo modo diuinæ communicationis expertia fore, ipſa quoque terra diuinam quandam portionem in ſe ſortemque ſuſcepit, ad capiendos Deos ſufficientem.* Atque hinc profectum eſt, vt quaſcunque congruas Dijs materias ſeligerent in ſacrificiorum vſum; incongruis, vtpotè poteſtatum ἀντιτύχων ſiue aduerſarum, ſymbolis repudiatis; hinc tanto ſtudio & cura, ſin-

gulis Dijs, singulas Statuas adornabant, ex ijs materijs concinnatas, quas ἀναλογίας quandam ad dictorum Deorum proprietates, obtinere; quasque præsidio eorumdem subiacere superstitiosius credebant, cognórant. Hinc Serapidem mundi mentem, vt alibi probauimus, ex omnibus mundi sensibilibus materijs conficiebant, herbis, radicibus, seminibus, omni lapidum terrarumque genere. Hinc statuam confecturi, eas potissimum materias seligebant, quæ in locis Ægypti crescerent, quibusq; præsidere credebant Genium eius, cuius statuam adornabant; plagam præterea mundanam exactè obseruantes, vt eas res, quæ analogiâ quâdam dicto Genio certæ alicuius plagæ præsidis qualitate corresponderent, seligerent, summo studio præcauentes, ne res vnius plagæ proprias, cum alterius rebus, tanquam ad Geniũ proprium non pertinentes confunderent. Hinc sacrorum animalium cultus, quorum nonnulla diuinis honoribus colebant, quod sub eisdem ceu habitaculis Numina docerent mortale genus, & de futuris rerum euentibus præsagia præberent; quorum obseruatione & cultu, Deorum familiaritatem sibi se conciliare posse arbitrabantur; nonnulla mactata comburebant, immaterialia Numina sub hoc cultu, per resolutionem in 4 elemẽta factam, honorantes, vnicuique dantes quod Dei est proprium. Verùm quæcunque hucusque dicta sunt, ita perspicuè à Iamblicho docentur, vt eum audisse, totam doctrinã eorum sit percepisse; ita autem loquitur fol. 308. edit. Basil.

Hæc igitur sacrorum sapientia contemplata, atque ita secundùm congruentiam competentia vnicuique Deorum susceptacula diligenter inueniens, sæpè componit in vnum lapides, herbas, animalia, aromata, aliaque similia sacra & perfecta, & Deiformia, atque sublimè ab his omnibus susceptaculum purum integrumquè fabricat; neque enim fas est omnem materiam detestari, sed solam quæ à Dijs fuerit aliena. Propriam verò ad illos decet eligere, vtpotè quę consentire possit atque conferre ad Deorum ædificia, statuarum fundamenta sacrificiorum opera, neque enim aliter terrenis locis & hominibus hìc habitantibus possessio portioue vlla ex diuinis contingere potest, nisi tale quoddam prius factum fuerit fundamentum. Arcanis sermonibus credendum est, testantibus ex Deis per beata spectacula quandam traditam fuisse materiam; hæc itaque illis ipsis tradentibus est cognata, talis ergò materiæ sacrificium Deos excitat, vt se demonstrent, atque ad comprehensionem eos protinus aduocat & præsentes capit, & perfectè demonstrat. Eadem aliquis perdiscere potest, etiam ab ipsa, quæ secundum locos distributio diuinitus est facta, atque ab ipsa præfectura, quæ per res singulas est diuisa, quæcunque secundùm diuersos ordines, siuè maiores, siuè minores passim sortes eiusmodi nacta fuerit. Constat enim, Deis locorum quorundam rectoribus, sacrificium ex eisdem rebus, quæ nascuntur ibidem, fore admodum consentaneum, & gubernatoribus gubernata, & quæ ad ea pertinent placitura; effectoribus & grata semper sunt opera sua potissimum, & qui primò aliqua procreant, talia rursum habent in primis, accepta; siuè igitur animalia quædam siuè plantæ, siuè alia quæ visa superis dispensantur, simul & præfecturam sub ipsis nacta sunt; & communionem nobis conciliant, cum superis indiuiduam. Horum ergò nonnulli quatenus conseruantur atque tenentur?

tur, augent tenentium ad Deos familiaritatem. Talia sunt apud Aegyptios animalia, & vbique sacer homo; sunt quædam verò mactata combustaq; familiaritatem efficiunt clariorem, eò videlicet quod resolutionem in primorum elementorum principium efficiunt certiorem causæ superorum, atque pro ritu sacratiorem. Hinc Ægyptij soli, huiusmodi Idolorum fabricandorum rationes tenebant; de quibus Diodorus lib. 2. cap. 3. his verbis: *Genus artis Græcis ignotum, sed apud Aegyptios erat vsu cognitum. Nam soli Aegyptij non oculis totius statuæ compositionem metiebantur, sed dimensione, vt ex varijs multisque lapidibus in vnum corpus ad certā mensuram redactis statua perficeretur. Res profectò admiranda, diuersos artifices varijs in locis ita in vnam mensuram conuenire, vt quandoque ex 20. quandoque ex 40. partibus vnica statua conficeretur.* Obelisci Latus Orient. Diodorus 1.

Videntes itaque Ægyptij, diuinitatis signaculo omnia insignita, iuxta signationem & characterismos singulis rebus impressos, secretiorem suam adornabant philosophiam, quæ quidem nihil aliud est, quàm analogia quædam recondita rerum sensibilium, ad insensibilium Deorum virtutes, quibus dùm arcana quadam commistione in sacris vtebantur; hinc necessariò, vt ipsi putabant, veluti ex rebus Dijs summè acceptis nascebatur Θεομόρφωσις, & hinc attractio Numinis & vnitio, totius felicitatis vltimus finis & complementum; Atque hoc est quod docent reliqui huius Obelisci Schematismi, quod vt videas, sit

SCHEMATISMVS II.

LATERIS I. ORIENTALIS.

Quomodo Triforme Numen, per administros Genios in particularia Mundi Orientalis influat?

HAbet hic Schematismus primo loco [1] Statuam apotelesmaticam, in cuius capite [2] coxa siuè posterior pars leonis, quam sequitur [3] Cynocephalus stans, manibus, quasi statuam apprehensurus, extensis; Hisce supponuntur duo [4 5] leonina capita sacro [a] velamine vestita, & supra dextrum ponitur [b] claua cum loti flore, cui imminet pyramidium; post hæc [7] brachium [8] capreolum manu stringens segmentū circulare [8], & [10] quadrati, inter quæ intermediat figura [9] canalis, in formam serpentis constructa; quam μωλία Aegyptij vocant. Post quæ duo sequuntur [11 12] brachia, alterum manu [11] expansâ, alterum [12] eâdem capreolum stringens. Sed explicemus singula. Explicatio singulorum symbolorum

Per [1] statuam apotelesmaticam eum intelligunt Deastrum, cuius virtutem cœlitus attrahere intendunt, quod & figura ipsa Ypsylomorpha, vt supra ostensum fuit, innuit; Deaster autem est Mophta, quem [2] posteriori parte leonis, quam capite gerit, tanquam effectum apposite exprimit; nam quēadmodū in Hierogrāmatismo Leonis dictum est, referebant Ægyptij per partes Leonis diuersas operationes, id est, vti robur Solis in terrā, ità posterio- Interpretatio symbolorum. Quis Mophtaē. Quid partes Leonis anteriores & posteriores notent?

Horus. l.1.c.18.

steriori eiusdem effectum solidationis expresserunt; ita Horus, ἀλκὴν τὸ γράφοντες, λέοντος τὰ ἔμπροσθεν ζωογραφοῦσι, διὰ τὸ εὐσθενέστερα αὐτῷ ὑπάρχειν ταῦτα τὰ μέλη τοῦ σώματος. *Robur notantes, Leonis anteriora membra pingunt, quod hæc ei ex toto corpore robustissima sint;* Posterius Herodotus; ὕστερα τοῦ λέοντος καὶ πάντων τῶν ζώων ὕστερα, τὰ ἔργματα Θεῶν σημαίνουσι; *Posteriora Leonis, vti & omnium animalium, opera Deorum indicant.* Hinc eandem ob causam pulchrè illi supposuerunt duo 4 capita Leonina, sacro 5 vt dixi, velamine vestita; quorum dextrum 6 clauam superpositam habet cum flore loti 6, & pyramidio, quo cœlestem Mophta robur dare vegetabili naturæ per influxum appropriatum; alterum caput 4 terrestrem denotat 5 Mophta eundem cum Plutone, siue Nilum subterraneum. Nam, vt rectè Eusebius lib. 3. cap. 3. notat: *Plutonis galeà caput tegitur, quod occulti verticis symbolum est, sceptrum verò breue (prostratum) quod tenet, inferioris regni symbolum est.* Et paulò post: *Clauam & Leonis partem accommodant, alteram, vt inæqualitatem motus, significent; alteram, quoniam in Leone maximè vires suas ostentet.* Hinc claua, quæ Leoninis capitibus superponitur, à Mophta veluti soliditatis eius symbolum, nunquam separatur. Vide quæ de Nominis Momphta etymo fusè tractauimus in Hierogrammatismo Leonis. Sacro 4 velamine ostendunt, quo in sacrificijs vestitu vti debeāt ad eum propitiandum. Atque ex hoc attractu nascitur 7 beneficentia Numinis, quo rerum vegetabilium abundantia notatur; quæ per brachium & in manu 8 Capreolū, vti aliàs dictum est, indicatur. Sed vt ad institutum reuertamur; statuam 1 apotelesmaticam sequitur 3 Cynocephalus stans, manibus extensis, quod teste Horo lib. 1. c. 15. ortus Lunæ symbolum est; σελήνης τὸ ἀνατολὴν γράφειν βουλόμενοι, κυνοκέφαλον ζωογραφοῦσι, σχήματι τοιῷδε; ἑστῶτα, καὶ τὰς χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἐπαίροντα; *Lunam autem orientem indicare volentes, Cynocephalum hoc habitu pingunt, stantem, manusque in cœlum tollentem.* Indicant autem Statuam Sole seu Mophta in posteriori parte Leonis, & sub Lunæ exortum confici consecrarique sacro ritu debere, vt abundantia rerum benefici Numinis influxu procuretur. Sed redeo ad contextum hieroglyphicum. Intra segmentum 8 circulare notam Horizontis superioris, & intra 10 quadratum, notam anni, vel elementaris Mundi, vt in proprio hierogrammatismo dictum est, ponitur figura 9 canalis, cuius caput obuersas pyramides refert, quo indicatur, humorem Nili primo cœlesti influxu per Momphta in subterraneas partes, veluti in canales quosdam Leone dominātе, deriuari; quibus augmētum fluminis, causa vitę rerum efficitur. Leone ascensum Nili indicant, ἐπειδὴ ὁ ἥλιος εἰς λέοντα γενόμενος πλείονα τὴν ἀνάβασιν τοῦ Νείλου ποιεῖται. ὡς τὸ ἐμμένοντος τοῦ ἡλίου τῷ ζωδίῳ τούτῳ, τὸ δίμοιρον τοῦ νεοῦ ὕδατος πλημμυρεῖ πολλάκις. ὅθεν καὶ τὰς χολέθρας, καὶ τοὺς εἰσαγωγεῖς τῶν ἱερῶν κρηνῶν λεοντόμορφους κατεσκεύασαν οἱ ἀρχαῖοι τῶν ἱερατικῶν ἔργων ἐπιστάται. ἀφ' οὗ καὶ μέχρι νῦν κατ' εὐχὴν πλεονασμοῦ ὑγρότητος. *Quod cùm Sol Lunam subit, ampliorem Nili facit inundationem. Quamdiù enim Sol in hoc signo persistit, sæpenumerò in duplum ipsius aqua excrescit. Vnde & tubos canalesque sacrorum fontium solent ij, qui sacris præsūt operibus, Leonis forma fabricari. Quapropter in hodiernū vsque diem, dùm pro immodicà inundatione preces fundunt, Leonis signo vti solent.*

Capreolus quid cum Brachio?

Cynocephalus extensis manibus quid? Horus l.1. c.15.

Posterior pars siue coxa Leonis quid notet?

Segmentum circulare.

Canalis ὀφιόμορφον

Horus l. 1. c. 21.

Et

Et paulò post: ἕτερον δὲ, inquit Horus, ὑπὲρ τοῦ Ὠκεανοῦ, καὶ γὰρ ἀπὸ τούτου ὕδωρ παραγίνεται εἰς Αἴγυπτον, ἐν τῇ ἀναφάσεως καιρῷ. *Altera causa, ex qua inundationis tempore aqua in Aegyptum exæstuat.* Cuius exæstuationis vi annus instans per [10] quadratum, teste Horo lib. 1. cap. 5. notatus, vbertatem acquirit. Aegyptus liberalitate, beneficentia, & beneuola oblatione Numinis, quæ aptè per [11] [12] duo brachia sequẽtia indicantur, beatur, vnà cum sceptro binodi ad vtriusque superiùs citati Numinis Momphta cœlestis, & terrestris dominium indicandum.

Porrò sequitur post binode sceptrum figura [14] humana prostrata, & sub illa figura [15] parallelogramma in literam V vtrimque terminans, cum tribus lineis in medio, post hanc [u] [16] Cerastes, serpens cornutus, & sub hac triangulus [17] Scalenus cum tribus [a b c] quadratis & sub hisce hydroschema, seù [18] figura aquæ, quam sequitur sceptrũ [19] bifurcatum, & hoc sceptrum [21] ὀφθαλμόμορφον, siuè formam oculi habens, quem sequitur [23] receptaculũ, sacræ aquæ, hoc [24] quadratũ, deindè [25] manus extensa, cui subsunt [26] Cerastes, [27] claua temoniformis cum brachio & [28] coturnice, quam segmentum [29] circulare cum fauissæ, seu sacræ [29] aquæ receptaculo sequitur. Sed explicemus singula.

[14] Figura humana refert Mophta, vel Momphta, vtrumque enim dicitur, cuius nomen membrorum situ exprimit; nam, vt rectè in fabrica alphabeti mystici diximus, erat Aegyptiorũ propriũ, statuas eo situ referre, vt Nomen Dei, quẽ inuocabãt, exprimerẽt; quod & hæc præsens figura docet, quæ ⲙⲟⲫϯ nomen Genij membrorum situ in literas transformati refert; hoc pacto duo brachia cum intermedio spacio ⲙ, Copticum exprimunt; caput ⲟ, brachia cum ventre ⲫ, pedes denique bifurcatam crucem ϯ, cuiusmodi frequentissimum inter hieroglyphicas notas ostendimus; verùm figuram vide è latere vnà cũ resolutione in characteres Copticos factâ. Putabant enim nihil ad operandũ attrahendũq; potentiùs esse posse, quàm hâc ingeniosâ structurâ statuam conficere; prætereà per hanc figuram prostratam ostendebant, ritum in ea consecranda à Sacerdotibus exhibendum, qui conformis statuæ esse debebat; Sacerdos itaquè in adytis in pauimento prostratus, simili membrorum situ Numen, vti tacitè exprimebat, ita conceptâ verborum formâ illud inuocabat; videmus hunc ritum, & ab ipsis Hebræis adhibitum, qui in sacris suis Nomen Dei tetragrammaton, digitis certâ ratione dispositis exprimebant, de quo vide Prodromum, & Oedipum fusissimè tractantem, Cabalistæ quoque, quemadmodum reconditissimus liber, quem *Pardes* vocant, luculenter ostendit, nominibus diuinis omnia hominis membra exprimũt; his autem verbis vtitur: וזה שם חמפרש תשום עליך וצורת האותיות בז תשום עם אברי גופך



Ritus à Sacerdotibus cõformabant iuxta rationes mysticas simulachrorum.

Et

Et hoc nomen Dei expositum pones supra te, & figuras literarum eius signabis supra membra corporis tui. Imò nomen Dei tetragrammaton, non digitis tantùm expressum, sed & ornamentis sacris insculptum, docet Thargum Chaldaicum in cap. 3. Canticorum vers. 17. his verbis:

ויתתקון זיניהון דחקיק בה שמא בא מפרש בשבעין שמהן

Cur Hebrai Græci nomē Dei & Christi digitis exprimunt.

Et exuerunt ornamenta armorum suorum, in quibus sculptum erat nomen magnum expositum in septuaginta nominibus. Adeò vt hi ritus arcani non tantùm ab Ægyptijs ad Hebræos, siuè mauis, ab hisce ad illos, sed & ad Gręcos & Arabes, qui in hunc vsque diem in sacris simili cerimoniarum cultu procedūt, profluxerint. Nam Græcos Patriarchas, & Episcopos in benedictione solenni, digitis certa ratione conformatis, nomen Christi ☧ exprimere notius est, quàm dici debeat; quæ omnia fusiùs ostenderemus, nisi moles libri obstaret, & nisi alibi hanc materiam ex professo tractauissemus. Quare hæc tantū indicasse sufficiat. Explicato itaque ritu, iam effectum indè emergentem videamus. Figura manum dextram quasi quidpiam designatura extendit, designatio erat sequens [15] figura, quam, teste Authore Scalæ Magnæ Copticæ, sacram barram Ægyptiacè ϐαρρα dicebant. Erat autem sacra barra, instrumentum simile feretro, in quo Sacerdotes sacras statuas positas, legitimo ritu & mysteriosis operationibus consecrabant, habebat ea in medio 3 discrimina 3. anni partibus designata, cornua verò eius > & < Ortum & Occasum, iuxta quas plagas arcanè disponebatur, indicabant. In receptaculis verò ponebantur, testes Osiridis, tæniæ Isidis, periapta Hori, similiaque; subinde illa in formam Lunarem seu falcatam construebatur, de qua Plutarch lib. de Os. & Is. *Lignum autem in sepultura, vt vocant, Osiridis secantes, arcam apparant Lunatà formà, Luna enim Soli appropinquans falcatur & occultur*. His itaque mediante *p* triplicis influxus,, per ternas anni partes, ab *p* ortu & *y* occasu, beneficium exposcebant; Ex ea enim sequebatur vita [16] in calido, (quam per cerasten, [16] igneum serpentem) & [17] generatio rerum, per [17] triangulum geneticum scalenum, in triplici elementari *a b c* Mundo, (per tria quadrata) vti supra dictum est, & [18] humidum, (quod per [18] hydroschema seu figuram aquæ indicabant) profluebat; sequitur baculus [19] furciformis, fulcimenti symbolum κυριολογικὸν, quasi dicerent, per actionem supra indicatam vitam, rerumque omnium in triplici elementari Mundo cōtentarum, generationem in calido & humido consistentem, verum [20] instātis anni per [20] ⊥ indicatum, fulcimentum procurari; Verùm, vt Lector originem huius baculi furciformis luculentius cognoscat, sciendum est, Sacerdotes Ægyptios omnia in sacris vsitata instrumenta in album hieroglyphicorum, quod mystica quâdam ratione constarent, transtulisse; cuiusmodi hoc dictum sceptrum vnum quoque fuit, quo sacrum feretrum in pompis Deorum circumlatum, vti & sacram barram, si quandoque requiescēdum esset, fulciebant. Erat autem ex certo ligno Dijs quos ferebant, appropriato; & in formam V terminabat baculum, quòd cum superni influxus symbolum

Sacra barra.

Baculus furciformis quid.

Lat. 1. Oriēt.

bolum suprà dixerimus; & 4 essent, 4 feretri capulis correspondentes; occultè, optatum Numinis influxum, per sacras huiusmodi & mysticas cerimonias procurandum innuebant; cuius & mentionem fecit Pausanias in Corinthiacis, his verbis: *Præibant autem sacrificuli sacris instructi fuscinis*; & huius adhuc vestigium videtur in numo Petri Stephanonij olim mihi communicato; feretrum est, cui insistit simulachrum quadrifrons, 4 baculis fulcitum, cum inscriptione, *vertumno sacrum*, quæ suo tempore & loco proferemus; vides igitur ex his rationem baculi furciformis; sed ad institutū. Sequitur [21] brachiū cū sceptro [22] oculiformi & figura fauissę [23] seu sacri receptaculi, quibus indicabant beneficentiam Osiridis siuè oculi Cœlestis; illam per brachium, hanc per sceptrum in oculi formam adaptatum. Nam, vti suprà dictum est, Ægyptij Osiridem repręsentaturi sceptrum, teste Macrobio, & Plutarcho, ponebant cum figura oculi: Τὸν δὲ Ὀσίριν αὖ πάλιν ὀφθαλμῷ καὶ σκήπτρῳ γράφουσι ὧν τὸ μὲν τὴν προνοίαν ἐμφαίνει τὸ δὲ τὴν δυνάμιν. ὡς ὅμηρος τὸν ἄρχοντα καὶ βασιλεύοντα πάντων Ζὴν ὕπατον καὶ μήστορα καλῶν. *Osirim verò iterùm oculo & sceptro pingunt, oculo prouidentiam, sceptro potentiam indicantes, hoc pacto Homerus Regem & Principem omnium Iouem supremum & consultorem vocat.* Cuius cum frequentissima mentio passim sit facta, non immoramur, atque huiusmodi mysticum sceptrum in Comasiarum solennitatibus Ægyptios præferre solitos, alibi ostendimus: Figura [23] notat Fauissā, seu sacram cisternam, hoc est, Cœlestis aquæ receptaculum, & à Festo Fauissa dicitur, id est, *Aqua sacra, in adytis sacris in vsum sacrum conseruata*; Abenephi vocat piscinam sacram:

Pausanias in Corinth.

Sceptrum oculiforme quid?

Fauissa seù cisterna aut piscina sacra qualis.

وكان بكل هيكل بركه تحت الصوره التي هي موافقه لاسرارهم ✡

Fuit autem in templo piscina sub figura conuenienti mysterijs eorum. Habebāt enim in recōditioribus locis Sacerdotes, receptaculum aquæ Niloticæ, per occultos meatus in id introductæ, quâ in sacrificijs peragendis vtebantur; cuiusmodi expressè docet figura sequēs, vbi sacrificulus portans sacrum craterem, pauimento insistens, in quo vides sacræ cisternæ figuram prorsus similem illi, quam refert præsens hieroglyphicum, in quam aqua ex Leonino capite profluit, per quod beneficētia Mophta in humidum indicatur; quam figuram ex amphora quadā veteri decerptā ad me olim transmisit Pereiscius. Hâc enim annus [24] instans [25] beatur, [26] vita & rerum abundantia, [27] æqualitas

Ex Ergasterio Pereisciano.

& tem-

& temperies rerum per bilancis [30] iugum symbolum κυριολογικὸν: Infestus verò [28] dœmon à sacræ lymphæ [29] receptaculo T abigitur, & [24] annus quidē; vti dictum est, per quadratum; vita in calido & humido consistens per [26] cerasten bicornem; per brachium [25] liberalitas; per clauam [27] lotiformem; cui arura ¼ agri imposita est, soliditas rerum Orienti per Lotum indicato subiectarū, vti & abundantia [27] agrorum; per T brachium verò cum [28] Coturnice, cui fauissa subditur, repulsus infesti [28] Genij à piscina sacra (de quo vide plura in Hierogr. Coturnicis,) indicatur. Cur autem Aegyptij tam exactè, & tantâ curâ Genios tàm bonos quàm malos, per sacrificia & cerimonias placare studuerint, Porphyrius explicat lib. 11. de Abstinentia his verbis: *De omnibus autem persuasum homines habent, dæmones, si irati fuerint, quia negligantur, & instituto cultu defraudentur, læsionem esse illaturos; contra benefacturos ijs, qui votis & supplicationibus, & sacrificijs, alijsque huiusmodi eos sibi propitios reddiderint. Cum itaque isti multis in partibus, atque interdum in maximis mortale genus hominum lędant, boni dęmones singillatim officia sua nunquam intermittunt; sed pericula nobis à maleficis impendentia pro viribus præmonstrant, dū & per somnia, & per animam diuinitus afflatam, aliaque multa nobis significationes faciunt; vt si quis distinguere ea, quæ significantur, posset, fraudes omnes cognosceret, ac præcaueret; omnibus enim significare, sed non omnes percipiunt, quæ significantur.*

Isti sunt, qui libatione & nidore delectantur, viuunt enim vaporibus & suffimentis, & ex varijs vario modo, nidoribusque ex sanguine & carnibus corroborantur; ideò prudens vir & temperans huiusmodi vti sacrificijs cauebit, quibus ad se tales dęmones attrahat, & purgare animum omnibus modis studebit; eò quòd purum animum ob dissimilitudinem, quam cum eo habent, inuadere non soleant.

Quæ omnia confirmantur ijs quæ apud Iamblichum leguntur, in hunc sensum. Nam per animalia Deos eiusmodi adiurare solemus, qui videlicet talibus præsideant animalibus, præsertim, quę proxime & quasi cognata quadam conditione gubernent. Item dęmones per prouincias partesque diuisi, & partes mundi custodientes, singulis commendatarum sibi partium tantam curam habent; vt ne verbum quidem illius ordini dispensationique contrarium valeant tolerare, perpetuam videlicet, immutabilemque mundanorum perseuerantium obnixè custodientes. Sed de his fusiùs in sequentibus; nunc ad III. Schematismum progrediamur.

Conte-

Obeliſc. Lat. I. Orient.

Conceptus Idealis Lectio.

1 Statua prophylactica myſtica, Sole in 2 poſteriore parte Leonis exiſtente, 3 Luna Oriente conſtruenda eſt, & verſus 1.6. Orientem conſtituenda; præterea 4 vtrique 5 Mophta Cœleſti & 4 terreſtri dicanda eſt ſacro 6 ritu. Ex qua 7 beneficentia Numinis, abundantia rerum 8 generabilium 8 vegetabiliumque; per 9 aquã verò in ſubterraneis partibus in Aegyptum exæſtuantem, annus 10 inſtans, beatitudine & abundantia 11 beneficii 12 Numinis 13 duplici dominio potentis repletur.

Præterea 14 Sacerdos in ſacris, ſe in formam Mophta conformando, ſacros 15 ritus in barra 15 ſacra perficiet.

Ex his enim 16 vita, rerumq; omnium in triplici elementari Mundo *abc* contentarum 17 generatio, in calido & 18 humido cõſiſtens, anni 20 inſtantis vnicũ 19 fulcimentum emanat. Hinc quoq; 21 liberalitas Regis 22 Oſiris, oculi cœleſtis; per 23 affluxũ ſacræ lymphæ, ſeu Fauiſſæ in 24 in ſtãtis anni 25 beatitudinẽ Numinis beneficiẽtiâ cauſatã refũditur.

Atque demùm vita 26 rerum 27 Orient ſubiectarũ cũ 30 æquali temperie conceditur; Vis 28 infeſta 30 beneficii Numinis tutela à Fauiſſa ſeu ſacræ lymphæ 29 affluxu arcetur cohibeturque.

Schematiſmus II. Lateris I. Orientalis.



SCHEMATISMI III.

Lateris primi Orientalis Interpretatio.

Explicatio nomenclaturæ ſymbolorum.

IN hoc tertio Schematiſmo Lateris primi Orientalis, primo loco occurrit figura 1 labyrinthi; deindè duæ 2 cornices, ſub quibus 3 Ceraſtes bicornis; quem ſequitur 4 Ibis, cuius caput ambiunt 5 duodecim circelli, cui opponitur 6 Scarabæus 7 quadrato, & 8 triangulo cinctus; ſequitur 9 caput pueri, cuius collum in tres Zonas diuiditur, è regione cuius ponitur figura 10 portæ tribus eminentijs conſpicua; quibus ſupponitur 11 Ceraſtes bicornis; & hunc 12 noctua proſtrata, cum extenſæ manus figura; poſt quæ ſequuntur ſtatuæ ſiuè idola, quorum 14 prius miro ſitu, 14 alterum 13 tutulo inſigne, neſcio quid myſteriorum exhibent; ſubditur hiſce 16 Ceraſtes bicornis; huic binæ 18 ſtellæ cum 17 ſtatua myſtica, & capite pueri collo trizonio, altari 19 ſuppoſito; poſt hæc 20 ſceptrum tria parallelogramma ſecans, cui ſubditur 22 phallus oculatus, cum accipitre 21 è regione; ſequitur hunc figura græco Π ſimilis, cui includitur 24 O; deindè ſex 25 26 quadrangula cum tribus 27 harpagonibus in formam capitis hircini adaptatis; poſt quæ 28 manus extenſa, deindè figura 29 Sphæroides, poſt quam tria idola cruribus repàdis, quæ manibus coniungũtur quorũ ſingula 30 vas 31 32 habent capiti impoſitum, diuerſæq; figuræ ſingula vaſa ſunt; poſt ſerpens 36 occurrit, ſub quo quinque 37 quadrangula, cum 38 Sphæroide; deindè 39 retinaculi mechanici figura, cum 40 brachio ὠοφόρῳ ſiuè ouum ferente; habemus itaque nomenclaturam ſingulorum ſymbolorum, iam ſubiungamus ſingulorum rationes myſticas.

Labyrinthus naturam difficilem acceſſu indicat.

Labyrinthus primò loco occurrit; quo ſymbolo Aegyptij naturam rerum innuebant; quam vti in abditâ diuini Numinis abyſſo ſitam, ita abſtruſam, imperuiam, & inuentu difficilem appoſitè per labyrinthum notabant. Hinc templo Genij naturæ, paſſim teſte Hecatæo, labyrinthum apponebant. οἱ Μεμφῖται πρὸ ἱερῷ τῆς Ἀγαθοδαίμονος φύσεως, λαβύρινθον ἐκ παλαιᾶς παραδόσεως ἀνατιθέναι, πρὸς σημαίνειν χαλεπότητα πάροδον πρὸς αὐτήν. *Memphitæ Sacrario Agathodæmonis naturæ, labyrinthum ex antiquâ traditione apponere ſolebant, ad indicandum difficilem ad illam acceſſum.*

Quid duæ cornices?

Duæ Cornices labyrinthum ſequentes, indicant marem, & fœminam ſiuè principium actiuum, & paſſiuum rerum, quibus natura in rerum productione veluti inſtrumentis vtitur. Obſeruabant enim Aegyptij hoc animal nunquam plura, quam duo oua parere, & ex eiſdem ſemper marem prodire & fœminam; hinc appoſitè ſanè Martem, & Venerem duabus cornicibus pictis, marem innuebant, & fœminam; quorum ille principium actiuum, hæc paſſiuum in natura rerum referunt; teſtatur dicta Horapollo.

Horapollo.

Horapollo l. 1. c. 8. his verbis: ἔτεροι δὲ τὴν Ἀρεα καὶ τὴν ἀφροδίτην γράφοντες, δύο κορώνας ζωογραφοῦσιν

ὡς

ἀς ἄνδρα ϗ γυναῖκα. ἴσως τοῦτο τὸ ζῶον δύο ὠὰ γεννᾷ, ἀφ' ὧν ἄῤῥεν ϗ θῆλυ γεννᾶσθαι δῦ.
Aliter, & Martem, & Venerem ſcribentes, duas cornices pingunt, vti marem, & fœminam, quoniam animal hoc gemina ouа parere ſolet; ex quibus mas, & fœmina gignuntur, Cùm verò ex principio actiuo, & paſſiuo Natura generationem rerum perficiat, generatio autem in calido, & humido conſiſtat, ex hiſce verò vita rerum, & incrementum orꝑûs omnium contingat; aptè ſanè cornicibus binis ſuppoſuerunt Ceraſten 3 Serpentem bicornem, vitæ in calido, & humido conſiſtentis ſymbolum; vti in proprio ſerpentis hierogrammatiſmo oſtenſum fuit. Quia verò generatio rerum ſine motu ſolis, & Lunæ ſub Zodiaco perfici nequit; hæc enim Sidera motu ſuo vario, dùm ſeminales rationes Mundo incluſas mouent, alterant, & ad formas ſuſcipiendas diſponunt, tandem generationem rerum perficiunt, atq; hinc porta 10 magna vitæ rerum aperitur; Quæ omnia pulchrè per 4 ibim cuius 5 caput duodecim veluti circellis in circuli ambitum diſtributis, coronatum vides, & per Ibidem quidem eos Lunam indicaſſe, in hierogrammatiſmo Ibidis fusè explicatum eſt; per duodecim verò circellos, duodecim circuli magni ſiuè Zodiaci dodecamoria, quæ ſingulis menſibus permeat luna, notãtur; capiti Ibidis circũſcripti ſunt, ad demõſtrandũ ex mente Mercurij hanc mirabilem diuiſionem proceſſiſſe: Nam quemadmodum fusè in citato Ibidis hierogrammatiſmo oſtendimus; putabant Aegyptij numen Mercuriale, ſub forma ibidis comparendo, hominibus tùm literarum formas, tùm anni diuiſionem, aſtrorumque notitiam primùm tradidiſſe. Quoniam verò Luna nihil prodeſt ſine Solis eam perpetuò fouentis aſpectu; hinc è regione 6 Scarabæum poſuerunt ſolis ſymbolum, propter operum eius ad opera Solis mirabilem analogiã; Sol enim duodecies per totius anni ſpatium cũ eâ cõgrediens, rerum omnium generationem perficit, vti quoq; Luna duodecim ſignorum ambitum conficiens, menſem conſtituit, annum videlicet lunarem; ita Sol duodecim ſigna permeando, annum Solarem conſtituit, quo elementaris virtutis per 7 quadratũ indicatæ, ad generationem rerum omnium, per 8 triangulum geneticum, indicatam mirus cõcurſus mõſtratur; Quæ omnia cùm in Hierogrammatiſmo Scarabæi ampliſſimè tractauerimus, eò Lectorem remittimus. Quadratum verò, & triangulum; illud elementa, hoc generationem ſignificare in primò Schematiſmo fol. 388. copiosè demonſtratum eſt.

Ceraſtis vitæ in calido, & humido conſiſtentis nota

Quid Ibis capat 12. Circellis circũdatũ.

Ibis Lunæ nota.

Scarabæus quid notet?

Quid □ & ▽

Cùm verò influxus Solis, & Lunæ toti Mundo, veluti portæ vitæ rerũ competat; hinc ſymbolis Solis, & Lunæ appoſuerunt caput 9 pueri; cuius collum tribus veluti faſcijs ſeu Zonis cingitur, & è regione, portæ 10 figurã conſtituerunt; per caput quidem pueri, Horum indigitarunt, quem Plutarchus lib. de Iſide, & Oſiride, mundanam domum vocat, alij vt in libro tertio oſtenſum fuit, totum mundum ſenſibilem, in tres veluti Zonas diſtinctum, Solarem, Lunarem, & Elementarem; quouè tres horas, id eſt, tres anni partes, Ver, Æſtatem, Hyemem ab Horo, teſte Diodoro, & Plutarcho, ſic

Plutarchus.

dictas per eaſdem colli 9 Zonas indicatas, conſtituuntur. Sub pueri forma pingunt, quod ſingulis diebus, & annis, generationibus rerum quaſi reiuueneſcat, de quibus pluribus differentem citato loco vide Diodorum, & Plutarchum. porta [10] magna vitæ aperitur; & portam quidem indicat ipſa figura portæ propria κυριολογικὴ. Erat enim Aegyptijs proprium, loco ſacrorum in ſacris ſymbolorum, teſte Clemente lib. 6. ſtromatum, vti figuris proprijs, de quibus hierogrammatiſmum Kyriologicarum figurarũ fol. 364. conſule; per [11] ſerpentem autem vitam innui, iam ſæpè dictum eſt. Vides igitur, quàm pulchrè Aegyptij ſymbola contexuerint, quem contextum, vt vlterius videas, filum proſequamur.

Porta figura propria rei ſignificatæ.

Quoniam verò generatio rerum per contrarias poteſtates humanæ felicitatis inuidas variè impediri poteſt; hinc apoteleſmata, ſiue amuleta quædam inuenerunt, ex ſacris ſymbolis, atque ex materijs mundi, beneficis Genijs analogis fabricata, cuiuſmodi ſunt ſimulacra (14) & (15) ſignata, quorum prius corporis ridicula conformatione, Genij nomen more ſolito, refert, vt alibi diximus: putabant enim ſapientes primæui, multum hanc transformationem ad Genium placandum attrahendumque conferre; dum enim literis Alphabeti myſtici ad naturæ exemplar fabricatis, veluti cógruis ſibi rebus vnice delectantur, facilè ſacrificantibus obſequi, poſtulatiſque illorum, teſte Iamblicho, annuere videbantur; poteſtates verò aduerſæ, quas per [12] noctuam cum brachio indicant, cohibentur, & tanquam inimicis ſibi ſymbolis, Agathodœmonum ἀντιμαχία profligantur; Noctuam autem inauſpicati Numinis ſymbolum eſſe, ſolio 315. docuimus. porrò figura (15) ſignata, tutulo inſignis cum ſegmento circuli ſuppoſito; poteſtatem in inferiora denotari, iam aliàs dictum eſt; Supponitur ſtatuis [16] ſerpens bicornis, ad vitam, quam conſeruat, indicandam. Prætereà cùm huiuſmodi ſimulachra vim omnem, & poteſtatem à Genijs Aſtralibus hauriant, hinc [18] Stellas ſuppoſuerunt ſerpenti, cum ſimulachro prophylactico, & capite Hori, quo indicatur, aſtrologica arte, & ritibus ſacris appropriatis, quos [19] altaris forma Horo ſuppoſita aptè indicat, conſecrari debere huiuſmodi ſimulachra, vt vitalis influxus per aſtra, eorumque Genios præſides in illa deriuetur; per ſtellam enim, & Deũ, & fatum, & ſtellam ipſam, & Genium eius, & diuinationem, quam eius ope de rerum futurarũ notitia ſe haurire credebant, indicabant triplici ſignificatione ſub vna ſtellæ figura exhibitâ, vti alibi oſtendimus. Horo ſupponitur [20] ſceptrum, quod tria quadrangula ſecat, hoc ſymbolo indicabant Hori in tres elementares Mundos dominium, vti alibi probamus, per [19] altare verò ſacros ritus notabant Horo debitos, quæ omnia, vt dixi, alibi deſcripta ſunt.

Statuæ prophylacticæ Amuleta ſunt contra aduerſas poteſtates

Aegyptij putabant Statuas aſtrologica arte animari poſſe

Quoniam verò tempus annuum in hac mundana domo ſemina rerum diſponit, diſpoſita animat, ex animatione hac innumerabiles rerum partus producit, ijſque corruptis noua ſemina perpetuà ſucceſſione, quibus elementares mundi in ſtatu à Triformi Numine ordinato conſeruantur. Hinc

Altare figura propria rei ſignificatæ.

pulchrè

pulchrè omnia dicta per [21] vulturem, & per [22] oculatum phallum linearumque ſequentium ſuppellectilem indicant. Sicuti enim Sol 120. dierũ ſpacio, quod Ver dicebant, ſeminalium rerum miſcellam mouet; & alio 120. dierum ſpacio, quam Aeſtatem dicunt, rerum conceptarum fœtibus incubat; & alio 120. dierum ſpacio, quam Hyemem dicunt, fructibus ceu partubus productis gaudet, quietus, & à generatione immunis perſiſtit; hiſce enim tribus ternarijs, tribus anni partibus, vnà cum quinque diebus correſpondentibus annus conficitur, teſte Horo l. 1. c. 11. [12] Vultur annui temporis ſymbolum, quinque dies vuluâ ad ventum adapertâ vento concipit, deinde 120. dies vterum gerit, & alijs 120. diebus pullos educat, alijs verò 120. diebus vacans ſuarum tantum rerum ſatagit, neque prægnationi, neque educationi intenta; ter verò 120. conſtituunt 360. quibus ſi quinque dies, quibus fœtum vento concipit, adnumeres, proueniet exactè numerus dierum 365. quibus iuxtà Aegyptiorum inſtitutum annus cõficitur, quinque veluti intercalaribus, ſeù ἐπαγομένοις adiectis. Vultur Solis ſymbolũ.

Quia verò Sol nihil faceret, niſi motu, ex oriente in occidentem facto omnia luſtraret; hinc tempus diurnum, in matutinum, meridianum, & veſpertinum diſtributum, tribus anni temporibus, (ſi matutinum verno, æſtiuum meridiano, veſpertinum hyberno tempori tribuamus) vndequaque exactè reſpondet, annuſque diurnus non incongruè dici poteſt, quo conceptus rerum, incubationes, & partus tandem producuntur, diurno motui Solis proportionati; Hunc motum tanquam magni in mundana republica momenti conſiderantes pulchrè expreſſerunt per vulturis motum, qui teſte Horo, Sole oriente reſpicit occidentem, Sole verò à meridie occaſum verſus declinante, Orientem reſpicit vuluâ ſoli obuerſâ veluti fœcundam Solis vim exceptura; Exprimunt autem hunc motum duo trianguli [23] Iſoſceles in oppoſitas partes ſiti, intermedium veluti Solem ſemper comitantes. Quę omnia pulchrè Horus lib. 1. c. 11. exponit, qui cùm fuſiùs hoc hieroglyphicum deſcribat, eò Lectorem remittimus.

Motûs itaque finis cùm calor ſit, calidum autem humidum inſtimulet, ex hiſce verò generatio rerum perficiatur; hinc appoſitè è regione vulturis poſuerunt phallum [22] oculatum, quo inſinuant Oſirin, ſiuè Solem fœcundum, oculo hoc ſuo cæleſti, annuo tempore dierumque curriculis rerum generationem perficere, in ſex Mundorum inferiorum, qui per totidẽ quadrangula [25] [26] deſignantur, Oeconomia. Phallus oculatus quid?

Quoniam verò per continuam obſeruationem reperiebant, vulturem non niſi tredecim oua, ex quibus ſemper fœmina, nullo inter eas mare exiſtẽte, parere; hoc ſymbolo pulchrè Lunã indigitauerũt, quæ tredecies cũ Sole annuo ſpacio coniungitur, atque adeò totum cælũ per vulturem notârint, quod fœminæ inſtar omnia intra ſe Solis, & Lunæ opera generet. Quâ [24] porta ad Mundos materiales, per [25] quadrangula [26] ſecundo dominio per tria ſceptra [27] hircino capite conſpicua, indicata aperitur; [28] benignitate Numinis [39] cæli replentur, ſymbolum quidem manus extenſa benignitatis,

tis, & liberalitatis Numinis; figura verò cycloformis cęlorum index est, vti alibi probatum est Quia verò influxûs [29] cœlestis subiectum, humidum est; hinc statuas [31] [34] [33] tres posuerunt, quorum pedes repandi coniunguntur manibus in formã ιαυτα, quæ littera Ægyptiacè idem significat, quod principium; per has tres statuas similes indicabant triformis Numinis idẽtitatem, influxumque, quo in inferiora, & hinc iterum in superiora mouetur sine motu, rebus materialibus sine contagione immersum; quod quidem simulachra pedum repandorum cum manibus coniunctione mysticè exprimunt. Sunt itaque tres statuæ, quoad formam similes; tria vasa capitibus diuersæ figuræ superposita tenent, diuersosq; effectus notant; salutarem videlicet illum liquorem supramundanum per vas [32] circulare; per vas [31] secundum, ex rectis, & curuis lineis mixtum, aquam sideream; tertium [30] vas rectilineum, elementarem notat aquam. Est enim Nilus supramundanus, est cœlestis, est elementaris Aegyptius, quorum singuli conferunt aquam animo corporique salutarem; statuæ prætereà repando flexu positę cernuntur, vt indicaretur supremum Numen triforme, etsi mundis immergatur materialibus, nulla tamen indè contagione infici, sicuti homines mũdanis dediti, necessariò mũdano luto inquinãtur, ad quos purificandos aquâ supramundanâ opus est; Hinc Sacerdotes Ægypti ter in die se aquâ Nili lauare solent, ita Cheræmon apud Porphyriũ lib. 4. *Ter*, inquit, *in die lauabantur frigida, cùm cubitu surgerent, cùm pransuri essent, cùm denique cubitũ irent. Cubile ipsis erat ex palmarum virgultis, quas Bais appellant, intextum.*

Quid *Iauta* Aegyptiacè. & Statuæ in forma *Iauta* literæ Aegyptiacè factæ.

Nilus triplex per diuersæ formæ Nilotica vasa indicatus.

Mos sacerdotum in lauãdo se.

Nam dùm se lauant aqua Nili, simul participant cœlestis Nili aquam, & per hanc animo veluti præparato hauriunt Nili supramundani lympham, quâ irrorati, vitam se consecutos credunt, omnis miseriæ incapacem, Deorum consortio beati; Vnde Æthiopum hoc pronunciatum de Nilo cęlesti emersisse, videtur. *Gihon falah samui zaiflas Vvatu bemai, Madur tambla bebaala, Vuatamblu saabanu*; id est: *Nilus fluuius cęlestis, nos irrigans salubribus aquis terram replens diuitijs, nos verò abundantia satians.*

Hic enim est, qui vitã non quinq; tantũ megacosmi portis, sed & secundũ analogiã quandam quinq microcosmi portis, qui sunt quinquè sensus, confert, adeoq; pulchrè expressa sunt per [36] serpentẽ statuis Niloticis suppositũ, & per quinq; quadrangula figuramque: cœlestem numero (38) signatam; quamuis per quinq; quadrãgula quoq; indicauerint quinq; mundorũ portas in quas lympha illa recẽsita triplex influit, sũtq; Archetypa, Genialis, Siderea, Elemẽtaris, & microcosmica. Hâc enim triplici lymphâ datâ, ouũ animatur singulis dictis mũdis cõpetẽs, multiplici fœtu grauidũ, fructuũ felicitatẽ & abũdantiã in singulos Mũdos redundantem confert, quæ sanè [40] brachium, cuius manui oui figura suprapositа est, appositè exprimit.

Vides igitur, quã pulchro cõtextu symbolorũ, primò naturæ, deindè Solis, Lunæ, Stellarũq; beneficia referãt; deindè tandẽ ad archetypas rationes conuertãtur, quêis animus hominis per congruã dispositionem imbutus, felicitatem consequatur. Sed subdamus hisce totius idealis discursus rationem.

Idealis

Idealis Diſcurſus Lectio.

1 Natura rerum abſcondita, & inuentu difficilis, duobus vtitur principijs 2 actiuo & 2 paſſiuo ad generationem rerũ neceſſarijs; quibus 3 vita vniuerſi conceditur; conſiſtitq; in O. calido & P. humido, quorum hoc 4 Luna per 5 duodecim menſes eiuſdemq; menſtruo ſpatio per 5 duodecim manſiones circuli magni; illud annuo 7 ſpatio 6 Sol promouet; vndè iterum 8 generatio rerum in 9 Horo ſiuè mũdana domo; eſtq; hæc 10 porta magna 11 vitæ rerum.

Quoniã verò vis infeſta 12 Typhonis hiſce cõtraria, vel immodici frigoris, vel æſtùs immodici aduſtiua vi, magnam inducere vaſtitatem ſolet & ſterilitatem.

Hinc 14 ſtatuæ ſiuè ſimulachra auerruncа cõficienda ſunt Typhonis ἀπήμαχα, verſus orientẽ directa, nominaq; Geniorũ 14 Mophta & 15 Nephta, quos referũt, exprimẽtia, ad quorũ cõformationẽ, aduerſa poteſtate cohibita, vita 16 rerũ tutamanet & ſecura

Debet præterea ſub certa 18 cõſtellatione fieri 17 ſtatua Mõphta, q̃ ipsũ nomẽ exprimat, & 18 Hori tribus mũdis 20 hylæis cũ poteſtate præſidis; ſicuti enim 21 Mõphta 24 Dominus 23 ortiuo & occiduo influxu tres 25 hylæos mũdos; ita 18 Horus 22 inuigilãs 27 triplici influxu tres 26 hylæos mũdos 22 fœcundat, & 28 beat. His 29 Cælũ influit in 30 31 32 Nilũ, cuius incrementũ vti triplici de cauſa, ita virtute triplici, 35 ſupramũdana 34 cœleſti 33 elemẽtari, 33 id eſt, aqua triplici concurrit 35 ſupramundana 34 ſideria & 33 hyleа, qua animus ſacrificantis ad id quod intendit obtinendũ, præparatur; Et hinc 36 vita per quinq; 37 portas 38 cœli in 40 Aegyptũ exuberat 5 beneficam 40 rerũ & fœcundã matrẽ.

Schematiſmus III. Lateris I. Orientalis.

SCHE-

Interpretatio
SCHEMATISMI IV.
Lateris Primi Orientalis.

IN hoc præſenti Schematiſmo, primo loco occurrunt tres 1 remi vel temones, quibus ſubduntur tria 2 ſegmenta circuli, cum 4,5 retinaculo bicuſpide, quod ſequuntur 6 tria quadrata; deindè 8 funiculus; vas 9 niloticum ſulcitum duobus 10 pedibus ad progrediendum aptatis; canalis cui 11 ſerpens adrepit, quem è regione tria reſpiciunt 7 quadrangula. Hæc ſequitur Fauiſſa, ſeu 12 receptaculum ſacri affluxus, cum duobus 13 ſceptris, deindè duo, 14,16 ſcaleni rectanguli mediãtibus duobus 15 quadrãgulis. Hæc ſequitur ſceptrum 17 phallophorum, duo ſegmenta circuli 21,22 cum retinaculo 28 tricuſpide 18.19.20, cui ſubditur 23 caput Iſidis, cũ duobus 24 quadrãgulis & 25 ſerpente, cũ arculâ 28 perſeo formi Hori; quod ſequitur 26 noctua cũ 27 ramo tetradicis furciformi, & 26 retinaculo bicuſpide, & 31 ſacra barra, cui ſubduntur tres 32 circuli cum brachio 33 extenſo, & funiculo 34 ſiue ligaculo, & 35 ſceptro; ſequitur hæc 36 hydroſchema, cum 37 Ceraſte bicorni, cui ſubduntur tria paria 39 brachiorũ in cælum extenſorum, quorum duobus extremis duo vaſa Nilotica, medio verò tres 38 circuli ſuperimminent; ſub vltimo verò 41 ſtatua myſtagoga ponitur, ponè quam 40 altare cum capreolo vitis.

Explicatio figurarum.

Quæ porrò ſequuntur in Obeliſco, tria vel quatuor ſymbola raſa ſunt, vt proindè quænam fuerint, nè ſciremus, edacitas vel temporis, vel Cambyſis, Gothorumue ſæuities nobis inuidit.

Cùm itaque viderent Aegyptij ſpiritum mundanum in humido ſtabulari, humidum autem ſecundùm triplicem mundum triplex ſit, hinc aptè tres remos vel temones poſuerunt, huius per tres mundos tranſmeationis indices. Hinc tradit Hecatæus, Baryn Iſiacam nauiculam tres habuiſſe remos, vnum retro, loco temonis, immobilem; duos alios à lateribus, quibus Barys intra aquas promouebatur; per nauim indicabãt, inquit, animæ mundanæ per humidum, motum; per temonem ſiuè remum immobilem omnium diuinam ſtricem prouidentiam; per duos intermedios remos auxiliares Geniorũ copia indicabant, quæ cum omnia, in hac mundanæ barys machina moueant, ex motu hoc calidum & humidum, & conſequenter ſeminalium rerum penuaria, vt & moueantur, & promoueantur neceſſe eſt. Cùm verò tria maximè hanc ſpiritûs tranſmeationem promoueant, Stellæ, Sol, Luna ab ortu in occaſum promota; hinc aptè tria ſegmenta circuli ἡμισφαιρικὰ ſuppoſuerunt; ſuperni, teſte Euſebio, & Plutarcho hemiſphærij indices; retinaculum verò 43 bicuſpe ortus, & occaſus

Quid per Temones vel remos.

Hecatæus.

cornua

cornua demonstrat, quibus Horizon superior cum inferiori connexus, quasi clauditur. Ex astrorum quippe Eurozephyrotico motu tria [6] anni tempora conficiuntur, quæ per tria quadrata aptè indicantur; vt suprà in Schematismo I. lat. I. ostensum fuit. Totum hunc processum, vtilitatemq; quam ille tribus [7] mũdis confert, adhuc luculentiùs proponit sequens symbolorum apparatus, vbi [8] ligaculum connexionis symbolum; quo per occultum, & impenetrabilem Numinis processum, per humidum, quem [10] pedes ad procedendum aptati cum vase [9] Nilotico, quod fulciunt, pulchrè indicant, [11] vita fauissę sacrę [12] infusa, per [11] serpentem figuræ columnari adrepentem indicata, humido, & calido [13] dominante, hylæi Mundi ad generationes rerum imprægnantur, & de ligaculis, vasis Niloticis, quadrangulorum significatione suprà dictum est, restat vt quid pedes [10] indicent, ostendamus: Diximus alibi pedes significare occultum progressum Numinis, teste Porphyrio, diuinitatem quippè non per hominem tantùm, sed & per omnia animalia pertransiuisse, iuxta illud Virgilij 4. Georg.

Quid pedes cum vase nilotico?

Porphyrius.

Deum namque ire per omnes
Terrasque tractusq́ maris, Cœlumque profundum.

Cui astipulatur Eudoxus apud Plutarchum in libro de Osir. & Isid. vbi inuisibilem Dei naturam motu ad rerum procreationem processisse, sub pulchra sanè allegoria Aegyptios exhibere, ostendit his verbis.

ἐπὶ φησὶ περὶ τοῦ Διὸς ὁ Εὐδόξος Μυθολογεῖν Αἰγυπτίους: ὡς τῶν σκελῶν συμπεφυκότων αὐτῷ μὴ δυνάμενος βαδίζειν, ὑπ' αἰσχύνης ἐρημίᾳ διέτριβεν: ἡ τε Ἶσις διατέμοῦσα καὶ διαστήσασα τὰ μέρη ταῦτα τοῦ σώματος, ἀρτίποδα τὴν πορείαν πάρεσχεν. αἰνίττεται τὸ καὶ διὰ τούτων ὁ μῦθος, ὅτι καθ' ἑαυτὸ ὁ τοῦ θεοῦ νοῦς καὶ λόγος ἐν τῷ ἀοράτῳ καὶ ἀφανεῖ βεβηκὼς, εἰς γένεσιν ὑπὸ κινήσεως προῆλθεν.

Ad hæc de Ioue perhibet Eudoxus fabulam Aegyptios celebrare, eum pedibus inter se connatis cum ire non posset, ob pudorem in solitudine vixisse; Idem verò dissectis deductisque ijs membris Ioui gressum expediuisse; qua allegoria indicatur, Dei mentem suaptè natura in inuisibili, & inconspicuo degentem, motu ad res procreandas processisse.

Pedes itaque ponebant sine alia corporis parte adiuncta, ad occultum & insensibilem huius progressum indicandum; vt verò aptiùs ostenderent medium per quod transit, pedes affinxerunt vasi [9] Nilotico rotundo, quo indicabant, & ex humido, & per humidum eundem fieri, id est, humidi ope omnia quæ in mundo fiunt, Numen perficere. Atque hoc verum esse indicat [12] fauissa siuè quod sequitur receptaculum sacræ lymphæ, seu cisterna sacra, supra quod pedes ad currendum parati consistere videntur; ad custodiam simul, & tutelam, quam in humidam naturam habet, duplici scilicet dominio per bina [13] sceptra notato, indicandum: vtilitates verò, & commoda, quæ ex hoc progressu, tutela, & dominio Numinis proueniunt, sunt primò [14.16] generatio rerum, quæ in [15] annos instantes per [14 16] Scalenos, & [15] quadrata indicata redundant; ponunt autem duo tantũ quadrata

Scalenus nota generationis vti & quadratũ anni-

pro duabus anni partibus; quo indicabatur duabus tãtum anni partibus generationem fieri, reliquã verò seminalium rerum penuarijs clausis, in noua fundanda sobole occupari; quia verò generatio nihil prodest, nisi fœcunditas insignis accedat, hinc supposuerunt hisce symbolis sceptrum [17] phallophorum, id est, testibus inuolutis conspicuum, quod vti in Hierogrammatismi phalli ostensum fuit; symbolum erat fœcunditatis ritu sacro procurandæ, & in phallophorijs solennitatibus vnà cum ficulneis veretris siuè folijs ficulneis pudendi similitudinẽ exprimentibus, teste Plutarcho, præferre solebant. Quoniam præterea fœcunditas, & generatio sine motu Osiridis inualida est, hinc retinaculum [18 19 20] tricuspe supposuerunt, quo motu eius ex [18] ortu per [19] meridiem in [20] occasum supra Horizontem facto, generationem rerum promoueri, fœcunditatemque disponi, ac superna infernis hoc naturæ retinaculo veluti colligari, pulchrè indicant; quo Isis, id est, terrestris Mundus per caput suppositum significatus, ex aqua, & terra elementaribus [24] corporibus constitutus, vti & [24] anni, & anni vbertate replentur, & tandem vita [25] in calido, & humido consistens per Cerasten [25] bicornem indicata propagatur in omnia Mundo subiecta corpora. Nè tamen infesta vis Geniorum ἀντιτέχνων hanc fœcunditatem impediret, hinc noctuæ [27] Ericam seu tetradicem apponunt, veluti contra malignam vim amuletum quoddam; Est autem Erica herba; vel vt Arabes volunt, Seriphium, siuè absynthium marinum, quam alij tetradicem appellant, Aegyptijs imprimis sacer frutex. Hôc enim arcã Osiridis in Nilũ proiectã, & portentoso quodam filiorum incremento inuolutam, à Typhonis violentia occultatam fuisse; vndé & à Regibus tanquam sacrum prophylacticum portari, & in Fano Isidis collocari solitũ fuisse, Plutarchus hisce verbis ostẽdit:

Plutarchus.

Retinaculũ tricuspe motus Solis ex ortu per Meridie in occasum nota:

Caput Isidis terrestris nota.

Noctua aduersæ potestatis symbolum.

Erica planta quid?

Ericæ fruticę arca Osiridis in Nilo tecta conseruata traditur.

Plutarchus de Osiride & Iside.

ἐκ τε τούτου πυθέσθαι περὶ τῆς λάρνακος ὡς πρὸς τὴν βίβλον χώραν. ὑπὸ τῆς θαλάσσης ἐκκομανθεῖσαν αὐτὴν ἐρικήτι μαλθακῶς ὁκλύδων προσέμιξεν. ἡ τε ἐρίκη κάλλιστον ἔρνος ὀλίγῳ τῷ χρόνῳ καὶ μέγιστον ἀναδραμοῦσα περιέπτυξε καὶ περιέφυ καὶ ἀπέκρυψεν ἐντὸς ἑαυτῆς.

Exinde audiuisse Isidem, Arcam apud Byblum maris fluctibus eiectam, Ericæ cuidam molliter insedisse; Ericam autem breui temporis spacio pulcherrimum atq; maximum edidisse germen, eoque arcam circumplexam occuluisse intra se. Et paulò post:

Τὴν τε θεὰν φανερὰν γενομένην αἰτήσασθαι τὴν κίονα τῆς στέγης; ὑφολοῦσαν, δὲ ῥᾷστα περικόψαι τὴν ἐρίκην, εἶτα ταύτην μὲν ὀθόνῃ περὶ καλύψασαι, καὶ μύρον καταχραμένην ἐγχρίσαι τοῖς βασιλεῦσι, καὶ νῦν ἔτι σέβεσθαι βιβλίους τὸ ξύλον ἐν ἱερῷ κείμενον Ισιδος.

Deam verò patefactam (id est Isidem) *petijsse columnam, cui tectum incumbebat.* (quã ex ligno germinis prodigioso suo incremento Arcã Osiridis occultãtis fuisse supra retulit) *eaque subducta nullo negotio Ericã amputasse, huiusq; linteo velatam affuso vnguento Regibus in manus tradidisse, colique etiamnum à biblijs lignum illud in Fano situm Isidis.* Hoc itaque ex eo, quod corpus Osiridis occultauerit, in sacrum symbolorum album assumptum, & noctuæ adiunctum, amuletum contra Typhoniam vim euasit; ponitur autem ramus supra retinaculum [29] binis cuspidibus deorsum versis, ad continendas in inferioribus malignas machinationes. Præterea in sacra [31] barra, quæ erat Arca

sacra,

ſacra, vt alibi diximus, in qua Oſiridem conditum, & ab Erica herba cõtra Typhonis aſſultus occultatum credebant, ſacros ritus perficiebant ad Numen ſiuè Agathodœmonem propitiandum; de quibus cerimonijs fusè Porphyrius l. 11. de abſtinentia. Barta ſacra quid.

Hiſce enim Cerimonijs peractis Triformis Numinis in 32 triplicem Mundum benignitatem, quorum tres 32 circuli triplicem Mundum, brachium 33 extenſum benignitatem deſcribit, ligari, & adſtringi per 34 funiculum ſiuè tænias Oſiridis, de quèis alibi ex Plutarcho copiosè actum eſt; cuius potentia conſequenter humidæ naturæ, per 35 hydroſchema indicatæ vitam 37 concedi credebant.

Vt verò, dicti triplicis Mundi vita maiori efficaciâ attraheretur, Sacerdotes, teſte Plutarcho, quem alibi citauimus, manè, meridiè, veſperi in adytis, brachijs in cęlum extenſis, eo ſitu in ſacrificijs enpſalmiſque ſuis ſe conformabant, vt brachia exprimerent ū literam, quam 𓂝𓏏𓄿 vocabant, hoc eſt, apertum cor, quæ vox eadem eſt cum Hemphta 𓄿𓏏𓂝𓏏𓋴, & ſupremi Numinis vitam referebat in vniuerſam transfuſam, vti ſtatua n. 41 ſignata monſtrat; vide Onomaſticum noſtrum Aegyptiacum; hoc enim habitu faciliùs, & vberiùs à Numine triformi, triplicis Mundi, per tres circulos, 38 brachijs erectis ſuperpoſitos, indicati, vitam, 39 in humido conſiſtentem (qui quidem per duas vrnas quadratas indicatur) totius felicitatis ſummam ſe conſecuturos ſperabant; putabant enim, nulla re Deos magis ad neceſſitatibus noſtris ſuccurrendum, quàm ſimili myſtico tùm corporis, tùm reliquarum rerũ externarum apparatu moueri. Quod idem ſignificabãt per ſtatuam myſtagogam 𓂝𓏏𓄿 infrapoſitam, & per altare Capreolo inſignitum; quæ omnia ſymbola ſunt ſacrificiorum ritè ordinandorũ; ita quidem, vt tria paria brachiorum tripartitum diei tempus, quo Sacerdotes orationes ſuas eo brachiorum ſitu, qui & myſticus eſſet, & Numinis influentis exceptionem appoſitè exhiberet, facere conſueuerant; Nam vt rectè Porphyr. l. 4. ex Chæremone. *Diem in Deorum cultum diſtribuebant, in quo ter vel quater manè, & veſperi & meridiè Solem hymnis proſequebantur;* porrò brachia ſola cum duobus quinarijs digitorum pingebant, vt oſtenderent, decadem illam diuinitatis ſolitariam, in binos quinarios mũdanos deriuari, per occultas, & analogas ijs conuenientes operationes; cùm nihil, Syneſio teſte, Numini gratiùs ſit, quàm abditis huiuſmodi alluſionibus, illud ſollicitare; hinc vno, & eodem tempore corpus in varias figuras ſymbolicas, prout Numinis, quod ſollicitabant, conditio ferebat, transformabant; quod & ſtatua ſequens nomen Hemphta ſitu corporis exprimens ſatis indicat, vbi brachium inflexum cum crure retro reflexo 𓄿 exprimit, 𓏏 verò exprimit vtrumq; brachium cum vbere; 𓂝𓏏𓋴 verò ſiuè contractum 𓋴 caput cum humeris. Flexura ptęterea pyramidali brachiorum, quorum prior ſurſum, altera deorſum inuerſas pyramides exhibẽs, dictos paulò ante mun- Ritus Sacerdotũ in adytis. Porphyrius.

di binarios, ex quorum coniunctione nascitur decussis siue denarius numerus symbolum vniuersæ naturæ, cui Emphta præest, arcanè exprimant: vide quæ de hisce susè alibi egimus. Præterea ad ortum, eleuatis manibus Numen sub Sole sensibili latitans, ad meridiem iterum & demùm vesperi ad occasum hoc ritu sollicitabant, ita Porphyrius. *Erga Numen sanè peculiari quodam modo pietatem exercent, prius enim quàm Sol oriatur profanum nihil loquuntur, sed patrias quasdam preces manibus in cælum extensis, quasi supplicantes, vt oriatur, ad ipsũ effundunt, idem & meridiè & occasu perficitur.* Atque huc respexisse videtur Virg. 2. Æneid. dùm Anchisis in orando consuetudinem describit.

At pater Anchises oculos ad sidera lætus
Extulit, & cælo palmas cum voce tetendit
Iuppiter omnipotens &c.

Hoc pacto Iliad 2. ab Homero Chryses describitur, precatus Apollinem, ἀναχὼν τὰς χεῖρας, *sublatis manibus*, quod Eustathius interpretatur, ἀνατείνας εἰς εὐχήν, *extensus in preces*; hoc idem confirmant varij Authores, quos citans his verbis describit Stucchius libro de ritibus, & sacrificijs, fol. 87. *Corporis item cùm totius, tùm singularium eius partium atque membrorum* θέσιν ἢ διάθεσιν, *dispositionem, situm, gestum, siuè gesticulationem potius obseruabant. Corporis quidem totius, nam se prosternebant in terram, quam prostrationem Hebræi vocant,* השתחוה *Hischachaueh, vndè & prouerbium apud Pythagoram.* κατὰ τὰς προσκυνήσαντες, *adoraturi sedebant*; vt proindè ad harum statuarum situm alludisse videatur, præterea totum corpus in has, vel illas mundi partes vertebant. *Trismegistus, adorantes media die ad austrum se cõuertere iubebat, occiduo ad occasum, si verò primũ oriretur Sol, in ortum.* Vt sic non secùs ac Lotus, Numen Solare indesinenter oculis, animoque prosequerentur.

Quibus ritibus, & gestibus peractis in altari sacrificabant, non carnes animalium, sed teneriores plantas Dijs gratas, cuiusmodi altaris figuræ impositum vides, capreolum vitis; Hinc enim à triformis mundi Numine per tres circulos indicato, vitam per serpentem, & bonorum temporalium abundantiam per duo vasa Nilotica, indicatam, se impetraturos sperabant.

Verùm vt consensus Authorum omnibus numeris correspondeat, apponam hoc loco, quod ex Coptitarũ veterum reliquijs hausi; concessit nõ ita pridem Illustrissimus Dominus Hannibal Albanus Bibliothecę Vaticanæ Custos, vir & humanitate & eruditione varia oppidò eximius interpretãdum M.S. Codicem, erat id Rituale Coptum, à R.P. Marco de Luca Ord. S. Frãcisci ex Aegypto recens allatum, in quo inter cetera antiquæ Aegyptiorum cerimoniæ adeò appositè describuntur, vt ad veterum cerimonias iam paulò ante descriptas respexisse videantur. Verba Copta sunt:

Hoc eſt: *Sacerdos, altare circumibat, in cuius manu ſacer amictus, librum eleuans ſupra:* hâc figura Coptitæ crucẽ, ego Tauticũ charactere explico, quâq; monogrãmaticè notat; *tũc Sacerdos eleuat Acerram, & æs ſonorũ tribus vicibus in ſonum animat, deinde ter excitat hymnodiam ſuper altare, ſublatis in cœlum manibus, tribus vicibus dicendo preces; demùm accipit Sacerdos ſacrum vnguentũ, & ſignat charactere crucis in 4 angulis altaris, 4 mundi partibus correſpondentis.* Ex quo perſpicuum ſit; veteres Chriſtianos multa ex veterum cerimonijs aſſumptas, in veri Dei cultum adhibuiſſe.

Vt proindè ex his pateat; quantum Ægyptij in ceremonijs & ſacramentis ritè adminiſtrandis ſtudij poluerint. Quanto eædem non apud Gentiles tantùm, ſed & Hebræos, & Orthodoxos Chriſtianos in vſu fuerint; nec ſine ratione, cùm enim homo ex materiali & immateriali, hoc eſt corpore & animo conſtet; præter internas animi affectiones, intellectualeſq, operationes, quibus in DEVM duabus veluti alis intellectu & voluntate ſublatus, tenderet; externa quoque ſigna, quæ corpori competerent, quibuſque extrinſecis geſtibus, interiorem mentis operationem veluti teſtaretur, neceſſaria eſſe videbantur; atque hæ ſunt cerimoniæ, & myſticæ operationes, in ſacris tùm priuatis tùm publicis vſurpatæ; tùm ad maieſtatem ſacris conciliandam, tùm ad vigorem mentis per extrinſecas actiones feruẽtius ſuſcitandum; Quæ quam DEO nullo non tempore gratæ acceptæque extiterint, teſtatur ipſa à DEO Moyſi in Leuitico præſcripta earundem exacta obſeruantia. Iamblichus quoq; *Obſeruantia*, inquit, *decens præceptorum operumque diuinorum, quæ omnem excedit intelligentiam, atque ſymbolorum ſacramentorumque mira poteſtas, Solis vota Numinibus præſtat nobis deificam vnionem: Quàndo itaque operamur in ſacris, non conficimus per intelligentiam. Sacramenta, alioquin & actio eorum intellectualis foret, & daretur à nobis: Contra verò & nobis non intelligentibus, hoc proprium opus peragunt, & Deorum poteſtas, quo hæc referuntur, ineffabiles & ſeipſa proprias agnoſcit imagines, non à noſtris intelligentijs excitata.* Quid hìc Iamblichus aliud indigitat, niſi quod ſacramenta non ex opere operante duntaxat, vt ſcholæ loquuntur, ſed & ex opere operato, gratiam concilient? Sed iam hiſce totius diſcurſus idealem lectionem apponamus.

Idea-

Idealis Lectionis Contextus.

Schematiſmus IV. Lateris I. Orientalis.

Triforme Numen 1 triplici vehiculo, 1 Stellis, 1 Sole, 1 Luna, per tria 2 cęleſtia ſpatia, ex 4 Ortu in 5 Occaſum, diffuſum, tria 6 efficit anni tempora, atque ſic 8 agitatũ ligatũq; occulto & 10 inuiſibili motu proceſſuq; per 9 humidum, 11 igneo miſtum vitam præbet tribus 7 hylæis Mundis.

Sacri liquoris 12 affluxum colligit Duplici 13 poteſtate, ſuperna & inferna, 14 duo 16 generationis principia ab 14 ortu & 10 occaſu ordinat, vndè 15 Mundorum inferiorum, 15 annorumque inſtãtium 17 fęcunditas reſultat, quam ſacro *n. o.* ritu Sacerdotes venerentur. Præterea triforme Numen per cœleſtia ſpacia 21 ortiuum, 19 meridianum & 22 occiduum agitatum, per 23 Iſin inferiorum 24 Mundorum, 25 caloris humoriſque præſidem, 18 Horũ infeſtæ 26 malignæ Typhonię poteſtatis vi interemptum, 27 tetradicis germine binorum mundorum fulcimento, quô ſupera inferis 29 30 cõiũguntur, Typhone verò, rituin ſacra barra facto, diſpulſo, profligatoque, inſtaurat. Trium Mundorum 33 benefica vis 34 ligata ſub meridianum 35 tempus, 6 humidæ naturæ vitã 37 cõcedit. Hinc Sacerdotes myſterioſa 9 figura trãsformati, 39 brachijs in Cœlum extenſis, ad trium 38 Mundorum à ſupremo Numine Triformi procedentem vitam, omni die, 39 manè, 39 meridiè, 39 veſperi per 40 preces & 40 ſacrificia appropriata, 41 ſtatuas quoque ſimili ſacro ritu apparatas, excipere debent.

SCHE-

SCHEMATISMI V.

Obeliſc. Lat. I Orient.

Lateris primi Orientalis Interpretatio.

IN hoc Schematiſmo nõnulla deſunt ſymbola iniuria temporũ deprauata; Quare ad reliqua progrediamur Primum itaque in hoc Schematiſmo locum obtinet 1 bilancis iugũ quod 2 Ibis cirrata ſequitur, cum 3 triangulo; infra quæ 5 feretrũ ſacrum cum 4 retinaculo tricuſpide. Et Fauiſſa, ſeu 6 receptaculũ ſacrę lymphæ, ſub quo 7 globus cum 8 ceraſte; Quæ ſequitur iterum 9 ibis cirrata cũ 10 globo; è cuius regione 11 porta cum claua 12 lotigera; ſequitur 13 receptaculum ſacri affluxus, ſeu ciſterna ſacra cum ſceptro 14 oculiformi & *p* hydroſchemate, quod 15 ſerpens ſequitur cum ſegmento 16 circuli; poſt quod 17 Accipiter figuræ 18 ouali inſidens; hunc rude ſchema 19 tabulæ ſacræ, vnâ cum ſtatua 20 myſtagoga è regione poſita. Sequitur hæc figura brachijs 22 extenſis, oualem figuram quaſi ſuſtinens è regione mitra 23 capreolata, infra figuram verò, 24 Ara, ſupra quam figura



ra humana ſuper extenſa, manibus pedibuſque exprimit mundanę domus portam. Sequitur deindè [26] arietis caput cum triangulo ſuprà, quem [27] Ceraſtes ſequitur, & hunc figura [28] oualis. Quæ omnia, quid ſignificent, & quas myſticas rationes obtineant, videamus.

Primo loco occurrit iugum [1] bilancis ſacræ, æqualitatis caloris, & humidi ſymbolum; ſed cùm id ad præcedentia ſymbola abraſa reſpectum dicat, malui ingenuè fateri ignorantiam, quàm coniecturarum inutili conatu comminiſci. Sequitur itaquè [2] Ibis cirrata, Genij Lunaris, vti folio 324 probatum fuit, & generationis, cuius, vt iam ſæpè dictum fuit, [3] triangulum ſcalenum index eſt, præſidis ſymbolum, ſingularibus ritibus & honoribus venerandi, per feretrum in Comaſijs circumferri ſolitum, indicatis; quia verò omnis generatio, ex motu originem ſuam habet; hinc tricuſpe [4] retinaculum vnà cum Fauiſſa ſeu [6] affluxus ſacri figura, Ibidi ſuppoſitum vides, quo indicare voluerunt, motu Lunę [2] ſacro ritu propitiatæ ex ortu, per meridiem in occaſum facto [4] ſeminaria [3] generationum affluxũque [6] ſacræ lymphæ, & hinc [7] Mundi [8] vitam promoueri. Tametſi verò Iſis [9] Genius [10] Mundi Lunaris, [10] portam [11] [12] genitabilium rerum, [13] affluxumque ſacræ lymphæ aperiat; niſi tamen oculus [14] cœleſtis Oſiris eum reſpiciat, [P] aquas calore ſuo [15] viuificet, in [16] inferiori mundo nihil eam efficere poſſe teſtatũ perſuaſumque tenebant; hinc aptè ſuppoſuerunt Ibidem cum [10] globo, & [11] [12] porta lotifera; Fauiſſa, [13] ſceptro [14] oculiformi [P] hydroſchemate, & ſegmento [16] Sphæroide, & [17] Accipitre Sphæroidi inſidente, cœleſtium, ſuperiorum inferiorumque Domino, quibus omnia, quæ diximus, arcana indicabant. Siquidem [9] Luna & [7] Sol coniuncti [11] mundanam portam aperiunt [12] vegetabilia roborant, [13] piſcinam ſacram radiorum [14] commiſtione fœcundant [P] aquis largiuntur [15] vitam, & omnia quæ in inferno [16] mundo continentur, animant [17] Oſiri [18] cœlorum domino, & moderatore potiſſimum agente. Et de prioribus quidem ſymbolis fusè in præcedentibus actum eſt, reſtat, vt quid ſegmento hoc [16] Sphæroide indicarent, explicemus. Cùm Aegyptij Sapientes indicarent, cæli medietatem ſemper comparere: alteram ſemper latere; ſuperiorem ſemper comparentem Horizontis partem, Iſin dixerunt, latentem Nephtyn; Linea verò communi coniunctum, Anubim dixerunt; quæ omnia fuſiùs alibi dicta ſunt, & Plutarchus expreſſis verbis indicat. Νέφθυς γὰρ ὀνομάζουσι τὸ ὑπὸ γῆν καὶ ἀφανὲς· Ισις δὲ τὸ ὑπὲρ γῆν καὶ φανερόν. ὁ δὲ τέταρτος ὑποφαύσκων καὶ καλούμενος ὁρίζων κύκλος ἐπίκοινος ἀμφοῖν, Ἄνουβις κέκληται. *Nephtys enim eſt id, quod infra terram ſitum non cernitur; Iſis quod ſupra terram manifeſtum extat; at circulus hic duo claudens circulus Horizon eſt, & Anubis dicitur.* Hinc inferiorem terræ partem in formam Scaphæ; vti hic vides efformabant, ita Diodorus lib. 1 c. 8. *de terræ primatas opiniones adferunt aſſerentes Scaphæ ſimilem, & eam cauam eſſe*: Vides igitur cur inferiorem terræ partem, & ſuperiorem obuerſis ſegmentis indicârint, ſignificabat itaque hoc ſegmentum inferna conuexitate mundum

quid tricuſpe retinaculum?

Plutarchus de Oſir. & Iſid.

infe-

inferiorem, hoc est, hemisphærium inferius, siuè inferiorem horizontis partem.

Quibus prætereà ritibus Genij hi Lunæ-Solares in bonum Mundi attrahendi sint, & quæ bona ex huiusmodi cultu ijs proueniant, sequenti symbolorum syntagmate declarant; primò enim apparet oualis [19] figura, cuius inferior pars [19] abacum ad consistendum aptum habet; quam, teste Iamblicho, tabulam sacram appellabant; *Sacerdos*, inquit, *in porta adyti stans sacram tabulam manu gerens, patriâ Aegyptiorum linguâ Deum suscitat*. In hac enim symbola sacra collecta inscriptaque magnam vim habere putabantur ad benignos Genios attrahendos, ad malignos dispellendos. Hinc sacra huiusmodi syntagmata hieroglyphica tanquam phylacteria quædam, mysticis rationibus imbuta, Dijs proindè gratissima, non in Obeliscis tantùm, sed & in Canopis, Sphyngibus, Isiacis Statuis, Mumijs, Sepulchris insculpebant: quæ & varijs laminis incisa, diuersis corporis membris applicata portabant; horum ope consortio se Deorum, & conuersatione beari credebant; horum auxilio animam expiatam post mortem in præstantissima corpora migraturam credebant; horum vsu omnium bonorum vbertate imbui se opinabantur; Hinc nullis non Obeliscis statuisque huiusmodi syntagmata, siuè sacræ tabulæ incisæ, & veluti singulare quidpiam continentes spectantur Dijs consecratæ, eosdemque mysticis rationibus fætæ respiciunt. Hanc itaque tabulam sacram, hoc loco innuunt per præsentem figuram symbolis quidem vacuam, sed quæ secuturi paulò post syntagmatis hieroglyphici index foret. Cui è regione respondet statua mystagoga Genij Momphta humidi Elementi præsidis, cuius vas Niloticum, quod capite gerit, signum est, nomenq; Genij [illegible] situ corporis exprimit, vti supra indicatum fuit, quo indicare voluerunt, tabulam sacram per ritus paulò post explicandos ad se attrahere, virtute Genij, Vitam Mundi cęlestis, quam [21] Cyclica figura sequens notat: quo verò ritu id fieri debeat, ostendunt sequentia symbola; eaq; sub forma præcepti, quasi dicerent: sacrificulus in formam characteris Tautici, siue crucis ansatæ conformatus, sacros hymnos peraget, deindè supra aram se incuruabit exprimendo [24] characterem mysticum [illegible] quæ litera [24] mundanam domum, deindè [23] dominium potestatemque in [23] vegetabilem naturā, per capreolum indicat vt paulò post explicabitur; quibus cum [O] Sol & [C] Luna præsint, influxus eorum benignos, Genij appropriati, mystico sacrificio incitati in inferiora deriuabunt. Ex huius deriuatione [26] Ammon fœcundum Numen caloris, & humoris, & consequenter [25] generationis præses [27] vitâ omnia mundana corpora imbuet; Verùm vt hæc propius in suo fonte intueamur, mysticas singulorum subtilitates, & reconditam doctrinam pleniùs explicemus.

Quibus modis Genij Lunæ Solaris attrahendi sint?

Iamblichus. Tabulæ sacra quid?

Sacerdotes in sacrificijs figuras literarum mysticarum Dijs analogarū variâ corporis conformatione exprimere solitos, in præcedētibus, ex Plotino, Iamblicho, Abenephio; alijsque probatū fuit; hoc loco verò tota procedendi

Sacerdotes in characteres nominis Deorum symbolorumque corpus in sacrificijs contorqueban

ratio quasi ob oculos ponitur, vbi figuram humanam in characteris Tautici similitudinem transformatam vides. Nam hunc characterem omnium mysteriosissimum varijs figuris, vti in proprio hierogrammatismo ostensum fuit, referebant; inter quas, & hanc reperies in fine bifurcatam, quem characterem quoque inuenies in Schematismo primo huius lateris, hierogrammatismo secundo in sede Genij dominatoris; in obelisco quoque Lateranensi sæpè is occurrit; præ cæteris autem pulchrè expressum intueberis in numo quodam seu sacra tabula apud Laurentium Pignorium in auctario mensæ Isiacæ in fine, vbi simulachrum ἱερατικῶτερον siue accipitris capite insignitum cum Lunæ sextilis effigie; in cuius dextra baculus Cucuphæ capite notatus varia instrumenta auerrunca manu complicans; sinistra Tauticum characterem bifurcatum tenet, vt figura sequens docet. Per hunc Schematismum ferè omnia, quæ paulò ante de Genio Lunæ-Solari dicta sunt, tanquam in epitome continentur; Quid enim Lunæ sextilis character aliud nisi Lunam? quid simulacrũ ἱερατικώτερον aliud, quàm Osirim siue Solem indicat? Quid per baculum Cucuphomorphum, nisi dominium in Mundum, quo varietatem rerum producunt, infesta omnia, & infausta profligant? quid per ansatam crucem siuè Tauticum characterem bifurcatum, nisi vniuersalem influxum in Elementarem Mundum bipartita actione indicant? Vide si placet, quæ de hoc charactere proprio loco recondita, & digna scitu tradidimus; quicquid igitur in præcedentibus per symbola expansa, sub hoc Schemate contractum retulerunt. Cùm itaque Tauticus character tantus esset, tamque illustribus mysterijs scateret, mirum non est, eô Sacerdotes in omnibus mysterijs exhibendis vsos, propria corporis conformatione, ad maiori efficacia Deos sollicitandos expressisse.



Explicatio Schematis.

Transformatio Sacerdotum in varias figuras sacrificiorũ tempore.

Venio ad alterum hieroglyphicum, quod pari corporis transformatione exprimebant; & vt mirandas operationes priscorum sapientum clarius in sacris videas, paulò altius rem ordiri visum est. Diximus in mystici Alphabeti structura, Aegyptios characteres etiam vulgares secundùm mysticas rationes construxisse; Et primò quidem, vt in Prodromo, & Supplemento Thesauri linguæ Coptæ annexo demonstrauimus; exprimebant ij nomen Dei duplici ratione per ϕτ, & per ⲛⲟⲩⲧ; quorum illud duobus characteribus conflatur, ϕ scilicet & τ, prius symbolum erat vniuersi, & omnium rerum amore connexarum, de quo vide Prodromum. Alterum τ scilicet, influxûs Numinis in hylæos Mundos symbolum erat; vti alibi probauimus; ex quibus nascebatur ϕτ nomen Dei, vniuersum Mundũ virtute suâ animantis; Alterum Dei nomen ⲛⲟⲩⲧ dicebatur, quod in lingua Aegyptiaca idem significat, quod Dominus; primam literam referebant

Quid Aegyptiaca, & hieroglyphicè significet?

Obeliſc. Lat. I.

rebant per π, quam portam appellabant mundanæ domus, reliquis duabus literis O C Solem, & Lunam κυριολογικῶς, teſte Clemente, indicantibus; Sicuti itaque Sacerdotes in priori Schemate ϕϯ nomen, ita in ſecundo, corporis conformatione πθc exprimebant, quaſi tacitè Numen ſeu Dominum vniuerſi implorantes; Hoc itaque nomen vt hieroglyphicè repreſæntarent, O & C intrà π includebant, quemadmodum in hoc præſenti hieroglyphico Schemate patet, quod olim mihi Nicolaus Pereiſcius immortalis memoriæ vir, interpretandum tranſmiſit, quod & in ſupplemento Prodromi ipſo adhuc viuente exhibuimus, & hoc loco ad dictorum confirmationem denuò exhibendam duximus, vt ſequitur, vbi vides, mediam figuram ſub litera π in ſimilitudinem portę incluſos tenere characteres O & C, hoc eſt, Solem & Lunam, quod monogramma, vti linguâ Aegyptiacâ dominum ſignificabat, ita tacitè quoque abſolutũ eô in vniuerſum Solis, & Lunæ ſecundorum Deorum dominium innuebant.



Explicatio figuræ.

Nam per π portam ſiuè domum hanc mundanam, per O Solem, per C Lunam, per ſerpentem Numen viuificum, quod immenſitate ſuâ omnia ambiat; deinde annuum quoque cyclum, diuinitatis typum, teſte Horo, indicabant; quibus omnibus monſtrabant, Dominos huius mundanæ domus temporſiq; participatâ á Supremo Numine omnia ambiente, virtute, eſſe Solem, & Lunam in medio conſtitutos, vt omnes Mundi partes (quas quatuor Genij iuxta quadripartitam Mundi partem poſiti notabant) ab hiſce benignè influentibus participarent. Vndè & π inferius apertum eſt, ad ſignificandum influxum, & emanationem ex ſuperioribus ad inferiora fieri, non contra; ϕϯ verò vnà cum ſtatuis hieroglyphicis, vnicuique plagæ adſcriptis, indicat Genios iſtarum plagarum præſides, iuxta analogiam qualitatum dictarum plagarum, in Ibidem, Accipitrem, Leonem, & ſelem transformatos; literæ verò vnicuique adſcriptæ, literæ, & nomina Coptaſint, de quibus conſule ſupplementum Prodromi folio 529. vbi omnia fusè explicauimus.

Cum itaque vocabulum adeò myſticum eſſet, non ſine ratione Sacerdotes in ſacrificijs, vti nomen ϕϯ ita, & πθc exprimebant, quod ſanè luculenter docet Schema hieroglyphicum, in quo figura ſignata numeris 22 ϯ in formam crucis; altera ſignata numeris 24 πθc exprimit, corporis facta ſupra aram ſuperextenſione, in qua manus, & pedes vnâ cum pectore, & ventre perfectum π exprimunt, quaſi dicerent; *O Numen æternum poteſtate in omnia ſummum, Domine vniuerſorum, exaudi preces & ſacrificia noſtra, mitte influxum tuum ſuper nos, & ſuper omnia, pro quibus te*

Miræ Sacerdotum in ſacris corporis transformationes.

implora mus ; vt participes fiamus donorum tuorum ; effunde ſuper nos virtutem aſſeclarum tuorum Oſiris, & Iſis , id eſt , Solis, & Lunæ Deorum ſecundorum Dominorum vniuerſi , vt virtute eorum , & anima noſtra , & omnia , pro quibus ſacrificia inſtituimus , irradientur , & fructus proferant tibi beneplacitos. Ritus itaque, & corporis geſtus conformatioque erant in omnibus conceptis verbis conformes . His itaque fuſiùs, quàm par erat, explicatis, iam effectus ſacræ cerimoniæ videamus.

Sequitur in Schematiſmo propoſito immediatè caput Arietinum Ammonis ſymbolum,cum ſerpente Ceraſte,& duobus Sphæroidibus ſegmentis, quèis indicabant, Amun fœcunditatis, & generationis Genium excitari ad id, quod denotabat, concedendum,ſcilicet vitam rerum omnium fœcundam, Cœlorum benignitatem ; Aegygtij ſiquidem tantùm huic Numini Amun tribuebant, vt ſolâ inuocatione nominis eius,magnis bonis ſe repleri crederent . Hinc tanquam nomen myſticum , & diuinis virtutibus congruum, laminis incîſum & pectori affixum gerebant,vti in Hierogrammatiſmo Arietis expoſitum fuit ; & ex ſequenti Schemate patet , in quo nomen Ammonis expanſum ; & literis ex alphabeto myſtico extractis aptè exhibetur , quarum ſenſus eſt qui ſequitur .

Verùm iam totius Schematiſmi V. Idealem Lectionem hic apponamus.

Idealis

Idealis Lectionis contextus.

Schematismus V. Lateris primi Orientalis.

Obelisc. Lat. I.

Hìc Obeliscus vel Cambysis vel Gothorum incendijs de fœdatus figuris caruit vnde eas prætermisimus.

Caloris ex 1 ortu & occasu æquabilitate, lunaris 2 Genius per 4 ortũ 4 meridiem & 4 occasũ means 3 generationẽ rerũ instimulat, varietatẽ rerum & 6 affluxũ sacri humoris & vitã 8 affert 7 Mundo, 8 eã ob causam in Comasijs eius 5 circũferenda statua est.

Prætereà Lunaris 9 Geni 9 orbis sui 10 domin 9 & 9 varietate refert 9 11 mũdanã portã aperit, dũ solidat omnia 11 & nascibiliũ rerũ 12 abundãtiã profert, per 13 affluxum sacri humoris, hoc est per 14 oculũ cœlestẽ & Osiridis p affluxũ; inde 15 vita 16 reb 9 subterraneis. 17 Solaris verò Genius cœlestib 9 18 dominãs, per 20 simulacrũ mysticè cõstructũ, & per 19 tabulã sacrã 19 prophylacticã, & per 20 statuam fidelis Oeconomi sui Mophta supernas aquas adducẽdo omnia fœcundat; q vt efficaciùs fiat, Ritus sacri sic perficiendi sunt. 22 Statua in formã Ansatæ crucis ☥ effigiãda est, & alia Aræ 24 incumbens manibus pedibusq; exprimat nõc nomen. Hinc enim 24 porta mũdi 25 generationisq; sub dominio Solis, & Lunæ aperietur. Hinc 26 Amun se sistens Osiris affecta 27 vitã 28 cœlestia imbuet.

SCHE-

SCHEMATISMVS VI.

Lateris primi Orientalis.

Explicatio Schematiſmi

IN hóc Schemate primò occurrit cycloides, cum 2 brachio extenſo, & 3 barra, deindè 4 Sphæra, è cuius regione alia 7 Sphæra, tribus fulcris, ex triangulis cõcatenatis, inſtar 7 tripodis ſuſtentata (quam nos impoſterũ tripodem Idealem vocabimus) ſub quo ſegmentum 5 Sphæroide, & poſteà tres 8 circuli, intra duo ſceptra 6 9 locati, quæ ſequuntur duo 10 triangula, bina 10 quadrangula incluſa tenentia. Poſt quæ tandem ſacra illa tabula, de qua in præcedentibus mentio facta eſt, ſiue ſyntagmata hieroglyphicum, prophylacticum, ſeu amuletum, myſticis ſymbolis grauidum. Sed explicemus ſingula. Poſt ſymbola 1 2 3 in præcedentibus explicata, ſequitur.

Circuli quid notent.

4 Globus, ſeu Sphæra, quæ hoc loco indicat Deum, Numen illud æternum, & immobile, principij, & finis expers; circulum illum Hermetium, cuius centrum vbique circumferentia nuſquam, quem proinde Xenophanes apud Pierium Valerianum non immeritò Archerypam Sphæram appellauit; Vnus quippè circulus, aut ſimplici alteri cuipiam figuræ ſignouè circumductus, teſte Valeriano, Aegyptijs non tantùm nunc, ſemper, aut perpetuum atque æternum, ſed & omnia quippé τὰ πᾶν ſignificabant, quod in ea figura, neque principium, neque finem inuenire ſit, quod æterni Numinis, id eſt, Dei proprium eſt, & quia omnium figurarum capax eſt, vniuerſitatem ipſam intra ſe complecti videtur. Eſt enim totus in toto, imò verò ipſe totum, extra, intraque in ſe cuncta complexus; Et ſic Deum ſiuè triforme Numen, vti in Schem. I. lat. 1. oſtenſum fuit, prout in ſolitaria ſua vnitate æternum quieſcit, ſui beatitudine, & contemplatione contentus, referebant Aegyptij. Ad quod illud Zoroaſtris oraculum alluſiſſe videtur; ἑαυτὸν ὁ πατὴρ ἤρπασεν, οὐδ' ἐᾷ δυνάμῃ νοερᾷ κλάσας ἴδιον πῦρ. *Seipſum ſummus parens Deus à reliquis ſubduxit, neque in ſua potentia notionali ignem ſuum incluſit.*

Proprietas circuli.

Quid tripus idealis.

Cum verò Deus omnium rerum creatarum ideas in ſe contineat, hinc pulchrè ſanè è regione globi alium globum poſuerunt, tribus radijs fulcitum; radij verò ex triangulis concatenatis conſtituuntur; quo ſymbolo oſtendebant, diuiuam triformis Numinis naturam ideis prægnantem, per eaſdem ad extra progreſſum, tripartitum Mundum, & omnia quæ in eo continentur, & condidiſſe, & condita perpetuo influxu conſeruare; tangit hunc Idealem tripodem Triſmegiſtus in Pimandro fol. 55. his verbis. *Plenus autem ideis, omnibus qualitates pater inſerens in Sphæram veluti in gyrum omni qualitate ſeipſum circumſcripſit.* Vndè per modum pyramidis tres illos radios triangulifórmes exhibebant, ex centro diuinæ Sphæræ, in amplitudinem rerum creatarum deriuatos. Cùm verò ſuprà dixerimus, triangulum æquilaterum

ſymbo-

symbolum esse triformis Numinis ad extra prodeuntis; hinc non incongruè ternos illos radios, triplicis Mundi, Angelici, Cœlestis, & Elementaris indices, sub catena quadam triangulorum æquilaterorum contexuerunt, vt ostenderent, singula trigonico illo charactere insignita esse, & ad primum Conditoris Dei exemplar facta, particulam quandam, vt ille aiebat, diuinæ auræ participare; quæ quidem participatio tantò omnibus accidit amplior, quantò quisque Deo per contemplandæ diuinitatis studia eidem fuerit factus similior, & per sacrificia cerimoniasque sacras expiatior, quæ indicat oraculum Zoroastri hisce verbis. σύμβολα πατρικὸς νοὸς ἔσπειρε Ψυχαῖς, quæ his verbis Psellus interpretatur; mens paterna animabus inseuit symbola, Quemadmodum liber Mosis hominem ad imaginem Dei formatum fuisse dicit, ita etiam Psellus ait: *Conditorem, & Mundi parentem signa, & notas suæ ipsius proprietatis animabus inseuisse. Etenim non animæ tantùm è paterno semine productæ sunt, sed omnes etiam ordines superiores suam originem inde habuerunt; sed in substantijs incorporeis alia sunt signa, incorporea nempè, & indiuidua, alia item in mundis signa sunt, & symbola inenarrabilium Dei proprietatum ipsis etiam virtutibus longè excellentiorum.* Nota per signa hic intelligi ideas. Ad participanda itaque dona diuina, ritus illos, quos paulò antè exposui, tanto studio paragebant, vt vel vnam in ijs circumstantiam omisisse, irrito se conatu in sollicitando Numine laborare, teste Iamblicho, crederent; Certè hoc vnicum hieroglyphicum idearum diuinarum cum effectis in triplici Mundo connexionem exhibens, tanta mysteriorum sublimitate fulget, vt non dicam exigua pagina, sed ne integer quidem liber ad ea satis pro meritis explicanda sufficiat: Vndè Lector suo tempore consulat Theologiam nostram hieroglyphicam, quam Oedipo reseruamus. Nam vt rectè oraculum Zoroastris, πάντα γὰρ ἐξετέλησε πατὴρ καὶ νοῷ παρέδωκε δευτέρῳ *Omnia ex vno igne producta sunt, quippe cum omnia Pater perfecerit, & Menti tradiderit secundæ.* Sed iam ad propositum reuertamur. Diximus itaque globum simpliciter, & sine alio positum, Dei in abysso æternitatis reconditam naturam significare, globum verò 7 radijs veluti catena quadam trigonica constructum, Deum significare siue triforme Numen idæis fætum, iuxta quas in rerum productione operatur, quæ ita esse pulchrè demonstrant sequentia symbola, tres 8 circuli intra duo sceptra 9 inclusi, quo primo triformis Numinis ideis prægnantis processus indicatur in triplicem Mundum, per Dominium duplex superiorum, & inferiorum, corruptibilium, & incorruptibilium, Cœlestium, & Elementarium; ex quo processu 9 generatio rerum consequens per 9 triangulos Scalenos geneticos indicata, & in Mundis hylæis per 10 quadrata significatis, pulchrè sanè insinuabatur. Verùm vt ostenderent, quomodo hoc Numen attrahi, & si quandoque iratum fuerit, placari possit; sequens præscribunt veluti in tabula sacra prophylacticum amuletum, cuius vsu omnium

Obelis. Lat. I.

Psellus in Oraculum Zoroastris.

Oraculum Zoroastris.

nium bonorum participes se futuros putabant. Sacra tabula hæc est, triangulus [11] Scalenus cũ [12] brachio extenso, quod sequuntur duo sceptra quorũ prius [13] trinode est, alterum [15] binode, includuntq; [14] segmentum Sphæræ hemisphærij inferioris symbolũ; sequitur alterum [16] segmentum sphæræ hemisphærij superiotis index, cum [17] subiectâ fauissâ, cui succedunt duæ pennę cum [19] duobus Rhomboidibus, & segmento, & [20] brachio extenso, cui subditur hydroschema, & hoc, sceptrũ binode. Triangulus Scalenus nota generationis est, ita Plutarchus: *Aegyptios autem probabile est triangulorũ pulcherrimo imprimis comparasse vniuersi naturam, quà comparatione etiam Plato in Rep. videtur vsus, vbi figuram nuptialem componit. Constat id triangulum tribus lateribus, quorum basis est 4. angulum rectum ad eam conficiens trium, & hunc subductum angulo latus quinque, tantùm potest, quantùm latera eum conficientia. Intelligendum est autem linea ad rectum angulum alteri insistente, matrem; basi, fœminam; subtendente, prolem vtriusque repræsentari; & Osirin esse principium, Isidem subiectum, Horum verò effectum. Ternarius quippè primus est impar, ac perfectus numerus; quaternio est quadratum lateris paris binarij; quinarius, quà patri, quà matri congruit, conflatus è binario & ternione, is Græcis est πέντε quasi dicas, πάντα quo vniuersum intelligitur. Quadratum porrò quinarius producit à se, quantus est numerus literarum apud Aegyptios, & quot annis vixit Apis.* Hæc Plutarchus lib. de Osir. & Isid.. Hic igitur triangulus geneticus, Osiridis benefici & fœcundi, quod per brachium aptè indicatur, munus est. Nam vt rectè Plutarchus citato loco: ὁ γὰρ ὄσιρις ἀγαθοποιός, καὶ τὸ ὄνομα πολλὰ φράζει. οὐχ ἥκιστα δὲ κράτος ἐνεργοῦν καὶ ἀγαθοποιὸν ὃ λέγουσι. *Est enim Osiris beneficus, & nomen hoc multa significans, præcipuè vim efficacẽ & beneficã designat.* Vndè Omphis, meliùs Omphta, hoc est, beneficum Numen, teste Hermæo, dicitur. Cùm itaque Osiris generationis in toto mundo Author sit, iam videamus, quomodo mysteria mundana sequentibus sceptris impresserint? duplex sceptrum est, segmentum includens; prius trinode est, idq; nodos duos quadratos, medium rotũdum habet, quæ cùm ad triangulũ geneticum Omphiacum alludant; ijs indicatur, diuiniorem naturam ex tribus constare, eò quòd mente cernitur per nodum circularem indicatum; & materia, & quod ex vtroque componitur mundus, per nodos quadratos indicatur, ita Plutarchus: ἡ τὸ κρείττων καὶ θειοτέρα φύσις ἐκ τριῶν ἐστι, τοῦ νοητοῦ, καὶ τῆς ὑλῆς καὶ τοῦ ἐκ τούτων ὃν κόσμον λέγουσι. Vides igitur quomodo bina sceptra in se 2. 3. 4. 5. per 5 nodos indicata cõtineãt; quorũq; quadrata 4. 9. 16. 25. singula certos in mundo ordines entium indicant; atque hi sunt nodi illi sacri, de quo Iamblichus fol. 164. Hoc enim [12] Numinis fauor in [17] piscinam sacram, deindè in [18] aërem & agrorũ [91] feracitatem, id est, benefici Numinis vis in humidam substantiam inferioris mundi attrahitur, vnde per influxum eius vita, per vsum sacrorum amuletorum conceditur. Quorum omnium rationes mysticæ cùm in præcedentibus passim expositæ sint, repetenda, non duximus. Lectio sequitur.

Idealis

Idealis Lectionis Contextus.

Schematiſmus VI. Lateris Orientalis.



[1] Cœlis vitam [2] largitur; per [3] ſacræ barræ ritus Triforme [4] [6] Numen ideis [7] prægnans, triplici 777 influxu in triplicē 777 genialē [4] Mundū, [5] immediatū influxûs ſubiectum lapſum, [0] [9] gubernat omnia. Hinc in Elementares & hyleos [10] mūdos lapſum, generationes rerum vbiq; [9] ortiuo, & [9] occiduo influxu, annuaſq; elementariū virtutes promouet. *Tabula verò ſacra ſiue prophylactica auerruncatiua, quam in præcedenti Schematiſmo numero 15 ſignauimus, quamq; in ſacris adhibendam ibi præſcribit Hieromantes, hæc eſt.* [11] Generationis vis [12] benefica, dominio [13] ſuperno [14] infernoq; [15] potens, [17] affluxū ſacri humoris, [16] ex ſupernis demiſſum augmentat, Saturnus fugacis tēporis diſpoſitor, & benefi cum Numē agrorū fœcunditatem promouet, in humidam naturam potens. Per huius enim [23] influxum [24] vita omnium eſt, [26] omnium poteſtas.

INTERPRETATIO SCHEMATISMORVM Lateris secundi Meridionalis.

SCHEMATISMVS I. Lateris II. Meridionalis.

Influxum Triformis Numinis in quadruplicis Mundi Meridionalem plagam symbolis suis exhibet, quorum significata cùm iam suprà fol. 436. explicata sint, ea Lector adire poterit.

SCHEMATISMVS II. Lateris II. Meridionalis.

Explicatio figurarum.

IN hoc Schematismo primo loco occurrit 1 Papilio, ἡμεροπολιτικός, siuè sub forma Dracunculi, 2 cum thyrso papyraceo; quibus supponitur 3 segmentum Sphæræ, Sequuntur deindè duo sceptra, quæ tres includunt circulos 4; post hæc 5 crater, cum sceptro 6 oculiformi; 7 globus cum sceptro, & tribus 8 quadrangulis; quæ 10 Ibis, cum 9 globo 11 segmento Sphæræ insidens excipit; huic subduntur tres Luteres, quæ sunt Aquæ sacræ tria receptacula; denique sacra tabula exhibetur, quorum omnium significatio, vt demonstretur, paulò altiùs ordiri visum est.

Sciendum itaque Aegyptios in hoc Latere Geniorum meridianæ plagę præsidum officia, effectus, ritusque colendi, eosque cùm in bonum priuatum, tùm publicum attrahendi rationem exhibuisse; Præmisso itaque Schematismo primo, veluti Epigraphâ quâdam Supremi Numinis in quadruplicem Mundum influxûs; iam ad particularia deinceps descendunt, dùm quomodo diuinum Numen in omnibus omnia per Assectas Genios operans progrediatur, ingenioso sanè & abdito symbolorum contextu indicant, vt ex iam dicendis patebit.

Primò itaque toti Mundo dominari volunt potentiam quandam, quam, vt suprà ex Iamblicho ostensum fuit, pantamorpham vocabant, id est, omniformem, quam nonnulli hylęi siuè materialis mundi præsidem, *Colcodean* Arabes dicebant; eò quod formas singulis rebus congruas, consentaneasque destinet; ex quarum formarum aptâ distributione summa illa rerum varietas, in rerum omnium humano generi necessariarum vsum emergat; atque hoc Numen aptè sanè per 1 papilionem ἡμεροπολιτικὸν indigitarunt. Est hoc animal Aegypto proprium, & inter papyreta passim reperi-

Obelisc. Latus II. Merid.

reperitur; bicorne, caudam habet ſerpentis in morem effigiatam, alis amplis & patulis præditum, nunc binis, modò quaternis pedibus, vti hîc, inſtructum. Huiuſmodi animal Ægyptij notabant, ex vili verme primò in bipedem, deindè in quadrupedem excreſcere, mox alis innumera figurarũ varietate imbutis, cornibus quoque conſpiciendum ſe præbere, vt proindè mirum non ſit, eos, dùm prodigioſam hanc metamorphoſin viderent, id congruum ſanè præſidis materialis Mundi ſymbolũ aſſumpſiſſe; hìc enim ex materia formarum appetitiua, diſpoſitionibus præuijs introductis, veluti ex chao quodam elementaris miſcellæ, primò bipedum per binos pedes, mox quadrupedum, per quaternos; deindè volucrum varietatem per alas variegatas, bifulcum genus per duo cornua, reptilium per caudam aptè indicatam, produxit; ex qua productione ingens illa, cùm in rerum neceſſariarum vſum, tùm vniuerſi decorem varietas profluxit, quam per papyraceum thyrſum pulchrè ſignarunt; Eſt enim papyrus, vti in proprio hierogrammatiſmo huius plantæ diximus, planta aquatica Ægypti propria, ſtagnantis Nili filia, omnium rerum neceſſariarum in inferiori Mundo per ſegmentum ſphæræ indicato, copiam præſtans; Ex hoc ſibi cibum, veſtes, vtenſilia cuncta, teſte Theophraſto, procurabãt; Accedit, quòd memoratum animal in hunc fruticem naturali quodam appetitu, vtpotè ex quo generationis ſuę originem hauriat, feratur; quo ſimul occultè inſinuare voluerunt Numinis πολύμορφε in bonum inferioris Mundi, ad quod deſtinatum eſt, promouendum, curam & vigilantiam, & quomodò omnia quoque ex aqua ſeu humido, veluti rerum principio prodierint. Meminit porrò huius animalis Diodorus, & Herodotus in Clio, vbi mentionem faciunt dracunculorum, ex mari rubro in Ægyptum quotannis volitantium: θρησκεύεσι τὰ τοῖς ἑρπετοῖς διὰ τὸ παντοίην φύσιν πολύμορφον. *Reptilia adorabant propter diuerſitatem naturæ eorum*; de quo vide & Euſebium, ſuprà citatum. Verumtamen hæc rerum varietas non in Elementari duntaxat Mundo conſpicitur, ſed & in triplici Angelico, ſiderio & elementari Mundo, id eſt, Sole & Luna, & ſubterraneis partibus; & primò quidem Angelicus Mundus, tametſi formarũ materialium incapax ſit, habet tamen ſecundùm analogiam quandam, ſuam & ipſe congruam formarum varietatem, ſolis ſapientibus conceptibilem, cuius vis polymorpha deindè deriuetur in ſacrũ [5] craterem Oſiridis id eſt, [6] oculi cœleſtis per Orbis [7] Solaris ſuper Horizontem factam conuerſionem, vndè trium anni [8] temporum maxima in rerum productione emergit varietas, deindè in [9] globum [10] Genij Lunaris, cuius vi [12] Luteres Plutonici ſeu ſubterranea inferioris Mundi [12] receptacula vbertate replentur, & ad innumerabilium formarum productionem diſponuntur; (erant autem huiuſmodi Luteres ſacri in omnibus adytis ita diſpoſiti, vt ipſo ſitu & figurâ circulo-lineari, neſcio quid auguſtum & diuinum exprimerent, mentium antequam Deos ſollicitarent expiationi, deſtinati) in ijs ſe abdebant, veluti diuinam caliginem, obteſtantes. Natura itaque Dei, humanis

Dracunculi multiformis ſignificata.

Quid per Papilionem.

Papyraceus thyrſus ſignificata.

Segmentum circuli inferiorem Mundum notat.

Luteres Platonici quid

aut Angelicis viribus comprehendi nullo modò poteſt. Hic enim ſibi ſuæ gloriæ latebras conſtituit; quas ſi mens conetur perrumpere, opprimitur magis, quàm lucet. Itaquè diuinæ naturæ immenſam obſcuritatem ſignificantes Ægyptij dictitabant, primum omnium principium tenebras eſſe ſupra omnem intellectũ poſitas; Hinc, vt id congruis locis honorarent, in receptaculis ſubterraneis, quas ipſi ciſternas ſacras nominabãt, ſua ſacra & ceremonias facientes, ter incognitam caliginem, hoc eſt, Deum τριμέρητον per tria ſeparata receptacula inſinuatum, inuocabant; quod præclarè inter alios aduertit Damaſcius Platon. πρῶτον ἀρχὴν ὑπέλαβον σκότος, ὑπὲρ πάντα νοητὸν, σκότος ἄγνωστον ἧς τρὶς τοῦτο ἐπικαλοῦνται. *Primum principium exiſtimant tenebras, ſuper omnem intellectum poſitas, tenebras incomprehenſibiles ter inuocabant.* Vide quæ de hiſce alibi tradidimus; Porrò omnia hæc pulchrè per ſymbola diſtincta indicantur. Per tres 4 circulos quidem, triplicem Mundum ſignificari ſuprà dictũ eſt; per bina ſceptra, ſupernum infernumque dominium; de 5 cratere Oſiridis vide quæ ſuprà fol. 450. egimus. Porrò ſceptrum 6 oculiforme Oſiridis, cùm ſuprà parciùs attigerimus, hoc loco aliquantulùm fuſiùs exponamus; Marcus Tullius Solem Mundi mentem & temperationem appellat in Scipionis ſomnio. *Et vetuſtiſſimi illi Sacerdotes Moderatorem hunc hieroglyphice ſignificaturi, oculum & ſceptrum facere ſolebãt*: idem teſtatur Macrobius his verbis: *Hinc Oſirin Aegyptij vt Solem eſſe aſſerant, quoties hieroglyphicis ſuis literis exprimere volunt, ſculpunt ſceptrum, in eoque ſpeciem oculi exprimunt, & hoc ſigno Oſirin demonſtrant, ſignificantes hunc Deum Solem eſſe, regalique poteſtate ſublimem cuncta deſpicere, hinc Solem Iouis oculum appellat antiquitas.* Cui aſtipulatur Plutarchus lib. de Oſirid. & Iſid. τὸν γὰρ βασιλέα καὶ κύριον ὅλων ὀφθαλμῷ καὶ σκήπτρῳ γράφουσι. *Regem enim & Dominum Oſirin, oculo & ſceptro exprimunt.* Solebant autem, vt ex varijs hieroglyphicis patet, multis modis huiuſmodi ſceptra effigiare; ſubindè enim caput auis, aut hominis in apice ſceptri, nonnunquã phallum oculatum imponebant; interdum ex ramis certâ ratione complicatis, folium Lauri aut Perſeæ exprimentibus, quibus inſerebant oculum, vt hic factum eſſe vides, & ſuprà citatus Macrobius apud Pierium Valerianum fol. 234. his verbis tradit: *Nonnunquam*, inquit, *in ſceptro ipſo ramuſculos complicare ſolebant, vt in eo complexu coëuntes, oculi ſpeciem in medio ſpectandam informarent, eaque ſpecie Oſirin quaſi multioculum dicere vellent, inte ligebant*; vides huius quædam veluti in noſtro hoc hieroglyphico rudimenta. Hinc, vt alibi oſtendimus, ex Lauro, vel Loto, Perſea, ſimilibuſq; ſolaribus plãtis ſceptra conficiebãtur, vt ſic occulta hac analogia, vti reconditiorem ſignificationem, ita gratiorem Dijs operationem per analogas res exhibendã innuerent. Reſtat vt de trium humorum 12 receptaculis aliquid dicamus. Tria hìc ponuntur receptacula humoris, triplici Mundo correſpondentia, in quæ polymorpha vis deriuata; effectus præſtat à Naturæ Moderatore intentos; primum receptaculum conſideratum in Mundo Angelico, eſt claritas & limpiditas intellectus Angelici; in quo ceu in ſpeculo quodam elu-

Oſiris vt plurimum fiebat ex Lauro, & Loto.

Receptaculorum ſignificata.

cent

Obel. Lat. II.

cent ſupremæ diuinitatis, rerumq; fidei curæque vniuſcuiuſque commiſſarum dictamina.

In Mundo Sidereo receptaculum humorum, eſt ipſum diaphanum ſpacium aquis cœleſtibus fætum, cuius fœcunditas varia radiatione Solis, & Lunæ deriuatur in receptacula inferna, hoc eſt, Crateres Nephtyos & Mophta, ex quorum fœcundatione, rerum omnium vita emanat.

Expoſitis itaque polymorphi Numinis in triplici Mundo effectis, & operationibus, iam quomodò, & quibus rebus is propitius ijs fiat, oſtendit ſequens ſyntagma hieroglyphicum, ſacra videlicet tabula, cuius vi, ceu prophylactici cuiuſdam amuleti geſtatione, Numen ſibi infallibiliter propitium futurum credebant. Sacra tabula hæc eſt.

Sacræ tabulæ expoſitio.

13 Duo pedes in formam pyramidis diſpoſiti ſunt, quam ſuprà occultã polymorphi Numinis, influxu ſuo per omnia progreſſionem ſignificari diximus, vnà cum 14 Cornice 15 Sphæroidi inſidente, quo principium rerum paſſiuum illos ſignificaſſe, in Schematiſmo tertio Lateris primi explicauimus. Sequitur Leo iacens 16 Momphta Genius incrementi Nili, de quo ſimiliter ſusè, tùm in proprio hierogrammatiſmo, tùm in præcedentibus actum eſt, reliqua verò ſequentia ſymbola paſſim alijs in locis ſusè explicata ſunt. Sequitur 17 brachiũ, cũ 18 Spæroide duobus binodibus ſceptris incluſo, quibus beneuolentiã Oſiridis quadruplicì dominio conſpicui, in cœlum primò, deindè in inferiorem Mundum, per ſegmentum Sphæræ indicaſſe, oſtendimus; quoniam verò hæc beneficentia potiſſimùm in humoris participatione conſiſtit, hinc aptè infra poſuerunt figuram affluxûs ſacræ lymphæ, quæ quid ſit, interpretandum duxi. Ex Plutarcho varijs iam locis oſtenſum fuit, Aegyptios Nilum illum ſuum diuinis honoribus ad ingentes vſque ſuperſtitiones proſecutos; in nullis non ſacris Niloticæ aquæ, quam & Lympham ſacram nominabant, vſum adhibuiſſe; Hinc vt huius beneficæ aquæ cultus maiori cura perageretur, in adyta ſubterranea ferũtur per occultos meatus Nili vndã deriuaſſe in 21 receptaculũ adyti, quod Fauiſſam Feſtus, Ægyptij Νωνια ſiuè affluxum ſacræ aquæ dicebant; vt nullibì ea res deeſſet, cuius tanti in ſacrificijs momenti vſus foret. Hinc receptaculum in formam piſcinæ figurabant, quem ingreſſum Dei & fœcũdum affluxum Oſiridis, Plutarcho teſte, dicebant, cuius quidem propriam figuram, vt pleraque alia ſupellectilia, inſtrumentaque ad ſacrificia ſpectantia hieroglyphicorum albo, tanquam ſymbola Dijs grata adſcripſerunt; Atque hoc ita eſſe, Schema adyti Iſiaci hieroglyphicis conſpicuum docet, quod, vt alibi dictum eſt, ex Muſæo Peireſcij ad id interpretãdum olim mihi transmiſſum fuit, in cuius pauimento clarè hæc figura Fauiſſæ Nilotica lympha refertæ, inciſa ſpectatur; vt proindè de huiuſmodi notâ diu anxio perplexoque; hoc vnicum, tam expreſſum ſymbolum omnem mihi prorſus ſcrupulum exemerit; & hæc eſt ratio huius hieroglyphici; itaq; huius receptaculi curã tùm ſuperiores, tũ inferiores Genios habere peculiarẽ

duæ

duæ pennæ Geniorum ſymbola, & ſegmentum cum Rhomboidibus duobus, qui agrorum indices ſunt, vt alibi dictum eſt, & manus beneficentiæ nota, & hydroſchema, cum duobus binodibus ſceptris craterem continentibus, quibus quidem nihil aliud indicabant, niſi quod per ſacrificia ad receptaculum lymphæ ſacræ peracta, crater Oſiris quadri-potentis vbertate in quadruplicẽ mundũ, quæ cornua crateris denotant, repleatur; Hinc tãdem ſeminaliũ rerũ rationes, quæ per ouum indicãtur, ſuſcitatæ in vberrimam fœcunditatem repullulent. Quod vt vberiùs fiat, feſtorũ ſolemnitates, & honores dicto Numini exhibendos per ſtatuam, & feretrũ, non inuenuſtè indicant. Atqu hanc tabulam ſacram tanquam prophylacticam, ac attractiuam Numini ſacerdotes locis publicis paſſim incidebant. Porrò nihil aliud reſtat, niſi vt Lectionis Idealis contextum hîc ſupponamus, ex quo Lector in arcanas dictorum rationes facilè proueniet. Nam cum pleraque ex ſequentibus ſymbola iam in præcedentibus aliſque proprijs locis expoſita ſint; neutiquam conueniens eſſe videbatur, vnam & eamdem rem toties decantare. Sufficiat interìm Lectori curioſo, per dictum contextum arcanos ſingulorum ſenſus intellexiſſe neq; moueatur, nos ſubinde vnam, & eamdem rem diuerſis nominibus exhibere; hoc enim conſultò factum eſſe, ei ſolt innotuerit, qui ingenium Ægyptiorum varium penitiùs ſcrutatus fuerit; dum ſæpè numerò vni & eidem ſymbolo diuerſas ſignificationes imponunt; quorum tamen differentiam nemo facilè, niſi ex alijs hinc inde adiunctis ſymbolis intellexerit.

Idealis Lectionis contextus.

Schematiſmus II. Lateris ſecundi Meridionalis.

1 Polymorphus naturæ Genius 2 vſum rerum Meridiei ſubiectarum inferioribus 3 partibus neceſſariũ, primò ex 4 tribus Mundis, Triformis 4 Numinis vi & influxu, deriuat in 5 craterem 6 omniuidentis 5 Numinis, oculi cæleſtis 7 Mundo inuigilantis, & 7 dominantis inferioribus; deindè in Mundos 8 hylęos deriuat per 9 globum Lunarem. 10 Lunaris verò Genius hunc in 12 incremẽtum humidi, deſtinat ſubterraneis 11 receptaculis adytorum, quæ mundũ inferiorem exhibẽt, ad hos verò Genios propitiandos hæc ſacra ſignorum tabula ordinatur.

Natas nos ſacram tabulam eam hìc dicere quæ omnia illa ſymbola, ouali figuræ incluſa continet.

13 Abditus & inuiſibilis motus, proceſſuſque 15 cœleſtis 14 Oſiris, per 16 Mophta 17 beneficum, quadruplici 18 21 dominio 18 cęli inſignem, in inferis affluxũ 22 ſacri humoris actuat, vndè 23 agri fœcundati coluntur 22 velocitate & beneficentia Numinis; 25 humidum 26 quadruplici pariter dominio & in 27 quadruplicem inferioris Mundi plagam 28 potens, ſeminalium 29 rerum rationes per 30 Iſidem diſponit, ac proinde ſacro ritu 31 celebrari & coli debent.

Rationes myſticas ſingulorum in præcedentibus vide.

SCHE-

SCHEMATISMVS III.

Lateris II. Meridionalis.

IN præcedenti Schematiſmo exhibuimus ſacram tabulam polymorphi Numinis attractricem; in hoc verò Schematiſmo, ſacri huius amuleti effectus oſtenduntur.

Primò occurrit [1] Cynocephalus, vel Lunæ ſimpliciter, vel Orientis Lunæ, Horo teſte, ſymbolum, cum [2] harpagone ſacro, quem inter hieroglyphica receperunt Aegyptij, eò quòd Oſiridis corpus à Typhone in Nilum proiectum eius ope, teſte Plutarcho, fuerit extractum. Corpus Oſiridis ſol eſt, qui in Nilum tunc proijcitur, cum Typhonis ſuperflua, & pernitioſa humiditate, ſolaris caloris vis, generationi rerum neceſſaria ſuffocatur; extrahitur autem per Genium Nili [3] Mophta, dùm pernitioſum humorem ſuperfluumque reprimit, temperatq; idque ſupremi Numinis, quod ſolitarius [4] globus indicat, virtute; cuius [5] abdita & inuiſibili operatione concurrente, [6] humor vegetabili naturæ proportionatus confertur. Quod pulchrè indicatur per vas Niloticum inuerſum, ex quo duo [5] brachia, manibus [6] cucubrbitam longam ſtringentibus, egrediuntur; ſicuti enim per pedes motum Numinis per vniuerſum, ita per [5] brachia & manus practicam executionem, ſiuè operationem Numinis occultam innuebant; vt alibi probauimus; craterem inuerſum ponunt, & 5 brachia indè egredientia, vt notaretur, naturæ humorem ex ſupremo 4 cratere, per brachia manuſq; Numinis beneficas, in vegetabilem naturam, per cucurbitam aquoſiſſimũ fructum indicatam, deriuari; occultè itaque hiſce innuunt, virtute ſacræ tabulæ, & Typhonis pernitioſam vim ad temperiem redigi per Genium Nili Mophta. Supremum Numen quoque in concedendo temperato Nili incremento, ſacri phylacterij virtute, quaſi cogi adigiq; Si enim huiuſmodi incrementum vel exceſſiuum, vel defectiuum à medio declinabat, neceſſariò ſterilitatem indè in magnum Ægypti detrimentum conſequi experientiâ didicerant. Hinc [8] Sacerdotes ad placandum iratum Numen ſacrâ tabulâ inſtructi, vt figura numero 8. ſignata oſtendit; in ſacrificijs corporibus in Genij tutelaris monogrãma transformatis, [9] cucurbitam manu dextra inclinatam, loco ſcuticæ, auerruncationis ſymbolo adhibebant; menſoriam [10] verò virgam, quam ſiniſtrâ tenebant, temperamenti & proportionis notã, vel in Numinis nomen, vel quaſi ſedis figuram formabant, intra quam Genius receptus, imperioque potens, temperamentum [11] humoris omni ſuperfluitate ſublatâ promoueret, naturæq; vegetabili per cucurbitam; aquas temperatas, per hydroſchema indicatas concederet. Siquidem durante Nili [13] incremento, per [14] ſphyngem iacentem, vt probatum fuit, indicato, dictum Numen ad concedendum, quod petebant ligabatur;

Cynocephalus orientis Lunæ ſymbolum.

Horo l. 1. c. 15.

Quid Harpago?

Quid per globum, & brachia cucurbitam continentibus.

Quid figura 8 indicet.

quod

15 quod aptè indicat 15 laqueus; ob ritus verò ſacros, per 16 feretrum indicatos, 17 Numen ambiens omnia, 18 vitam tandem abſolutam, per ſerpentem 19 ſacro conferebat humori, per 19 hydroſchema indicato; quorum omnium rationes, & authoritates, cum in præcedentibus patuerint, ad eas Lectorem remitto.

Porrò quæ de Momphta ſub Leonis iacentis figura, in præcedentibus dicta ſunt, Aegyptij ſeorſim quoque ſacro ſyntagmate exhibebant; cuiuſmodi, dùm hæc ſcribo, inuentum fuit in fundamẽtis Eccleſiæ Dominicanorum, ſupra Mineruam nũcupatæ, in meo Muſæo modò ſpectabile; vbi ouatæ figuræ inciſa ſpectantur brachium extenſum cum Sphæroide, & globo ſerpentifero, quem ſequitur Sphynx, eâ prorſus figurâ, quam figura 14. refert in hoc Schematiſmo, cui ſubditur hydroſchema: per brachium benefica vis Numinis cœleſtis per cycloidem indicata, vitam vniuerſo præſtat, Momphta verò Niloticus, ſiuè Genius Nili vim datam communicans humido, id proportionali menſura diſtribuit; quâ indicat menſoria virga cui incubat; quæ figuris in Schematiſmo 3. 17. 13. 10. 19. ſparſim poſitis exactè reſpondent; Interpretatio Schematis ſequitur.

Ex Muſæo Authoris.

Cum itaque huiuſmodi figuræ myſticis rationibus conſtarent; eas ſeorſim extractas, aut tabulis, aut amuletis inciſas portabant; potiſſimùm autem ad Nili ripam poſitas fuiſſe reperio. hiſce enim Niloticum Mophta tanquam ſibi analogis, conformibusq; & ad id quod petebant, concedendum, & ad contra Typhoniam vim ſuæ tutelæ commiſſum defendendum, incitari credebant.

Idealis discursus Lectio.

Huius sacræ tabulæ virtute 1 Luna Oriens Typhone dispulso placatur, 2 Mophta 3 humorem 4 Mundi superioris in Mundi inferioris receptacula, per 5 abditos, & inuisibiles operationis diuinæ effectus 6 in humidæ 7 naturæ conseruationem deriuat.

Hinc 8 Sacerdos 11 cucurbitâ longâ, huius affluxus symbolo, 10 baculo prætereà, & 9 Scutica cucurbitoformi in literas Numinis indices, vel in sedis figuram transformata, eo ritu sacra efficiat, quo Deos delectari in 12 humidi augmentum nouerit.

Ná hiuc 14 Isiformis 13 Mophta, omnis incrementi Nilotici Author 15 ligatus hoc 16 honorifico ritu, Supremi 17 Numinis, Mundum ambientis virtute viuificâ, 18 vitam dabit 19 humido.

Reliqua symbola cùm temporum iniuria abrasa sint, hinc interpretationem eorumdem, quâ forsan ex coniectura assequi poteramus, ne quicquam proprio ingenio confictum, reliquis præiudicio foret, ingenuè omittendum duximus.

Schematismus III. Lateris II. Meridionalis.



SCHE-

Obelisc. Later. II. Merid.

SCHEMATISMVS IV.

Lateris secundi Meridionalis Interpretatio.

COontinuatur significationum præcedentium symbolorum contextus cum hoc præsenti. Describitur autem supremum Numen per 1 Crocodilum cycloidi cœlorum symbolo incubantem, eò quod huiusmodi animal cùm vt plurimum lateat, ideò latentem & imperuestigabilem Dei Naturam indicet & cùm inter cœtera animalia linguam nõ habeat, ideo solo silentio dictum Numen adorari debere innuatur. Visu prætereà, cùm perspicacissimũ sit, est, omnibus rebus prouidẽtiâ suâ excubãtis & generationẽ rerũ perficiẽtis Dei aptũ hoc symbolũ posuerunt; Et quãuis hoc crocodili symbolum malignam quoq; Typhonis naturam, vti, & Ægyptum denotet; quia tamen hoc loco symbolis, Typhonem, aut Ægyptũ constituentibus destituitur, hôc verò figuræ cycloidi cęlorum symbolo incubatu superstet; diuinũ Numen hoc loco significari certum est. Verũ vide, quæ de hoc symbolo in proprio hierogram: complura scitu haud indigna tradidimus. Hoc itaque Numen 2 Cœlos primò temporisque, quod duobus oppositis motibus per contrarias eorundem lationes, motionesque effici putabant, aptissimè sanè Horo teste lib. 1. cap. 2. contrario duorum 3 4 serpentum situ indicatas, innuebant, vt S. Cirillus contra Iul. Censorinus & Horodotus lib. 1. docent; hinc: ἐνιάυσιον χρόνον, veluti περιπλλόμενον ἢ περὶ πλόμενον ἐνιαυτὸν, καὶ πρὸς τὸ ἰέναι εἰς ἑαυτὸν; dicunt. Nam vt rectè Censorinus, hoc loco: *Annus vertens, est natura, dum sol percurrens 12. signa, eodem vndè profectus est, redit.* 1 Numen itaq; primò 2 cęlos duabus oppositis 3 4 lationibus agitatos influẽs, tempus & id consequentia ordinat; deindè, receptacula primò cœleste, deìn terrestre, fœcunditate replet. Vndè 7 domus hæc Mundana 8 Hori, quam aptè sequens figura (intra quam puerum stantem reperies sceptro cucucomorpho instructum, vnà cum 6 lituo è latere posito) notat; quæ cùm libro tertio fusè ex tabula Bembina interpretati simus, eò Lectorem remittimus, vbertate sua magnam illam rerum varietatem & 6 harmoniam profert. 10 Coturnix verò sequens cum sacro 9 harpagone indicat, omnem infestam à mundana hac domo, vim cohiberi, profligarique, per 12 statuã mystagogam Genij, elementaris 11 Mundi præsidis; Hinc enim concatenata virtute 13 vita 14 cœlis, 15 beneficia vis in 16 craterem Osiridis, cui 17 Arueris & 18 Nephtys subterranei dœmones præsũt segmenta, quę in capitibus portant, indicant. Nam vt rectè Plutarchus supra citatus asserit, est Nephthys & Arueris ea pars horizontis, quæ visui non patet, videlicet rerum in intimis terrę visceribus prouenientium receptacula; in quibus humor ad rerum generationem actuatur; quod & vasa, infra segmenta capitibus immediatè imposita aptè notãt, quibus & præsunt, 19 dominio in 20 hu-

Quid Crocodilus hic loco significa.

midum potentes, per [17] sequentes [18] statuas, cũ sceptro [19] binodi, & [20] hydroschemate, & sacræ [21] lymphæ receptaculo indicata, exponuntur.

[22] Sphæroidi supponunt [23] linguam, eò quòd, sicuti, teste Horo, caput semper humorem distillat in linguam, adeòque lingua semper in humido degat, ita caput Mundi sensibilis cęlum, humorem illum [24] vitalem per serpentem distillat primò in [25] duodecim mansiones arcis magnæ, quæ aptè indicantur per sequentem figuram instar muri protensam, duodecim quadrangulis conspicuam, denotabantque per hanc Zodiacum, cuius duodecim partes, Deorum vocabant turres seu mansiones; eo quòd singulæ singulis Dijs essent consecratæ, iuxta effectuum, quos in ijs Sol & Luna constituti operabantur, diuersitatem; quæ pulchre explicat Algazael in proemio suæ Astrologiæ, his verbis:

Horus lib. 1. cap. 21.

والاوايل وضعوا في الدايره عظيمه ثني وعشر بروج مثل المنازل الهتهم وكان في وجد منهم قوه مقدمه التي هي فاعله على قدر الذي يوافق لـــــــــــــــه ✡

Hoc est, *Antiqui verò posuerunt in circulo magno duodecim turres veluti mansiones quasdam Deorũ, quia in vnaquaq; earum vis quædã præest & potestas, quæ operatur ibi iuxta modum ei conuenientem*. Quadrata sunt, ad indicandos duodecim menses siue Annos Lunares, quos Luna eum peragrando quadripartita phasium dispositione constituit; quæ cùm duodecies in hoc per annuũ spatium, Solem attingat, hoc congressu vario illo lucis nunc plenæ, nunc mediæ, nunc diminutæ temperamento, omnia in inferiori Mundo constituantur; Quorum influxum participant [26] humoris [27] Genij [28] Momphtæ asseclę, vt statuæ mystagogę paulò post indicant. Qui inter duo [26] [29] hydroschemata cũ [30] sceptro ponũtur, vt indicarent hos Genios in superiores & inferiores aquas dominiũ plenum obtinere; quarum prior indiscretis pedibus sedentis situ, brachio sinistro coxę applicato, dextrâ Y literam constituit, mãmis turgentibus, quâ symbolica statuæ effigiatione indicabant Mõphta, vim à supremo Numine; quod nutus manus, & flexura cubiti in pyramidem efformata notat, participatam cęlis communicare, quod cycloides, quã sinistra cum reliquo corpore indicat; hinc verò insensibili motu, quod pes solitarius indicat, inferioribus aquis communicari, quam statua mystagoga [28] in supplicãtis morem efformata, pedibus & manibus sat ostendit. Nam hoc ipso occultè denotare volebant, quandam Geniorum subordinationem, qua inferior superiori veluti supplicare contendit, in votis circa res fidei suæ commissas, adimplendis.

Sed vt mentem Aegyptiorũ meliùs percipias, sequentem idealis lectionis cõtextum apponendum duxi: rationes verò singulorum, cùm in præcedentibus varijs locis indicatæ sint, illuc Lectorem ad tædium in singulorum repetitione vitandum, remittimus.

Sche-

Idealis Lectionis Contextus.

Supremum [1] Numen ſolo ſilentio venerandum per humidũ meãs, [2] Cęlo abdita & [1] inuiſibili quadã virtute incubans, per [3 4] contrarias cœlorum aſtrorumque motiones ſacri liquoris, affluxuũq; [5] receptacula explet. Exquib⁹ in mũdana [7] domo [8] Hori, omnium rerum [8] varietas & [6] harmonia emanat. [10] Diſſonâ, [10] perniciosâ, & rerum [10] deſtructiuâ poteſtate [9] eliminatâ. Quod fit per [12] ſimulachrum Genij [11] Elemẽtaris Mũdi præſidis, ſacro ritu, cultu, ſymboliſq; ad ſuperiora Numina attrahẽda analogis. Ab his enim [13] Vita [14] Cœlo, [15] beneficẽtia & [p] vbertas [16] in Craterẽ ſacrũ, cui præſunt [17] Arueris & [18] Nephtys Genij (hâc ſimulachrorũ fabrica colẽdi) profluit; [19] dominãtur enim [20] humido, affluxûs [21] in receptaculo ſacri liquoris pręſides; [22] cęlũ [23] humectans, [24] vitã dat, influitque per duodecim [25] manſiones Arcis magnæ in [26] humidum, cuius [29] humidi [30] præſides ſunt [27] Mophtæ [28] Aſſeclæ hoc imaginum habitu exprimendi & colendi.

Schematiſmus IV. Lateris ſecundi Meridionalis.

SCHE-

SCHEMATISMVS V.

Lateris ſecundi Meridionalis interpretatio.

IN hoc Schematiſmo primò duo [1] Cynocephali ſacro habitu induti occurrunt, Lunares Genij acceſsûs & receſsûs à tropico ad tropicum indices. In capitibus globum ſerpentiferum cum pennis portant, diuini Numinis promptitudinis,& in rebus producendis feracitatis ſymbolum; vt ſuprà fusè indicatum fuit; in manibus anſatas Cruces portant, quo influxus ſibi à [8] ſupremo Numine communicatus,in [7] inferiora per [7] pyramidem indicatus notatur;quibuſque aduerſæ poteſtates vnicè prohibentur. calidum & humidum,in quibus vitâ conſiſtit motu ex [9] Ortu in [10] Occasũ, promouetur,vndè [12] ſeminalium rationum miſcella in vitam animata-, rerum,quam videmus varietatem producit,quæ aptè per [12] ouum & [11] ceraſtrem indicantur. Sequuntur [13] Anubis & [14] Nephte [16] hylæorum videlicet Mundorum præſidum ſimulacra,vt alibi dictum eſt; diuini [11] Numinis in [16] inferioribus miniſtri,quæ alatus globus in capite canis aptè indicat; iacet proſtratus, tùm ad cuſtodiam rerum,tùm ad ſubiectionem,quã exhibeat ſupremo Numini,quam & velocitate ad mandatis eius obſecundãdum, binis pennis quas in capite gerit, indicat, oſtendendam; quam & [14] Nephta ſupplicantis in morem effigiata,ſeque ad influxum eius ſitu corporis veluti diſponendo aptè docet;hiſce enim,vis diuina per [15] globũ indicata,hylæis Mũdis,quibus præſunt,[16] tribus ſignatis quadratis,cõmunicatur; quæ ſequitur figura [17] humana circulum, ſeu rotam circumagens, è regione cuius fauiſſa,ſeu [18] receptaculum affluxûs ſacri cum binis [19] ſphæroidibus, quibus ſupponuntur duo [20] pedes. Circulus ſiue rota, quam prima figura circumagit,vocatur circulus,ſiue rota Hecates,quam in adytis ſacrificiorum,teſte Pſello,ad Numina ſollicitanda circumagere ſolebant,de quo ita in Oraculis Zoroaſtris: ἐνέργε περὶ τὸν ἑκατονὸν τρόχαλον; Operare circa Hecatinum circulum, quam cerimoniam, his verbis deſcribit in Scholijs in dicta Zoroaſtris oracula Pſellus: ἑκατονὸς τρόχαλος σφαῖρά ἐστι χρυσῆ, μέσον σάπφειρον περικλάσσα, διὰ πυρεύων τροφοκίνη ἰμάντος· ἐν ὅλης ἀυτῆς ἔχουσα χαρακτῆρας. ἣν δὴ τρέφοντες ἐπιῤῥέπτο τὰς ἐπικλήσεις. καὶ τὰ τοιαῦτα καλεῖν εἰώθασιν ἴυγγας· ἢ τὸ σφαιρικὸν ἔχον, εἴτε τρίγωνον, εἴτε καὶ ὅπ ἀρχῆμα. ἃ δὴ δονοῦντες τὰς ἀσήμους ἢ κλινούσ ἧς ἐξεφύνην ἤχους χαλῶντες, καὶ τὸν ἀέρα μαστίζοντες. διδάσκ ἧ οὖν τὴν τελετὴν ἐνεργεῖν; ἤτοι τὸν κίνησιν τὸ τοιῦτο τροχάλο, ὡς δύναμιν ἀπόῤῥητον ἔχουσαν; ἑκατονὸς καλεῖται. ἐν τῇ ἑκάτῃ ἀνακείμενος. *Hecatinus circulus Orbis eſt aureus in medio ſapphirum incluſum complectens, ioro bubulo conuerſus, vndequaque varias figuras & characteres habens, quem rotantes perficiebant inuocationes;atque iſtiuſmodi ſunt, quas Iyngas vocare ſolent; ſiue orbicularem, ſiue triangularem, ſiue aliam quamcunque figuram habeant. Atque dum circumagitant Orbem illum, ſonos inconditos, vel etiam belluinos cum clamore emittunt,ridentes,& aërem flagris feriẽtes.* Docet itaque Zoroaſter ritus operationem ſiuè eiuſmodi agitationem,

Vide Horum 1. 1. If. Clem. Alex. lib. 6. Stromat.

Pſellus in Oraculo Zoroaſtris.

Quid circulus Hecatinus.

vt

vt quæ vires arcanas habeat, vocatur autem Hecatinus, quia Hecatæ dedicatus est.

Rotabant itaque ex dictis hanc rotam in sacrificijs, quia Numen occulta humidæ [18] naturæ receptaculâ, [19] cœlosque transiens, per [20] pedes & bina [19] sphæroidia indicata, hoc strepitu ad id, quod petebant, concedendũ sollicitari credebant; [21] vitam scilicet [22] cęlestem, per [23] beneficentiam Numinis, quâ humida [24] natura [25] viuificaretur, fęcundareturque; videtur hęc rota, seu orbis in varijs adhuc fragmentis hieroglyphicis, inter manus vel sacrificantium, vel pompas solemni ritu celebrantium, quæ suo tempore fusiùs explicabuntur. Præterea [28] cœlestẽ [27] Osirin, virtute à triformi Numine acceptâ, vitã & fęcunditatem haurire huius cerimoniæ vi, quã deindè vegetabili naturæ communicaret, putabant. Atque [27] Osirin [28] Cœlestem indicat Accipiter, qui [28] sphæroidi insidet; influxũ verò à supremo Numine vegetabili Naturę cõmunicatũ indicat [26] thyrsus Loti ex vase Nilotico deductus; triplici [abc] capreolo insignitus; iterũ hoc ritu Lunã Osiridis tænijs ligari credebant, nè immodicâ humoris vi, vegetabili naturæ officeret. Cuius index est sequens figura [29] Ibidis, iunco [15] sacro alligatæ, cum Tiara ex qua capreolus emergit; dominij Numinis in vegetabilẽ naturã nota; sunt autem, teste Macrobio, tæniæ Osiridis nihil aliud, quàm radij Solis, quibus humidum Lunæ superfluum, diminutũ ad temperiem reducitur; [o] potestasque acquiritur contra vim vegetabilium adustiuam Typhoniam. Considerabant autem duplices tænias, vnas ad Isidem referebant, scilicet Lunam; alteras Osiridi adscribebant, vt Macrobius apud Pierium Valerianum: *Cùm enim Isis materiam etiam mysticè significet, Sol verò formã vel agentem vim, Lunaque Solem suum ita obseruet, eiusque semper radios excipere quærat, quibus illustretur; videor illud Platonis intueri de Sponsa, quæ veluti prostituta sponsum exspectat audissimum, vndè rerum species atque nouatus concipiat, & thoro reddat, vti Luna lumen acceptum, deò mutuo, quo potest studio restituit; Atque hoc de scurum hieroglyphicum est materia, quæ nullam adhuc formam susceperit; figuræ autè variatio in Lunari globo, materiam apertè satis commonstrat; quæ veluti cera mollis nunc hanc, nunc illam impressionem, ex quocunque sigillo suscipere apta sit. Hinc tæniæ illæ variæ multicoloresque Isidi dicatæ, non septem tantùm eas Lunæ facies, quas Græci φάσεις dicunt, & Heliodorus nuncupat σύνοδον, γένεσιν, ἀναπλήρωσιν, ὁμοίωσιν, διχότομον, ἀμφίκυρτον καὶ πανσέληνον. Sed etiam vim eius, quæ circa materiem versatur, indicant, quæ scilicet gignit omnia, & omnia concipit, lucem quippè, & tenebras, diem noctem, vitam mortem, principium finem. Osiridis verò tæniæ nullâ facabantur vmbra, sed vndecunque micantissimæ splendorem nitidum præferebant, cuiusmodi sunt radij solares. Hinc Sacerdotes cum has semel in manus suscepissent, eas è vestigio recondebant, non amplius videndas attrectandasque.* Verùm de hisce fusiùs suo loco in proprio hierogrammatismo. Erant autem Græcis, Varino teste, tæniæ honorati capitis ornamentum laneum; Ægyptijs contra cirri erant funiculorum instar, linei; quibus in sacris tùm caput, tùm lumbos, tùm

Tæniæ Osiridis quid significent. *Macrobius.*

alias

alias corporis partes stringebant, ijsque simulacra Deorum ornabant; sed vt vnde digressi sumus, reuertamur.

Sequuntur iam Accipiter collo contractus veluti dormiens, & horizõti insistens, quem sequitur Aspis 32 Agathodæmon, supra horizontem elatus; quo indicabatur, dormiente Osiride, id est, infra hemisphærium constituto, omnia contabescere, vigilante verò siue supra horizontem versatili, omnia tripudiare, vitã & prosperitatẽ omnibus cõferri; hæc verò duo symbola hîc expansa, vt plurimum in vnum contrahere solebant, eaque exhibere sub Aspide ἱερακοκεφάλῳ, id est, accipitris capite insignitâ; quæ præclarè sanè ad Ægyptiorum mentem describit Arius apud Eusebium, his verbis: Τὸ πρῶτον ὂν θειότατον ὄφις ἐστὶ ἱέρακος ἔχων μορφὴν, ἄγαν ἐπίχαρις. ὃς εἰ ἀναβλέψειε, φωτὸς τὸ πᾶν ἐπλήρου ἐν τῇ προτογόνῳ χώρᾳ αὐτοῦ; εἰ δὲ καμμύσειε σκότος ἐγίνετο. *Primum idque diuinissimum animal est serpens Accipitris formam habens, valdè gratiosum, id si palpebras erigebat, primogenitam omnem suam regionem replebat, cum verò clausos retinebat oculos, tenebræ fundebantur:* ad quod Iuuen. 5. & 6. Sat. alludere videtur. *Et mouisse caput visa est argentea Serpens.*

Ægyptij eum θερμοῦθ, quem Ælianus lib. 10 cap 32. Thermutin appellat: meminit & huius Apuleius, qui in pompa Isidis: *Aspidem recenset, squammeæ ceruicis, striato tumore sublimem.* Et C. Flaccus de Iside sic canit.

Spectat ab arce poli iam Diuis addita, iamque
Aspide cincta comas, & ouanti persona sistro.

Est autem Aspis, quam πιόφιον Ægyptij vocant; quæ cum, iuxta Ægyptiorum placita immortalis sit, & solo flatu alia animalia interimat, aptum diuinæ naturæ symbolum inuenêre, vitæ mortisque potestatem in omnia habentis. Hinc passim capitibus Deorum ὀφι-ιερακόμορφοι, vti in tabula Bembina videre est, capitibus Deorum, vitæ mortisque; diei, & noctis; lucis, & tenebrarum arbitrorum, imponebant. Sed audiamus verba Hori lib. 1. ὃν καλοῦσιν Αἰγύπτιοι οὐβαῖον, ὃ ἐστὶν ἑλληνιστὶ βασίλισκον. ὅνπερ χρυσοῦν ποιοῦντες θεοῖς περιτιθέασιν. αἰῶνα δὲ λέγουσιν Αἰγύπτιοι διὰ τοῦδε τοῦ ζώου δηλοῦσθαι. ἐπεὶ δὴ ζωῶν γενῶν ὀφέων καθεστότων, τὰ μὲν λοιπὰ θνητὰ ὑπάρχει, τοῦτο τὲ μόνον ἀθάνατον, ὁ καὶ προσφυσῆσαν ἑτέρῳ πάντι ζώῳ. δίχα καὶ τοῦ δακεῖν ἀναιρεῖ. ὅθεν ἐπεὶ δὴ δοκεῖ ζωῆς καὶ θανάτου κυριεύειν; διὰ τοῦτο αὐτὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τῶν Θεῶν ἐπιτιθέασι. *Quem Aegyptij quidem lingua sua Vphæum, Græci verò Basiliscum appellant. Eundem ex auro conflatum Dijs circumponunt. Cæterum hoc animal æuum significare propterea Aegyptij dicunt; quod cum tria sint serpentum genera, solum hoc ex omnibus immortale est, cætera mortalia, vtpote cum quodlibet aliud animal solo afflatu interimat. Quocirca cùm vitæ necisque potestatem habere videatur, meritò sanè capitibus Deorum inseritur.* Sed vide sequentis Idealis Lectionis contextum.

Idea-

Idealis diſcurſus Lectio.

Schematiſmus V. Lateris II. Meridionalis.

Supremũ 1 2 3 triforme Numẽ per 7 lacrę Lunæ 4 acceſſum & 5 receſsũ menſtruum 6 ſpiritu ſuo viuifico 8 diuinoq; 9 ortûs & 10 occaſûs influxu in inferiores 7 terræ partes facto, 11 vitam omnibus largitur per 12 ſeminalium rationũ diſpoſitionem. 13 Anubis & 14 Nephte trium 16 hylæorum Mundorum præſides, Sacri liquoris 18 receptaculum per 19 cœlos expletũ, diuini Numinis omnia 20 tranſeũtis aſſiſtentia, per Hecatini 17 circuli circumuolutionem ſtrepitumque ab aduerſis poteſtatibus conſeruant, vndè 21 vita 22 cęlorum, ſacra Numinis 23 beneficentia, & 24 humidi 25 vita conciliatur. 27 Oſiris 28 cęleſtis, 30 poteſtate à ſupremo *a, b, c* triformi Numine cõmunicata, & vi in inferiorem „ Mundũ deriuata ligat 29 Lunã, eius immodicam humiditatem infringendo, ex cuius temperamẽti vinculo *s t* harmonia naſcitur. Oſiride 31 Agathodęmone dormiẽte omnia contabeſcunt, 32 vigilante verò omnia tripudiant, vita & proſperitas omnibus inferioribus conceditur.

SCHEMATISMVS III.

Lateris II. Meridionalis Interpretatio.

IN hoc Schematiſmo primo loco occurrit mira quædam & prorſus exotica Metamorphoſis.

Volucris eſt vnam alam habens, & loco alterius alæ brachium humanum ſubſtitutum, cum vno pede, volucris vngue in formam ſerpentis abeunte, caput prætereà Accipitris habet, corpus reliquum Ibidis; qua admiranda metamorphoſi, quid indicauerint, videamus. Aegyptij itaque naturam rerum polymorpham contemplantes, Numen prætereá ſupremum pariter πολύμορφον, omnes naturalium claſſes pertranſire, ſingulis vitam fœcunditatem, motu ſuo immobile communicando. Vt hanc πολυμόρφωσιν exactè exprimerent, partes è ſingulis claſſibus aſſumptas, in vnicam congeſſerunt myſticam figuram, vt ſic tandem mirum, & exoticum ſimulacrum, prout eorum ferebat ingenium, exhiberent; cuiuſmodi præſens ſymbolum eſt; quo quicquid in hoc latere Obeliſci de Polymorpho Numine fusè, & expansè tradiderunt, hic epitomi κῶς referre videtur; cuius quidem farinæ imagines S. Gregor. Naz. 11. oratione in Iul. portentoſæ & compoſitæ formæ vocat: Tertullianus c. 16. Apolog. his verbis ea deſcribit. *Sed illi debebant adorare ſtatim biforme Numen, quia ex canino & Leonino capite commixtos, & de Capro, & Ariete cornutos, & à lumbis hircos, & à cruribus ſerpentes, & planta & tergo alites deos receperunt.* Hinc deſumpſit argumenta Porphyrius lib. 4. de Abſtinentia, ad hæreſim ſuam defendendam; ad ſimulacrorum videlicet compoſitionem quodlibet animal cum homine aſſumptum olim fuiſſe, veluti humano corpori facies auis cuiuſpiam Leoniſque iungeretur, quam tamen conſuetudinem more ſolito Lucianus in Hermotico irridet; Sed vt ad inſtitutum reuertamur; ſignificabant veteres hoc præſenti ſymbolo, Numinis polymorphi triformis omnibus rebus illapſum; per caput accipitris, Deum immenſum explicant, ſiquidem is iuxta Zoroaſtrem. *Accipitris caput habet, incorruptibilium primus, ſempiternus, ingenitus, natura perfectus, ſapiens, ſacræ naturæ vnicus inuentor eſt.* Per 2 brachium humanum nihil aliud indicare voluerunt, niſi mentem ſecundam rerum conditricem, ſiuè paternæ voluntatis executricem, per manum indicatam; pater enim, vt ſupra ex Zoroaſtro dictum eſt, omnia tradidit menti ſecundæ opifici; per 3 alam verò indicatur ſpiritus polymorphus, à mente prima & ſecunda procedens, in cuius poteſtate, vti & mentis opificis, per pedem in ſerpentem abeuntem indicatę, vitâ rerum omnium eſt. Habemus itaque triformis Numinis exhibitionem ſub vno ſymbolo comprehenſam; iam videamus, quomodò illud triplici Mundo immerſum ſit.

Mira Metamorphoſis hieroglyphica

Et primò quidem in Angelico Mundo per caput Accipitris innuitur ignearum

Obelisc. Latus II. Merid.

ignearum potestatum vis, siuè Geniorum sublimium Deo vicinorum, quos orthodoxa doctrina ab ignea vi Seraphin appellat; per manus, Genios rerum omnium executores, quos nos Archangelos & Angelos dicimus; per alam indicantur Mundi præsides potestates, quorum pernicitas & promptitudo apte per alam ad volandum extensam indicatur; qui Genij in alias deindè classes pro mirâ officiorum effectuumque, quos operantur varietate distinguuntur, de quorum ordine & dispositione, cùm alibi egerimus, eò lectorem mittimus. Habemus itaque triformis Numinis in mũdo Angelico πολυμόρφοσιν; quomodò autem dictum Numen in mundo siderio polimorphon sit, videamus; & primò quidem, varietas striarum macularumque per varium corpus dispersarũ in figura 14 quid aliud indicat: nisi, stellarum varietatem in firmamento? per caput accipitris, quem Osirin dixere, quid aliud nisi Solem? hominis verò brachium executionem rerum per manum indicatam? per stellas itaq; Solem, & Lunam omnia in siderio mundo confici hoc docebant symbolo; in elementari deniq; mundo per caput accipitris, ignis; per ibidem, aqua; aër per alam, per serpentinum unguem terra apte denotatur, ex quorum varia combinatione elementorum, variæ tandem rerum naturalium classes emergunt, ita vt per accipitrem animarum classis humanarum igneâ quadam vi pollentium indicetur; per alam volucrium; per Ibin aquatilium; per pedem quadrupedum; per serpentem insectorum gradus indigitetur; in quibus omnibus omnia operatur triforme Numen, & opifice sui mente per brachium humanum indicatâ, omnem rerum varietatem, per maculas signatam, producit. Prætereâ symbolum hoc in formam † efformabant, quo vniuersalem in omnia Mundi corpora influxum tradebant, vt dictum fuit.

Vides itaque quanta arcana vel vno symbolo, sub perpetua quadam Mundorum analogia indicârint. Vides vt in Archetypo Mundo, sacram Numinis triadem, in Angelico verò Mũdo, Geniorũ choros triformis Numinis proprietatibus conformes; in Sidereo Mundo Stellas, Solem, Lunam veluti triformis Numinis viuas officinas constituerint; in Elementari deniq; Mundo hominum, quadrapedum, volatilium, aquatilium, reptiliumque gradus graphicè exhibuerint? & quomodo vnus, & idem spiritus in omnibus operetur omnia.

Sequitur symbolum polymorphon statua; mystagoga siuè magica, quæ literis πιμαϋ, id est matrem, & oculũ Osiris exprimit, atq; in hãc spiritum hunc vniuersi, virtute artis hieromanticę se traducere posse, credebãt, per Osiridis 6 σειραν, quam vocem Psellus explicat, quasi Geniorum seriem catenæ more connexam, quam per 6 funiculum in formam catenę triplici gyro, triplicem mundum indicantem, ostendebant; primus gyrus circularis, mundum Archetypum; secundus cycloides siuè ouatus, mundum cœlestem; tertius interruptus, Elementarem Mundum facilè innuebat; atque hasce Zonas vocabant Chaldæi, vt postea patebit. Sequuntur iam symbola

Geniorum, Solaris per aspidem erectum [9] triplici dominio insignem è cuius regione vas [8] Niloticum, quo caloris vim in humidæ naturæ miscellam agentem, aptè notabant, ex horum enim cõmistione omnia, quæ in Mundo sunt, consistunt, & vt hoc luculentiùs ostenderent, veluti ad enumerationem partium procedunt, quas sequentibus symbolis significant. Horũ [10] siuè Mundum sensibilem per caput pueri; Isis [11] humidum terrestre, per caput fœmineum Horo subiectũ; Mystagoga [12] statua Momphta virtutem omnium dispositiuam; & demùm [14] Sothis, id est, ⲥⲓⲱϯ, quem Græci Αστροκύωνα dicunt, sub forma canis sedentis; quem Phęnices Thaut, id est, Mercurium dicebant, Copti ⲥⲓⲱϯ; atq; hęc est σεῖρα siuè catena Deorum, quam paulò ante ex Psello adduximus, qui supremi Numinis ductu, πολύμορφοι omnia quæ in mundo sunt, administrant, & dispensant. Atq; vt omnia quæ hucusque dicta sunt, vna authoritate comprobentur, audiamus Psellum, qui omnia adeò dextrè explicat, vt ad hæc enarrata symbola respexisse videatur; ita autem in Anacephalæosi dogmatum Chaldaicorum quæ nil aliud sunt, quã Scholia in oracula Zoroastris Aegyptia editionis Paris. Authore Opsopæo fol. 116. dicit: εἰσὶ τὲ παρ' αὐτοῖς, καὶ ἄζωνοι ἑκάται; ὡς ἡ τριεκδότις, ἡ χαλδαικη, καὶ ἡ κωμὰς, καὶ ἡ ἐκκλυστικὴ. ἀζωνικοὶ τὲ παρ' αὐτοῖς Θεοὶ, ὁ Σαράπις, καὶ ὁ Δύονυσος, καὶ ἡ τοῦ ὀσίριδος σειρὰ, καὶ ἡ τοῦ Απόλλωνος. Ἄζωνοι δὲ καλοῦνται, ὃι εὐλύτως ἐνεξουσιάζοντες ταῖς ζώναις καὶ ὑπερδρυμένοι τῶν ἐμφανῶν Θεῶν. hoc est: *Sunt apud ipsos quoque Hecates Azoni, quæ Zonas non habeat, vt Chaldaica* τριεκδότις, κωμὰς, & ἐκκλυστικὴ; *Dij autem Azoni illis dicuntur, Serapis, & Dionysius, Osiridis item* σεῖρα, *quasi dicas, Geniorum series catenæ more connexa, & Apollinis; appellantur* ἄζωνοι *Dij, quod expedite potestate sua in Zonis vtantur.* Sed explicemus singula, vt nostræ interpretationis cum Authoribus responsus vndequaq; innotescat. Quid per τριεκδότιν aliud, nisi triforme Numen quod â Chaldæis sub forma trina adorabatur? quid per κωμὰς aliud, nisi mens opifex, quæ omnibus mundi vicis, vnde & κωμὰς dicitur, se inferat, omnia in omnibus operando? quid per ἐκκλυστικὴν deniq; aliud nisi spiritum mundi omnibus inclusum indicat? quæ quidem appositè quadrant volucri variè transformatæ, Hecatæ Archetypæ, siue triformis Numinis τριεκδότου symbolo; sequitur catena Geniorum, quorum ope omnia perficiũtur; Serapis, hoc est, teste Eusebio, spiritus mundi per aspidem erectũ indicatus; per vas [8] Niloticum Bacchus, seu Momphta humidi præses, quẽ sequuntur [10] Horus, id est, Apollo, [11] Isis, [12] Nephte, & [14] Anubis, Hecates asseclæ, quibus [30] vita rerum cõmissa est, in omnia [13] mundi membra propaganda; patet igitur, id quod ab initio probandum assumpseramus. Sed his ita traditis vnum hoc loco paulò fusiùs explicandum duxi, estque symbolũ canis sedentis cum globo serpentifero; vtpotè ad multa in hoc Obelisco confirmanda, magni momenti. Mercurium, tùm literarum, tùm rerum humano generi necessariarum inuentorem post mortem in cęlum translatum, in ea plaga, quam Leo occupabat, videlicet in Syrio, siue cane maiori, ad sagacitatẽ eius indicandam, regnum suũ constituisse credebant. Vndè

non

non incõgruè ab Ægyptijs Sothis, vel Coptè ⲥⲓⲱϯ, à Phęnicibus & Chaldæis mutato *S* in *Th, Thoth* appellatur, præcipuus Aegypti [14] Genius & custos; seu [15] Tutelaris patriæ terræ fidelissimus; vtpotè, qui [30] Polymorphi genij [15] influxum deriuet in inferiora, vndè [30] vita [13] mundi, abundantia rerum omnium & absoluta felicitas emanat, quæ omnia per sedentis [14] habitum, per [15] Crucem ansatam, per [13] globum serpente conspicuum, per aliũ denique [16] serpentem cum segmento circuli & sceptro indicabant.

Cùm itaque talis ac tantus esset hic Genius, regno terreno, Sacerdotio, & sapientia celeberrimus, sacrarum literarum vnicus institutor; Reges posteros in beneficiorum memoriam, huius cultui potissimũ intentos fuisse constat; præ omnibus autem huius Obelisci Erector, qui cùm nomen sibi Sothis, ab hoc Sothi sapientissimo Rege, Sacerdote & Philosopho assumpsisset, hunc Obeliscum quoque in eius honorem, à quo omne bonum processisset erigere constituit, & vt id posteritati constaret; Canem [14] sedẽtem in fine Obelisci exprimendum curauit, qui & Mercurium & Erectoris Sothis nomen veluti symbolum vtrique cõmune exhiberet, gratitudinemque suam ei, à quo omnia accepisset [15] Tutelari & regni, & regiæ potestatis hoc symbolo testem relinqueret; posuit autem eundem in plaga meridionali, eo quod Sothis meridianæ potissimùm plagæ dominaretur, à qua effluxus Osiridis, hoc est, Nili initium, cuius Sothis custos esset; & consequenter omne bonum promanaret. Atque hæc sunt, quę de secundo Latere Obelisci explicanda restabant.

Nota Lector, nos Aspidis vocabulum subindè masculini, subindè fæminini generis posuisse; quod multos alios quoque Authores fecisse reperio, ne in contextu errorem forsan irrepsisse, putares.

Idealis

Idealis Lectionis Contextus.

Schematismus VI. Lateris secundi Meridionalis.



1 Triforme Numen Mundo materiali immersum πολύμορφον, 3 virtute sua omnia peruolat, mēte 2 sua opifice omnia exequitur, 4 spiritu suo viuifico omnia rapit, inferiora superioribꝰ per 5 influxum connectit, 6 cōcatenatq: Vnde r varietas rerum existentium in Mūdo; hoc iterùm 7 igne diuino 7 Agathodęmonis magni, sacrum 8 humorem temperat & fęcundat

9 Superiori & inferiori Mundo dominatur, cuius Assecłę 10 Horus, 11 Isis, Genij singulari ritu, & 12 cerimonijs per 12 statuā ijs erectā colēdi sūt. 14 Sothis 30 vitā à Triformi Numine inditā 13 Mundo custodit, seruat, & influxū supernum 15 cum internis coniungens, 16 vitam dat 17 rebus omnibus.

14 REX SOTHIS amore, & reuerentia huius Numinis motus, hoc sacrum saxum ei veluti TVTELARI cognomini, à quo vitam, & dominium acceperat, ponere voluit.

SCHE-

INTERPRETATIO SCHEMATISMORVM Lateris III. Occidentalis.

SCHEMATISMVS I.

Triformis Numinis influxum in quadruplicem Occidentalis plagæ Mundum exhibet, cuius interpoſitionem vide fol. 445.

SCHEMATISMVS II.

Lateris III. Occidentalis.

OCcurrunt in hoc latere primò duo ſimulacra [1] Ibimorpha, myſtagoga Ibidis capite, & ſacro velamine veſtita, quę hemiſphærijs inſident. Hæc ſequitur [2] vultur [3] Cęlis inſidens; poſtea caput pueri trizonij inter duo [4][6] retinacula intermedium, quod ſequitur [7] Accipiter, cui [9] ſerpens [8] globum circumdans apponitur, crateri [10] inſidens cum ſceptro [11] binodi & receptaculo Iſiaco, ſiuè ciſterna [12] ſacra, cui ſupponitur [13] brachium manu extenſa; deindè baculus [14] tuberoſus, ex quo ſerpens emergit vnà cum [15] hydroſchemate; hoc thyrſus [16] Papyraceus ſequitur, cũ [17] coturnice & duobus [18] [19] ſerpentibus; quos dictus thyrſus & [20] papilio δρακοντόμορφος ſequuntur cum hemiſphærijs ſupernis, & vno inferno [22] grandiore, denique duo baculi, inter quos tres [23] circuli intermediant, & deindè duo ſcaleni [24], inter quos duo [25] quadrata ſunt, ſequuntur. Sed explicemus ſingula.

Poſtquam igitur in primo Schematiſmo oſtenderent influxum triformis Numinis in quadruplicem Mundum, iam ad particularia deſcendentes, deſcribunt in hoc latere operationes, effectus, & cultum Numinis ibiaci, humidi tam ſuperioris, quam inferioris naturæ præſidis, prout per binas imagines myſtagogas & ibicephalas aptè ſignificatum eſt. Nam cum plagam occidentalem, aduerſis dęmonibus, humidũ beneficũ anniuerſario flatu Lybico cõtinuò infeſtantibus, refertam cõperirent hinc prophylactaicos, occiduã plagã reſpiciẽtes Genios, humidæ naturæ præſides ponũt, quorũ vi cõtra infeſtos Genios ſe tutos, & innoxios, rebantur; varijs ſacris placare conabantur, vt paulò poſt ſequitur. Velum ſacrum geſtant, quo teſte Plutarcho, ſtatuas has ornare ſolebant, ob rationes alibi indicatas; in capite geſtant cucurbitam, humidæ naturæ ſymbolum. Quemadmodum enim cucurbita fructus ventricoſus omnem in ſe terræ humorem deriuat; ita Genius humidæ naturæ præſes omnem in ſe humorem attrahit, dominio in omne aqueũ

Ibiformes imagines quid?

Plut. de Oſer. & Iſid.

Elemen-

Elementum potens, & ideò capiti imponitur, ad rationem in capite exiſtentem, ex quâ omnis vis, & poteſtas emanat, indicandam; duobus hemiſphærijs inſident, ad indicandam poteſtatem hanc in omnes duorum hemiſphæriorum horizontis res extenſam, brachijs & pedibus exprimũt V ſymbolum influxûs Superni Numinis, cui ſubsũt, participandi, excipiendique; quoniam verò Genij concatenati ſunt, & Genius humidæ naturæ ſuâ intentionem aſſequi nequit, niſi adiuuetur à cæleſti poteſtate, hinc illi ſuppoſuerunt [2] vulturem [3] cœlorum indicem, ſiquidem vultur, vt aliàs dixi, in ſuo genere ſemper fœmina eſt, à vento enim concipere perhibent vulturem; & ſe habet per modum principij paſſiui, & per talem proprietatem aptè, teſte Horo, indicabant cœlum, quod eſt inſtar principij paſſiui, in vtero ſuo omnium rerum generabilium ſemina continens; [3] cœleſti figuræ inſidet, ad oſtendendum, humidam naturam nihil proficere, niſi à cœlo veluti in vtero quodam actuetur priùs, diſponaturq; ad rerum generationem.

Quid duo hemiſphæria

Quid ſitus ſtatuarum in forma V?

Quid vultus cycloidi inſidens?

Hinc vulturi aptè ſupponitur intra [4] [6] duo retinacula Horus Mundi [5] retinaculum, ſub forma capitis pueriliſ tribus Zonis conſpicui, vt indicarent, Mundum vniuerſum tripartitum ſeminalibus rationibus repleri, vndè bonorum omniũ redundantia, quod ſymbolum fuſiùs apud Plutarchũ exponitur; ſub forma capitis pueri Horus effictus eſt; vt innuerent, Mundũ ſemper noua & noua rerum generabilium productione veluti iuueneſcere; Quia verò Mundus nihil proficit, niſi ſolaris Genius accedat, hinc Horo ſupponũt [7] accipitrem ſolaris Genij ſymbolum, vna cum [8] globo [9] ſerpentigero, cuius virtute & efficacia Mundus animatur fœcundaturq; [10] crateri inſiſtit, quia vis & poteſtas Solis caloreſuo maximè in humidam naturam, eam attemperando diſponendoque ad generationem rerum in hylæis Mũdis, in quos poteſtatem ſuam exerit, agit. Sed [11] baculum explicemus. Baculus hieroglyphicus ſubindè enodis, ſubinde vno nodo conſtat, iſque vel rotundus, vel quadrangulus; nonnunquam binis aut ternis nodis, vel circularibus, vel angularibus conſtat: per baculum enodem, ſimplex dominiũ in ſuperiora, & cęleſtia, per quadrangulũ in inferiora elementaria notat; iterum binodi duplex, trinodi triplex dominium in Mundos ſuperiores vel inferiores, pro ratione figuræ nodorum, indicabant. Sed vide quæ fuſiùs de baculis, & ſceptris, tùm in præcedenti Schematiſmo, tùm in proprio hierogrammatiſmo ex mente diuerſorum Authorum tractauimus. Aptè autem inferebant ſceptris ſuis hos nodos, quos ſacros Iamblichus vocat, vt poteſtatis in omnia extenſionem, rerumque omnium cum Numinis poteſtate, & dominio connexionem indicarent; baculus itaque hoc loco binis nodis quadrãgularibus inſignitus, indicat vim in infernos Mũdos, & potiſſimum in humidam naturam ſubterraneis conceptibus refertam, quam per ſacrã [12] ciſtam, ſacrorum opertaneam eidem ſuppoſitam aptè exprimunt; Dominium beneficum per [13] extenſum brachium ſignificatum, ex

Quid Horus inter duo retinacula?

Quid accipiter cũ globo?

Quid crater?

Quid ſacra ciſta.

Manus ſeu brachij extenſi nota?

quo

quo p[a]ralium baculum tuberoſum ſerpente fætum, cum hydroſchemate indicatur vita & fœcunditas aquarum. Et quoniam moliminibus boni Genij, aduerſæ poteſtates inſidiãtur, & malignis machinamentis ſuis rerum neceſſariarum vſum fructumq; per thyrſum [16] papyraceum & [17] coturnicem indicatis, viuificum ſuperiorum inferiorumque ſpiritum per [18] duos [16] ſerpentes inſinuatum, varijs modis impedire ſolent. Hinc polymorphum Genium [21] per papylionem [21] δρακόντομορφον indicatum appoſuerunt coturnici malignæ, id eſt, aduerſis poteſtatibus; huius enim vi & poteſtate, vſus rerum neceſſariarum per thyrſi [29] notam in [22] inferioribus conſeruatur, & ab omni infauſta potentia defenditur; qui cum in triplicem [23] Mundum potens ſit, vim omnem fæcundæ [14] generationis rerum in Mundos [25] elementares [24] generatione rerum varios deducit, quæ aptè per duos ſcalenos & duo quadrata indicantur, vt alibi diximus. Nam Polymorphus Genius omnia in ſingulis Genijs operatur; humidam quippè vim rerum altricem promouet in Dionyſio, ſeu Baccho; in Hercule ſeu Mompha ſolidatiuã rerum; vt in Ammone fœcundatiuam receptiuamque vim; in terra operatricem; in Nephte ſeu proſerpina. In Luna ſeu Iſi vim denique humectatiuam; ſi tamen quandoq. exceſſus defectuſue in mundana domo Hori, in rerum diſpoſitione contingat, per Typhonem hanc aduſtiuam & cauſticam, vel ſuperfluum humoris (omne enim exceſſiuum vel defectiuum in naturam rerum Typhon notat) ad mediocritatem reducit, & conſonum reddit, non ſecus, ac in corporibus pernitioſis humeribus oppletis; cauſtica aut in plus æquo ſiccis hydrotica medicamẽta faciũt. Quæ omnia adeo pulchrè à Plutarcho explicantur, vt huc rexpeſiſſe videatur. verba eius adduco *Rurſus vbi Oſirin Iſis recepit, & Horum educat exhalationibus & nebulis, ac nubibus creſcentem & roboratum; ſuperatus quidem, non tamen etiam interfectus eſt Typhon, non enim paſſa eſt Dea, quæ terræ domina eſt, vndequaque aboleri naturã humori contrariam; Sed dimittit eam, & laxat, cupiens temperiem relinqui, quia non poterat mundus eſſe perfectus, abolita ignea natura*, & paulò poſt. *Nam genitalem & alendo aptum ſpiritum Bacchi nomine afficiunt, qui vim percellendi & diuidendi habet, Herculis; qui recipiendi facultatem, Ammonis; id quod per tellurem & fruges penetrat, Cererem & Proſerpinam; quod per mare Neptunum nominant. qui autem naturalibus iſtis etiam mathematica quædam aſtrologica admiſcent, ij putabant Typhonem eſſe vim aduſtiuam Solis, Oſirin humectatiuam Lunarem; Lunam enim, quæ lumen habet genitabile, & humectans, proſperam eſſe, & animalium procreationi & ſtirpium pullulationi; Solis verò, intemperato igni plus æquo calefaciat, ex ſiccetque natas & florentes ſtirpes, & ſuo ardore magnam partem terræ feciſſe habitationibus ineptam, ac ſæpe etiam Lunam ab eo ſuperari. Itaque Aegyptijs Typhonem Seth nominant, id ſignificante vocabulo quod vi præualet*; Hac de cauſa immediatè ſupponitur tabula ſacra, quâ veluti ſacro quodam amuleto, & aduerſarius profligatur, & benignus Genius attrahitur placaturque.

Idealis Lectionis contextus.

1 Ibiformes humidæ naturæ in inferioribus præsides Genij ritu sacro colendi sunt, quia hi genitalia principia primò in 3 cœlum, tanquam 2 principium passiuum seminaliumque rationum receptaculum diffundũt; Quæ 3 Horus sẽsibilis mũdi retinaculum 5, 6 actuat, & colligat; 7 Osiris verò ijs incubans, 9 vitali spiritu, tum 8 Mundum, tùm 10 craterem sacrũ fœcundat; cuius 11 bipotenti Dominio in inferiora, 12 cista opertanea, siuè subterranea referatur, cuius &13 beneficio 14 viuificoq; dominio, 15 aquæ incrementũ capiunt. atq hinc 16 rerum necessariarum profluit vbertas, omni 17 Typhoniâ vi dispulsâ; 18 19 vita tam in superiori, quam inferiori mundo propagatur. 21 Polymorphus deniq; naturæ Genius se singulis miscens, noua 22 inferiorem mundum 20 rerum necessariarum abundantia, & varietate instruit 23 triũ mundorũ dominator; 14 generationis rerum in mundis hylæis Author vnicus.

Vides igitur ex his, quomodo Lunares Genij ad generationem rerum materiam disponant, Solares dispositã actuent, & fœcundent; Polymorphus verò actuatæ vltimum complementum in varietate rerum producenda, præbeat.

SCHE-

Schematismus II. Lateris tertij Occidentalis.

SCHEMATISMVS III.

Lateris tertij Occidentalis

OCcurrit modo sacra tabula, siuè Amuletum prophilactycum ferè idem quod in Schematismo VI. Lateris II. spectatur: intra quod primo loco 1 Scalenus occurrit, cum 2 brachio extenso; & duobus sceptris 35 binodibus, intra quæ sphæroides 4 intermediat. Sequitur 6 serpens, cum 7 receptaculo sacri influxus, & duabus 8 pennis cum 9 brachio extenso, cui subiungitur 10 hydroschema cum baculo seu 11 sceptro. Sunt hæc sacra symbola arcana quadam ratione condita, vt in proprijs hierogrammatismis singulorum probauimus; quæ cùm ex rebus ad benignum Genium analogis constructa sint, affinitatem quandam siuè sympathiam cùm Genio contrahere putabant, atque adeò hisce eum attrahi, & conrra infaustas potestates propulsandas animari, superstitiosiùs credebant. Nam vt in præcedentibus, symbolis dictum est, Scalenus figura mysterijs referta, & principij generationis rerum typus vnicus, non proindè inuenustè à Plutarcho dictus χῆμα γονιμὸν, *fœcundum nuptiale*. Reliqua hieroglyphica cùm in præcedentibus, varijs locis explicata sint, ijs enodandis immorari nolui, cùm ea ex sequenti idealis discursus Lectione curioso Lectori facilè patere possint.

Prosequamur itaque effectus huius sacræ tabulę per sequentia symbola ingeniosè indicatos; primò quidem occurrunt iuncus papyraceus, vas Niloticum cum figura linguæ, & concha cum folio perseæ. Sequuntur quadratum cum vase Nilotico. & figura Arę; per 12 thyrsum iunceum, chenosiris potentia, per vas 13 niloticum cum subiecta figura 15 linguæ, humorem irriguum, quod sicuti lingua perpetuò in humido, teste Horo, degit, & humorem in cœtera membra deriuat, ita humor Niloticus supernus in reliqua Mundi membra, per 16 quadratum verò cum alterò vase Nilotico 17 annuum incrementũ Nili, quo necessariarũ rerũ vbertas conceditur, notat. Porrò per 14 concham, seu cyathũ sub formâ cordis cum folio perseæ, & ara subiecta indicatur, amuletum præcedens vim suam vt conferat, Numen, cui inscriptum est, lingua & corde, id est, cordiali hymnorum persolutione per verum sapientiæ studium religioni iunctum, sollicitari debere.

Sequitur Mophta per sceptrũ ♈ notatus; nam sceptris vt plurimũ, Plut. teste, imponebant literas Genij, cuius potentiam, & dominium describebant. Sic hoc loco sceptrum Momphtæ notant per literam M, quæ ⲙⲱⲓ, id est aquam denotabat; cuius præses erat Momphta Numen, quasi dicant ⲙⲱⲙⲫϯ Deus incremẽti aquarũ, litera M insignitus, & indicatus; per pẽnam autem, nunc velocitatem, nunc ventum, nunc animam, aut diuini Numinis impetum, vt alibi ostensum fuit, aptè indicant; hic verò ventum

zephyrum aerem purificantem, & per [20] piscem Phagrum malitiam, id est, pernitiosam impressionem & Typhoniam vim notabant, aerem adustiuâ quâdã facultate infestantẽ, vndè & piscem hũc pro symbolo abominationis habebant, eo quod genitale Osiridis à Typhone in flumen proiectum, teste Plutarcho, deuorauerit. Tunc autem Phagrus censetur deuorare genitale Osiridis, id est, fœcundum affluxum aquę Niloticę, cum venti Typhonij ex mari insurgunt sicci & adustiui; quibus genitalis Nili humor, & fœcunditas sperata impeditur, est enim Phagrus mali ominis piscis marinus, qui cùm è mari ascendens in Nilo conspicitur, exiguam spem monstrat vbertatis, ex Nili tenuitate, & incrementi exilitate prouenientis, vndè & symbolum malorum, aliorumq; est, quæ fusè Plutarchus prosequitur hisce verbis. Συμπίνειν δὲ φάγρου ἀπέχονται; δοκεῖ γὰρ ἐπιόντι τῷ Νείλῳ συνεπιφαίνεσθαι, καὶ τὴν αὔξησιν ἀσμένοις ἀυτάγγελος ὁρώμενος. *Syenitæ etiam phagro abstinent, & cauent eum, videtur enim vna cum Nilo, eiusque exoptatum incrementum conspectus nunciare*. tametsi verò hoc loco Plutarchus innuat fœcundum Nili incrementum eum nunciasse; qui tamen verba rectè expenderit, is ea per quandam veluti antiphrasin dicta esse reperiet; quasi diceret, videtur quidem exoptatum incrementum nunciare, quod tamen non consequitur; Vnde mirum non est, eumdem in execratione apud Ægyptios fuisse, vt potè qui eos vana spe eluderet conspectus; Abstinebant itaq; ab hoc pisce non tantum, quod Typhonię naturæ esset, eiusque in exilitate Nili virtutis adustiuæ index; sed etiã quod ex pudendo Osiridis gustauerit, adeoque Plutarchi citata verba, ἀντιφραστικῶς intelligenda esse, ex sequentibus luculenter apparet; sic enim paulò post ait. *Tradunt præterea de omnibus membris Osiridis, solum penem ab Iside fuisse repertum, hunc enim statim in Nilum abiectum, gustatumque à Lepidoto, Phagro, & Oxirincho piscibus; quos ideò præ alijs piscibus abominantur Aegyptij.*

Pudendum Osiris à Phagro pisce deuoratum.

Sed vt ad institutum redeamus, sequitur in Schematismo [21] Μονία. cum [22] receptaculo sacri liquoris, & figura quadrilatera, hemisphærio, quadrangulo, [23] brachio extenso, quibus indicatur, per Moniam, vim à supernis in quadripartitum mundum, & subterraneos meatus deuehi, vndè sacri liquoris receptaculum beneuolentia Numinis repletur, vti suprà explicatum est; [5] aquæ inferioris mundi [24] quadripartito influxu [26] viuificantur; diuinus [25] Osiris duplici dominio potens, [28] cœlos, [20] inferiorẽ mũdum influxu [30] suo beat, & omnibus bonis replet; quem influxum aptè per [30] pyramidem, quam [31] manu tenet, indicant; sequitur porrò dictorum idealis Lectio.

Idealis

Idealis diſcurſus Lectio.

Sacræ tabulæ ſenſus.

1 Generationis præſidi 2 beneficò 4 Cœlorum 3 5 dominatori, 6 vitæ inuectori in 7 receptaculum affluxûs aquarũ; 8 inimicæ virtutis aueruncatori, Aëris 9 conſeruatori, 10 humidi 11 dominatori potenti.

Effectus ſacræ tabulæ.

Sacrâ hâc prophylacticâ tabulâ, 12 neceſſaria 13 humoris copia ad 14 vegetabiliũ 15 irrigationem germinationẽq; ſuppeditatur, 16 annuo 17 Nili incremento. 18 Mophta 19 aëris 20 pernicioſam & Typhoniam vim à Lybico cardine deriuatam infringit; 21 canalem 22 receptaculi ſacri liquoris, vti & 22 ciſternã Iſiacam 23 beneficè in affluentia ſua conſeruat; 24 influxu quadripartito incubat 25 aquis, eas calido, & 26 humido viuificando; 27 diuinus Oſiris dupli ci 28 poteſtate 28 cælos 29 infernum Mũdum 30 influxu ſuo 31 beat, & omnibus bonis implet.

Myſticas adductorum ſymbolorum, rationes Lector tùm in præcedentibus, tùm in proprijs locis fuſius tractatas conſulat.

Schematiſmus III. Lateris III. Occidentalis.



SCHE-

SCHEMATISMVS IV.

Lateris tertij Occidentalis.

IN hoc Schematiſmo primò occurrunt duo 1 ſceptra oculata; quæ ſequũtur 2 tripus τριασέσμερφος id eſt tribus ſuſtentaculis in formã triangularium annulorum concinnatis, cum duabus 4 noctuis, & 5 ſimulacro myſtagogo. Sequuntur hæc tria 6 quadrangula, & 7 trabs duodecim quadratis conſpicua, tria 8 vaſa Nilotica, baculus 11 ſerpente fætus, 10 ſceptrum oculatum, cum 11 hydroſchemate, & 12 ſerpente, cui 13 feretrum ſacrum ſupponitur. Sequuntur hæc duo 14 Sphæroides cum brachio 16 extenſo, manu 15 pyramidem tenente; cui iterum ſuccedit 17 trabs duodecim quadratis illuſtris, cum 18 hydroſchemate, & ſub eo 19 tabula lacra, cum 21 hydroſchemate, atque è regione 20 cucurbita. Iſta ſequuntur 22, 23 ſex ſtatuę myſtagogæ, quoad ſitum omnes inter ſe ſimiles, niſi quod tres ſuperiores tiaris diuerſis ab inferioribus veſtiantur.

His ſupponuntur 24 caput Hori, 25 ſacerdotis figura, 26 Horus iterũ arę incumbens, cũ 27 accipitre, quibus ſubduntur figura 28 catenæ, 30 phallus 29 oculatus, 31 Scarabæus; quid ſingula indicent, videamus.

1 Sceptrum oculatum, vt fusè alibi demonſtrauimus ex Macrobio, indicat diuinum intellectum, quem ipſi Oſiridem Archetypum ſiue ſupramundanum vocant, mente ſuâ opifice omnia colluſtrantem; ideò duo ponunt ſceptra, quod ſicuti Sol, & Luna, quæ ſunt veluti duo quidam Mundi oculi omnia inferiora luſtrantes; ita diuinitas ſuprema, vnà cum mente ſua opifice, in Sole, & Luna omnia in omnibus operetur, omnia perluſtret; vt autem indicarent, quomodò is cum mente ſua opifice, & ſpiritu pantamorpho omnia in omnibus, per ideas diuinas triformi Numini communes operetur; hinc aptè ſanè ſuppoſuerunt oculis 3 tripodem myſticũ cũ 2 globo ſeu circulo, ex quo tres radij ex triangulis contexti (nota hìc in figura triangulos non fuiſſe clauſos, quod ex oſcitantia ſculptor omiſit; in Obeliſco enim clauſi ſunt, & perfectos trigonos referunt, vti in figura æri inciſa videre poteris.) profunduntur verſus inferiora; quo quidem hieroglyphico nihil aliud denotabant, niſi triformis Numinis ideis fętum in vniuerſa proceſſum, ideas ſuas ſub trigonis claſſium rerum creatarum ſingulis, in quãtum earum capaces ſunt, communicantis; ab his enim ortus omnium, omnium exiſtentia, ab hiſce omnia, vt ſint, vt viuant, vt ſentiant, vt factori eorum ſimilia ſint, habent. Sed de hoc ſymbolo in præcedentibus vide fuſius tractatum. Succedunt hiſce binæ 4 noctuæ malorum ſymbolum, binis oculis contrapoſitę, quibus oſtenditur, bonitatem triformis Numinis omnis mali expertem eſſe, imò malorum omnium, quæ originem à ſolis rebus creatis, quæ per binarium noctuarum notantur, habent, profligatorem eſſe; ſiquidem *Numen optimum & beneficentiſſimum mala nequaquam intendit, ſed ea veluti*

Tripus τριασέσμερφος quid?

Duæ noctuæ.

luti rubigo quædam, vt Plutarchus ait, ex ipsa ferri natura suapte sponte resultant. 5 statuaverò mystagoga, dũ sacro ritu, quẽ corporis situ exprimit, instituitur, ad Triformis Numinis virtutem recipiendam, tùm apta redditur, tùm ad omnia Numini contraria virtute sua, id est, ad potestatum malignarum machinationes profligandas, potens & efficax. Vt verò particulariùs triformis Numinis influxum exhiberent, ad anni temporumque aptam dispositionem indicandã, 6 tria quadrangula sequuntur, per quæ primò tres corporeos Mundos, deindè tria anni tempora significant, vti in primo Schematismo lateris primi varijs authoritatibus comprobatum fuit. Statua 5 mystagoge.

Cùm verò tres mundi hylæi vitales suas operationes non perficiant, sine Solis, & Lunæ motu per duodecim mansiones arcis magnæ, menstruo illo processu facto, hinc aptè supposuerunt trabem seu 7 murum duodecim quadratis, veluti totidem mansionibus arcis magnæ siuè Zodiaci interstinctum; quem non incongruè δωδεκάπυργον appellamus; per has enim Luna menstruo, Sol annuo permeantes, & trium annitemporum rationem disponunt, hylæorumque mundorum seminaria ad rerum generabilium productionem cient; horum progressu 8 Nilus vitali inundatione, cælestis terrestrisq; aquæ abundantiam, teste Horo, per tres hydrias indicatã præstat; 10 oculus cœlestis Osiridis 11 aquis 12 vitam præbet, proindè summo 13 cultu venerandus, quã per 14 cœlos 16 benefico 15 influxu in 17 duodecim mãsiones Arcis magnæ, & hinc in 18 humidam naturã propagat, quæ aptè indicantur per symbola correspondentibus numeris signata. Huius autem hieroglyphici ratio inde dependet: quod Aegyptij, vti alibi ostensum fuit, Fanum Solis in Vrbe Solis, muro quodam mystico 12 pyramidibus, aut curribus quadratis dispositum cingerent, quarum singulas vni ex duodecim Zodiaci signis, singulorũq; præsidibus Genijs dicabãt. Hac enim mystica dispositione, Deos allectari ad fauendũ, sacris, quæ ob sacros ritus fiebãt, magna persuasione ducebantur, vt proindè non immeritò inter sacra, symbola ea receperint; vide quę ex professo de hisce declarauimus fol. 170. Vidimus effectus Numinis; iam quibus modis, & ritibus id attrahibile fiat, videamus. δωδεκάπυργον quid?

Primò itaque occurrit sacra 19 tabula, cum 18 hydroschemate, & 20 cucurbita; indicare itaque volunt, sacram tabulam fieri debere humidi Genio inscriptã, deindè statuas mystico apparatu construendas; tres, 1 tribus Lunaribus Genijs, alias tres, occidentalibus 2, solaribusque Genijs, vt Schema docet; tres priores cidarin in formam cucurbitæ capiti impositam tenent; tres posteriores calathum fructibus plenum; figura statuarum refert literam N, quæ vt suo loco diximus, cùm duplicem pyramidem rectam, & inuersam exhibeat, influxûs superni infernique, tùm illapsionem, tùm receptionem indicat; præterea motum generationis rerum sursum deorsumque, motũ quidè supernum, brachia in formam V contorta; infernum, pedes cum fœmore in formam Λ contracti indicant. Sedere finguntur, ad quietem

Vide fo. 87.
3 Statuæ Lunares.
3 Solares quid

tem indicandam, quâ veluti ad formarum receptionem neceſſariâ aptæ red dantur materiales potentiæ ; ſuperiores Lunares cidarin in formam cucurbitæ, humidi ſymbolum ; inferiores Calathum fructibus fætum, Solaris beneuolentiæ notam capitibus tenent, illis innuitur vis ☽ humidæ, hiſce caloris in humido miſtura, quâ vegetabilum abundantia, quam pollicentur, indicatur ; Tres ponuntur, tùm ad Triformis Numinis ideas, tùm ad trium anni temporum, quibus ſingulis ſinguli præſunt, & horæ, teſte Diodoro, dicuntur, diſtinctionem, quam tàm Luna, quàm Sol, dùm manſiones Arcis magnæ percurrunt, per dictos geniorum adminiſtros efficiunt, demonſtrandam. Nam vt in præcedentibus dictum eſt, Sol annuo curſu tria anni tempora, Ver, æſtatem & hyemem iuxta Aegyptios efficit, quorum ſingula 120. diebus, ſiue quatuor manſionum ſignis definiuntur ; Luna mẽſtruo ſuo curſu, per duodecim manſiones facto, annum conficit Lunarem in tria pariter tempora diſtinctum, quorum ſingula decem dierum ſpacio definiuntur, horum prius à Neomenia ad Lunam ἀμφίκιρτον veri, alterum, ab amphicirto ad amphicirtum, æſtati ; tertium ab amphicirto ad neomeniam ſiuè σύζυγίαν hyemi reſpondet ; quæ aptè indicantur per paulò ante poſitum murum duodecim quadratis inſignem. Vide hæc omnia alij locis comprobata.

His itaque ſic arcanè conſtitutis, Mundanæ [24] domus portam ſiuè [24] Horum, quem caput pueri cum ſubiecta figura portæ indicat, aperiri credebant ; prætereâ per [26] Horo hoc, per alterũ caput, & altare ſubiectum notato, ſacris ritibus cultibus, Genijsq; [25] Mophta & [27] Oſiri, hoc eſt, in mudana Oeconomia, ſuperioris, & inferioris humidi & calidi præſidibus, quæ per [25] Sacerdotis in literas nominis Mophta transformati [27] habitum, ſitum què & per [18] accipitrem indicantur, conſtipatum, tandem, διὰ τῆς σείρας τῶν ἀγαθοδαιμόνων, rerum inferiorum ſeminaria benigno aſpectu fota, Mundum fæcunditate & vbertate repleri confidebant ; ita vt per catenam, Geniorum, rerumq; ijs ſubiectarum concatenatio ; per [30] phallum [29] oculatum, ſeminaria rerum radijs ſolaribus fota ; per [31] ſcarabæum vniuerſum aptè deſignetur ; Scarabæum enim nunc pro Sole, nunc pro vniuerſo, pro combinatione ſymbolorum poni, fuſè in proprio eiuſdem hierogrammatiſmo probatum eſt. Ad phallum verò ſiue veretrum oculatum quod attinet, fuit is ſymbolum fœcunditatis ſolis omnia videntis, & nullis non fragmentis hieroglyphicis inciſus ſpectatur. Origo huius ita ſe habet ; Iſis Oſiridis à fratre Typhone interrempti reliquias, cum anxiè conquireret, nec inueniret, teſte Diodoro, eiuſdem pudendorum imaginem diuino cultu honeſtauit. Hinc veluti è perenni ſuperſtitionum fonte emerſerunt apud Græcos, Pãmylia Dioniſiaca, Ithyphallia, non ſacra, ſed ſcelera. *Quibus*, inquit, *Arnobius in Liberi honorẽ Patris, Ithyphallos ſubrigit Græcia, & ſimulachris*



Horus duplex quid Oſiris, & Mophta.

Obelisc. Latus III. Occident.

lachris virilium fascinorum territoria cuncta floreſcunt. Erant autem, teſte Plutarcho, ficulnei, eò quòd Thrio, hoc eſt, ficus folium, genitale virile exprimat ſeu coriaceos, ê collo pendentes narrant Herodot. & Nõnus aureus enim ille 120. cubitorum, cuius meminit Athenęus extra ordinem fuit; coluerunt autem id membrum hominis, teſte Euſebio, quod ex eo omnium ortus ſit. Hinc, vt eſt apud Arnobium, Nicetam, & Hyginiũ, phallophoria feſta, hinc Cypriæ abſtrusæ illę initiationes, quarum participes, pro ſtipe collatâ, phallis donabantur. Hinc Faunorum, Satyrorum, Syluanorum ἀποθέωσις hinc propudioſa illa Priapi & Beelphegor ſecreta profluxerunt. Hinc Mercurij faſcinus à Cyllenijs cultus Athenienſium religione ſacer; hinc Neuroſpaſta apud Lucianum ob remedium præbiaq; in collo pueris res turpicula faſcinus videlicet quem infantium cuſtodem appellat Plinius. Sed de hiſce vide paſſim varijs huius Operis locis traditum.

Cur porrò poſt Aegyptios Græci, Romanique, qui ea à dictis Aegyptijs hauſerunt, tanto ſemper ſtudio huiuſmodi ſacra coluerint apud Authores reperio factum eſſe; quod huius cultu ea mala, quæ generationem impedirent, ceu faſcinata, auerterentur; tùm verò ob eam corporis partem, à qua ſit omnium origo; atq; ob primam rationem eum in hortis paſſim arboribus alijſque locis frugiferis collocatum legimus, iuxta illud Ouidij.

Cauſa cur coleretur huiuſmodi turpe idolum?

Pomoſiſque ruber cuſtos ponatur in hortis
Terreat vt ſacra falce Priapus aues.

Columel. *Et Arboris antiqua nomen venerare Ithyphalli.*

Hoc enim poſito falſa quadam ſuperſtitione moti, rerum omnium ſibi ſpõdebant vbertatem. Altera ratio eos mouebat, vt ad auertendam inductam per maleficia impotentiam, mulierumque ſterilitatem auertendam phylacteriorum loco collo, manibus, cingulo, auribus portarent, quæ & eandem ob cauſam animalibus brutiſq; affixa eſſe ex hieroglyphicis patebit, in quibus hoc phallo nihil occurrit frequentius. Eaſdem itaque ob rationes Gentem quoque Hebræorum ſacra turpiſſima amplexatam eſſe, tantòque libentius auidiuſque, quantò ad omne ſuperſtitionis genus, ac luxuriæ omnigenę inquinamenta erat propenſior, aſſerimus: nam cùm huius Priapi, ſeu Ithyphalli cultui Aegyptij omnem felicitatem, terræ; adhæc hominum brutorumque fęcunditatem aſcriberent; Nil facilius fuit genti, apud quem nil ſterilitate erat probroſius; quæque laxatis temperantiæ habentis in omne libidinis genus, miſerè ſese etiam ſub honeſtæ propagationis humanæ prætextu pręcipitabat; quam ea ſacra ſibi aſciſcere; quibus id ſub larua religionis tutò & impunè liceret: quibuſq; ſterilitatem illam probroſam & in lege maledictam, Aegyptiorum exemplum ſecuti, Priapæo cultu auerterent.

Hebræi Beelphegor colebant ad ſterilitatem auertendam.

Idealis discursus Lectio.

1 Intellectus diuinus per mentem 2 opificem malorum 4 omnium profligatricem, quam generat, 3 ideis sibi similibus fętam, quæ & sapientia Dei, influit per 5 simulachrum ritu mystico cōstructum, primùm in mundos 6 tres corporeos seu hylæos per duodecim 7 mānsiones arcis magnæ, in 8 triplicis Mundi Nilum, quem 9 fęcundat per spiritū suū, cui &prouidet 11 humorē, et 12 vitam præstādo, honore & sacro ritu 13 venerandus. 14 Cœlos 15 pyramidali influxu 16 beneficat; duodecim 17 mansiones arcis magnæ 18 humore grauidat. Hinc sacra 19 tabula apotelesmatica construenda, ad diuinitatem occultè in eam deriuandam; ad 21 humoris omnium 20 principij acquisitionē. Tria 22 simulacra Lunarium Geniorū ritu mystico adornāda, & ad influxū recipiēdum parata. Alia tria 23 simulacra Solarium Geniorum simili forma & ritu simili consecrāda, vt in ea vis & potestas cælitus deriuetur. 24 Hori sensibilis & 26 insensibilis Mundi imago per 25 appropriata sacrificia, per 27 Solem 27 spiritus mundani præsidē 28 concatenata, 30 seminalibus rationibus, quas 29 oculo suo diuino perpetuò fouet, 31 Mūdū vniuersū fœcundat & beat operationibus 31 analogicè institutis.

Schematismus IV. Lateris III. Orientalis.



SCHE-

Obelisc. Latus III Occident.

SCHEMATISMVS V.

Lateris III. Occidentalis.

IN hoc Schemate ordine sequuntur sequentia symbola: 1 Receptaculum sacri liquoris cum 2 Crocodilo; figura bifurcata cum binis pennis & statua 4 mystagoga Momphta, & tribus, quadrangulis, quibus subditur 6 hydroschema cum duobus 8 segmentis, vno inferiori, superiori altero, hisce duo 8 brachia in formam 11 sursum vergentia, cum 9 thyrso papyraceo & vase Nilotico, stipato duobus 7 Rhomboidibus, & subiectis tribus 10 quadratis. Succedunt hisce 11 auis extensis alis in actu volare conãtis, cui subditur Leo 15 incubans, cum duobus 12 Rhõboidibus; sequitur deinde 13 Capreolus cum 13 penna, & figura 14 Momphta, cum harpagone. Præterea tria quadrangula, quibus subduntur 8 thyrsus papyraceus, flos 19 Loti inclinatus, ex bulbo emergens, cum 20 statua Momphta, & 21 serpente bicorni erecto situ. Subiunguntur hisce 22 caput Ibidis cum 23 calatho capreolato & tribus 24 serpentibus bicornibus cum segmento supra; infra hæc verò alia duo segmenta cũ tribus quadrangulis, deindè 25 thyrsi figura, cũ 26 lingua, 27 hirundine, & baculo 28 serpentigero erecto, 29 Tiarâ in formam calathi capreolati, cum sceptro 30 Cucucomorpho, & 31 receptaculo sacri liquoris, cui subest hirundinis 32 figura, sub hac 33 tænia siue ligaculum cum 34 serpente. Quibus subiungitur Ibis inclinata triplici capreolato ramo conspicua, cum cycloide, segmento, & brachio extenso; quæ omnia quid significent, videamus.

1 Receptaculo sacri liquoris supponitur 2 Crocodilus, qui hoc loco ex combinatione symbolorum nõ DEVM, sed Typhoniam naturam indicat, receptaculo sacri humoris infestã. Vnci quippe figura prohibitionẽ quadam innuit, virtutis malignæ, per ventos benignos iuxta tripartitum anni tempus propulsatæ, quæ omnia per pennas, aëris, ventorumque indices & per mystagogam statuam, & 3. quadrangula indicantur, vt ex præcedentibus demonstratum fuit.

Sacros itaque Amuleti effectus & operationes in præcedenti Schematismo exhibitas, in hoc continuant; præter dictos itaque effectus, Amuletum, omne humori cõtrarium infaustumq; à sacri humoris receptaculo, & à tribus anni temporibus, in tribus hylæis mundis cohibet. Mophtâ simulacri vi sibi cõgrui, ventorũ furentium vim, aquis & humori infestam dissipante.

Vbi nota, hanc statuam vti & duas subsequentes situ suo exprimere literas nominis Mophta, brachia enim cum pectore & manu pendente *M*, caput *O*, pedes cũ fœmore *N*, exprimũtq; *Mon*, quod incremẽtũ Nili vt fol. 283. docuimus, indicat; nihil enim efficacius esse credebãt, quã tacitis huiusmodi inuocationibus Numinis vti; quod & duobus brachijs paulò post sequ. tibus

Mystica ratio statuæ.

vt suprà explicatũ est fol. 485. in cœlũ extensis indicant, per huiusmodi enim cerimonias humorum præsidem potenter moueri putabant, ad aquarum, rerumque 9 necessariarum copiam, per fœcundum 7 incrementum Nili, agrorumque 7 irrigationem concedendam; vbi nota agrorum annuam irrigationem aptè notari per vrnam 7 Niloticam duobus stipatam Rhomboidibus; Est aut Rhomboides nihil aliud, quàm ἀρȣ̃ρα aut aruum, siue quarta pars agri centum cubitos complectens, quo vti anni instantis spacium, ita agrorum inundationem, ad Sothis ortum fieri solitam, innuebant. Vide Horum lib. 1. cap. 5. quem & sæpè allegauimus; quadrangula obliqua sunt, tum ad ea à quadrangulis rectangulis mundi elementaris, & anni symbolis distinguenda; tum quia eminus conspicientibus arua sub forma Rhomboidis obliquè apparent. Sequitur 11 Auis extensis alis crucem formans, Genius aërius, quadripartitæ aëreæ Zonæ præses, cum Leonino 15 Mophta & 13 penna; quo indicatur, Geniũ, aërem vento immisso agitare, hũc ex agitatione incrassatum, ac per Leonis calorem resolutũ, in humorem descendere, ex quo demum 12 agrorum vegetabiliumque fęcunditas, per binos Rhomboides & capreolum indicata, emanat; statua 14 Mophtâ, harpagone aueruncationis aduersarum potestatum symbolo instructo, strenuè cooperante. Ne itaque rerum 18 necessariarum suppeditatio deficiat, & vt rerum 19 vegetabiliũ appetitus expleatur; 20 statuæ Mophtę 15 triũ hylęorum mundorũ præsidis, sunt sacro ritu & mystico fabricãdæ. Hinc enim 21 vita cœlitùs hausta, & in hylęos mundos deriuata, magnum conferet emolumentum; quæ omnia pulchrè indicãtur, scil. per 18 thyrsum papyraceũ res necessariæ, per Loti 19 florem ex bulbo suo emergentem, summa luxuries rerum; per statuam 20 Momphtæ ritu mystico exprimendam, per bicornem 21 serpentem erectam, vitæ fœcunda cœlitùs propagata significatur.

Agrorum irrigatio.

Quid Rhomboides?

Quoniam verò nihil rectè sinè Genio Lunari conficitur, hinc eum veluti cooperatorem Momphtæ sub forma capitis 22 ibiaci expresserunt, qui 23 potestatem in a vegetabilia, quam calathus capreolatus indicat adeptus, 24 triplicem vitam tribus mundis hylæis per tres bicornes serpentes, & tria quadrata ijs supposita indicatã largitur, ad necessariorum copiam, & humoris 26 continuationem.

Quoniam verò 26 humor nihil efficit, nisi is pro ratâ proportione singulis rebus in hylæis mundis distribuatur, hanc aquæ distributionem aptè indigitarunt per 27 hirundinem, cuius ea natura est, vt mira filios alat æqualitate, singulis cibum æqualem impertiens, ea adhibita diligentia, nè qui semel acceperit bis accipiat, atque ita vt par sit, omnium sportula procuretur. Nam vt rectè Horus: Εκείνη γὰρ κυκλύει ἑαυτὴν εἰς πηλὸν καὶ κτίζει τοῖς νεοττοῖς φωλεὸν μέλλουσα τιθεῖναι. *Vicina enim morti se ipsam voluat, ac pullis latebras comparat,* vide Pierium, tit. hirundo. Hinc Osiridi & Isidi sacræ habebantur, eò quòd dicta Numina mortalium animos maximè legibus, & iustitia ad vitæ temperamentum, testè Diodoro, instruxerint. Hac enim æqualitate distri-

Hirũdo quid notet?

diſtributionis, maximè [28] vita in [31] receptaculo ſacri liquoris conſiſtit; præterea Numen hac [32] æqualitate & ſollicita diſtributione ſingulorum, in [30] varietate rerum mundanarum eluceſcente, in vegetabilia [29] potens, connexu [33] viuifico [34] animat humidæ naturæ [35] ſubſtantiam. Cum denique Lunaris [36] Genius ex ſe & ſua natura inclinet, ad fidei ſuæ commiſſas res vegetabiles promouendas, & non deſinat cœlorum beneficam vim in inferiora deriuare, hinc aptiſſimè ſanè ibidem [36] poſuerunt, triplici capreolorum ramo conſpicuam, & veluti niſu quodam in inferiora vergentem, pulchrum pronitatis ſuæ in res tutelæ ſuæ commiſſas ſymbolum; cęli [38] influxu benefico per ſphæroidem & brachium [39] extenſum indicato, cooperante; per tres verò capreolos indicant, tria vegetationis emolumenta, quorum prius in herbarum, & olerum; alterum in fructuum omnis generis; tertium in animalium vbertate præſtatur. Nam vt folio 361. oſtenſum fuit, ſolebant veteres, certas plantas ſiue ramos non ſolum dedicare certijs Dijs ſed & eoſdem manibus ſimulacrorum eorum Deorum, quos referebant, myſtica quadam ratione contortos inſerere; ita & hoc loco Ibidi, hoc eſt Lunari genio, ramum tribuerunt triplici capreolo inſignitum; qui vti myſtica ratione conſtat, ita plurima quoque in ſignificatione ſua inuoluit; quaſi dicerent; Genius Lunaris à triformi Numine ſibi communicatam virturem in triplicem mundum hylęum diffundit, vnde triplex vegetationis naturæ emolumentum; ex tripartito anni tempore emanat in inferiora, cęleſti fauore & beneuolentia; Hanc ideam hieroglyphicam in ſimili triplicato perſeæ ramo admirari licet, quam quia folio 363. fuſe expoſuimus, eo Lectorem remittimus, quarè hoc loco eius tantùm figuram, ad ſpatium explendum, apponemus. Quorum quidem omnium rationes cum in præcedentibus varijs in locis explicatæ ſint, ſuperuacaneum eſſe ratus ſum, ijs repetendis tempus tenere. Sufficiat hoc loco ſolùm in quibus de ijs tractatur, numeris determinaſſe. Quomodò verò hæc omnia ad myſticos & anagogicos allegoricoſque ſenſus applicentur; ſuo tẽpore dicetur in œdipo. Nihil igitur reſtat niſi vt totius Idealis diſcurſus lectionem apponamus.



Idealis diſcurſus Lectio.

Schematiſmus V. Lateris III. Occidentalis.



Porrò à [1] receptaculis ſacri humoris, omne in aquis, & aëre [2] pernicioſum in tribus Mũdis; hylæis ſiſtitur per huiuſmodi [4] ſtatuam; [6] humor Nili [7] ad irrigationẽ agrorũ per ſolitas preces, [9] neceſſariarũ rerum copiam ſuppeditat tribus Mũdis [10] hylęis; prætereà. [11] Aerius [12] Genius per [11] quadruplicem Mũdi partem [13] diffuſus, & huiuſmodi [14] ſimulacro attractus, aërem malis impreſſionibus liberat. [15] Mophta pariter appropriatâ ſtatuâ attractus in tres [15] hylæos Mundos, primò [18] copiã rerum neceſſariarũ, deindè vegetabiliũ ex humido emerſionẽ, per [20] ſtatuá deniq; [21] vitã cælitùs largietur omnibus. [22] Lunaris Genius [23] poteſtate ſuper [a] vegetabilia acceptâ, [24] triplicẽ triũ Mũdorũ [24] vitã deriuabit in rerũ [25] neceſſariarum vſum; in [27] aërem, eum [26] humectando, [28] fęcundádoque receptaculum [21] humoris ſacri; ex qua [29] poteſtate [30] varietas in inferiori [a] mundo [32] aeriſque [33] connexus, cũ [34] viuifico [35] humore, prouenit. Eſt enim magna [36] proclitas Lunaris [36] Genij ad ſibi commiſſam [37] vegetabilis naturæ œconomiam, [38] cœleſti [39] beneuolentia proſequendam.

SCALE

Obelisc. Latus III. Occident.

SCHEMATISMVS VI.

Lateris tertij Occidentalis.

OCcurrit primò in hoc Schematismo, triplex 1 flos Lothi cum coturnice, & 4 capreolo, & tribus 5 quadrangulis, quæ sequuntur tria 6 capita fœminea cum tribus 7 vrceis, quibus succedit 8 vultur sacræ 9 barræ insidens, deindè globus cum thyrsis prostratis, quibus insistit capreolus. Postea ibis 12 cum quadrangulo longo, 14 baculo, & tribus 13 quadrangulis, quæ binode sceptrum, 15 hydroschema, 14 brachium extensum sequuntur; hæc iterùm binode 18 sceptrum, 19 serpens, & demum 23 barys sacra, cui insistunt crux 20 ansata simplex, 21 temon 6 quadrangularibus eminentijs cōspicuus triplicatus, & sceptrum 22 cucuphomorphum, quibus subduntur iterum crux 21 ansata, 26 quadratum cū 25 sphæra supra eminente, & vase 27 Nilotico ansato, insignito cum 28 serpente & segmento. Sed adducta symbola breuiter perstringamus.

Declaratio figurarum.

Cum itaque Aegyptij rerum naturam penitius considerantes, quibusdam in rebus mirificas illecebras, in nonnullis verò dissidia summa, litesque perpetuas reperirent; vt illas ab Orimazijs Genijs, id est, benignis & lucidis, ita has ab Arimanijs, id est, malignis & tenebricosis proficisci credebant, de quibus fusè libr. 2. capit. 10. Numinis tamen supremi apta distributione fieri, vt illa omnia inter se, quantumuis dissita, concordata absolutam tandem, veluti ex consoni & dissoni miscella harmoniam efficiant, non ad Mundi duntaxat ornatum, sed & ad eiusdem conseruationem prorsus necessariam. Atque hanc concordem discordiā potissimum in inferiori tripertito Hecatis siue Isidis regno notabant; vndè hanc sympathiam pulchrè sanè per triplicem 1 florem Loti, vti & antipathiam per 2 coturnicem exhibuerunt; per Lotum quidem inferiorum rerum ad superiora sympathiam; per coturnicem verò ingratum, cęterisque animalibus, imò Soli inuisum, antipathiā, vti in eius hierogrammatismo probatum fuit, indicabant. Nam vt rectè Plutarchus: *Mixta est enim huius mundi origo atque compages ex cōtrarijs facultatibus, sed quarum non sint æquales vires, melior enim præualet quidem; deteriorem autem funditus aboleri nefas est, cùm & in corpore ea valdè inhæreat, & in anima vniuersi, & meliori semper repugnet; In anima ergo mens, quod ordinatum est, æquabile & sanum, id defluxus & imago Osiridis est, tempestatum, temperamentorum ac conuersionum vicibus conspicua; Typhon autem animæ pars rationis vacua est, & varijs motibus agitata tumultuosa & bruta, in corpore morbos, in aere intemperiem & inconstantiam efficiens.* Sed ad Lotum reuertamur, in quo primus flos Oriētem respicit, medius erectus quasi in medium cœli vergit; tertius verò in occiduam plagam nisu quodam tendit; quo indicatur, quod sicuti Lotus Solis diuinum cursum ex Oriente per Meridiem in Occidentē

Harmonia Mūdi ex Cōsonis & Dissonis.

Loti natura.

appe-

appetitu quodam inſatiabili ſequitur ita ſingulis in rebus eſſe ordines quoſdam conſtitutos, quos inferiora in eodem ordine, ſuperiores, veluti duces quoſdam, à quibus poteſtatem, & vitam, omne bonum hauriant, reſpiciãt, quod eſt totius ſympatheticæ connexionis fundamentum ac baſis. Quia tamen hic ipſe amicus rerum confluxus minimè contingeret, ſi non eſſent in natura contraria quædam, quæ dicta vti ad malorum fugã, ita & ad boni proſecutionem ſollicitarent, dicta ſymbola ad mundi varietatem veluti ex diſſono-conſonis, & malo-bonis contextam, aſſumpſerunt, quæ aptè ſanè per Lotum ſolarem herbam, & coturnicem Soli contrariam auem expreſſerunt. Hinc, teſte Plutarcho, Mercurius ex neruis Typhonis exciſis cytharam inſtruxit, quo occultè harmonia mundi ex cõſono-diſſonis notatur, eorumq; cõmiſtione Author naturæ cùm ad mũdi conſeruationem, tùm ad rerum varietatem vti voluit; Quæ omnia adeò appoſitè deſcribit Proclus lib. de Sacrificio & Magia, vt ad hæc à nobis propoſita hieroglyphica reſpexiſſe videatur, verba eius ſunt: *Quemadmodum amatores ab ipſa pulchritudine, quæ circa ſenſum apparet, ad diuinam paulatim pulchritudinem ratione progrediuntur: ſic & Sacerdotes antiqui, cùm conſiderarent in rebus naturalibus cognationem quandam compaſſionemque aliorum ad alia, & manifeſtorum ad vires occultas, & omnia in omnibus inuenirent, ſacram eorum ſcientiam condiderũt, agnouerunt enim & in infimis ſuprema, & in ſupremis infima: In cælo quidem terrena ſecundum cauſam modoque cęleſti: In terra verò cæleſtia, ſed modo terreno. Nam vnde putamus plantas illas, quas heliotropias nominant, id eſt ſoliſequas, ad Solis motum Solem verſus moueri? Sed ſelinotropias, id eſt, luniſequas ad Lunam verti? Nempè cuncta precantur, hymnoſque concinunt ad ordinis ſui duces. Sed alia quidem intellectuali modo, alia rationali, alia naturali, alia verò ſenſibili modo. Itaque ſoliſequa quomodocumque poteſt mouetur ad Solem, ac ſi quis poſſet audire pulſationem ab ea in aëris circuitu factam, profectò illum quendam per eiuſmodi ſonum erga regem ſuum compoſitum animaduerteret, qualemcumque poteſt planta conficere. Quamobrem in terra quidem aſpicere licet Solem & Lunam, ſed pro qualitate terrena. In cælo autem plantas omnes, & lapides, & animalia pro cæleſti natura, vitã habentia intellectualem. Quæ quidem veteres contemplati, alijs cæleſtium, alia terrenorum adhibuerunt, vnde diuinas virtutes in locum inferiorem, ob quandam ſimilitudinem deduxerunt. Nempè ſimilitudo ipſa ſufficiens cauſa eſt, ad res ſinguläs inuicem vinciendas. Si quis enim canabim, ſiue papyrum calefaciat, deindè ſubigat lucernæ proximæ, etiam ſi non tangat, videbit ſubitò accenſam canabim, quamuis non tetigerit ignem, accenſionemque deſuper ad inferiora deſcendere. Comparemus igitur canabim calefactam, ſiuè papyrum cognationi cuidam inferiorum ad ſuperiora: appropinquationem verò eius ad lucernam, opportuno vſui rerum pro tempore, loco, materia: proceſſum ignis canabim, præſentiæ diuini luminis, ad id quod poteſt capere, acceſſionem denique canabis deificationi mortalium, materialiumque illuſtrationi, quæ deindè feruntur ſurſum inſtar accenſæ canabis, ob quandam ſeminis diuini participationem. Quid verò de Loto dicam? Lotus implicat quidem in ſe folia, ante Solis ex-*

Mundus ex bonis & malis conſtat.

ortum:

ortum: Oriente verò ſole, explicat paulatim. Et quatenus ſol ad mediam cœli aſcendit plagam, eatenus pandit folia: Quatenus verò à medio petit occaſum, gradatim folia contrahit. Videtur hęc non minus dilatatione contractioneque foliorum honorare ſolem, quam homines genarum geſtu, motuque labiorum. Non ſolum verò in plantis, quæ veſtigium habent vitæ, ſed etiam in lapidibus aſpicere licet imitationem & participationem quandam luminum ſupernorum: quemadmodum Helites lapis radijs aureis ſolares radios imitatur: lapis autem qui vocatur cœli oculus, vel Solis oculus, figuram habet ſimilem pupillæ oculi, atque ex media pupilla emicat radius. Lapis quoque Selenites, id eſt lunaris, figura lunæ cornicularis ſimilis, quadam ſui mutatione lunarem ſequitur motum. Lapis deinde helioſelenus, id eſt ſolaris lunariſque imitatur quodammodò congreſſum ſolis & lunæ, figuratque colore. Sic diuinorum omnia plena ſunt: terrena quidem cœleſtium, cęleſtia verò ſupercœleſtiũ, proceditque quilibet ordo rerum, uſque ad vltimum. Quæ enim ſuper ordinem rerum colliguntur in Vno, hæc deinceps dilatantur in deſcendendo, vbi aliæ animæ ſub numinibus alijs ordinantur. Deinde & animalia ſunt ſolaria multa, velut Leones & Galli, numinis cuiuſdam ſolaris pro ſua natura participes: Vnde mirum eſt, quantum inferiora in eodem ordine cedant ſuperioribus, quamuis magnitudine, potentiaque non cedant. Hinc ferunt Gallum timeri à Leone quam plurimum, & quaſi coli: cuius rei cauſam à materia ſenſuue aſsignare non poſſumus, ſed ſolum ab ordinis ſuperni contemplatione: quoniam videlicet præſentia ſolaris Virtutis, conuenit Gallo magis quàm Leoni: quod & inde apparet, quia Gallus quaſi quibuſdam hymnis applaudit ſurgenti Soli, & quaſi aduocat, quando ex Antipodum medio cęlo ad nos deflectitur. Et quandoque nonnulli ſolares angeli apparuerunt, formis eiuſmodi præditi, atque cum ipſi in ſe ſine forma eſſent, nobis tamen qui formati ſumus occurrère formati. Nonnunquam etiam dæmones viſi ſunt ſolares leonina fronte: quibus cum Gallus obijceretur, repente diſparuerunt. Quod quidem inde procedit, quòd ſemper, quæ in eodem ordine conſtituta inferiora ſunt, reuerentur ſuperiora: quemadmodum plerique intuentes virorum imagines diuinorum, hoc ipſo aſpectu vereri ſolent turpe aliquid perpetrare. Vt autem ſummatim dicam, alia ad reuolutiones Solis correuoluuntur, ſicut plantæ, quas diximus. alia figuram ſolarium radiorum quodammodo imitantur, vt palma, dactylus; alia igneam Solis naturam, vt laurus; alia aliud quiddam: videre ſanè licet proprietates, quæ colliguntur in ſole, paſsim diſtributas, in ſequentibus in ſolari ordine conſtitutis, ſcilicet angelis, dęmonibus, animis, animalibus, plantis, atque lapidibus. Quocirca ſacerdotij veteris autores, à rebus apparentibus ſuperiorum virium cultum adinuenerunt, dum alia miſcerent, alia purificarent. Miſcebant autem plura inuicem, quia videbant ſimplicia nonnulla habere numinis proprietatem, non tamen ſingulatim ſufficientem ad numinis illius aduocationem. Quamobrem ipſa multiorum commixtione attrahebant ſupernos influxus, atque quod ipſi componendo vnũ ex multis conficiebant, aſsimilabant ipſi vni, quod eſt ſuper multa, conſtituebantq; ſtatuas ex materijs multis permiſtas. Odores quoque compoſitos colligentes arte in vnum diuina ſymbola, reddentesque vnum, tale, quale diuinum exiſtit ſecũdum eſſentiam, comprehendens videlicet vires quã

plurimas: Quorum quidem diuisio vnamquamque debilitauit, mistio verò restituit in exemplaris ideam. Nonnunquam vero herba vna, vel lapis vnus ad diuinũ sufficit opus. Sufficit enim Cnebison, id est carduus, ad subitam numinis alicuius apparitionem, ad custodiam vero Laurus, Raccinum, id est genus virgulti spinosum, cæpa, squilla, corallus, adamas, iaspis; sed ad præsagium cor talpæ; ad purificationem vero, sulphur, & aqua marina. Ergo sacerdotes per mutuam rerum cognationem compassionemque conducebant in vnum, per repugnantiam expellebant, purificantes cum oportebat sulphure, atque asphalto, id est bitumine, aqua aspergentes marina: purificat etiam sulphur quidem propter odoris acumen: aqua vero marina propter igneam portionem. Et animalia Dijs in Deorum cultu congrua adhibebant, cæteraque similiter. Quamobrem ab ijs atque similibus recipientes, primùm potentias dæmonum cognouerunt, videlicet eas esse proximas rebus actionibusque naturalibus, atque per hæc naturalia, quibus propinquant, in præsentiam conuocarunt. Deinde à dæmonibus ad ipsas Deorum vires actionesque processerunt, partim quidem docentibus dæmonibus addiscentes, partim vero industria propria interpretantes cõuenientia symbola, in propriam Deorum intelligentiam ascendentes, ac denique posthabitis naturalibus rebus actionibusque, ac magna ex parte dæmonibus, in Deorum se consortium receperunt. Elucescit autem hæc sympathia & antipathia rerum maximè in inferiori tripertito Hecates regno; quod aptè per tria 6 capita Isidis, & tria vasa 5 quadrangula expresserunt. Hecatem enim cum Iside, Nephte, Teleuta similibusque passim cõfundi, iam aliàs dictum est, & l. 3. fusè demonstratum: tria capita ponuntur, ad triformem huius subterranei dæmonis naturam indicandam; quæ pulchrè sanè, his verbis describit Psellus in Oracul. Zoroast. Τῶν δὲ ζωογόνων ἀρχῶν, ἡ μὲν ἀκρότης, ἑκάτη καλεῖται. ἡ τὸ μεσότης, ψυχὴ ἀρχικὴ, ἡ δὲ περάτωσις, ἀρετὴ ἀρχικὴ. εἰσὶ τὸ παρ' αὐτοῖς, & ἄζωνοι ἑκάται, ὡς ἡ τριεκδότης, καὶ κωμὰς, καὶ ἡ ἐκκλυστικὴ. hoc est, *Principiorum autem animalia procreantium summitas vocatur Hecate; medietas animæ inchoatiua; extremitas, virtus inchoatiua; sũt & apud illos Hecatæ Azoni, vti Triecdotis, Comas, & Ecclysticè.* Triecdotis dicitur, quod in terrestri mundo tripilci naturę, ei vitam largiendo, præsit, scilicet, naturæ sensitiuæ, vegetatiuæ, & minerali; Comas dicitur, quòd nutrimentum singulis veluti per receptacula quædá, venasque subterraneorum meatuum distributũ suppeditet. Ecclysticè dicitur; quod omnia dicta in se veluti in vtero quodam contineat, vndè & centrum omniũ influxum dicitur; in quo consona-dissonis mista, intentam à natura harmoniam conficiant; verbo hæc Isis seu Hecate, triformis Numinis signaculo insignita, si anagogicè, vti supra quoq; demõstrauimus, sumatur, eadẽ est, quod triforme Numen, quod & 3 capita indicant; quod dùm in terrestri mundo omnia in omnibus operatur, appositè sanè Hecate dicitur, ab innumera rerum varietate, quam ibì producit. Quibus Plutarchus subscribit, his verbis:

Est ergo Isis ea naturæ pars; quæ quasi fœminea, omnes in se recipit ortus, tanquam nutrix quædam & commune omnium receptaculum, à Platone dicta, à plerisq; alijs: Myrionymos, id est innumeris prædita nominibus; quod ratio eam in omnes formas

species-

Obeliſc. Latus III. Occiden.

ſpecieſq; vertat; cùm enim bonum intendat, & malum fugiat, ſitquè receptaculum, & ſubiectum vtriuſq;, ſua tamen ſponte ad melius ſemper vergit, ſeque præbet implendam conſerendamque defluxibus, & ſimilitudinibus, quibus fœta & rebus gignendis apta gaudet & exultat. Hoc præterea Iſidis caput eſſe, Iſidis ſtatuæ nullibi non in Romanis Gazophylacijs obuia ſatis teſtantur. Porrò cùm hæc ſympathica & antipathica rerum vis potiſſimum in [8] cęlo veluti vtero quodam ſeminaria ſua recondita habeat, proindè appoſitè per 8 vulturem indicata, illius vis genitalis per ſacros ritus in [9] barra Iſiaca factos, [11] deuehitur in [10] Cœlum lunare; [12] Genius verò Lunaris diuinâ in vegetabilia inſtructus poteſtate, in tres inferiores hylæos [13] mũdos [14] duplici potens dominio, inq; [15] humidâ naturam [16] benefico [17] influxu deriuat, ex quo [18] dominio, [19] tùm vita in rebus ſingulis, tùm ad boni proſecutionẽ, & ad malorũ fugam motus naſcitur. Præterea Genius Lunaris eodem dominio in humidam [23] naturam agens, vitam præbet, quæ per mundanam baryn deriuatur in ſingula, [20] influxu [21] triformis Numinis vniuerſali, per omnia mundi inferioris Hecates regni corpora, annuo ſpatio traducta, queis varietas illa [22] rerum in Mundo admirabilis efficitur. Hanc ob cauſam teſte Plutarcho: *Lunam matrem mundi appellabant, propter naturam compoſitam & mixtam ex vtroque ſexu, quibus cùm ſit plena & prægnans ex Sole, iterum in aërem genitalia principia exmittit.* Hinc [24,27,28] per periapta huius influxus viuifica, portãtibus [28] vita, proſperitas & deſiderata felicitas communicatur. Singulorũ rationes myſticas non apponendas duxi, cùm omnia hæc iam in præcedentibus fusè expoſita ſint. Solum hoc loco, quid Barys ſit, exponere viſum eſt. Barys itaque Aegyptiaca vox notat cerum nauigij genus, cuiuſmodi vulgares noſtræ cymbæ ſunt; ex apyro, ſeu Loto ſpinoſo confectũ; hãc enim, quoniã Iſidem in traiectione Nili, dùm Typhonẽ fugeret, euãſiſſe ferũt, hinc eam in numerũ ſacrarum literarũ recenſentes, per eam ſupremi Numinis motũ per humidum indicarũt; cui ſubindè ſupponunt Crocodilum, vti apud Euſebium eſt; meminit huius quoque Diodorus, Propertius, & Herodotus l. 2. vbi eius figuram exactè deſcriptam reperies, Iamblichus verò myſteria eius tradit lib. de myſterijs fol. 343. edit. Baſil. Figura eius graphicè expreſſa videtur in tabula Bembina, & reſpondet huic noſtrę. Sed de his fusè in dictę tabulæ expoſitione. Nota quoque hanc non diſtingui à notâ hemiſpherij inferioris, niſi ſiſtris & temonibus eidem impoſitis; cùm & figuram horizontis ſiue hemiſphærij inferioris pariter à ſimilitudine Scaphiam appellârint, vti ſuprà ex Diodoro, & Euſebio probatum fuit. Nihil igitur reſtat, niſi vt ideam totius diſcurſus congruâ lectione ſupponamus.

Idealis Lectionis contextus.

Hinc 1 Simpathia & 2 Antipathia rerum in 6 tribus Mundi ſhilæis, triplicique 0 Hecates, ſiuè Iſidis regno 7 inferiori eluceſcit; 7 humidumque veluti in 8 cœlorum vtero actuatum, per ſacram 9 barram, vegetabilium vehiculum attractum adductūq; omnia in pulchram harmoniā ex diſſono-conſonis conflatam coaptat. 12 Lunaris Genius trium Mundorum 13 illicium, 14 poteſtatem in 15 aquas adeptus, 16 beneficio 17 influxu bipotens, 19 vitâ replet 23 baryn mundanam, quâ triformis 20 21 22 Numinis vis & efficacia per omnia Mundi corpora traducta, 22 varietatem rerum omnium efficit; hinc amuleta crucis 24 Tauticę, 25 ciculi & 26 quadrati myſtici; hinc ſacri vaſis 27 periapta 28 vitam hauriunt, quam omnibus ea portantibus communicant, & ad deſideratam felicitatem perducunt.

Schematiſmus VI. Lateris tertij Occidentalis.

INTER-

INTERPRETATIO SCHEMATISMORVM

Lateris IV. Septentrionalis.

SCHEMATISMVS I.

Triformis Numinis influxum in Septentrionalem Mundi plagam exhibens, cuius explicationem vide fol. 448.

SCHEMATISMVS II.

Lateris IV. Septentrionalis.

IN hoc ſecundo Schematiſmo primo loco ponitur [1] ſiſtrum quadruplex,[3] Fauiſſæ ſeu receptaculò ſacri liquoris [4] annexum, cum figura [2] portæ ſacræ; ſequitur [4] quadratum cum [5] brachio extenſo [4] capreolum ſtringente; cui ſuccedit [6] ſerpens bicornis, duo [7] quadrata, binæ [8] pennæ cum thyrſo [9] papyraceo, & [10] hydroſchemate, & [11] binis [12] ſerpentibus, mediante [13] quadrato. Hoc demũ ſequitur ſacra tabula, cui includuntur [14] quadratum vrnæ Niloticæ impoſitum, cum figura aræ capreolis inſignitæ, brachium [17] extenſum cum [18] hydroſchemate, & baculo [20] binodi; in fine denique Stellæ [19] figura, cum binis [20] Rhomboidibus & quadrangulo; cui ſubduntur [26] noctua cum intermediante [21] brachio, claudunt Schematiſmum Sacerdotis [22] figura cum baculo, vas [23] Niloticum cum [24] lingua, & alio [26] vaſe, intra quod pyramidalis [25] figura deriuatur; quid ſingula indicent declaremus.

In hoc Septentrionali latere ponuntur quatuor [1] ſiſtra [3] receptaculo ſacri liquoris inſiſtentia; cum [2] porta, id que ſummâ ſanè ratione. Cum enim hæc plaga infeſta ſit Arimanijs, ſeu Typhonijs ſpiritibus tenebricoſis; & humidæ naturæ, frigore aduſtiuo infeſtis, vtpotè in tenebrarum regno fedẽ ſuã figentibus. Recte Boream Typhonis regnum eſſe dicũt, cui & vrsã dedicatam, Plutarchus docet; eiuſq; allegoricam hanc ratione dicit eſſe, quod Oſiris cum Nephte Typhonis vxore congrediatur; id eſt Nilus Oſiridis effluxus ex Auſtro prolapſus, in Boreali termino cùm mari mixtus, omnẽ perdat fœcunditatem, vndè & ſymbolum id malorum, & Saturni lachrymam vocitantes, nautas, & marinis negotiationibus deditos, tanquam Typhonis filios odio ſummo perſequebantur. Hanc itaque plagam dictis de cauſis Typhoniam appellabant, ſpiritibus infeſtis plenam, quos, hoc ſiſtrorum ſono abactos, Aegyptum ab omni vi nociua immunem relinquere credebant.

Nam

Plutarchus

Nam vt rectè Plutarchus; Est Arimania ista vis siuè Typhonia nihil aliud, quàm violenta quædam inhibitio, contrarietas, aut inuersio, quam aptè Aegyptiaca vocabula *Sith, Bebon, Smy*, significant: *Estque vis frigida & adustiua ex mari Aegypti Septentrionali ruens, qua humor Aegypti, fœcundus, scilicet Osiridis affluxus Nilus contabescit*. Atque hanc vim Arimaniam in Borea residentem sistrorum arcana quadam ratione cõfectorũ strepitu sisti, & cohiberi; Orimazæam verò vim trahi, præsentemque sisti, certum putabant; vndè appositè receptaculo sacri liquoris illud insistit; prætereà sistro indicabant, omnia naturalia quati, & motu indesinenti agitari, & si quandoque torpuerint, contabuerintque, excitari debere, cuius motus, ortûs rerum, Nili accessûs & recessûs, teste Plutarcho, symbolum erat. Et sistrum quidé superiori parte rotundum, quatuor potissimùm corpora, per quadruplex sistrum indicata, concuti monstrat. Nam quæ pars mundi ortui & obitui est obnoxia, ea continetur globo Lunæ, inquè eâ omnia mouentur ac mutantur, ratione quatuor elementorum, puta ignis, terræ, aquæ & aëris; quę totidem ferè verbis Plutarchus recitat, quem fusè citamus in hierogrammatismo sistri, vbi & figuram eius mysticam vnà cum varijs sistrorum schematis suo tempore contemplare. Hinc Isidis sistrum portare solebant, dùm Sacerdotes caluitie insignes, lineis vestibus, sistrisque instructi sacra peragebãt, teste Martiali: *Is nigeri fugiunt calui sistrataque turba*.

Sistri rationes mysticæ.

4. Elementorum agitatio per sistrum notatur.

Sistris itaque quatuor elementorum agitatio, & Typhoniæ violentiæ cohibitio aptè monstratur, ex huius enim soni virtute, Typhone profligato, Numen beneficum per 5 brachium notatum excitatur ad 6 vitam inferiori 4 mundo concedendam, quam auferre moliebatur Arimania è Boreali mari profusa vis; hoc prætereà mundi 7 elementares agitati, 8 ventorumque noxia vis dissipata, rerum 9 necessariarum copia conceditur, quæ per duo quadrata, binas pennas & thyrsum papyraceum aptè indicantur. Humido 10 quoque elemento, Arimaniâ vi inimicâ dissipatâ, duplex vita cęlestis & elementaris conceditur, quæ per 10 hydroschema, duos serpentes cum intermedio quadrato indicantur. Sono prætereà sistri, Sacerdotes ad diuinationis opera perficienda, varie afflari credebant. Quæ pulchrè more suo explicat Iamblichus his verbis fol. 234. edit. Bas. *Varijs Deorum ordinibus respondent in mundo variæ motionum species, certæque certis. Ex his verò variæ profluunt melodiæ, quæ congruunt similiter per suos quæque motus certis ordine Dijs, principijs motionum. Hi cùm vbique sint, & sua potissimum suis impertiant, sonis & melodijs sibi præcipuè congruentibus adsunt præcipuè, nostrisque spiritibus, per eas affectis se insinuantes occupant hominem, suaque mox essentiâ & potestate penitùs conuertunt.*

Sequitur modò sacra tabula siuè Amuletum prophylacticum, in quo primò 24 vrna Nilotica cum quadrato superimposito, elementaris humidi symbolo, quod sequitur 15 ara cum 16 capreolis, & 17 brachio extenso, 18 hydroschemate, sceptro 20 binodi, 19 stella, binis 20 Rhomboidibus & quadrangulo; per aram capreolis instructam indicant, ritibus sacris Numen benefi-

neſcum & duplici in aquas dominio potens, continuò ſollicitandum, attrahendumque, per influxum [19] ſtellæ appropriatæ, ad fęcundam agrorum [20] irrigationem, [16] acceptabiliumque prouentum procreandum, quæ omnia varijs ſenſibus, vel ad corporeis, vel menti inſitis neceſſitatibus ſubueniendũ ſcatent. Hoc enim amuleto ſacro omnia infauſta, & infelicia profligari credebant, quod indicant per [26] noctuam, quam [21] brachium extenſum tranſuerſum veluti prohibere nititur; & quoniam nemo ſola ſacræ tabulæ geſtatione voti ſui compos fit, niſi accedat caſtimonia vitæ, & ſapientiæ ſtudiũ, quibus vti ſibi ſimilibus rebus, Numen vnicè ad ſubueniendum attrahitur, hinc [22] ſacerdotes ad influxum ſuperni Numinis in [23] lympham deriuandum, lingua [24] & corde, continuò id ſollicitabant: Hinc ponitur [22] Sacerdos nudus, pennâ capiti impoſitâ, brachio demiſſo, manuque contracta, alterâ baculum gerens, per pennam ſublimitatẽ contemplationis; per brachiũ contractâ manu, efficaciam in operando; per corporis nuditatem, animum ab omni terrenæ corruptionis labe immunem; per baculum denique dominium, quod in res, quas poſcebat hoc pacto, obtinebat, indicabant; per [24] linguã, precum aſſiduitas, hymnorumq; recitatio, per [25] vrnam denique, humorem ſupernum in infernum cęlitus deriuari, ſignabatur, quæ aptè per [23] vrnam ſuperiorem, & per [25] pyramidalem figuram, quæ in [26] vrnã inferiorem deriuabatur, exprimuntur. Vides igitur ad attractionẽ Numinis Geniorumque in hoc præſenti Schematiſmo tria cumprimis requiri, primò aduerſarum poteſtatum per ſonum ſiſtrorum, (ob rationes myſticas, quibus iſtiuſmodi inſtrumentum conſtat,) profligationem; Secundò amuletum ſacræ tabulæ, quo contra eaſdem, munirentur; Tertiò denique per cerimonias ſacras ritusque, vti & actiones [illegible] ijs beneplacitas; cuiuſmodi sũt ſapientiæ ſtudium, caſtimonia vitæ, & efficacia in operando; his enim mũdanus ſpiritus ad benefaciendum, malumq; auertendum vnicè attrahi credebatur. Sed apponamus Lectionem.

Idealis

Idealis Lectionis Contextus.

1 Siſtrorum ſacro ſono porta 2 magna aperitur ad 3 receptaculum affluxûs ſacri liquoris.

Numen 5 beneficum excitatur ad 4 agrorum vegetabilium abũdantiam, vti & 6 vitam rebus cõcedendam.

Mundi 7 terreſtres & 8 aërei typhonijs impreſſionibus fęti, ſiſtri ſono purgati, rerum, neceſſariarum vſum præbent.

10 Humido 11 vita 12 vtriuſque Mundi elementaris 13 conceditur.

Sacræ tabulæ amuletum ſequitur.

Humidum 14 elementare, 15 ſacris ritib9 & cerimonijs præuijs 19 vegetalis naturæ copiam, 17 beneficî Numinis, 18 aquarum præſidio 20 bipotẽtis liberalitate, per 19 ſtellam 20 conuenientem; ad 20 agrorum fæcunditatẽ attrahitur.

Cuius ope & protectione 26 infauſtæ pernitioſæque poteſtates 21 cohibentur domanturque.

22 Sacrorum myſticorum præſes in ſacris ſapiens, promptus, efficax, caſtus, dominio potens efficitur, corde & linguâ conſonis, ſacro 3 liquore cęlitus perfuſus, 25 ſpiritus Mundani influxum hiſce prędictis operationibus participat. Quod etiam conſequitur per ſequentis tabulę ſacrę amuletum.

SCHE-

Schematiſmus II. Lateris quarti Septentrionalis.



SCHEMATISMVS III.

Lateris quarti Septentrionalis.

IN hoc Schematismo primo loco occurrit Tabula sacra, cui includuntur 1 serpens, duæ 2 pennæ, brachium 3 extensum cum baculo 4 binodi, quibus subditur 5 stella cum quadrato, post sacram tabulam sequitur 6 cornucopię cũ 7 septẽ quadratulis; deindè Ala 18 quadrizonia, simulacrũ 9 Mõphta, cum Iynge, quæ insidet 11 sphæroidi; sequitur hæc 12 Horus cum 13 sphæroide, & 14 retinaculi figura; Aspis 15 erectus, cum Accipitris 16 dormientis figura, quæ insident 21, 22 segmentis; quæ sequuntur 17 vrna Nilotica, 18 decussis, cum 19 astroscopio; claudit agmen symbolorum, brachium 20 extensum cum 23 capreolo in manu, sed quid symbolorum contextus sibi velit, videamus.

Sacrę tabulæ figura quid significet, & quam rationem mysticam habeat, in præcedentibus passim indicatum declaratumq; fuit, tum ex lectione paulò post ponenda patebit. Sequitur 6 cornucopiæ cum septem 7 quadratulis, quibus indicantur septem mansiones septem Mundi præsidum; tot enim mundos corporeos cum tot præsidibus Zoroastræa schola constituebat, Psello teste, qui in Zoroastris oracula commentans, sic ait: ἑπτὰ φασὶ σωματικοὺς κόσμους ἐμπύριον ἕνα καὶ πρῶτον, καὶ τρεῖς μετ' αὐτὸν ἀθερίους, ἔπειτα τρεῖς ὑλαίους. *Septem dicunt corporeos mũdos, empyreum vnũ & primũ; & deindè tres ætherios, & postea tres hylæos, siue materiales.* Respondentque 7. planetarum circulis, quos ipsi mundos pariter vocant; quorum prior empyreus aptè Soli, ob igneam virtutem qua pollet, reliqui reliquis 6. planetis congruunt, quorum 3 superiores, ætherei, 3. inferiores ob similitudinem quandam & vicinitatem, quam ad elementarem obtinent, hylæi hoc est materiales mundi vocantur; de quibus Trismegistus in Pymandro fol. 24. *Septem deinceps fabricauit gubernatores, qui circulis mundum sensibilem amplectuntur, eorumque dispositio fatum dicitur;* & fol. 42. *Sol DEVS Deorum cœlestium præstantissimus; soli cœlites reliqui veluti principi regique parent. &c.* Per has itaque alibi citatos pręsides veluti ex cornu quodam copię, tota rerum dispensandarum ratio in inferiores hylęos mundos deriuatur, qui aptè per suppositam cornui copię alã quadrizoniam indicantur: Nam vt rectè supra ex Platone apud Plut. ostensum fuit, erat ala symbolum impetûs diuinę intelligentię, quę amore instimulata sese materialibus indit mundis, in generationem rerum lapsa: hosce quatuor mundos hylæos, igneum, aërium, aqueum, terrestrem indicat ala 4 zonis distincta; in pyramidis formã effingitur, vt indicaretur ex apice veluti centro diuinitatis in amplitudiuem rerum materialium motum eius procedere, varietas alæ diuersicolor ostendit entium, quæ motu producit, diuersitatem; ala denique ponitur, vt celeritas & promptitudo, qua omnia in-

ferioris mundi corpora peruadit, ſignetur. Hinc appoſitè ſanè infra alam poſuerunt, Iyngem, dictæ intelligentiæ omnia peruadentis ſymbolum, quam Pſellus mentem νοερὰν, id eſt intelligibilem vocat, procedentem ex mente paternâ, ſed audiamus Pſellum: *Sunt autem potentiæ quædam poſt fundum paterna e tribus vnitatibus compoſitæ, quæ intelligunt, per paternam mentem, quæ cauſa illarum in vnitatis forma ſibi ipſi repreſentatam exhibet.* Porrò hæc Iynx ê regione aliud ſimulachrum appoſitum habet, in nomen Mophta transformatum, quod humidæ naturæ præſidem notat, habet is hydriam, ſeu vas Niloticum, aut modium in capite, ad indicandum ſubiectum principale, in quod dictorum mundorum præſides per Sphyngem ſiue Iyngem agunt, eſſe humorem, cuius præſes & diſpenſator Mophta eſt, & quia cum Serapi & Plutone ferè confunditur, hinc cum modio, ſeu vrna in capite eũ veteres finxiſſe, Seruius author eſt; Habemus igitur quomodo 7. præſides mundi, per Iyngem in quadriparritum elementarem mũdum agant; ſequitur vt quomodo intelligentia diuina per Iyngen indicata, per omnia mundi corpora, à ſupremo Numine hauſtam vim diſtribuat, & quinam inde effectus reſultent. Cum itaque Iyngi ratio omnium, qua de mũdo diſponat, inſit, hinc aptè cycloidi quod paſſim cælorum ſymbolũ dicimus, imponitur.

Ad indicandum primas paternæ mentis rationes cælo inſitas, per quas deindè in mundum ſenſibilem, id eſt, [12] Horum trizonium, veluti cælorum [14] retinaculum quoddam, indè in inferiora deriuentur. Nam vt rectè Plutarchus, dicitur Horus nunc Solis ſenſibilis motus, nunc mundus terreſtris, nunc aeris omnia ambientis tẽperies, proindè hiſce aptè per collũ trizoniũ indicatis, hinc inter duos cycloides medius ponitur, quod ſuperiora inferioribus aptè temperet, & colliget, quòd per [14] retinaculũ innuitur. Quoniã verò mundus nihil proficit, niſi ratione omnium prouidente & viuificante, ſingula in fines ſuos dirigãtur, hinc vitalis ille [15] vniuerſi ſpiritus Agathodæmon ſupremus [16] Oſirin veluti ad abditas virtutes in lucẽ efferendas inſtimulat; qui ſi dormierit, omnia in inferiori mũdo, per [21,22] ſegmẽta quibus inſident, notato, ſqualore & tabe quadam conficiuntur; vigilante verò eò omnia gaudio & lætitia cum ſumma vbertate tripudiare, teſte Euſebio, ſpectantur, quod aptè per [15] aſpidem erectum & ſquamis gyriſq; illuſtrem, vti & per [16] accipitrem ſub figura volucris dormientis expreſſum indicarũt, de quibus cum in præcedentibus actum ſit fuſius, ad ea Lectorem remittimus. Sequitur vrna [17] Nilotica cum [18] decuſſi & [19] quadrante aſtrologico & brachio [20] extenſo manu [23] capreolum ſtringente, quibus figmentis indicant, humorem ſacrum, in quem dicti mundorum præſides influunt, beneficam tandem rerum omnium abundantiam conferre. Influxus indicatur per [18] decuſſim ex binis pyramidibus compoſitam, veluti X, quarum vna recta influxum actiuum; altera inuerſa paſſiuum indicat: denarius autem naſcitur ex ſeptem præſidibus & Iynge ex tribus vnitatibus compoſita, quo totum completur; decuſſin autem, ſiue duas lineas decuſſatim ſe inter-

interſecantes, denarium indicare, Horus aperte docet, l. 3 c. 28. his verbis: γραμμὴ ὀρθὴ μία, ἅμα γραμμῇ ἐπιτεταμμένῃ, ἢ χιάσμα, ἢ δέκα γραμμὰς ἐπιπέδας σημαίνουσι. *Recta linea ſimul cum altera inflexa ſuper alteram, vel decuſſim, vel decem lineas planas indicabant* ſed hæc fuſius f. 385. explicauimus [19] Aſtroſcopium autem tum in vſu fuiſſe, oſtendit tabula Bembina, vbi paſſim hunc cum gradibus delineatum deprehendes, indicabantque induſtriam aſtrologicam ad omnia ritè conficienda, & ad dictos genios propitiandos, accedere debere. Exhibita itaque ſacra tabula, iam effectus eius per concatenatorum Numinum attractum exhibent; ac primo quidem indicant, ſacrâ hâc tabula in ſacris cerimonijs cum fiducia, & ſingulari præparatione adhibita, ſeptem Mundi principes, ſeptem cœleſtium manſionum præſides ad influxus ſui copiam in quadrizoniam Mundi elementaris faciem deriuandam inſtimulari; Quia verò hi influxus nihil præſtarent, niſi ij primo Momphtæ eorundem Tutori, ac diſpenſatori committerentur; Hic enim cooperante Iynge, rerum in diuina prouidentia latentium diſpoſitrice ê cœlis deriuatos, in totam ſenſibilis Mundi faciem, quam Hori caput veluti vinculum quoddam ſuperiorem inferiori mundo connectens indicat, communibus Numinum ſuffragijs diſtribuit, in eo actuat, & ad varietatem rerum ſumma concordia diſponit. Quia verò Oſiris humore mundano obrutus, quandoque veluti obtorpeſcit, hinc igneus Agathodœmon ad eum excitandum deputatus eſt, qui humoris exceſſiui copiam, quo ſeminalium rerũ penuaria quodammodo ſuffocantur, æſtu ſuo, conſumpto humore ſolari ſuperfluo, eum ad temperiem redigit; atque veluti à torpore ad vigilantiam deducit; quo facto humidum quadripartitæ mundi elementaris plagæ proportionatè diſtributum, aſtrologico quoque artificio adhibito, rerum omnium abundantiam confert. Quod ſi quiſpiam putet, hunc contextum eſſe arbitrarium, eum conuincet continuò Iamblichus, qui expreſſe dicit ſacrarum literarum contextum eſſe ſecundum concatenatas rationes ideales ſummo ingenio à ſacerdotibus inſtitutas.

Anacephalæoſis ſiue recapitulatio totius Schematiſmi.

Idealis diſcurſus Lectio.

Sacræ Tabulæ expoſitio.

In vitam 1 animatur aërea 2 ſubſtantia; benefici 3 Numinis præſidio geminato, 5 aſtralis influxus elementari mũdo conceditur.

Effectus Sacræ Tabulæ, ſiuè Amuleti.

E ſeptem corporeorum mundorum 7 præſidum manſionibus, veluti à 6 cornucopia, quatuor 18 aëreæ Zonæ bonis omnibus replentur; in 9 ſimulacrum Monphtæ ſacro ritu & cerimonijs analogis, 10 Iynx, 11 cœlorum intelligentia; vnà cum 12 Horo, 13 cœlorum 14 retinaculo attrahitur; 15 Agathodæmon magnus Oſiris excitatur, qui ſi 16 dormierit, omnia torpeſcunt in 21 inferioribus, 15 eo verò vigile omnia 22 inferiora, 15 luce & calore replentur; deniq; Sacro 17 humore, 18 influxu 19 aſtrologico deducto, 20 benefica 23 abundantia rebus omnibus confertur.

Schematiſmus III. Lateris IV. Septentrionalis.

SCHE-

SCHEMATISMVS IV.

Lateris IV. Septentrionalis.

PRimo loco occurrunt tria 1 quadrangula, ſub quibus vrceus in cucurbitoſum corpus protuberans, cum 2 vrna Nilotica & ſegmento, deindè 3 malleus cum ſubiecto 4 Septo quod decem perpendicularibus lineis interſtinctũ, & 28 gradibus, 14 ab vtroq; latere inſtructum eſt. Sequuntur tres 5 ſerpentes bicornes, cum cruce 7 circulo inſcripta, & 8 harpagone, quem ſequitur 9 accipiter ſacro 10 crateri inſidens, poſtea alius 12 accipiter 13 ſphęroidi inſidens, quem præcedit 11 quadrangulum oblongum in formam portæ. Succedunt hiſce 14 duo 15 Leonina ſimulacra ſacro velamine veſtita, cum 16 decuſſe, & brachio 17 extenſo, capreolum manu ſtringente; deindè ſceptrum 19 oculatum cum 20 globo infra, & tribus 21, 22, 23 quadrãgulis intermediante capite 22 Ibidis, quibus ſubiungitur 24 ſegmentum in formam ſcaphæ cum ſerpente 25 amphisbæna. Sequitur 29 Barys nauigiũ 26, 27, 28 ſiſtris hinc inde, in medio anſatâ cruce inſtructũ, cui denique ſuppo nitur 31 Iſis myſtagoga, cum 30 harpagone & figura 13 Hori, baculo cucuphomorpho intra portam conſiſtentis, quid ſingula indicent, oſtendamus.

Declaratio figurarum in Iconiſ. IV. contentarum

Tria 1 quadrangula tres mundos elementares, in quos 2 humoris copiã demiſſam vnâ cum ſegmento circulari, indicant; ſequitur malleus 3 Iſidis, malleus ſimul & clauis, quâ poſt cerimonias certorum pulſuum, teſte Hecateo, quem alibi citauimus, aperitur 6 ſeptum bouis Mneuij ſiuè Apidis. Quid verò hoc Septum Apidis fuerit, & quibus myſticis rationibus inſignitum, videamus. Strabo & Ammianus Marcellinus aiunt, Bouẽ Mneuium in ſepto quodam enutritum, hunc Mneuium ſolem Lunæ fuiſſe dicatum, in Hierogrammatiſmo Bouis variè oſtenſum fuit, vbi & maculas ſignaque vſque ad 29, quibus periodicum Lunæ motum indicabant, expreſſimus. Cùm itaque tot ac tantis ſymbolis Lunæ congruis vaccam adornarent, Septum vtpotè habitaculum eius, eodem ſymbolorum apparatu inſigniebant; quod & in album hyeroglyphicorum recipere, vti & omnem aliam ſacram ſuppellectilem non ſunt dedignati, cuiuſmodi tùm hic, tùm alibi pictum reperitur, vt ſuo loco & tempore oſtendetur. Septum erat quadrangulum denis trabibus terræ infixis conſtitutum, vtrinque quatuor decim ordine ſerratum dentibus per Vaccam itaque, vt dixi, Lunam, per ſeptum quadrangulum, Mundum elementarem, per denas trabes perpendiculariter deſcendentes, Lunæ in decem elementaris mundi entium gradus, influxum indicabant. Quatuor gradus entium ſunt primò, quatuor elementa ſimplicia, deindè ſex entium gradus ex eorundem miſtione compoſitorum gradus, cuiuſmodi ſunt volucria, aquatilia, quadrupedia, inſecta, vegetabilia & mineralia. In hæc omnia Luna cùm vim ſuam influat, haud

Bos Mneuius quid?

Myſtica Septi Apidis deſcriptio.

ſine

ſine ratione Septum decem lineis normalibus expreſſerũt; prętereà vt oſtenderent, influxu menſtruo Lunam omnia ſibi ſubiecta perficere, hinc extremas trabes veluti 14. dentibus vtrinq; exaſperarũt, quæ ſimul iuncta dant 28. exprimuntq; periodicum Lunaris motûs numerum, quo à Solis Syzigia cõtinuo 14. dierum incremento facto vſque ad plenitudinem perfectam progreditur, & hinc continuo decremento 14. dierum facto ad concupitum Solem reuertitur, quod aptè per 14 dentes extremis trabibus infixos veluti gradibus quibuſdam indicarunt; aperiebatur autem malleo & claue ſimul, ſub forma characteris Tautici, ſiue crucis anſatæ conſtructa, vt hic apparet. Ex hoc enim myſtico apparatu & cerimonijs triplici mundo 5 triplicem vitam, in quadripartitam 7 mundi plagam diffuſam, omnibus 8 infauſtis & pernitioſis poteſtatibus eliminatis expulſiſque, 10 Craterem 9 Solis ſupernæ virtutis copiâ repleri, quæ omnia per 3. ſerpentes, circulum crucia. tum, harpagonem, accipitrem crateri inſidentem correſpondentibus numeris ſignata indicantur.

12 Accipiter ſphæroidi inſidens, quem præcedit portæ 11 quadrangularis figura, indicat Oſiridem cœleſtem 11 portam elementorum aperire, per quam 14,15 Momphta vterque ſacro cultu placatus, influxum in decem entium genera factum, fœcunda & benefica vi ſua cõpleat; cum verò Mophtæ conatus inualidus ſit, niſi accedat 19 oculus cœleſtis Oſiris & 23 Iſis aſſeclarum Solis & Lunæ Geniorum auxiliarium; Nam hi in 20 Orbem abeuntes, 21 trium 22 anni 23 temporum differentiam conſtituentes, dum duodecies annuo ſpatio iunguntur conſequenter in inferiori mundo vitam omnibus largiũtur, quæ pulchrè expreſſa cernũtur per 19 oculatũ ſceptrũ cũ 20 globo, cui immediate infra ibidis 22 caput ponitur, quod duodenam Solis & Lunæ coniunctionem indicat, vt & per tria quadrilatera 21, 22, 23 tria anni tempora, per duodecim latera in tribus quadrilateris eluceſcentia duodecim menſes, quibus duodeno Solis & Lunæ congreſſu tres elementares mundi, aëreus, aqueus & terreſtris ijſdem quadrilateris indicati, vitam 25 duplicem, vraniam & hylæam hauriunt, quæ duplex vita aptè per 25 amphisbænam indicatur, bino capite conſpicuam. Per hunc quoque congreſſum Lunæ-Solarem 29 barys mundana 26 28 ſiſtris, ad noxiam vim propulſandam inſtructa, ſalutifero quoque Tautici characteris ſiue anſatæ 27 Crucis beneficio, quem ipſi ſcaturientes ex ea riuuli demonſtrant, in omnia influente, in ſacra ſimulacra Iſidis, hoc eſt Iſidis regnum inferunt, & in vniuerſam Hori mundanam domum. Statuâ Iſidem 30 referunt, tutulo, 31 binis ſerpentibus, binis alis cum globo intermedio inſigni, quorum ſignificationem alibi ſuprà aſſignauimus; ſiſtrum manu tenet ipſi ſolitum, ad Nili tutelam ſignificandam, harpagonem adiunctum habet, ad malorum propulſationem monſtrandam. Situ nominis ſui literas exhibet; quo ſimul mõſtrat, ſub hac formam ad ſe propitiandam coli debere, & iuxtà hanc Sacerdotum operationes perficiendas eſſe. Sequitur figura quadrangula, in-

tra

tra quam, puer 31 nudus manu tenet baculum ansatæ crucis figurâ, vt & capite vpupæ conspicuum; per portam quadrangulam Mundus elementaris, per puerum portæ insistentem, teste Plutarcho, Horus siue spiritus mundanus, per pedes discretos occultus eiusdem motus in omnia; per baculum denique πολύμορφον varietas rerum, quam motu suo in mundanæ domus Oëconomia efficit, indicatur. Sed hanc figuram libro tertio fusius explicatam considera. Volebant igitur toto hoc Schematismo indicare, ceremoniosâ hâc, per malleum clauiformem, sacri Septi facta apertione, hoc est cælestis Mundi, Osiridis, & Isidis habitaculo, cœlestem siue diuinum humorem descendere, vitam triplicem in calido humido consistentem, in quadruplicem cęlestis Mundi plagam diffundi (vbi nota Circulum cui crux inscripta sit, in cardines cælestes; decussin verò hanc X in terrestres influxum denotare) Osirin verò sacrum, cui insidet, craterem ab omni violenta potestate cohibere & custodire; Iterum Osiri hôc cælestium præside portam hylæam aperiri, & curam in vlteriora committi Momphtæ, cuius proprium est, humorem ad generationis negotium destinatum actuare, actuatumque influxu quadripartito, & beneuolentia largiflua quatuor cardinibus terrestribus ad vegetabilium abundantiam distribuere. Quia verò hæc sine cooperatione Solis & Lunæ fieri nequibant, hinc cælestis oculus Osiris & Isis ibiaca cœlestes orbes annuo spatio obeuntes humidum per tria anni tempora in tres inferiores Mundos hylæos prouido deriuant motu in inferioris Mundi hemisphærium, & hinc vitam in calido & humido cõsistentem, in baryn inferioris Mundi, per humidum genitale rerum, occulto Numinis motu promotam, ad vbertatem & incrementum efficiunt Quia verò Dij nisi analogis sibi rebus mysticis allecti, tergiuersantur; huius arcani sacerdotes conscij, arte sacra iam instructi; certis anni temporibus, Bary crucibus ansatis, sistrisque instructa, Nilum peruagantes varijs cerimonijs sistrorumque strepitu Numina concatenata ad id quod petebant, id est; fœcundum humorem rerum omnium principium obtinendum, sollicitabant; & vt dictę cerimoniæ maioris essent efficaciæ, & contra aduersas potestates tutiores forent, statuam mysticam Isidis nili hoc est Mundani humoris præsidis, vti & Hori qui sensibilis mundus est, arcana quadam ratione, tutulis, sistris, sceptris similibusque adornatam circumferebant quibus quidem peractis, omnem sibi faustum ac secundum rerum euentum spondebant; vti ex sequenti Lectione patebit.

Idealis

Idealis Lectionis Contextus.

1 Tribus Mundis Elementaribus 2 humor conceditur; per malleũ 3 Iſiacum, ſęcundum 6 ſeptum Bouis Mneuij, 6 ad menſtruum, Lunæ curriculum conſtitutum aperitur; vndè vita 5 triplex triplici Mundo, in res 7 quadruplici Mundi plagæ ſubiectas, 8 pernicioſis qualitatibus expulſis, in 9 Solis, ſiue Oſiris 10 craterẽ infunditur; hic verò Oſiris 12 cęleſtis accepta poteſtate, 11 portã aperit mũdanam Momphtæ 15 ſuperiori & 14 inferiori; 14 qui præuio ſacro ritu cultus quadripartito 16 influxu 17 beneficâ omnia 18 abũdãtiâ replet, & ſeruat, id eſt, quando ſol peruenerit ad Leonis manſionem, abundantia rerũ ex Nili incremento conceditur, ſacro ritu proindè celebrandus. Prætereà Numen, omnia, intuens, 19 oculus cœleſtis ſol in 20 orbem abiens, tres 21 Mundos 22, 23 elementares, iuxta tripartitorum trium anni temporũ (quibus ſingulis quadrimeſtribus quatuor, & perpetuo curſus annui ſpatio 22 lunę duodecies cõiungitur ratione) inferiora fœcũdat. Hinc ſacerdotes 26 influxũ hunc 27 triplicem 28 per mundanæ machinæ humidum diffuſum, Bary 29 ſacra vecti, ſyſtris 26, 28 & 27 cruce anſata contra omnem aduerſam vim ſecuri, ad ſe deriuant; deniq; ſimulacra 30 Iſidis & 31 Hori Tutelarium 30 Numinum myſticis 31 ſymbolis 31 inſtituta; vim cœlitùs in ſe deriuatam portantibus colentibuſque felicitatem pollicentur deſideratam.

Schematiſmus IV. Lateris quarti Septentrionalis.

SCHEMATISMVS V.

Lateris quarti Septentrionalis.

VSV comparatum fuit Aegyptijs, vt iſtius Numinis, cuius beneficia cognoſcerent, benignam præſentiam mox ſacris ritibus & cerimonijs inuocare, & attrahere omnibus modis ſtuderint; Cùm itaque in præcedentibus de ſpiritus mundani effectibus actum ſit, hoc loco 1 ſtatuam apponunt; ritus in eo ſiſtendo, quod ſit per Sacerdotis habitum in formam nominis Mõphta transformati, exhibẽt; baculũ in manu tenet, ad dominiũ, quod in Genios per ſacra acquirit, notãdũ; ſequuntur ſacra amuleta, 2 cucurbita, quam clauam Momphtæ vocant, penna 3 accipitris, quam Oſiridis motum dicebant, cum amuleto 4 ſacræ vrnæ, quam collo appendebant, & vt oſtenderent hiſce ſacris periaptis ſpiritum mundanum prouocari; prædicta amuleta denuò ponunt, cum 6 penna, & globo 7 ſerpente fæto & ſubiecto 9 quadrangulo, inferioris mundi ſymbolo, vt oſtenderent ſpiritum mundanum non obſecundare, niſi per contemplationem, mentiſque motum, & aquam Nili ſupramundani, quibus animus purificatus expiatusq; veluti ad ſupernos influxus quadantenus aptatur, & capax redditur. Hæc ſequitur papilio 10 πολυμόρφος Genij polymorphi ſymbolum, quibus volebant ſignificare ſpiritum mundanum, de quo paulò ante diximus, potiſſimum eſſe in Polymorpho Genio, hoc eſt, in varietate rerum exerere huius ſi quidem virtute 11 terreſtris Mundus innumeris formis imbutus, vti Schematiſmo II. Lat. II. declarauimus, ſplendeſcit; quia tamen tota hæc poteſtas in inferiores Mundos hylæos à ſupremo triformi Numine, & à ſuperioribus mundis eſt, hinc aptè ſuppoſuerunt inter duos baculos 12 tres, globos; cui ſuccedunt tria 13 quadrangula cum ſcaleno 14 rectangulo, quæ notant, rerum in tribus Mundis hylæis generationem, nonniſi à ſupremo Numine in generationis ſphæram laplo, mediante ſpiritu mundano, & Polymorpho Genio profluere. Sequitur 15 canis prono corpore recubans, quem alibi Anubim declarauimus, fidum rerum inferiorum Iſidi ſiuè Hecatæ commiſſarum cuſtodem; cuius officium eſt, non tantùm fidâ cuſtodia res progenitas conſeruare, ſed & fatum trium dictorum Mundorũ eſſe, & in ijs vniuscuiuſque rei proprium, cùm per aſtrologicas impreſſiones, magicaſque operationes, tùm per ſomnia, auguria, cæteraſque diuinationes & ominum ſpecies, quorum ipſe Author eſt, contra aduerſa docere; quæ omnia per canis figuram, per lanceæ ferrum, per tres 17 Stellas indicantur, vndè ſummis honoribus, quos illi exhibendos, ſacrum 18 ferrum monſtrat, perpetuò colendus eſt. Prætereà ad dicta maiori efficacia conſequenda, aliud apponunt amuletum ſaciæ tabulę inſcriptum, cuius ſym-

Figura Momphta.

Cucurbita: Penna vas nilotieum antatum.

Papilio πολυμόρφος.

Canis recubantis ſymbolum.

bola cum iam ſæpè explicauerimus, & ex ſequenti Lectione pateant, ijs immorari noluimus. Sed vt dicta melius intelligantur; nota 1 figuram Momphta repreſentare, ſiue Numen quod actu omnia percurrat; Aſpis quem capite gerit indicat, vitâ id omnia animare, dominio in omnia potens, 4 humidumq; 3 perclauam Oſiris ſolidare Hic Momphta, quando prostratus videtur, vt in Schematiſmo II Lateris I. numero 14. ſignatur, quid ſacerdotes in eodem attrahendo facere oporteat, indicat: ſubinde quoq; pendulus quaſi in aëre videtur; vt in Schematiſmo III. Lat. I. figura 17; & hâc figura notat dominium abſolutum in aqueam ſubſtantiam; Quando verò ſub forma capitis Leonini, aut figura leonis incubantis videtur, indicat incrementi Nilotici præſidium; quæ omnia hoc loco declarare volui, nè in æquiuocatione nominis, & figurâ Momphtæ confundereris; Momphta vel Mophta dicitur, a ⲙⲟⲩ & ϥⲧ, vel à ⲙⲟⲩⲛ & ϥⲧ, quorum illud Aegyptiacè aquas, hoc Deum ſignificat, quaſi diceres Deum aquarum, vel humidæ ſubſtantiæ Numen, & reſpondet Neptuno, quaſi diceres Mephtuno. Hiſce itaque in ſacrificijs, cucurbitâ in formam clauæ, vrnâ Niloticâ vel collo, vel manibus pendulâ, cum penna in capite, eius in mundana Oeconomia officia exprimebant. Numine enim mediate, hoc pactoſollicitato, Supremum mundi Spiritum inferioribus miſtum πολύμορφον fieri, vel quod idem eſt, triforme Numen ex tribus ſuperioribus ſibi vicinis Mundis in tres hylæos mundos id eſt, generationis Sphærâ lapſum, ibidem tanquâ in Morpheï regno omnia moderari putabāt. Vbi Anubis fidelis dicti Numinis miniſter vigilans, malignâ vim Typhoniâ, per lanceę ferrum indicatam interimit. Nam vt rectè Plutarchus oſtendit, ſolebant Aegyptij Numen hoc in Hermopoli, hoc eſt, Mercurij ciuitate, per hominem lancea Hippopotamum, id eſt, Typhonem transfigentem exhibere; cuius rationes fusè explicatas, vide fol. 465-præterea hoc Numen ſub forma canis circumire, homines aſtrologiam docere, per diuinationes, & ſomnia, varia hominibus euentura nunciare; proinde peculiari ſtudio, & cura in Comafiarū ſolennitate tanquam diuinum quiddam, & ſapientis orationis præſidem coli ſolitum. Quoniam verò dicta concatenata Numina non facilè obſecundare vocitantibus ſciebant, hinc ſacram tabulam ſequentem ordinabant, in qua Accipiter cū capreolo incuius roſtro herba, quod hieraciū ego interpretor, triangulum cum Sphæroide, & Leonis recubantis figura ſpectantur; queis indicabant, Sùpremū Oſirin vegetabilis naturæ præſidem, qui vti genitalia principia cælis inſpergit, ita hæc in Mophtæ regnum indè deriuata actuataque deſideratam felicitatem concedere, & hiſce mediantibus Numinibus reliquam Numinum concatenatorum turbam, ſub triformis Numinis præſidio, facilè ſe ſiſtere. vt ex conſequenti Lectione patet.

Anacephalæoſis dictorum

Ideali

Idealis contextus Lectio.

Schematiſmus V. Lateris IV. Septentrionalis.

Sacrificans quoq; ſacro ornatu, baculo, claua [2] Mophræ, [3] pluma Oſiris, & ſacri [4] liquoris amuleto inſtructus ſit.

Nam [5] [6] hiſce [8] ſpiritus [7] mundanus in Elementarem [9] Mundum deriuatur, [10] πολυμόρφου, ſiue in omnem formam [10] tranſmutatus rerum, inferiorum.

[12] Triforme Numẽ è [12] tribus Mundis ſupernis in [13] Elementares, ſiue [14] generationis ſphęram lapſum. [15] Anubin conſtituit ſacrum vigilem [16] cæleſtium, & [17] aſtrologicæ impreſſionis [18] vectorem & latorem omni honore [18] colendum, [19] ſacrum verò & [20] ſapienter inſtitutum amuletum hoc eſt.

Sacra Tabula periapton exhibens.

[20] Oſiris [21] fœcundi tatis & totius veg [22] rationis author eſt, cuius [22] generationis facultatem e [23] cœlo in ſuũ Regnum Sacer [24] Mophta trahit.

SCHEMATISMVS VI.

Lateris quarti Septentrionalis.

IN hoc Schematiſmo ſequitur Tabulam ſacram figura myſtagoga ſub ſitu [1] hominis ſedentis, quam ſequitur globus [2] ſerpentifer cum [4] quadrangulo, deindè [5] crater cum tribus differentis [6 7 8] figuræ Tiaris; quibus iterum ad ſpiritum mundanum attrahendum, requirunt ſtatuam ſedentem pedibus diſcretis crateri ſacro innixis, vt innuant, attractum Numinis in craterem ſacrum, Numinis, in quam, triplici poteſtate eminentis; quarum prima tiara oſtendit poteſtatem polymorpham in omnia; altera in vegetabilia, Solarem, per calathum capreolatum; tertia, Lunarem; per Cucurbiſormem indicatã. Sequitur deindè aliud Amuletum prophylacticum quod ad hanc triplicem poteſtatem in inferiora deriuandam, multum virtutis habere credebant. Signatur autem ſequentibus ſymbolis, [9] triangulo ſcaleno cum brachio [10] extenſo, binis [11 13] ſceptris binodibus mediante [12] ſphæroide; ſequuntur duæ [14] pennæ cum [15] ſceptro Mophta, [16] brachium extenſum cum [17] vrna Nilotica, & binodi [19] ſceptro, & [18] penna; ſuccedit hiſce [20] Aries ante ſtatuam myſtagogam [21] ſedentem, quæ inſiſtunt ſceptro [22] binodi, claudit ſymbola ſegmentum cum ſceptro binodi; quibus tacita quadam inuocatione, generationis beneficam vim, per cœlorum poteſtatem in aëreum Mundum, & regnum Mophta beneficum, & hinc in humidam naturam, & tandem in fœcundum Ammonis Regnum, quod per Ammonium indicant Arietem, deriuari poſtulant; ſingulorum rationes cum ex præcedentibus pateant, reiterandas non duximus. Duæ ſtatuæ myſtagogæ quarum, prior [23] Hori ſub forma pueri ſedentis & ſceptro Cucucomorpho inſtructi altero [24] Iſidis ſacro velo tutuloque ſpicaceo globo inſerto inſignis, manu tenentis Loti florem; atque haſce ſtatuas myſticas [25] feretro imponunt, ad innuendos ritus, & cerimonias, pompaſq; quibus dicta Numina honorare debeant; vna cum [26] periaptis ad auertenda mala geſtandis, aptis ad id, quod in ſacris ſuis prætendunt, obtinendum.

Quid ſtatua ſedens.

Quid triplex triplicis diuerſæ formæ tiaræ.

Tabula ſacra

Vides igitur in toto hoc Schematiſmo, nil aliud indicari, niſi modum, quo mundanus ſpiritus, per ſtatuam appropriatam, & per ſacram tabulam myſtico apparatu inſtructam in ſacrum craterem, id eſt in vniuerſi humidam ſubſtantiam, attrahi debeat; quomodo inde triplex emolumentum per triplicem à ſupremo Numine Spiritui mundano conceſſam poteſtatem emanat. Præterea quibus cerimonijs per Comaſiarum Pompas & ſolemnitates, ad Numinis attractum procurandum procedendum ſit.

Idealis

Idealis Lectionis contextus.

Hinc per 1 ſimulacrum 3 ſpiritus 2 Mũdi in 5 crateré + inferiorẽ trahitur; 7 triplex 7 Superni 7 Numinis poteſtas 6 in humidũ Polymorphũ cõcedit; quã poteſtatem concedit, & ſequens periaptum ſacrę tabulæ. 9 Generationis 10 beneficus 11 Prẽſes 12 cœleſti dominio 13 quadripotens 14 aërẽ per 15 Mophta 16 beneficũ 17 humorẽ 18 aëreum 19 committit 20 Ammoni in 22 inferiora 22 potentiſſimo, qui per 21 ſimulacrũ & cerimonias appropriatas trahitur, ad potentiã exerendam.

Hinc ſi ſacerdotes 23 24 ſtatuas ſacras miſtico 25 apparatu, Dijs attrahendis analogo, adaptent, ſpiritus dictorum Numinum 26 per influxum ex 27 ſuperno in 28 inferiorem mundum trahetur, & vita ab omnibus malis & 29 aduerſis immunis tranſigetur, & felicitas perpetua acquiretur, qui finis eſt totius ſacræ doctrinę hieroglyphicę.

Schematiſmus VI. Lateris IV. Septentrionalis.



Atque

Atque hæc ſunt, quæ, quantum temporis Anguſtiæ permiſêre, de myſterijs Obeliſci Pamphilij dicenda putauimus, multis alijs, quæ ſenſus analogicos, tropologicos, politicos, cõcernebant prætermiſſis; quæ quilibet ſymbolicæ doctrinæ peritus, nullo negotio cæterorum mundorum ſeriebus applicare poterit. Interim hoc loco ſpecimen aliquod interpretationis rerum primariò ab Aegyptijs intentarum, Lectori curioſo dediſſe ſufficiat.

CONCLVSIO.

CÆTERVM quoniam veluti ſpatioſo vaſtoque nimis mari emenſo, magnis difficultatibus, tanquam fluctuum voluminibus DEO benè iuuante, nauicula hæc noſtra, iam quò tendebat, appulit, reſtat, vt ſummo bonorum omnium Authori, ac munificentiſſimo Largitori, ſi non quas debemus, ſaltem quas poſſumus gratiarum actiones exſoluamus, & coram omnibus viuentibus confiteamur ei, qui fecit nobiſcum miſericordiam ſuam. *Etenim Sacramentum regis abſcondere bonum eſt: opera autem DEI reuelare, & confiteri honorificum eſt.* Itaque ſummo Regi Seculorum immortali & inuiſibili Sacroſanctæ triadi Patri, & Filio, & Spiritui Sancto vni DEO, à quo, in quo, & per quem omnia exiſtunt; & ſine quo nihil boni non modò agere, ſed nè cogitare quidem poſſumus, omnis honor & gloria. Deindè tibi humani generi ſeruator Θεανθρωπε Ieſu Chriſte, qui hos qualeſcunque labores ad optatum finem perducere dignatus es, qui vt opus longè viribus meis impar abſoluerem, copioſum gratię munus ſeruulo tuo contuliſti; Tu vti Æterna Veritas, Sapientia increata, & Verbum Patris Æterni, ita quoque animum meum caliginoſum tuo illuſtraſti lumine, gratia viſitaſti, mentem erexiſti, excitaſti effectum, ſubrogaſti auxilium Tibi quoque Amori æterno, Spiritui ſupremo, qui obſcurum humidum animæ meæ incubans, cœleſtium rerum amore excitaſti, in fœturam animaſti, inſpiraſti necdum volenti, vt vellem, adiuuiſti bonæ voluntatis conatus, vt facerem, qui in tuis, & velle, & perficere operaris. Tibi denique diuinorum donorum diſpenſatrici Deiparæ Virgini gratias ago verè ἀθανάτως, cuius benignitate, meritis, & interceſſione tantam me gratiam obtinuiſſe profiteor & gaudeo. Demum Sanctiſſimo Angelo Cuſtodiæ meæ diuinitùs deſtinato confiteor, qui occultis inſtinctibus ſemper adfuit, & vt, quod vellem, id poſſem, occaſionem præbuit.

Non neſcio, multa in hoc opere placitura, multa diſplicitura; hæc vti mihi, ita illa πανσόφῳ Spiritui, & Patri luminum DEO, ſine cuius præſidio omnis meritò humana ſapientia ſtulteſcit, omnes humani ingenij conatus irriti, & fruſtranei fatiſcunt, & ſicuti exilis ſcoria quæ ventilatur in area, euaneſcunt.

Denique ſi quicquam orthodoxæ doctrinæ contrarium præter mentem, & intentionem meam excidit, id reuocatum volo, adeoque omnia mea Sacroſanctę Romanę Eccleſiæ, iudicio ſubiecta ſunto. vale

INDEX

INDEX
RERVM NOTABILIVM
Ordine Alphabetico.

A

Prima litera Aegyptiorum ἀγαθοδαίμων. pa. 26
A Ibidis ſymbolum. 324
A litera quid? 413
Abiegna corona. 195
Abraxas quis Deus? 164
Abſtinentiæ ſymbolum Noctua. 317
Actæonis fabula quid denotet? 186
Nouem *Actiones humanæ.* 343
Acus Pharaonis. 44
Acuti, & obtuſi anguli quid? 389

Accipiter.

Accipiter quid figuret. 112. 419
Accipiter quales literas dederit? 127
Deus Accipitris caput habet. 214
Accipiter ſummo honore cultus apud Aegyptios. 308
Accipitris variæ transformationes. Ibid.
Accipitris ſignificationes. Ibid.
Hieracion Accipitris herba. 309. & 313.
Accipiter Apollini ſacer. 309
Miræ proprietates Accipitris. Ibid.
Accipiter Solis virtutes in omnibus æmulatur. 310
Aethiopibus Iſidis ſtatua Accipitrinis pennis veſtita. 311
Accipiter in moralibus quid denotarit? Ibid.
Accipiter ſanguinem notat. Ibid.
Accipitris oſſa aurum trahunt. 311
Accipiter Mercurio ſacer ob diuinationem. 312
Præſentiendi vis in Accipitre. Ibid.
Accipiter cur Thauſtus dictus? Ibid.
Accipiter Βαὴθ *lingua Aegyptiaca.* 402
Accipiter tutulatus quid denotet? 449.
Quid Accipiter cum globo? 522

Adam.

Adam Author omnium artium & ſcientiarum 2
Quis liber fuerit ab Adamo ſcriptus, & quid continuerit? 3
Magiſter Adami Raziel, 118
Adiantum herba. 331

Adris.

Adris ſecundus, à Chamo multa hauſit. 27
Poſteri Hermetis Nomen Adris ambierunt. 28
Secundus Adris Hermes Triſmegiſtus fuit. Ibid.

Ægyptus.

Aegyptiorum Sapientia ante Moyſen. 46
Aegyptus omni marmore abundat. 49
Aegyptus ſuperſtitionis Seminarium. 110.
Aegyptiorum cura in abdendis myſterijs. 117.
Aegyptius Hermes primus literarum inuentor. 124
Aegyptij abhorrebant à nauigatione. 155

Aegyptiorum idololatria vnde? 157
Aegyptus monstra cur coluerit? 159
Aegyptij cur in Obeliscis sua exhibuerint? 160
Aegyptij truncatis pyramidibus cur vsi sint? *Ibid.*
Aegypti laus in rerum inuentione, artiũque traditione. 167
Apud Aegyptios omnia mysterijs plena. 168
Aegyptus coptè χημι dicitur. 198
Aegyptij contra omnium nationum mores cum canibus comedunt. 293.
Aegypti symbolum Crocodilus. 307
Aegyptij motus cælorum ex motibus Scarabæi discunt. 339
Ab Aegyptijs vsitatus duplex significandi modus. 371
Aegyptij putabant statuas Astrologica arte animari posse. 478
Αγαθοδαίμων *quid?* 453
Figura Agathodæmonis. *Ibid.*
Agriculturæ origo. 264
Agrorum irrigatio. 534
Alæ quid notent? 399
Alatus globus quid? 402
Alpha prima littera Græcorum vnde. 257
Alphabetum literarum Aegyptiorũ fuit ante Moysen. 9
Altare figura propria rei significatæ. 478
Amor & Cupido vnde dicatur? 227
Amuleta Phylacteria. 396

Amun.

Amun quid? 210 & 270
Amun quid Iamblicho? 270
Amun Deus igne armatus; 272
Quomodo Ammun hieroglyphicè exhibuerint Aegyptij? *Ibid.*
Variæ figuræ Ammun, eorumque significata, *Ibid.*
Anguilla quid figuret? 122
Angulus rectus quibus sacer? 389
Angulus trianguli 4. Dijs dicatus. *Ibid.*

Anima.

Animam alatam secundùm Pythagoricos quomodo intelligendum? 118
Allegoria Rabbinorum de egressu Animæ ex corpore. *Ibid.*
Allegoria de alis Animæ. 119
Explicatio allegoriæ de alis Animæ. *Ibid.*
Tropologica de alis Animæ expositio. *Ibid.* & 171
Animæ compositio ex Platone. 171
Animalia Aegyptiorum quibus Dijs consecrata? 100
Per 4 Animalia in Comasijs portari solita, quid indicetur? 119 & 128

Annus.

Tot Annos vixit Henoch, quot dies in anno. 28
Annus magnus Hermeticus quis? 171
28 Annis Osirin regnasse quid mysticè? 202
Annum Quomodo notarent Aegyptij? 425

Anubis.

Anubis immaturus partus Nephte. 195
Anubis variæ formæ. 295
Anubis comparatio cum Cynocephalo. 302
Anubis vel canis quid? 446
Apes quid figurent? 122
Apes ex Boue nascuntur, 266
Apex in Obelisco quid indicet? 178

Apis.

Apis quis fuerit, & cur sub forma bouis cultus? 258
Apis manum Germanici Cæsaris auersatus, quid portenderit? *Ibid.*
Expositio macularum Apidis. 264
Apocrypha Alexandri de Cainan inscriptio. 7

Apollo.

Apollo Dax Muſarũ ſupatus tribus Gratijs. 243
Apollo πρόμος 279
Apollonius Thyanæus, quid per Leænam 8. catulos vtero gerentem notârit? 209.
Apollo in accipitrem tranſmutatus. 311
Apollinis nuncius accipiter. Ibid. & 419
Apopis ſolis frater. 199
Apoſtrophe Panegyrica ad Deum. 190
Aquila quid notet. 122
Aralim qui? 242
Arboris Sephiroth myſtica ratio, 367
Arbor rationalis quæ? 388
Arca à Moyſe inſtituta quid? 136
Arca in adytis Tabernaculi quid notauerit? 138
Arcanum Chymicum. 291
Archimedes Mechanicam ab Aegyptijs didicit. 87
Arcus & ſagittæ quid? 231. & 288

Aries.

Aries cur primum locum poſſideat in zodiaco. 270
Quid per Arietem notarint Aegyptij. Ibid.
Aries vium Ammun habitaculam. 271
Cur Aries inter ſidera relatus. Ibid.
Arimanius 6 contrariorum Deorum conditor. 173
Arimanius 24. Deos in ouo condidit. 176.
Ariſtotelis Philoſophia Aegyptia. 214
Arithmetica ab Aegyptijs inuenta. 167 & 239.
Arpedonaptæ qui? 422
Ars Mechanica nobis congenita. 86
Ars Nautica qualis fuerit? 155
Artes ſeu Muſæ ab Aegyptijs inuentæ. 167. & 240.
Arundinea virga. 234
Duo genera Arundinum. 355
Aſaphim quales fuerint? 108
Arabes aſtra Deos putabant. 188
Aſtrologi de hirco commenta. 281
Superſtitiones Aſtrologicæ. 291
Aſtrologia ab Aegyptijs inuenta. 167 & 239
Ἄθωρ *Menſis.* 195
Atropos quid? 229
Auguſtus Aegyptum occupat, Obeliſcos ex Aegypto delatos Romæ erigit. 76
Aula ſancta quid? 137
Author quid in hoc Opere præſtiterit? 2
Authoritas magna librorum Zoroaſtris apud Veteres. 21
Axioma muſicorum. 142

B

BAculus Tauticus S. Antonij quid? 140.
Baculus furciformis quid? 472
Bacchus quid notet? 281
Βαΐα & Βαιοφορία *Græcorum quid?* 362
Barra ſacra quid? 472. & 485
Baſiliſcus quid notet? 350
Baſiliſci mira vis. 351
Baſis Obeliſcorum proportio ad truncatam aream. 52
Βαλθ *quid?* 311
Bellona quid? 229
Belli Duces refert Scarabæus. 346
Benelohim qui? 243
Beroſus quis propriæ fuerit, quo tempore vixerit, & quid ſcripſerit? 19
Etymon Beroſi, & quo tempore floruerit? 20.

Bos.

Bouis cultus in Aegypto, cæterorumque animalium ante Moyſen viguit. 100.
Bos quid figuret? 122
Bos Mneuis cur niger? 198

Bos pulla veſte indutus, 4. mœroris & luctus Iſiaci cauſæ. 199
Bos inter animantia primum locum cur habuerit? 257
Bos cur Alphà dictus? *Ibid.*
Numen ſub bouis forma hominibus comparet, & inſtruit. *Ibid.*
Signa Bouis, diuinis honoribus culti, quot & quænam? *Ibid.*
Qualitas Bouis colendi. 258
Maculæ Bouis. *Ibid.*
Quomodò factum ſit, vt Bos tot notis diſtingueretur? 259
Hieroglyphica Bouis ſignificatio. *Ibid.*
Bos diuerſis notis maculatus, diuerſos Solis effectus notat? *Ibid.*
Symbolorum Bouis interpretatio. *Ibid.*
Duo Boues colebantur ab Aegyptijs, alter Soli, Lunæ alter conſecratus. 261
Explicatio Bouis. 263
Vnde idololatria Bouis, & quomodo propagata? 265
Alia Bouis ſignificatio. *Ibid.*
Membra Bouis ſingula quid notarent? *Ibid.*
Vt Boues apes, ita apes Bouinum quid generant. Hiſtoria rara. *Ibid.*
Inter Bouina cornua Iſidis ſymbola quæ? 267.
Bos agriculturæ ſymbolum. *Ibid.*
Bouis vtilitas. *Ibid.*
Bos humana facie quid? 269
Politica expoſitio ſymbolorum bouis. *Ibid.*
Quid Bos indicet? 442
Bos quid ſignificet lingua Phœnicum? 127.
Brachia quid denotent? 506

C

Cabaliſtæ in arbore Sephiroth tres proprietates Deo affingunt, 212
Quid tria iod. apud Cabaliſtas? 277
Cabaliſtę ad 10 omnia reuocant. 376
Cadmus Græcarum literarum inuentor. 143
Cadmus & Phœnix Aegyptij origine. Ibid.
Caduceus Mercurij ex Taultico Charactere originem habuit. 234. & 378
Calathus cum fructu Perſeæ capiti impoſitus, quid? 419
Cambyſes Aegyptum occupat, omniaque euertit. 76. & 103
Canalis Μοῦσα quid? 470
Candelabrum ſeptem lucernis fulgens. 137

Canis.

Canis quid figuret? 122
Canis quales literas, dederit? 127
Quid per canem Aegyptij notent. 193
Canis Vatis, & Prophetæ ſymbolum. 296
Canes ſimulachra Deorum fixis oculis intuentur. *Ibid.*
Quid Caniſtrum Calathoforme? 412
Quid per Capreolum vitis? 442
Capreolus quid cum brachio? 470

Caput.

Caput hircinum. 276
Ibidis caput quid? 451
Quid Ibis caput 12. circellis circundatum. 477
Caput Iſidis terreſtris nota. 484
Catena quid? 450
Cautela in explicatione ſeruanda. 397
Cecrops Athenienſium Rex cur διφυὴς dictus? 143
Ceraſtes vitæ in calido, & humido conſiſtentis ſymbolum. 477
Ceres quid? 224

Cham.

Cham res piè traditas ad vſum profanũ conuertit. 4
Cham primus Zoroaſter, qui & primus Magiæ & Idololatriæ poſt diluuiam inuen-

inuentor. 13 & 16
Chami impudentia. 13
Rabbinorum de Chamo placita. 14
Cham Coloniæ quænam. 16
Cham Mathuſalæ filij Henoch diſcipulus doctrinam ſacram poſt diluuium propagauit. 27
Cham alias erexit pyramides poſt diluuiũ ſupra fundamentum priorum ædificatas. 45
Chamanim ſimulachra Solis à Chamo. 14.

Characteres.

Arrianus ait ab Indis characteres ex animalibus translatos. 135
Interpretatio Characterum. 141
Ex Tau anſato Characteris Aſtrõnomici formatio prima. 369
Compoſitio Characteris Tautici. 370
Characteris Mercurij origo. 373
Compoſitio Characterum Aſtronomicorum. *Ibid.*
Tauticus Character efficax amuletum Aegyptijs. 377
Chaſdim dicitur à Chus quaſi diceres Chuſdim. 18
Chaſdim quales fuerint? 107
Cherubim quid donotarent arcæ incumbentes. 138
Cherubim qui? 243
Ciconia quid figuret? 122
Ciconiæ caput in ſceptris Aegyptiorum quid? 135
Cicuma, Ciconia, & Vpupa concordantur. 328

Circulus.

Syllogiſmus circularis motus 344
Per Circulum, & lineas rectas omnia in mundo explicant Aegyptij 371
Miranda Circuli. 380
Circuli definitio. *Ibid.*
Circuli proprietas mirabilis. *Ibid.*
Veteres Circulo quiddam diuinum ineſſe putabant. *Ibid.*
Circulus in honore apud Aegyptios. 381
Proprietas Circuli. 382. 496
Cur Aegyptij capitibus Deorum Circulares coronas ſeu orbes impoſuerint? *Ibid.*
Circulus quid notet? *Ibid.*
Quomodo Aegyptij Dei infinitatem ex Circulo oſtenderent? 384
Quomodo Circulus, triangulum, linea recta in Deo idem ſint? *Ibid.*
Circulus ſeu globus quid notet? 399
Plato Deum Circulos metientem dicit. 400
Quid tres Circuli? 421. 424. & 496
Quid Circulus Hecatinus? 512
Circi referebant Mundum, Obeliſci in medio Solem. 59
Ciſta ſacra quid? 432. & 522
Ciſterna ſacra qualis? 473
Claua Herculea. 288
Clotho quid denotet? 229

Cælum.

In Cælo effluxus Dei perennes. 201
Cælum animus rationalis. 344.
Cælum circulus eſt, quia Genius eius circulus. *Ibid.*
Colonia Chami in Bactriam introducta. 17
Columbæ non habentur inter hieroglyphica. 323
Morales actiones per ſymbola Columbæ. *Ibid.*
Filij Seth Columnis committunt ſideralem ſcientiam. 4

Columna

14. *Columnæ à Chamo erectæ.* 4
Deſcriptio Columnæ in Thebis aut Morgum ab Arabibus. 69
Columna à Semiramide erecta 152. *pedum alta.* 87
E Columnis Mercurij, Græciæ Philoſophi

phi hauſerunt ſua. 105
Veteres ante diluuium in columnis ſua ſculpebant. 162
Columna erecta contra Meridem Regem 192
Collyrium optimum Hieracion herba. 313
Comaſiarum ſolemnitas & hieroglyphica ſimulachra circumferri ſolita. 121
Computus Chronicus Zoroaſtris. 16
Conſtantius deuicto Magnentio ad Obeliſcum erigendum adiecit animum. 84
48 Conſtellationes ab Aegyptijs poſitæ. 176
Cordis & linguę ſymbolum Perſeæ. 361
Quid duæ Cornices? 476
Cornua hircina quid? 279
Corpus Oſiridis diſcerpitur. 196
Coruus & Cygnus dedicantur Apollini. 231

Coturnix.

Natura Coturnicis. 321
Coturnix ingratitudinis ſymbolum. Ibid.
Vox Coturnicis quid ſignificet? Ibid.
Malitia Coturnicis. 322
Coxa Leonis quid? 470
Crater quid? 522
Plagiarium Crimen quorundam huius temporis Authorum. 42

Criſta.

Duplici Criſta conſpicua Vpupa. 328
Lunæ ſymbolum Criſta Vpupæ. 329
Typus hieroglyphicus, quem Criſta Vpupæ ſeptemcolor exhibet. 330

Crocodilus

Crocodilus quid figuret? 122
Crocodilus diuinæ eſſentiæ rationem notat. 306
Crocodilus motum ſolis notat. 307
Crocodilus Aegypti ſymbolum. Ibid.
Crocodilus quid? 509

Crux.

Crux hieroglyphica vitam venturam notat. 365
Crux anſata vitæ venturę ſymbolum. Ibid.
Origo Crucis anſatæ. 366
Quid per Crucem anſatam. 371
Omnis numerus ſub Crucis figura latet. 372
Crux aſtronomis veteribus vſitata. 377
Crux Serapidis fronti inciſa. 378
Quid anſata Crux in manu Geniorum? 439
Cubus quid? 428
Cubus totius harmoniæ moderationem continet. 429
Cucurbita quid notet? 506

Cultus.

Cultus Origo diuini. 271
Cultus hircinus apud Mendeſios. 274
Origo Cultus Leonini. 283
Ridiculus Cultus leonis. 289
Cultus felium apud Aegyptios ridiculus. 303

Cynocephalus.

Cynocephalus frequens inter hieroglyphica, quis? 297
Quid notaretur per Cynocephalum? Ibid.
Cynocephalus literas nouit. 298
Cynocephalus piſces abhorret, & ſine pręputio eſt. 299
Cynocephalus literas hieroglyphicè notat. Ibid.
Cynocephalus duodecies interdiù vrinam mittit quid? 300
Cynocephalus extenſis manibus quid? 470
Cynocephalus Orientis Lunæ ſymbolum. 506

D

Δ quid notet? 126. & 142
Vndè Aegyptium Δ? 325
Δεκάχορδον. 241
Defectus luminarium. 203
Denario omnia clauduntur. 246
12 Maiores Gentium Deæ; diuerſis Lunæ virtutibus reſpondent. 251
Veteres Deitatem per Oſiridem, Iſidem, Typhonem, Horum expreſſerunt. 209

DEVS

Deus ſupernaturali quadam ratione naturalium operationibus hominis ſe miſcet. 40
Quid Deus Loto inſidens? 123
Deus vnus. 208
Deus per ſapientiam ſuam omnia producit. 212
Deus circulus eſt, & quomodo hoc intelligendum? 380. 383
Deus circumactu corporis colendus. 381
Quomodo reditus fiat ad Deum? Ibid.
Deus Trinus & Vnus. 405
Quid Aegyptiacè & hieroglyphicè nomen Dei ſignificet? 492
Dialectica ab Aegyptijs inuenta. 240
Διαιρεσῶν ſpecies. 242
Myſticæ dictorum explanationes iuxta Clementem. 138
Dictum Iarchæ Indorum Regis ad Apollonium. 191

Difficultas.

Maxima difficultas inſtituti & corruptio Nominum. 1
Difficultas huius Operis. 92
Digiti Solis. 44. & 50

Dij

Deorum in Aegypto Regnum quodnam, & quale fuerit? 62
Locorum præſides Dij vndè? 158
Vndè multitudo Deorum? 187
Dij præſident partibus humani corporis. Ibid.
Multiformes Aegyptiorum Dij quid? 215
12. Maiores Gentium Dij, prout diuerſis Solis Virtutibus correſpondent. 251
Parallela prædictorum Deorum repræſentatio. 254

Dimenſio.

Dimenſio areæ totius Obeliſci. 54
Dimenſio Pyramidij quoad aream. 55
Dimenſio Obeliſci, ſi in pyramidem excurriſſet. Ibid.
Dimenſio ſoliditatis Obeliſci, ſi in pyramidem excurriſſet. 56
Diſcurſus Alchimicus. 340
Diſſidium naturæ per noctuam & per cornicem. 320
Diuinatio. 396
Diuinitas per omnia diffuſa. 256

Diuiſio.

Diuiſio Obeliſci in Schematiſmos 24. quorum quilibet 6 Hierogrammatiſmos continet. 397
Diuiſio hieroglyphicæ doctrinæ. 106

Doctrina

Qualis doctrina lapidibus inciſa fuerit? 33
Sacra doctrina ab Hermete tradita, in ſuperſtitionem vergit. 99
Poſt Cambyſen adhuc viguit ſacra doctrina. 105
Doctrina hieroglyphica non continet laudes Regum. 151
Finis doctrinæ hieroglyphicæ, & cultus animantium. 256
Dodecaedron vniuerſum notat. 429
Δοδεκάπυργον quid? 529

Dæmon

Dæmones ſolares. 159
Dæmones cur Scirim dicti? 275
Cur Dæmones λεοντόμορφοι *gallo obiecto diſpareant.* 292
Hebræorum Dogmata. 242
Dominium in igneam ſubſtantiam. 350
Dracunculi multiformis ſignificata. 501
Dyas in Pyramide. 179

E

Diuerſi effectus Solis ſunt Genij, 159

Elementum

4. Elementa per Obeliſci 4. Latera indicata. 169
4. Elementa, & 4. anni tempora. 241
Vpupa 4. Elementa notat. 329
Elohim quid? 243
Emeph quid? 210
Enſuph apud Cabaliſtas quid? 178
Epies Aegyptius Deorum, Hieromantes & interpres. 310. 420
Epiſtolæ S. Pachomij & Theodori ſymbolicæ. 140
ἐπάχορδον. 241
Erica planta quid? 484
Ericâ frutice arca Oſiridis in Nilo tecta conſeruata traditur. Ibid.
Error Eudoxi & Ariſtotelis in Chronicis. 15
Eſſentia Dei per circulum denotatur. 400
Tres partes Ethicæ. 204
Quid in Ethica Sol, & Luna? 205
Exemplum Phyſicæ expoſitionis in Tabernaculo à Moyſe deſcripto. Exodi cap. 26. & 27. 137

F

Fabula.

Fabula Promethei. 186
Fabula de Cura & Iunone. 189
Huiuſmodi Tabulæ originem è ſacris literis petunt. Ibid.
Sub Fabularum corticibus magna myſteria. 192
Fabula de Horomaze & Arimanio. 207
Fabuloſæ narrationes ad myſteria diuina transformatæ. Ibid.
Fabula de Saturno ad Aſtronomicas res deducta. 219
Chimica interpretatio huius Fabulæ. Ibid.
Fabula de Hercule. 232
Fabularum de Mercurio explicatio. 234
Fabula Iunonis in vaccam transformatæ expoſitio Phyſica. 263
Ad Lunam tranſpoſita Fabula. 264
Ethica expoſitio Fabulæ. Ibid.
Fabula de Ioue hircina pelle tecti. 279
Fabula de Fele. 383
Fabula de Vpupa. 331
Falco quid figuret? 122

Felix

Felis in Siſtri apice quid? 302
Felis imitatur Lunæ phaſes. 303
Felis habitaculum Iſidis: Ibid.
Significatio hieroglyphica Felium: Ibid
Feretrum quid notet? 431, & 432

Ferula

Cur in pompis Bacchi Ferulas portent? 354
Ferulæ à ferendo dicta. Ibid.
Deſcriptio Ferulæ. Ibid.

Figura

Figura Typhonis. 216
Figura hieroglyphica Mercurij Cynocephalus. 294
Figura decuſſata. 371
Figuræ notant ideas rerum. 379
Figuræ Geometricæ: 394
Figura cycliformis quid? 431
Explicatio figuræ. 436 448 & 482
Figuræ hieroglyphicæ ſcutica inſtructæ. 438

Figura ex Nardio. *Ibid.*
Quid figura indicet? 506
Flamma quid notet? 448
Explicatio moralis de 4. Fluminibus Paradiſi. 119
Felicitas quid ſit? 381
Folia populi quid notent? 288
Folium Perſeæ. 317
9. *Formæ corruptibiles.* 343
Quid forma maſculina, & fœminina? 457
Frons conſecrata Genio. 189
Funiculus fruſtillatim diminutus. 196

G

Alca quid? 224
Gallus *Mercurio ſacer.* 234
Gallus quid notet? 316
Hierogramma Galli. 322
Gallus in hierogl phicis non inuenitur. Ibid.
Generationis & corruptionis vicisſitudo 203

Genius.

Hebræi 70. Genios indicunt. 187
Omnia mundana ſpatiâ plena Genijs & animabus. 190
Genij alicuius regionis contrarij alterius. 256
Nomina Geniorum Mundi præſidum. 343
Attractio Geniorum bonorum, malorum propulſatio. 396
Genius παντόμορφος quid? 410
Quid geſtatio Statuunculæ in manu Geniorum? 440
Cur tres Genij tantùm in Una facie? 457
Quibus modis Genij Lunæ-Solares attrahendi ſint? 491
Geometria ab Aegyptijs tradita. 167 & 240
Antiqui Geometricis ſumma notabant, myſteria. 397
Gezarim qui? 108
γλαυξ *quid, & vndè Minerua Glaucopis dicatur?* 317

Globus.

Globus alatus quid? 402
Cur alatus hic Globus ad apicem Obeliſci ponatur? 408. 455
Quid globus ſerpentifer? 449
Quid in alis Globi 3. ordines pennarum? 455
Quid per Globum. 506
9. *Purificationis notionum Gradus.* 343

Græci.

Quinam in Aegypto fuerint Græcorum, Philoſophorum Magiſtri? 41
Græci cur nominis Triſmegiſti non meminerint. 41
Græcorum à temporibus Moyſis nomen vi guit. 42
Græci Aegyptiorum imitatores. 218
Græcorum Hammon ab Aegyptijs tranſumptus. 271
Gratia, & Venus Vulcano iunctæ. 288

H

Quid notet? 142
Habitus. 352
Quid habitus & inſtrumenta Geniorũ notent? 359
Haiothhakadoſch qui. 223
Hammon vndè dicatur. 15
Hanoch cur Triſmegyſtus ſit dictus. 27
De mundi Harmonia Hebræorum dogma. 242
Harmoniæ proprietas. 226

Harpago.

Quid Harpago? 451. & 506
Harpago in forma Ibidis factus. 453
Harpago ſacer Aegyptiacè Gamat, id eſt, extra-

extractio. *Ibid.*
Harpocratis pulchrum hieroglyphicum? 316
Harpocrates ſupra Lotum quid? 359 415
Hartumim quales fuerint? 108
Haſsemalim qui. 243

Hebræi.

Hebræi eandem cum Aegyptijs ſcientiam profitentur. 210
Hebræorum Theologi qui exprimant ſacram Triadem? 215
Cur Hebræi ſacrificia inſtituerint contraria Aegyptijs? 275
Hebræi ſucceſsiua traditione aliquam hauſerunt notitiam SS. Triadis. 405
Cur Hebræi Græci nomen DEI, & CHRISTI digitis exprimant? 472
Helleniorum nomen paulò poſt Moyſen ortum. 43
Quid duo Hemiſphæria? 522
Henoch Adaris vocatus ab Hebræis, ab Arabibus Idris. 23
Quantum vixerit Henoch? 28

Hercules.

Hercules draconis interfector. 186
Hercules quid? 231
12. *Labores Herculis ad mores translati.* 231. 232. & 238
Hercules Leonina pelle indutus quid? 282
Herculis etymon. 287

Hermapion.

Hermapion interpres Obeliſci Senneſertei. 147
Interpretatio eius falſa eſt, & quare? 151
In Obeliſco Hermapionis laudes Rameſſis Regis contineri non poſſunt. 152
Alius error in interpretatione. *Ibid.*

Hermes

Poſteri Hermetis, Oſiris nomen ambierunt. 28
Quando vixerit Hermes Triſmegiſtus? 30
Hermes nepos, pronepos, abnepos Chanaan, Chami. 31
Hermes diuinos honores ob inuenta ſua conſecutus eſt. 46
Cur Hermes ſua in Obeliſcis inſculpſerit. 47
Quo tempore regnarit Hermes Triſmegiſtus? 48
Hermes ſuperſtitioſam, primarum gentium doctrinam emendat. 98
Hermes Triſmegiſtus in numerum literarum Aſtronomicarum Tau tranſtulit. 369
Virum Hermes myſterium nouerit, ex reuelatione, an aliunde? 405
Herodotus arguitur circa argumentum Obeliſcorum. 152
Heruartius alter interpres Tabulæ Bembinæ à ſcopo aberrat. 153
Refutatio interpretationis Heruuartianæ. 154

Hieracion.

Hieracion accipitris herba. 309
Hieracion collyrium optimum. 313
Deſcriptio Hieracij. *Ibid.*

Hieroglyphicum

Hieroglyphicorum ſtudium, tempore Senniſertei maximè floruit. 72
Hieroglyphicæ diſciplinæ ante Moyſen. 102
Hieroglyphicæ literaturæ poſt Moyſen propagatio. 103
Hieroglyphica literatura non perijt, ſed ſparſa hinc inde in Græcorum monumentis remanſit. 105. & 114
Quomodo Author literaturam hieroglyphicam quaſi perditam eruerit. 106

Quid

Quid propriè hieroglyphicum, eiuſque definitio. 120
Hieroglyphica excogitari non potuerunt, niſi ab homine totius naturæ conſulto 168
Hieroglyphica ſymbola veſtibulo inciſa 198
Hieroglyphica Leonis. 286
Hieroglyphicum generationis & corruptionis rerum. 387
De Hieroglyphicis. 389
Author interpretationem Hieroglyphicorũ omnigenæ doctrinæ authoritatibus cõprobat. 391
Interpretationem eius bono ordine inſtituit Ibid.
I. II. III. & IV. Claſſis Hieroglyphicorum. 392. & 393
Hieroglyphica hic exhibita conſona ſunt orthodoxæ Religioni. 460
Hippocentaurorum hiſtoria quid denotet. 186

Hippopotamus.

Hippopotami ſymbola, eiuſq; duæ ungulæ. 135
Hippopotamus Typhonem notat. 304
Hippopotamus ingratitudinis ſymbolũ & impietatis. 305
Hippopotamus quid? Ibid.

Hircus.

Hircus fœcunditatis ſymbolum. 274
Hircus Aegyptiacè Mendes. 275
Quid per Hirci Hieroglyphicum? 276
Natura Hirci ſolis effectibus parallela. 279
Hirundo quid notet? 534
Minotauri Hiſtoria quid? 186
Hiſtoria Aegyptiorum cur tam varia ſit? 193
Hodhod quid propriè Arabibus? 328
Homo guloſus hieroglyphicè exhibitus. 286
Horapollo per oſtreum, & cancrum, & per ſcarum piſcem quid indicauerit? 133
Horizon Anubis dicitur. 203

Horologium.

Deſcriptio Horologij in Campo Martio, cuius ſtylus Obeliſcus erat. 77
Ratio fabricandi iſtiuſmodi Horologium. 78
Vmbra in Horologio ad Ortum vel Occaſum erit infinita. 79
Forma totius Horologij ſecundùm omnem Symmetriam delineata in Campo-Martio. 80
Horometria Horologia vndè originem traxerint? 300
Horomazes, & Arimanius Dij cõtrarij. 206
Heſperidum Hortus. 186. 232

Horus.

Horus ſuperat Typhonem. 196
Quid Horus? 200
Horus pingitur infans & quare? 204
Horus eſt concordia & pax in politico mundo. 205
Interpretatio ſymbolorum Hori. 214
Horus mundus. 297
Horus cum ſceptro quid notet. 330
Emendatio loci corrupti in Horo. 386
Horus aquis merſus, quomodo à Mercurio eruatur? 453
Quid Horus inter duo retinacula? 522
Horus duplex. 530
Tres Hydriæ quid. 283
Hymnus Deo Triuni ab Hermete perſolutus. 405

I

QVid Iauta Aegyptiacè, & ſtatua in forma Iautæ literæ Aegyptiacæ facta. 480

Ibis.

Ibium in ſerpentes immiſſio. 125
Ibis cur Agathodæmon dictus. *Ibid.*
Ibis in hieroglyphicis frequentiſſima. 324
Vtilitas Ibium. *Ibid.*
Ibis Vium habitaculum Mercurij. *Ibid.*
Ibis ſymbolum A. *Ibid.*
Ibis Aegyptum notat. *Ibid.*
Ibis cur Mercurio ſacra? 325
Pondere ibidis ouo excluſa tantùm pendet, quantum cor infantis recenter nati. 325
Ibis ſymbolum Genij Lunaris, & ideo ſacra Mercurio: 326
Ibiforme ſimulachrum quid? 449
Ibis Lunæ nota. 477
Ibiformes imagines quid. 521
Icoſaedron quid? 428
Ictus quid? 210
Vndè Aegyptiorum Idolatria: 157
Idolum ſimplex. 352
Idolum multiforme. *Ibid.*
Idris, Tautus, Thoth, Phthatha, ſiuè Hermes Triſmegiſtus hieroglyphicæ literaturæ inuentor. 93. & 167
Ietzirath liber de formatione Abrahæ adſcribitur. 406

Ignis.

Ignis cultus à quo inſtitutus? 18
Ignis ſymbolum quod? 427
Cur ignis trigono cum globo alato includatur? 456
Imperatores Romani non niſi maiores Obeliſcos erigebant. 59

Incrementum

Incrementum Nili 28. cubitos quid? 203
Phaſes Lunæ Incremento Nili reſpondent. *Ibid.*
Ortu caniculæ promouetur Incrementum Nili. 293
Influxus triformis Numinis in mundum ſiderium, 417
Inſtrumenta, & Machinæ, quibus Obeliſci erigebantur. 86
Inuidia Typhonis, eiuſque dolus. 195
Imago Iouis. 220
Alia deſcriptio Iouis. 221
Iota litera quid ſignificet? 141

Iſis.

Iſis myſticè ſapientia. 191
Iſis Oſiridem inquirit: 195
Iſis inter Deos refertur. 196
Iſidi Sirius attribuitur. 198
Iſis terra, Nilus Oſiris, è quorum coniunctione naſcitur Horus. *Ibid.*
Iſis amor ſeù appetitus boni. 200
Nomina Iſidis. 201
Iſis Luna. 202
Iſis Minerua dicta cur? 203
Iſis amor, & prouidentia. 211
Iſis æterna Dei ſapientia. 217
Vſus Iuncorum. 357
Significata papyri, ſeu Iunci Aegyptij. *Ib.*

Iuppiter.

Iuppiter vniuerſi natura. 221
Iuppiter dictus eſt Pan, eo quod omnia ſit. *Ibid.*
Iuppiter cæli circulus. 383

K

Καδμεῖα γράμματα. 143
Kim menſura Arabibus vſitata 20. palmorum. 67
Κῶ *quid?* 141

L

Labyrinthus naturam difficilem acceſſu indicat. 476
Lacheſis quid denotet? 229
Lampades in manu Proſerpinæ quid? 225
Lapides quid? 394

Leo.

Leo quid? 122
Variæ Leonis partes. 282
Naturæ Leonis expoſitio. *Ibid.*
Sub Hori throno Leones quid? *Ibid.*
Expoſitio Leonis ſymbolorum moralis. 286
Quid Leo Simiam deuorans? *Ibid.*
Leo cur inter ſydera relatus. 287
Leo ſacer ſoli. 288
Magi, & Oniromantæ quid per Leonis partes ſignificarent. 290
De Leone mirum exemplum. *Ibid.*
Quid partes Leonis anteriores, & poſteriores notent? 469
Lepus quid figuret? 122

Liber.

Quid continuerint Libri Adam, ex opinione Arabum? 3
Libri ſeptem Seth attributi. *Ibid.*
Quomodo Libri ante diluuium ad poſteros poſt diluuium traducti ſunt, 4
Arabes Libros Seth ſæpè allegant. 5
Aethiopes Libros Seth & Enoch ſe habere gloriantur. 6
Quid S. Auguſtinus de Libris Enoch ſentiat? *Ibid?*
Cur Libros Enoch Hebræi non recipiant. *Ibid.*
Quid Libri Enoch continuerint? 7
Libri Chami poſt diluuium. 8
Libri Chami ſiuè Zoroaſtris ex Suida, & alijs. 18. & 19
Libri Zoroaſtris Chaldaicè ſcripti, à quonam in Græcam linguam translati? 19
Libri Gnoſticorum Zoroaſtri inſcripti, falſi ſunt. 21
Libri Mercurij Triſmegiſti ex Selecuco & Manetho apud Iamblicum 32
Libri Hermetis tempore Clementis Alexandrini ſuperſtites. 33
36000. *Libri ab Hermete conſcripti, quomodo accipiendum?* *Ibid.*
Vtrum Libri Triſmegiſti adhuc ſuperſint 34
Synopſis Librorum veterum Aegyptiorũ Aegyptiaca lingua conſcriptorum, quę in diuerſis Aegypti Bibliothecis, præſertim in illa Cayri Madraſe dicta adhuc ſuperſunt. *Ibid.*
Hermeticos Libros legitimos eſſe ex authoritatibus SS. PP. oſtenditur. 36 & 107
Libri Hermetici poſt Chriſtum non potuerunt ſupponi, & à nullo Hæretico ſuppoſiti ſunt. 37. & 39
Quis translator Librorum Hermeticorum fuerit? 39 & 43
Libri Mercurij. 107
Libri Aegyptiorum veterum apud Rambam, ex quibus Abenuaſchia & Abenephi Arabes ſua, pleraque deſumpſerunt. 109
Liber de cultura Aegyptiorum, quem tranſtulit Abenuaſchia, quid contineat? 110
Libri Tauti, & ſeptem fratrum. *Ibid.*
Philo Biblius tranſtulit Sanchuniatonis, Libros ex lingua Phœnicum in Græcam. 111
Porphyrius de Sanchuniatone, laus, & libri illius. *Ibid.*
Qui, & quibus temporibus hauſerunt ſua ex libris Aegyptiorum? 112 & 113

Linea.

Linea viridis Cabaliſtarum, quænam? 344
Quid per ductus Lineares. 458
Explicatio Linearum, Schematumque, &c. *Ibid.*

Lingua.

Vtrum Lingua Græca ab Aegyptijs proceſſe-

ceſſerit? 142
Virum lingua Aegyptiaca à Græca proceſſerit? 144
Miſtura linguarum exterarum cũ Copta concurrentium. Ibid.
Quandò maximè floruerit Lingua Copta? 145
Coptæ Linguæ Viciſſitudo. 146
Lingua fortuna, Lingua dæmon. 361

Litera.

Ante diluuium quis Literarum & ſcriptionis vſus? 2
Literarum Aegyptiarum vſus ante Moyſen viguit. 33
Literæ Salomonis ad Vaphrium, & huius ad Salomonem. 75
Pythagoras promouit, & propagauit Literaturam hieroglyphicam. 104
Phœnix, & Cadmus 16. Literarum in Græciam allatio. 123
Palamedes 1. Literarum inuentor. Ibid.
Quadruplex Literarum genus Aegyptijs vſitatum. 124
Triplex Literarum genus à Clemente Alexandrino recitatum. Ibid.
Demetrius Phaleræus de ſeptem Literis vocalibus Aegyptiorum. 125
14. Literæ Aegyptiorum ex animalium forma deſumptæ. Ibid.
Litera Γ ex collo & roſtro Ibidis, deſumpta eſt. 126
Litera Δ ex Ibi deſumpta. Ibid.
Litera V ex apertione roſtri Ibidis. Ibid.
Literæ Opbta & Labda 127. & cæteræ ex alijs animalibus, vide ſequentia folia.
Decem Literæ ex 4. animalibus extractæ. 127
Primæua Literarum Aegyptiarum fabrica, & inſtitutio facta à Tauto, ſiuè Mercurio Triſmegiſto. 130. 131. 132.
Gnomicæ Literæ ſymbolicę quæ? 133
Tertij generis Literatura. 134
Quartum genus Literarum quid? Ibid.
Propagatio Literarum Aegyptiarum. 136
Literæ Coptorum myſticæ. 139
Literarum traditrix Ibis. 325
Inuentum Literarum per thyrſum papyraceum. 357
Origo Literarum Aſtronomicarum. 372
Vndè prima ſemina Literaturæ hieroglyphicæ. 394
Lotium mulieris Hortulani remedium cæcitatis. 133
Lotium aduerſus Solem dimittere, nefas priſcis. 157

Lotus.

Loti deſcriptio. 123
Lotus Oſiridis, & Iſidis herba. 358
Significata Loti. Ibid.
Lotus motum ſolis ſequitur. Ibid.
Lunæ effigies myſtica. 200
Luna oriens per Cynocephalum indicata. 299
Lupus quid figuret? 122
Quid Lupus Anubidis comes notet? 169
Luteres Platonici qui? 501
Lutum quid? 122 & 193
Licoctonos herba. 296
Licophon quid denotat? 229

M

QVinam Magiſtri in Aegypto fuerint Pythagoræ, Eudoxi, Solonis? 105

Manus.

Manus dextra quid figuret? 122
Manuum, pedumque ratio. 352
Manus. Ibid.
Manus ſeu Brachij nota. 522
Marcolis idem quod Mercurius. 39

Mare Saturni lachryma. 155 & 197

Marmor

Marmoris genus, quo Obeliſcos faciebant erat myſticis rationibus inſignitum 49

Omnes Obeliſci ex marmore Pyrite confecti ſunt, & cur? Ibid

Cur Aegyptij nullo alio, præter quam marmore Pyrite in Obeliſcis vſi ſunt? Ibid.

Mars quid denotet? 229

Materia prima per Obeliſci figuram indicata. 169

Mathematicæ diſciplinæ ante Moyſen vulgares in Aegypto. 102

Mecaſchaphim quales fuerint? 108

Medalia veterum ſymbolis prænotata ad ſimilitudinem Aegyptiorum. 136

Medicina ab Aegyptijs tradita. 167

Medicandi ratio. 396

Medicus quis? 231

Melachim qui? 243

Melchiſedech falsò cum Triſmegiſto confunditur. 95

Menuphta.

Menuphta poſt Moyſen Obeliſcorum erector primus. 65

Menuphta primus poſt Moyſen hieroglyphicæ doctrinæ promotor. 103

Mens diuina variè accipitur. 219

Menſura

Menſura Obeliſci Vaticani. 81

Menſura Obeliſci Exquilini. 82

Menſura Obeliſci Ludouiſij. Ibid.

Menſura Obeliſci Lateranenſis. 85

Mercurij

Varij Mercurij. 22

Mercurius Ἀγχοδόντης quis? Ibid.

Mercurius legislator, & literarum inuentor. Ibid.

Mercurius Triſmegiſtus, Scriba Saturni 29

Mercurius deprauatam doctrinam Chami emendatam, ſaxis inſculpſit. 46

Mercurius Triſmegiſtus Rex Aegypti. 47 & 96

Inuenta Mercurij Triſmegiſti. 47 & 96

Mercurius cum Miſraim vixit, cuius & Scriba, & Conſiliarius fuit. 47. 43 96 & 167

Mercurius Triſmegiſtus cunctis Scriptorum monumentis celebratiſſimus. 94 & 95

Mercurius Seſoſiris dictus eſt. 97

Mercurius pingitur Cynocephalus. 122

Mercurius cur Hermanubis dictus? 168

Mercurius 20000. voluminibus deſcripſit principiorum rationes. 209

Mercurij ſcripta de Dijs. 210

Mercurij τείχεδον. 234

Imago Mercurij. Ibid.

Mercurius Politicæ primus inſtitutor. 292

Cur Mercurius Anubis dictus. Ibid.

Mercurius in cœlum translatus, canicula ſiuè Sothis dictus. 293

Mercurius cordis & rationis præſes. 325

Deſcriptio Mercurij. 378

Mercurius iuxta notitiam rerũ ante diluuiũ propagatarum ſua myſteria exponit. 394

Mercurius Triſmegiſtus Author diſciplinæ hieroglyphicæ. 399

Mercurius, eò quod Deum trinum aſſereret, Triſmegiſtus dictus eſt. 404

Meſramuthiſis.

Meſramuthiſis quid & cur ſic dictus? 48

Meſramuthiſis in ſomno de Obeliſcis erigendis monitus. Ibid.

Meſramuthiſis Aegyptiacè, quaſi diceres ex Miſra & Iſi genitus. 63

Meſramuthiſis minores erigit Obeliſcos, & qui-

& quinam illi? Ibid.
Metalla. 394
Mira Methamorphoſis hieroglyphica. 516
Metempſychoſis. 290

Middoth

Explicatio trium Middoth. 406
Tria Middoth apud Hebræos quid? Ibid.
Ex Middoth emanant 10. in Deo Sephiroh. Ibid.
Minerua, Diana quid? 225
12. Genij Miniſtri bonorum, & malorum cauſa. 188

Miſraim

Miſraim dictus Miſra, & Meſtres. 48
Miſraim primus Aegypti Pharao. 63
Miſraim ſiuè Mythras cum Oſiri confunditur. 166
Miſraim Vulcanus etiam dictus. Ibid.
Mitatron quis? 164. & 243
Mom vel Momoi quid? 283
Momphercur quando erexerit Obeliſcos. 72
Momphercur filius maximum Obeliſcum erigit. 103
Monas generat dyadem, & triadem. 407
Monaſterium S. Pachomij in Aegypto iuxta 24. literas diuiſum. 140 & 141
Vndè tanta Aegyptiorum monumentorum in Vrbe copia? 59

Mophta.

Mophta vel Momphta quid? 283. 284
Mophta Etymon. 284
Quis Mophta? 469
Duo Motus in natura ſimplices, rectus & circularis. 372

Moyſes.

Moyſes omnia tradidit per ſymbola. 115
Moyſes omnia ſua ferè ſub ſymbolis myſticè refert. 136
Moyſes Aegyptiorum ſapientia imbutus. 178
Moyſis ſerpens exaltatus quid? 401

Mundus

Mundus DEVS creditus ab antiquis. 108
Quæ dextra & læua Mundi pars iuxtà Aegyptios. 155
Mundus animal quoddam. 157
Mundus rudis, indigeſtaque moles. 169
3. Mundorum dependentia. 274
Mundus ad SS. Trinitatis imaginem factus. 215
Mundus triplex. 241 & 242
Mundo ouo aſſimilatus. 338
Triplex ordo rerum in triplici mundo. 347
In ſingulis mundis ſingula omnia. Ibid.
Mundi res in ſe perpetuo reuolubiles. 349
Mundi Angelici, & Genialis Claſſis expoſitio. 395
Mundus Siderius. 396. 435. 444. 447. 454
Mundus Elementaris. 396 435 444 447 454
Quatuor Mundi partes. 390
Mundus Archetypus. 435 444. 447. 454
Mundus Angelicus. 435 444. 447. 454

Muſæ:

9. Muſæ quid denotent. 229
Muſæ ſapientiæ rationes, & humanæ vocis inſtrumenta denotant. 240

Muſica.

Muſica ab Aegyptijs tradita. 167 & 240
Muſici toni. 214
Curſus planetarum Muſicus. Ibid.

Μυσπὸς

Μυσπὸς *quid apud Perſas.* 17

Μυδρὸς lapis candefactus. 157
Myſterium Chymicum. 340
Myſterium ſub Litera N. 386

Mythras.

Mythres Obeliſcorum Author. 163
Quis Mythres? Ibid.
Differentiam inter Mythram & Miſraim. Ibid.
Mythres quando regnârit? 164
Quid Mythras inter Orimazen, & Arimanium Medius? 174
Mythras Μεσίτης Horus, Apollo, id eſt, Harmoniæ Author. 175
Mythras Perſarum Numen Leonina forma. 282
Mythras λεοντόμορφος, eiuſque expoſitio. 285

N

NAtura ineffabilis Dei. 306

Nauis.

Nauis prodigioſa magnitudinis ad Obeliſcum deuehendum conſtructa. 84
Nauis, quæ detulerat Obeliſcum Auguſti Puteolis incendio perijt. 89
Nauis, quæ detulerat Obeliſcum Nuncorij, in Oſtia Tyberina ſubmerſa, fundamento turris inſeruiebat. Ibid.
Nauis verò formam qua Rameßæus Obeliſcus à Conſtantino Magno aduectus fuit, vide fol. 90
Nautas odio habuerunt Aegyptij. 197
Nembrod filius Chus propagator Idololatriæ. 17
Quid Nephtys? 199
Nephtys. 203
Imago Nephtuni. 223
Neruus in animali quo moto omnia mouentur? 208
Niben quid? 276

Nilus.

Tempore inundationis Nili Obeliſcos ad deſtinatum locum deferebant. 89
Nilus Oſiridis defluxus. 176
Nilus triplex per diuerſæ formæ Nilotica vaſa indicatus. 480
Veteres Nili aqua abſtinebant, eo quod ob eſtores redderet. 191
Nimbus quid? 383

Noctua.

Noctua tria potiſſimum ſignificat. 315
Natura Noctuæ. Ibid.
Noctua ſymbolij ſapientiæ ſilentio comparatæ. Ibid.
Cur Athenienſibus Noctua pro ſymbolo? 317
Multitudo Noctuarum Athenis prouerbium dedit. Ibid.
Noctua victoriæ ſymbolum, quid intelligendum. Ibid.
Noctua cur Aeſculapio dicata. Ibid.
Noctua cur Abſtinentiæ ſymbolum. Ib.
Noctua malignum dæmonem notat. 318
Auis inauſpicata Noctua. Ibid.
Noctua diei ſymbolum. Ibid.
Sanguis Noctuæ miſtus cornicis ſanguini non coaleſcit. 320
Quid adiuncta Noctuæ varia ſymbola denotent. 321
Noctua aduerſæ poteſtatis ſymbolum. 484
Duæ Noctuæ quid? 528

Noë

Noëmus in Italiam concedens, nouas Colonias fundat. 93
Noë, filijque notitiam rerum ante diluuium ad poſteros propagant. 394

Nomen.

Barbara Nomina quid notent. 359
Nomina ab Orpheo prolata SS. Triadem referunt. 408

Aegyptij.

Quomodo Aegyptij ex ordine rerum mundi in cognitionem vnius Numinis peruenerint? 185

Deſcriptio Numinis Hieropolitanorum. 234

Numen Amun ſub forma Arietis. 270

Triforme Numen Apud Aegyptios. 278

Triformis Numinis eſſentia centralis, & quomodo generet. 395

Numen in multitudinem lapſum. Ibid.

Cur sic ſymbola triformis Numinis diſpoſita ſint, 418

Numerus.

Binarij Numeri ſignificatio, 179

Ternarij Numeri laus. 180

Nouenarius Numerus. 245

Myſteria Pythagoræorum in Numero. Ibid.

Omnis Numerus ſub crucis figura latet? 372

Numeri notant ideas rerum. 379

Quomodo Antiqui Numeros formarent. 386

Nunquid Aegyptiacè? 283

O

Obeliſcus.

OBeliſci ab Arabibus dicuntur Acus Pharaonis. 44

Obeliſci primi erecti ſunt in On, quæ eſt Heliopolis. 48

Primus erector Obeliſcorum Mithres, ſiue vt nos Miſraim. 50. 64. & 163

Obeliſcus à Phœnicibus erectus, qualis. 50

Cur in quibuſdam Obeliſcis duo latera oppoſita ad alia duo inæqualia ſint? 51

Obeliſcus nihil aliud eſt, quam Pyramis truncata. 52

Proportio Obeliſcorum quoad altitudinem Ibid.

Soliditas Obeliſci Vaticani in palmis. 57

Pondus Obeliſci quale? Ibid.

Romæ Superſtites adhuc 12 Obeliſci. Ibid 44. *Obeliſci Romam translati.* 58. & 83

Obeliſcus in Inſula Tyberis, eiuſque veſtigia. Ibid.

Idem Malum in naui exprimebat. 59

Obeliſcus in Ara Cæli, & Palatio Cardinalis Sacchetti. Ibid.

Obeliſci in Aegypto ſuperſtites. 60

Deſcriptio Obeliſcorum Conſtantinopoli ſuperſtitum. 61

Obeliſcus Pamphilius à Sothis erectus, vti & Barberinus, & Campo-Martius. 66

Obeliſcus Rameſſæus ab Auguſto in Circo Maximo, à Sixto V. reerectus in Campo Lateranenſi. 68

Obeliſci à Seſoſtri erecti quanti, & quales? 69

Obeliſcus in Cãpo Vaticano à Mompher cur erectus. 70

Variæ lectiones circa Obeliſci Noncorij erectionem. 71

Obeliſcus Vaticanus non eſt integer. Ibid.

Obeliſcus Pſammirtæus ab Auguſto in Circo Maximo, à Sixto V. reerectus ante ædem B. Virginis vulgò del Popolo. 72

Obeliſcorum à Simarre, Aphrie, & Nectabi erectorum, vnus à Sixto V. in Colle Exquilino ante ædem B. Virg. reerectus, alter verò ſub Eccleſia D. Rochi ſepultus. 74

Cur raſos Obeliſcos erexerint Reges Aethiopes? Ibid.

Multitudo Obeliſcorum in Aegypto. Ibid.

Obeliſcus Campo-Martius horas deſignat. 76
Idem 30. *ab erectione ſua annis non amplius rectè monſtrat,* *Ibid.*
Obeliſcus in Circo Vaticano à C. Caligula erectus. 81
Obeliſci Claudij ante Mauſolæum Auguſti erecti. 82
Obeliſcus Rameſſæus à Conſtantino Magno, Thebis deducitur Alexandriam 83
Modus Obeliſcos exciſos in ſtatutum locũ transferendi. 88
Quo ingenio Obeliſcus Nectabis Alexandriam fuerit deuectus? 89
Obeliſcorum Origo. 160
Definitio Obeliſci. *Ibid.*
Etymon Obeliſci. 161
Finis Obeliſcorum. *Ibid.*
Obeliſci figura myſterioſa. 168
12. *Obeliſci Heliopoli.* 170
In Obeliſco Pamphilio varia Symbola. 392
Quæ in Obeliſcis contineantur. 396
Octaedron quid denotet? 428
Omnis vis humida Oſiris dicitur. 198
Quomodo omnia omnibus inſint. 342. *&* 344
Onomi herba quid præſtet. 175. *&* 206
Omphis Oſiridis nomen quid. 203
Ophanim qui? 243
Operum diuinorum ſpiræ. 342
Origo Oraculi Hammonij. 271

Orbis.

Orbem terræ quomodo per Cynocephalum notarent. 298
Quid radioſus Orbis circa capita Sanctorum? 383
Quinque ſapientum Ordines. 107

Orimazes.

Allegoria de Orimaze, & Arimanio. 172
Interpretatio allegoriæ de Orimazæ, & Arimanio. *Ibid.*
Orimazes Oſiris, & Arimanius Typhon naturæ contraria principia neta? *Ib.*
Orimazes 6. *Deorum conditor quomodo intelligatur.* 173
Antitheſis Deorum Oromazis, & Arimanij. 174
Orimazes 24. *Deos in ouo condidit.* 176
Orpheus diſcipulus Aegyptiorum hieroglyphica literatura imbutus fuit. 104

Oſiris.

Oſiris Πολυώνυμος. 166
Oſiris arca clauditur quando. 195
Oſiridis effluxus omne humidum. 199
Oſiridis in arcam detruſio. *Ibid.*
Oſiris vis ſeminalis, & ſimulachrum eius 200
Oſiris Sol. 202
Oſiris in 14. *partes ſectus quid.* *Ibid.*
Quando Oſiris occiditur? 205
Oſiris quid? 210
Oſiris intellectus Archetypus. *Ibid.*
Quomodo reſtaurandus ſit Oſiris, applicatio ad fidei noſtræ myſteria. 215
Oſiridis ſimulachrum. 259
Cur Oſirin per cornua Hirci notauerint? 279
Varia ſymbola Oſiridis. 287
Cur Oſiri thyrſus ferulaceus ſacer? 355
Oſiris vt plurimum fiebat ex Lauro, & Loto.
Oſiris, & Mophta. 530
Oſſa Hori Magnes, Typhonis, Ferrum. 180. *&* 201
ὀχοφορία *quid?* 361
Oui Zoroaſtræi mundani vera effigies. 177
Oui conſtitutio, & ad mundum comparatio. 338

P

PALLAS è Iouis cerebro nata? 212
Cum Pallidis ægrè conuerſantur Aegyptij. 198
Pallium Eudoxi lambens bos, quid portenderit? 260

Pan

Panici tumultus. 195
Panis ſeù Iouis Lycij imago. 221
Panis exacta deſcriptio, & ſymbolorum explicatio. 223
Pan, & Iuppiter diſtinguuntur. Ibid.
Pan in hircum tranſmutatus. 274
Quid Pan? 278
Simulachrum Panos, eiuſque expoſitio Phyſica. 280
Expoſitio alia ſimulacri Panis. Ibid.
Pantomorphos quis? 170
Papauer quid notet? 317
Quid per Papilionem? 500
Definitio Papyri. 357
Chriſtus pleraque ſub Parabolis tradidit. 110
Comparationes Parallelæ. 206
Parallela comparatio. 212
Pariæ quid denotent. 229
Paſtor quis? 231
Longa vita primorum mundi poſt diluuium Patriarcharum. 62
Patriarchis primæuis ſingulis ſui Angeli. 367
Pectorale in veſte Sacerdotis quid? 139
Peniæ cum Poro commiſtio. 201

Perſea.

Natura Perſeæ, 360
Significata Perſeę. Ibid.
Cordis & linguæ ſymbolum Perſeæ. 361 363
Perſia dicta ab Equorum præſtantia. 18

Pes

Pedes. 352
Quid indiſcreti pedes? 414
Quid pedes cum vaſe Nilotico. 483
Phallophoria quid. 196

Phallus.

Phallus oculatus quid? 479
Pharetra proiecta quid? 317
Pheron ſacrilegus in Nilum cæcitate percutitur. 133
Myſtica Philoſophia in Tetraedro. 428

Philoſophus.

Plerique Philoſophi ex Græcia in Aegyptũ migrant, 192
Phœbi etymon. 269
Phta quid. 210
φιλοβυλλέμενοι quid? 362
Phyſica ſignificatio. 197
Laurentius Pignoria alter interpres Tabulæ Bembinæ. 156

Piſcis.

Veteres à Piſcibus abſtinebant. 192 & 197
7. Planetarum Orbes 241
Pluto ſubterraneus Dæmon. 223
Pluto quid. 224

Poëta.

Poetæ res adeò ampliarunt, vt poſteros in admirationem raperent. 186
Veteres Sapientes non credebant πολυθέαν 208
Origo πολυθέα. 248
Porta figura propria rei ſignificatę. 478
Potentia Seſoſiris Regis. 68

Præceptor.

Præceptores in Aegypto quinam fuerint, Græcorum Philoſophorum. 192
Quid Proſerpina propriè? 224
Quid Protheus. 179
Pſalmi nonnulli, quibus Patriarchis adſcripti? 8

Pſontomphanech.

Pſontomphanech quales apud Aegyptios. 17

Pudendum Oſiris à Phagro piſce deuoratum. 196. & 526

Putifar Sacerdos, Heliopolis præſes literarum ſacrarum. 99

Pyramis.

Pyramides Aegypti maiores ante diluuiũ à quo erecti. 45

Pyramidum ædificatarum rationes mechanicæ. 88

Pyramidum ratio. 160

Lucida, & tenebroſa Pyramis quomodo ſumatur. 171

Quid Aegyptij per Pyramides indicent? Ibid.

Pyrites. 49

Miſtura Pyritis quadruplex, quatuor Elementorum ſymbolum eſt. 50

Pythagoras.

Pythagoras Aegyptios imitatus, omnia per ſymbola docet. 115

Cur Pythagorici & Platonici tegunt ſua ſymbolis? 116

Q

Quadratum.

QVID per tria Quadrata? 241. 424 & 453

Quid per Quadrangulum? 424

Quid Quadrangula? 453

Quid □. 477

R

Rameſſes.

RAmeſſes omniũ Obeliſcorũ maximũ erexit; filium, ope 20000. hominum cacumini alligari curauit, vt cautiùs in molis erectione ſe gererent Architecti. 68

Rameſſes filius Sothis Obeliſcos erigit. 103

Ramus.

Significata Ramorum. 361

Ramorum vſus in ſacris. 362

Qui Rami, & quibus Dij ſacri. 363

Rami triplicis ſignificata. Ibid.

Ramus triplex quibus ſacer? 364

Seth plantauit Ramum arboris Vitæ in deſerto. 367

Ratio.

Quid Aegyptij per allegoricam illam dicendi rationem intenderint? 185

Quadruplex interpretandi ratio ab Aegyptijs vſitata. 193

Receptaculorum ſignificata. 502

Quid Regina Aethiopum? 199

Quid per tres temones, vèl remos. 482

Retinaculum.

Retinaculum tricuſpe motus Solis, ex ortu per Meridiem in Occaſum nota. 484

Quid tricuſpe Retinaculum. 490

Rhea.

Rhea Iunonis mater. 223

Rhetorica ab Aegyptij tradita. 240

Quid Rhomboides. 534

Ritus.

Ritus & cerimoniæ Soli exhibitæ à Chami filijs. 14

Ritus ternario numero peracti. 181

Cur Aegyptij tantum in Ritibus & cerimonijs curam adhiberent. 256

Ritus à Sacerdotibus conformabantur, iuxta rationes myſticas ſimulachrorum. 471

Ritus Sacerdotum in adytis. 485

S

Secta Sebæorum qualis, & vndè orta. 100. & 275
Sabæi ab Hermete Aegypto expulsi tanquam Hæretici. 109

Sacerdos.

Sacerdotes ex minoribus Obeliscis nonnullos erexerunt. 64
Sacerdotes iurejurando obstricti ad silentio supprimendam sacram doctrinam. 99
Sacerdotes mysteria per symbola abscondunt. 115
Sacerdotes ad normam symbolorum, quibus Genij instruebantur, omnia in sacrificijs peragebant. 440
Mos Sacerdotum in lauando se. 480
Sacerdotes in characteres Nominis Deorum, symbolorumque corpus in sacrificijs contorquebant. 491
Transformatio Sacerdotum in varias figuras sacrificiorum tempore. 492
Miræ Sacerdotum in sacris factæ corporis transformationes. 493

Sacrificium.

Sacrificia à Moyse instituta quid? 137
Sacrificiorum nomina. 159
Sacrificiorum peragendorum ratio. 416
Veteres Sale abstinebant, eo quod ad bibendum appetentiores redderet. 191
Sanchuniaton quis, quid, & de quibus scripserit? 110
Eusebij testimonium de Sanchuniathone. *Ibid.*
Sancta Sanctorum. 138

Sapientia.

Veteres omnibus abstinebant ad Sapientiam facilius acquirendam. 191
Sapientia in quo consistat? 315

Saturnus.

Saturnus vnde dictus. 219
Mystica symbola Saturni. *Ibid.*
Saturnus Osiris Aegypti Rex. 220
Saturnus binis alis in capite quid? 402
Quid Satyri notent? 281
Satyrium herba. *Ibid.*
Cur Aegyptij saxum adeò durum elegerint 161
Scalenus nota generationis, vti & quadratum anni. 483

Scarabæus.

Cur Aegyptij Scarabæum tanto honore coluerint? 334
Differentia Scarabæorum. *Ibid.*
I. Scarabæus Feliformis. *Ibid.*
II. Scarabæus Tauroformis. *Ibid.*
III. Scarabæus Vnicornis. *Ibid.*
Scarabæus ἀλεκτόμορφος quid notaret? *Ibid.*
Scarabæus soli dicatus cur? 337
Scarabæus Lunæ dicatus quis? *Ibid*
Scarabæus Mercurio dicatus quis. *Ibid.*
Scarabæus Heliocantharus soli dicatus? 338
Scarabæus 30. habet digitos. *Ibid.*
Operationes Scarabæi analogæ solaribus. 339
Scarabæus Lunæ motus obseruat. *Ibid.*
Comparatio Scarabæi ad Solem Lunã, & Stellas. 345
Scarabæus annulis insculptus. 347
Quid Scarabæus. 448. & 477
Scarabæus Mundi nota. *Ibid.*
Operationes Scarabæi mysticæ. 449

Sceptrum.

Regum Sceptra subiecta habebant vngulas Hippopotami. 305
Sceptrum vpupæ capite insignitum. 328
Quid per Sceptrum Cucuphomorphon, *Ibid.* & 437.
Sceptrum oculiforme quid? 473

Scherim quid? 281
Vndè Aegyptiorum diuinatrix Scientia? 269.
Scirpus quid? 357
Scriptura.
Scriptura Seth de stella apparitura in ortu Messię. 4
Scriptura sacra tota aliud, quàm mystica rerum doctrina. 116
Scriptura Ciceronis hieroglyphica. 136
Ex qua materia scutica auerruncatiua. fieret. 438
Sedes stabilitatis nota. 413
Segmentum circulare. 470
Segmentum circuli inferiorem mundum notat. 501
Seraphin quì. 243
Serapis vndè deriuetur. 260
Serpens.
Quid serpens caudam mordens? 122
Symbola serpentis. 347
Serpens motu suo omnes figuras exprimit. 347
Serpens salutis symbolum. 348
Serpens mundi symbolum. *Ibid.*
Serpens terram, aquam, aerem, ignem, denotat. 350
Quid Serpens notet ex globis emergens? 399
Serpens secundam Diuinitatis formam notat. 401
Serpens animal viuacissimum. *Ibid.*
Quid Serpentes? 448
Cur Serpens infra globum emergat. 455
Sesostris aliàs Sesostris promouet Obeliscorum erectionem. 103
Sesostris cur muliebria saxis insculpserit? 133
Sigilla vndè originem habeant? 114
Significatio mystica exponitur. 437
Silentium Pythagoricum in quo consisteret. 117
Ad compositionem Simulachrorum quodlibet animal cum homine assumptum 290
Sistrum quid in manu Anubidis. 296
Situs. 352
Situs quid statuarum in formam V. 522
Sol
Encomium Solis aspectu decepta antiquitas idolatriam peperit. 156
Solis excellentia. 157
Sol Dei statua. 157
Sol aurea gleba. *Ibid.*
Sol mundi anima priscis. *Ibid.*
In vno Sole omnes Deos repręsentabant. *Ibid.*
Nomina, quibus diuersæ gentes Solem Deum nominabant. 159
Multiplex Solis, & Lunæ virtus multitudinem Deorum peperit. 203
Sol radiosus. 250
Solis ortus symbolum oculi Crocodili. 307
Solis excellentia per Scarabæum. 333
Sothis
Sothis Rex Aegypti Obeliscorum erector, à Patre destinatorum. 65
Sothis quid significet? *Ibid.*
Sothis filius institutum patris prosequitur. 103
9. Sphæræ cælestes. 343
Spuma Maris Typhon dictus. 176. & 197
Sphynges alatæ in Templis quid? 402
Statua.
Statuæ teteleśmenæ. 396
Cur Statuæ tam multiformes? 456
Statuæ prophilacticæ Amuleta sunt contra aduersas potestates. 478
Statua mystagoga. 529
Statuæ Lunares, & solares quid? 529
Mystica ratio statuæ. 533
Quid Striæ in alis accipitris. 457
Struppi quid. 456

Super-

Superſtitio Aegyptiorum. 318
Superſtitiones, 396
Veteres ſues abominantur. 192

Symbolum.

Quid ſit ſymbolum? 114
Differentiam inter ſymbolum, & coniecturam, veraque eius diffinitio. Ibid.
Symbolorum duplex ratio. 115
Symbola Pythagoræ. 117
Symbola affectionum. *Ibid.*
Symbola amicitiæ. *Ibid.*
Symbola de Republica. *Ibid.*
Traditio ſucceſſiua ſymbolicæ doctrinæ. 118
Symbola Aegyptiorum ſimilia ſunt Hebræis. 120
Symbolorum explicatio. 227
Symbola Herculis, eorumque myſteria. 231
Conſenſus ſymbolorum. 320
Quænam ſint ſymbola Kyriologica, 390
Symbola denotant modum procedendi in ſacrificijs? 416
Symbolorum 4. Hierogrammatiſmis contentorum explicatio. 421
Varia ſymbolorum ſignificatio. 441
Explicatio omnium ſymbolorum. 445
Quid varietas illa ſymbolorum in genialis Mundi Schematiſmis. 456
Interpretatio ſymbolorum. 469. 476

T

Quid? 142
Tabernaculum à Moyſe inſtitutum, quid? 137
Myſtici Tabernaculi per partes expoſitio. Ibid.

Tabula.

Tabula Bembina non continet Magnetis myſteria, neque nauigationis artem. 154
Tabula Smaragdina Hermetis. 374
Interpretatio Tabulæ hieroglyphicæ ex Gazophilacio Barberino depromptæ. 463
Tabula ſacra quid? 491
Sacræ Tabulæ expoſitio. 502
Sacræ Tabulæ ſenſus, eiuſque effectus. 527
Teniæ Oſiridis quid ſignificent. 513

Tau

Tau, cæteraſque nonnullas literas Aegyptij ex Boue didicerunt, 260
Quomodo Tau exprimeretur in Bouis frõte. Ibid.
Tauticus character Accipitrinum caput refert. 313
Tau ſiuè anſatam crucem Aegyptij à priſmis Patribus acceperunt. 368
Quid ſignificet Tau anſatum propriè. 369
Cur Tau anſatum toties videatur inter hieroglyphica? 376
Quid maculæ in Tauro? 203
Tautus quid? 313
Quid Tekupha apud Hebræos, & de Dæmonibus eis præſidentibus. 188
Integrum Templum ex rupe. 87
Terræ ſymbolum quod? 427
Tetraedron quomodo fiat. 428
Nomen Dei Tetragrammaton ante diluuium in magna veneratione. 7
Tetradi germen. 195
Tetras ſiuè Quaternarius in Obeliſco. 182
Thautus quis? 22
An Thautus & Triſmegiſtus idem ſit? Ibid.

Theologia.

Theologia myſtica. 115
Theologia ab Aegyptijs tradita. 167
Quid in Theologia Aegyptiorum Oſiridis occiſio? 214
Aegyptiaca Theologia ſecundum Ariſtotelem. 400

Theologica Hebræorum arcana de tribus Dei proprietatibus. 407
Thephilim ſcù Totaphot. 369
Thereus in vpupam conuerſus. 332
Thryo folium ficulneum habet ſimilitudinem phalli. 199
Thryo quid? 363
Thueris Typhonis pellex. 196

Thyrſus.

Thyrſus ex quibus fieret? 354
Cur curui eſſent Thyrſi? *Ibid.*
Litui ex Thyrſis conficiebantur. *Ibid.*
Significata myſtica Thyrſi recurui. 356
Papyracei Thyrſi ſignificata? 501
336. *Tintinnabula in veſte Sacerdotali quid?* 139
Triangulum ὀρθόγωνον ſymbolum vniuerſi 201
Triangulum æquilaterum Iſoſceles, & Scalenus quid notarent? 388
Quid per 5. Triangulos? 422
Trianguli ſignificationes. 425
Triangulum Iſopleurũ, Iſoſceles, & Scalenus. 426
Triangulum geneticum quod. 427
Triangulum æquilaterũ Deum vt creantem notat. 429
Triangulum Scalenum quid notet. 430
Triangulum quid. 477
Trias in Obeliſco Hieroglyphica. 180
Terna omnia circa Regem. 211
Tripus quid propriè? 231
Quid Tripus Idealis? 496
Triſmegiſtus Hermes à Chamo multa hauſit. 27
Triſmegiſtus floruit tempore Abrahæ. 30
Triſmegiſti nomen antiquitùs vſurpatum 42
Triſmegiſtus vixit in Italia per aliquod tempus cum Ianigenis. 47. & 97
Tutulus figuræ mediæ myſterioſus. 448

Typhon.

Nomina Typhonis. 179
Typhonis neruos exciſos in lyram animauit Mercurius: 180. 200. & 297
Typhon ignorantia eſt. 191
Typhon quidquid ſqualidum. 198
Quid Typhonis impotentia. 199
Cur Typhon non omnino occiſus ſit? 200
Typhonis effectus in mundo. *Ibid.*
Typhon Sith, Bebon, Smy, Ferrum. 201
Typhon quid? 204
Allegorica Typhonis deſcriptio. 216

Typus hieroglyphicus Solis, eiuſque effectuum. 236

V

Vas.

Vaſa ſacra, à Moyſe inſtituta, quid? 137
Vas Niloticum quid? 446

Venus

E genitalibus Cœli Venus nata quid? 227
Venus vndè dicatur? *Ibid.*
Venus hirco inſidens. 281
Quid verenda tecta. 414

Veſta.

Veſta cur ſedeat ſola inter Deos. 414
Veſtibulum. 137
Veſtes ſacræ, quid? 137
Cur Aegyptij à veſtibus laneis abſtinuerint. 272

Virga Moyſis.

Ex ligno arboris Vitæ Moyſis Virga fabricata. 365
Virtutes rerum Veteres Genios opinati ſunt. 107

Vis.

Vis præſagens pueris ineſſe creditur. 195
Cur Italis Viiis ſacra. 355
Vnitas deſcripta. 179

Vpupa.

Deſcriptio Vpupæ. 329
Vpupa παντοκρώματος. *Ibid*
Septem colorum Vpupa. *Ibid.*
Vpupa varietatem rerum notat. 330
Vpupa præſtigioſa, & auguralis? 331
Adiantum Vpupæ nido imponitur. *Ibid.*
Speciem ſuam mutat Vpupa certis anni temporibus. 332
Vpupæ caput quid notet? 413
Vranus ſeu Cælus. 218
Vſiarchi qui? 170

Vulcanus

Vulcanus, & Minerua. 228
Myſtica Vulcani. *Ibid.*
Vultur Solis ſymbolum. 479
Quid vultur Cycloidi inſidens. 522

X

χάσμα quid, & ſignificata eius? 385
Χημι quid? 163

Z

Ζευγιτης

Ζευγιτης quid? 355
Zodiaci, Deorumque in ſingulas eius partes diſtributio. 170
Zodiaci 12. ſigna cum Dijs ſuis. *Ibid.*

Zoroaſter.

Quot & quales fuerunt Zoroaſtres. 11
Etymon Zoroaſtris. 12
Vera Zoroaſtris deriuatio ex Chaldaica lingua. *Ibid.*
Zoroaſter Cham fuit, & cur ita dictus 13.
Zoroaſter Perſomedus qualis, & mira de natiuitate eius. 15
Chaldæus, & Perſomedus Zoroaſter vnus, & idem Cham fuit. 16
Secundus Zoroaſter Chus, filius Cham? *Ibid.*
Quis fuerit Zoroaſter PAMPHILIVS. 18
Primus Zoroaſter Cham.
Secundus Zoroaſter Miſraim. *Ib.*

FINIS.

NOTA

NOTA AD LECTOREM

De Mendis in Opere commiſsis.

LECTOR beneuole, hoc opus præſens, vti nouum, exoticis terminis, linguarumque varietate refertum, ita quantum humanitùs fieri poſſet emendatiſſimum, tribus in hunc finem Correctoribus, qui operam ſuam in typis emendandis impenderent, adhibitis, in lucem producere conſtitueram; ſed ſolitam hanc ſollam, omni poſſibili diligentia adhita vitare non licuit; dum poſtrema impreſſi iam Operis reuiſione non ſine ingenti animi cruciatu errores non paucos deprehendimus. Quicquid ſic, ne meæ ofcitantiæ commiſſi imputarentur, hìc in vnum congeſtos adiungere placuit, vt Liber correctus ſuæ integritati reſtitueretur.

Menda igitur ſic emenda, Primus Numerus Paginam, ſecundum verò lineam notat.

Pag.6.l.39. Hakadoſch *lege* Hakadoſch. 11.5. dd *lege* ad. 14.4. vo-vocat *lege* vocat. 15.8 cormibus *lege* cornibus 21.24. gentis *lege* generis. 41.18.intitularur *lege* intitulatur. 43. 29. loquitiur *lege* loquitur. 52.35.ſuperior s *lege* ſuperioris. 55.34.palmotum *lege* palmorum. 58.3. dicts *lege* dictus. *Ibid* 25. in Campo *lege* à Campo. 65.31. ver ùs *lege* veriùs. 66.16. lonhitudine *lege* longitudine. 68.1.putdrat *lege* putaret.69.35.memeaerunt *lege* meminerunt. *Ibid.*36.caderr *lege* caderet. 83.29.ſaci *lege* ſacri. *Ibid.* 33. trènsferebant *lege* transferebant. *Ibid.* 34 cuibborum *lege* cubitorum. 89. 33. vita *lege* viſæ. *Ibid.* 39. teſtẽ *lege* teſte. 93. 33. ſociebatur *lege* ſociabatur. 95.37.apoteteſmatum *lege* apoteleſmatum. 100.30. abominantur *lege* abominabantur. 101.15 dicet *lege* dicit. 107.30.extat *lege* extant. 111.23.cæteris *lege* cæteris. 112 1.depromamus *lege* depromemus. 113.14.repertum *lege* coopertum. 125. 1. vt ad ad triginta *lege* vt ad triginta. 135.17.hippotamus *lege* hippopotamus. 160. 35. illa *lege* illi. 167.27.aptiſſimum *lege* aptiſſimam. *Ibid.* 32.ſcientia *lege* ſcientiæ. 173.32.ſapientia *lege* ſapientiæ. 177.10.radices *lege* indices. 179.33.quadratæ *lege* quadrati. 180. lin. vlt. triangonum *lege* trigonum. 206.10,Typhonem illum *lege* Typhonem, illum. 207.14. Oſitis *lege* Oſiris. 224.39 Raputi *lege* Rapuit. 230.l.21.col.2.pluuius *lege* pluuias. 232.19.vim *lege* vis. 245. 13. conneæam *lege* conuexam. *Ibid.* 14.clauſam *lege* clauſum. 251.13.diuerſo *lege* diuerſis. 255.16. corſim *lege* ſeorſim. 256.8. De Bouis *lege* De Boue. 263.15.elegantium *lege* elegantiam. 269: 5. *Ibid* 28. De Arieris *lege* De Ariete. 283. 1. ſum *lege* oſtenſum: 289. 25. ideò *lege* adeò. 315.30 quibus dele. *Ibid.*31. *lege* quibus reliquæ. *Ibid.* 36.perſpicas *lege* perſpicax. 318.24. omina *lege* omnia. *Ibid.*26.omnibus *Lge* ominibus *Ibid:* 33. generi triptia *lege* generi triſtia. 334 4.transla as *lege* translata. 339.17.contendat *lege* contendant. 340.8.noctis *lege* noſtri. 362.33. Horas *lege* Horus. *Ibid.* 41. pulatim *lege* paulatim. 364.10.centuplam *lege* centuplum. *Ibid.*24. expreſſinum *lege* expreſſiſſimum. 365.1.hieroglypgicam *lege* hieroglyphicam. *Ibid.* 25. inſcultnm *lege* inſculptum. 366. 33 ſnueſtigator *lege* Inueſtigator. 368.8.foglio *lege* folio. 369. 37. traddit *lege* tradidit. 370.30.ſupre *lege* ſuprà. *Ibid.* 32.ſuipſius *lege* ſuiipſius. 372.8. Pythagoas *lege* Pythagoras. 375.22.col.2,Scalabæi *lege* Scarabæi. *Ibid.*35.miſtenſiſſimi *lege* myſterioſiſſimi. 377.8.ſamblichus *lege* Iamblichus. 380.36.Spæræ *lege* Sphæræ. 385. 8. liquas *lege* reliquas. *Ibid* 33.inuenererunt *lege* inuenerunt. 392.32. plurium *lege* plurimum. 418.27. inaceſſa *lege* inacceſſa. *Ibid* 35.ſape *lege* ſæpè. 422.20.attractioniſ-quo *lege* attractioniſque. 425.52.Pro domo *lege* Prodromo. 428.28.Octaedro & Icoſaedro *lege* Octaedra, Icoſaedra lb.33. erram *lege* terram. *Ibid.* 40. quatruplo *lege* quadruplo.439.23.Numinm *lege* Numinum. *Ibid.* 37. aduerſas *lege* aduerſas. 422.12. vitis Ceſt *lege* vitis? ceſt. *Ibid.* 16.vt ea vix *lege* vt ab eo vix. *Ibid.* 34 quodripartilo *lege* quadripartito 447.51. propriijs *lege* proprijs. *Ibid.*33.vtebturam *lege* vtebantur. 484.vti & 24. anni, & anni vbertate *lege* vti & 24. anni vbertate. Ibid.23. filiorum *lege* foliorum. *Ibid.* 40. Flexura *lege* Flexuræ 493.12. exhibendam *lege* exhibendum. *Ibid.* 13. tempor ſique *lege* temporiſque. 494.1.mploramus *lege* imploramus. 495.v4.ſe ſiſtens *lege* ſe ſiſtens. 496.9.ſyntagmata *lege* ſyntagma. *Ibid* 13. animabu: *lege* animabus 498.13. metrem *lege* marem.

Errores in Græcis.

Pag. 20. l. 26. φλακτήριον, *lege* φυλακτήριον. 110. 23. ℭ φυσικοῖς, *lege* τὲ φυσικοῖς. 267. 6 κέενρυ, *lege* κένξυ. 288. 2. ἀντιλῶν, *lege* ἀνατολῶν. 386. 11. γράμμαι, *lege* γράμμας.

Errores in Hebraicis.

Pag. 2. lin 36. מחבר, *lege* חבר. 3. 8. האלה, *lege* אלה. Ibid. 16. בני, *lege* רבנו. 8. 29. כי omittatur. Ibid. 30. אחורוני, *lege* אחר. 9. 4. ב ספר, *lege* בספר. Ibid. 30. לבית, *lege* לבנות. Ibid. 33. אישראל, *lege* ישראל. 14. 13. גמרת, גרמת. Ibid. 22. בעז, *lege* לעז. Ibid. 22. עזבים, *lege* עצבים. Ibid. 26. שפחתו, *lege* משפחתו. Ibid. 38. שמש, *lege* השמש. Ibid. 39. חמנים, *lege* חהמנים. Ibid. 40. קידור, *lege* כידור. Ibid. 42. לשמים, *lege* לשמש. 23. 28. וישלחנוך, *lege* ולחנוך. Ibid. כי, *lege* והראשון relicto altero דאשין. Ibid. 33. טבץ, *lege* טבע. 94. 41. שבלעך, *lege* שבלעץ. Ibid. 43. ראשוז, *lege* ראשון. 95. 3. להיוה, *lege* להיות. Ibid. 5. ומדעה, *lege* ומדעת. Ibid. 15. כוחז, *lege* כוחן. 118. 29. ימגדת, *lege* ומגדת. 156. 30. ועברו, *lege* עורון. 162. 37. יגרפו, *lege* יכרבו. 187. 30. ונשרו, *lege* ונשארו. 188. 2. לחצליח, *lege* לחצליח. 189. 40. בד, *lege* כד. 275. 28. ולהזה, *lege* ולזה. 344. 9. רבכן, *lege* רבנו. 410. 32. תמל, *lege* תמר.

Errores in Arabicis.

Pag. 20. lin. 39. اكماله, *lege* الماله. 24. 11. الله, *lege* اليه. 25. 1. صعنه, *lege* صنعه. 45. 10. اسطوح, *lege* سطوح. 69. 27. كيق, *lege* كيف. 170. 37. الاسرار, *lege* والاسرار. 272. 28. يصروا, *lege* يصوروا. Qui error sæpè occurrit. 283. وكافا, *lege* وكان. 316. 8. متحضلة, *lege* متحصلة. 319. 9. مذكو, *lege* مذكور. 325. 16. يصدفوا, *lege* يصدقوا. 335, 24. الفصله, *lege* الفضله. 353. 19. الغلسفة, *lege* الفلسفا. 403. 19. يديدون, *lege* يريدون.

REGESTVM.

a b c d e f g h.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.

Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee.

Omnes ſunt Duerniones pręter Eeee, quo eſt folio.

ROMÆ, Typis Ludouici Grignani. Anno Iubilæi MDCL.

SVPERIORVM PERMISSV.

C. 5807 de Dioule.

arrv

N° 6095.

THE SOCIETY OF WRITERS TO THE SIGNET